TRACTATUS DOGMATICUS

DE ORDINE

TOM. II. DE INSTITUTIONE (Cont.)
DE MATERIA ET FORMA

EMMANUEL DORONZO, O.M.I.
S.T.D., Ph.D.

Professor of Theology
The Catholic University of America

EX TYPOGRAPHIA BRUCE
Milwaukee, Wisconsin, U. S. A.

NIHIL obstat:
Joseph Ferrecchia, OMI.

imprimi potest:
Sylvio Ducharme, OMI.
Vicarius Provincialis

nihil obstat:
Joseph C. Fenton
Censor deputatus

imprimatur:
Patrick A. O'Boyle
Archbishop of Washington

May 17, 1955

Library of Congress Catalog Card Number: 57-6322

© 1959 The Bruce Publishing Company
MADE IN THE UNITED STATES OF AMERICA

Patri A. Dutilly, (IM.!.

Ex grato animo

ORDO PARTIUM

DE ORDINE

Tom. IL De Institutione (Cont.)

De Materia et Forma

Art. 4. Utrum episcopatus, qua parte distinguitur a presbyteratu, sit divinae institutionis, et quidem immediatae. 1-114

Art. 5. Utrum episcopatus, qua parte distinguitur a presbyteratu, sit sacramentum. 114-313

Art. 6. Utrum subdiaconatus et ordines minores sint et ipsi divinitus instituti ac sacramentales. 313-445

Art. 7. Utrum omnibus christifidelibus competat verum aliquod sed improprie dictum, tam spirituale quam sacramentale, sacerdotium. 445-609

Art. 8. Utrum materia Ordinis sit ac semper fuerit sola manuum impositio cum forma eam determinante, idque probabilius ex ipsius Christi institutione. 610-859

INDICES

INDEX BIBLICUS

INDEX EXEGETICUS [3]

INDEX THOMISTICUS [4]-[6]

INDEX ONOMASTICUS [7H 17]

INDEX ANALYTICUS [18]-[38]

DE ORDINE

TOM. II. DE INSTITUTIONE (CONT.)

DE MATERIA ET FORMA

ART. 4. Utrum Episcopatus, Qua Parte Distinguitur A Presbyteratu, Sit Divinae Institutionis, Et Quidem Immediatae (2-2, q. 184, a. 6; Opusculum *de perfectione vitae spiritualis,* c. 25, § In hoc vero quod quarto).1

STATUS QUAESTIONIS

In art. praec., agentes de divina origine et sacramentalitate trium graduum hierarchiae, consideravimus episcopatum modo quodam adaequato ac cumulativo, prout nempe necessario in se includit ipsum presbyteratum quem perficit ac consummat; nunc vero eundem supremum hierarchiae gradum consideramus inadaequate ac distinctive, secundum eam scilicet partem qua ipse eminet ac distinguitur a presbyteratu, nam ex hac praecise parte peculiaris quaedam difficultas occurrere potest et quaedam ulterior controversia, salvo fidei dogmate, inter ipsos catholicos ab aevo agitatur, praesertim quod attinet ad rationem sacramentalitatis. Duae igitur quaestiones, sub hac nova consideratione occurrunt, altera de divina institutione, quae est obiectum praesentis articuli quaeque respicit ipsam existentiam episcopatus, et altera de sacramentalitate, quae erit obiectum articuli sequentis et quomodolibet necessario illi postponenda est, cum sacramentalitas respiciat essentiam sive indolem rei institutae nec ceteroquin nisi ex divina institutione, saltem mediate, procedere possit. Per utramque quaestionem complentur dicta sive in art. 1 et 2 de divina origine et sacramentalitate ecclesiasticae hierarchiae generaliter spectatae, sive in art. 3 de tribus gradibus huius hierarchiae quod attinet ad supremum inter illos, nam de ceteris duobus ulterior difficultas et controversia non occurrit; unde ad ea quae ibidem fideliter retulimus et diffuse exposuimus, praesertim in argumento Traditionis, constanter attendere oportet.

Porro in hac priori quaestione de divina origine episcopatus, prout distinguitur a presbyteratu, quatuor sedulo attendenda ac secernenda sunt, ex quorum confusione, ambigua, nutans ac pro tanto inefficax redditur apud quosdam auctores expositio ac resolutio huius materiae.

Primo nempe, hic agitur de episcopatu sub respectu solius potestatis Ordinis, nequaquam sub respectu potestatis iusrisdictionis, sub quo respicitur in tractatu *De Ecclesia,* quomodolibet ceteroquin haec altera potestas cum priori intime connecti dicatur et, una cum ipsa, in ampliorem dignitatem pastoratus resolvatur.

xHuc facit bibliographia afferenda in art. seq. (pp. 114–117), ubi de sacramentalitate episcopatus, nam moderni doctores utramque quaestionem commiscere solent. Ceterum, praecipuos locos, qui ad praesentem quaestionem magis directe referuntur, dabimus in decursu articuli.

Secundo, agitur de pura ratione Ordinis, abstrahendo pro nunc ab eius sacramentalitate, quae involvit ulteriorem conceptum impressionis characteris et collationis gratiae; sub hoc respectu, attenta v.g. problematica potestate Ecclesiae in specificam determinationem eorum quae fuerint a Christo generaliter ac indeterminate tantum instituta, aliud est quaerere an Ecclesia potuerit sacerdotium, a Christo plenarie ac globaliter tantum institutum, scindere in duos distinctos gradus episcopatus et presbyteratus, et an potuerit hunc et illum gradum, etsi a Christo distincte institutum, quoad sensibilem ritum quo conferendus est, secundum nempe validam materiam et formam, intrinsece determinare.

Tertio, cum quaeritur an episcopatus, ut distinctus a presbyteratu, sit ab ipso Christo institutus, quaestio non est de ipsa potestate secundum se accepta, nam, cum agatur de sacramentali potestate (puta ordinandi et confirmandi), haec nonnisi a Deo condi potest, sed de *potestate prout in subiecto,* et quidem prout in hoc potiusquam in illo subiecto, ita nempe quod ex voluntate Dei proveniat talis munerum distributio qualis de facto habetur in Ecclesia, ita ut necesse sit quosdam in Ecclesia esse episcopos, habentes, praeter geminam potestatem consecrandi et absolvendi, etiam ordinariam altioremque potestatem ordinandi et confirmandi, alios vero simplices sacerdotes seu presbyteros habentes solam priorem geminam potestatem.

Quarto, cum ulterius quaerimus an episcopatus sit etiam *immediate* a Christo institutus, haec immediata duorum distinctorum ordinum institutio abstrahit tum a modo quo eam Christus significaverit, tum etiam a tempore quo ea distinctio de facto in Ecclesia applicata et introducta fuerit; aliud enim est institutio et aliud applicatio, aliud confectio aut promulgatio legis et aliud eius in externum usum deductio; potuit quippe Christus institutionem duorum illorum ordinum apostolis sufficienter significare, simul relinquens eis ut subinde pedetemptim seligerent, pro rerum opportunitate ac necessitate, tempus quo illos in ecclesiasticam organizationem introducerent, it ut v.g. haec primitus constaret solo proprie dicto apostolatu, ac ideo solo episcopatu apostolorum, subinde, una cum diaconatu, introduceretur presbyteratus, ac tandem simplex episcopatus ab apostolatu distinctus, vel, si placet, conversa hac temporis prioritate.[2] Ea igitur

[3] **Ad rem H. Mazzella: "Non contendimus statim ab initio hierarchiam ecclesiasticam prodisse sub ea praecise forma et distinctione, sub qua nunc ea cernitur. Nam. sicut in doctrina Christi admittendus est ille progressus, de quo diximus in Tract. *De Fide* (n. 808), ita in Christi institutionibus admittendus est ille progressus, qui in eo consistit, ut institutio quae essentialia principia a Christo accepit, quoad externam manifestationem horum principiorum, gradatim se evolvat. Sic, v.g., si nunc tres hierarchiae**

immediata Christi institutio excludit tantummodo talem agendi modum ex parte Christi, quo ipse tantummodo significaverit se condere ac illico ponere in Ecclesia sacerdotium qua tale in suo generali sive essentiali principio, vel, si placet, in sua totali plenitudine, simul tamen apostolis et Ecclesiae relinquens potestatem, pro libito et iuxta rerum opportunitatem ac convenientiam, illud principium determinandi, vel eam potestatis plenitudinem scindendi in particulares formas vel partes, quales sunt, inter alios fortasse possibiles modos, episcopatus, presbyteratus et diaconatus, vel, si placet, sacerdotium proprie dictum et ministerium sacerdotale, necnon sacerdotium primi ordinis et sacerdotium secundi ordinis.

PARS NEGATIVA

1. *DIVINAM INSTITUTIONEM* episcopatus, ut distincti a presbyteratu, peculiariter impugnarunt quidam haeretici, iam relati in articulis praecedentibus tanquam negatores divinae originis ipsius hierarchiae generaliter spectatae.

Saeculo 4 *Aerius* presbyter, Sebasteni episcopatus ambitione frustratus (circa a. 360), "episcopum ac presbyterum adaequare conatus est" (Epiphanius, *Adi). haer.* 75. 4 *MG* 42. 507), "dicens . . . presbyterum ab episcopo nulla differentia discerni" (Augustinus, *De haer,* 53, *ML* 42. 40). Ad hanc Aerii haeresim provocarunt in Cone. Trid. illi Patres qui urgebant ut superioritas episcopi erga presbyterum tanquam de iure divino definiretur; nam, aiebant, in huiusmodi iuris negatione haeresis illa consistebat; quibus respondit Laynez haeresim Aerii talem omnium presbyterorum aequalitatem asseruisse ex qua iuris divini suprema R. Pontificis iurisdictio negaretur,[3] ac ideo petitam illam definitionem insufficientem fore ad totum dogma fidei statuendum aut Aerii haeresim totaliter evacuandam; ceterum Aerii despectus erga episcopalem eminentiam verisimiliter includebat negationem potestatis Ecclesiae ad eam de iure ipso ecclesiastico stabiliendam, ac ideo Aerii damnatio non necessario importasset definitionem superioritatis episcopi tanquam de iure divino, sed saltem tanquam

gradus distincti in distinctis personis apparent, in priori aevo potuerunt ex toto vel ex parte in iisdem personis cumulari. Hinc sedulo distingui debet quaestio *historica* de evolutione primitivae hierarchiae, a quaestione *dogmatica* de principio propter quod ea evolutio facta est. Quoad quaestionem historicam fieri posset etiam, ut convenire debeamus saltem in quibusdam, cum Rationalistis, sed maximum inter nos et illos discrimen intercedit quoad quaestionem dogmaticam, nam iuxta catholicos principium ex quo pependit evolutio primitivae hierarchiae fuit Christi, Dei hominis, voluntas, et iuxta Rationalistas fuit complexus historicarum circumstantiarum." *{Praelectiones scholastico-dogmaticae* [ed. 5, ristampa, Torino 1946] IV 338 sq.)

3 Cf. *Concilium Tridentinum* (editio Goerresiana), IX: *Actorum pars sexta* (curante St. Ehses, Friburgi Brisgoviae 1924) 76.

de iure ecclesiastico. Pius VI in sua damnatione Cone. Pistoriensis (cf. infra, p. 9) haeresim Aerii commemorat, asserens eam renovatam esse a Calvino et favorem iterum obtinere in doctrina Pistoriensium.

Circa finem eiusdem saeculi et initium saeculi sequentis occurrunt apud *Ambrosiastrum, Hieronymum* et *Pseudo-Hieronymum* quaedam ambiguae expressiones, quae prima saltem fronte videntur negare divinam originem superioritatis episcopatus et in hoc quidem sensu a quibusdam eruditis intelliguntur. At de his infra in argumento Traditionis disseretur (p. 49), una cum similibus expressionibus quae non desunt apud alios Patres et scriptores ecclesiasticos.

Nonnunquam huc afferuntur etiam *plures theologi et canonistae medioevales* usque ad Concilium Tridentinum. Notandum tamen est negativam istorum sententiam in vario quadruplici sensu invocatam esse, scilicet vel ut negantem ipsam divinam institutionem distinctionis episcopatus a presbyteratu, vel ut negantem solam immediatam institutionem, vel ut negantem episcopatum, utut divinitus distinctum a presbyteratu, esse proprie distinctum ordinem ab eo, vel ut negantem episcopatum, utut distinctum ordinem, esse distinctum sacramentum, seu distinctum ordinem sacramentalem. Duae priores interpretationes pertinerent ad praesentem articulum, quippe quae respiciunt ipsam existentiam sive divinam institutionem distinctionis episcopatus a presbyteratu; duae postremae vero pertinent ad art. seq., cum respiciant potius illius distinctionis essentiam sive indolem. Cum autem duae priores minus probabiles sint, imo prorsus inverisímiles videantur, sententia illorum doctorum exponetur in art. seq. (pp. 184 sq., 221 sq.).

Saec. 12-13 apud pseudospiritualisticas sectas *Catharorum* et *Waldensium* nonnunquam occurrit assertio de aequalitate episcoporum et presbyterorum. Catharos sic alloquitur Salvi Buree, scriptor placentinus (circa a. 1235), in opere *Supra Stella:* "Vestrum vocabulum est episcoporum et filii maioris et filii minoris et diaconum; ponamus, quod filius maior et filius minor non contradicatur vobis, ubi est vocabulum presbyteri?"[4] In opere *Errores haereticorum Waldensium* fertur: "Sexto dicunt, quod Papa, archiepiscopi, episcopi non habent maiorem dignitatem quam sacerdotes."[5]

Saec. 14 *Marsilius Patavinus* (+ 1343) et *loannes de landuno* (t 1328) sequentem emiserunt propositionem a loanne XXII dam-

[4] Apud I. Döllinger, *Beiträge zur Sektengeschichte des Mittelalters* (München 1890) II 82.
[5] *Ibid.* 337.

natam *(Const.* "Licet iuxta doctrinam," 23 oct. 1327), in qua omnium sacerdotum in potestate, tum Ordinis tum iurisdictionis, aequalitas praedicatur: "Omnes sacerdotes, sive sit Papa, sive Archiepiscopus, sive sacerdos simplex, sunt ex institutione Christi auctoritatis et iurisdictionis aequalis" *(Denz.* 498). In celebri suo opere *Defensor pacis,* quem cum collaboratione loannis de landuno exaravit circa a. 1324 et ex quo ea propositio deprompta est, Marsilius de ipsa potestate Ordinis haec explicite profert (Dictio 2, c. 15, nn. 4 et 7): "Hunc siquidem sacerdotalem characterem . . . probabiliter mihi videtur quod omnes sacerdotes habent eundem specie, nec ampliorem habet hunc Romanus episcopus aut alter aliquis quam simplex dictus sacerdos quicumque. . . Non plus sacerdotalis auctoritatis essentialis habet Romanus episcopus quam alter sacerdos quilibet."[1] Ad quam aequalitatem inculcandam, Marsilius saepe binomium hierarchicum sub hac peculiari forma proponit: "Episcopi, seu presbyteri, et diaconi" (Dictio 2, c. 2, nn. 2-3). Hinc deducit simplices presbyteros posse administrare "omnia sacramenta," non exclusa ipsa Ordinatione (Dictio 2, c. 15, n. 4).

loannes XXII in praefata *Constitutione,* commentans doctrinam Marsilii, ait: "Dicunt isti vaniloqui, immo falsiloqui, quod omnes sacerdotes sive sit Papa, sive Archiepiscopus, sive sacerdos simplex sunt ex institutione Christi auctoritatis et iurisdictionis aequalis. . . Quae utique doctrinae sacrae obviant, et haereticam sapiunt pravitatem; quod enim sacerdotium simplicium et non simplicium ex ipsa institutione Christi non existat aequalis potestas, patet tam in his, qui fuerunt in Testamento veteri, quam in iis, qui fuerunt in novo. . . Utrum autem in omnibus Apostolis, ac in simplicibus sacerdotibus fuerit ordinis potestas aequalis? Dicimus, quod quantum ad ordinis dignitatem pares sunt et fuerunt; aeque enim sacerdos quilibet sacerdotalem characterem recipit rite et secundum formam Ecclesiae ordinatus; potestas autem ipsius ordinis par quoad sacramentum altaris omnino non existit, nec existit simplicis et non simplicis sacerdotis. . . Potestas . . . ordinis superiorum et inferiorum sacerdotum omnino par iudicari non potest?"

Eodem saeculo *Wiclef* (t 1348), eadem ac praefatus presbyter Aerius episcopali ambitione frustratus ac vestigia Marsilii sequutus,

[1] *Defensor Pacis,* dictio 2, c. 15, nn. 4 et 7 (ed. C. W. Previte-Orton, Cambridge 1928) 266, 269. Cf. Previte-Orton, "Marsilius of Padua. Doctrines," *English historical review* XXXVIII (1923) 1-21; "Marsilius of Padua," Proceedings of the British Academy XXI (1935) 137-183; A. Gewirth, *Marsilius of Padua. The defender of peace* I (New York 1951) 265-283.

[2] Apud C. Du Plessis d'Argentre, *Collectio iudiciorum de novis erroribus* (Paris 1726) 1-1 308 sq.

in suo potiori opere *Trialogus* (a. 1382), docuit nonnisi duos gradus, i.e., sacerdotes et diaconos, in Ecclesia primitiva extitisse nec nisi "superbiam caesaream alios gradus adinvenisse" (4. 15).[8] lam in priori opere *De Ecclesia* (a. 1378/1379) idipsum caute inculcabat, scribens: "In primitiva Ecclesia Christus immediate fecit apostolos suos sacerdotes, hoc est, episcopos, et post ascensionem tempore apostolorum constituerunt dyaconos, nec alios ordines clerici seorsum exhibitos legi illas columpnas ecclesiae celebrasse. Et Deus scit utrum ritus ille foret hodie solemnior, facilior, et ecclesiae Christi utilior."[9] Prop. 28, inter propositiones Wicleffi a Cone. Constantiensi damnatas a. 1415 sic sonat: "Confirmatio iuvenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio reservatur Papae et episcopis, propter cupiditatem lucri temporalis et honoris" *(Denz.* 608). *Inter Interrogationes Wicleffitis et Hussitis proponendis* a. 1418, haec habetur quae respicit iurisdictionem connexam cum potestate Ordinis: "Utrum credat, auctoritatem iurisdictionis Papae, archiepiscopi et episcopi in solvendo et ligando esse maiorem auctoritate simplicis sacerdotis, etiam si curam animarum habeat" *(Denz.* 675).

Protestantes quod attinet, omissis duobus extremis, scilicet Liberalibus, qui non solum episcopatus sed omnis hierarchiae gradus divinam originem negant (cf. in art. praec. tom. 1, pp. 627-645), et Anglicanis, qui e converso ipsius praecipue episcopatus divinam originem defendunt (cf. infra, p. 15), media ac maior eorum pars, asserta divina origine alicuius ministerialis ac improprie dictae hierarchiae, eam originem denegat distinctioni graduum, inculcans aequalitatem omnium ministrorum et peculiariter supprimens essentiale discrimen inter episcopum et presbyterum. Quam negationem, a Luthero et Calvino incoeptam, ad extremam lineam duxerunt sic dicti *Presbyteriani.*

Medulla doctrinae priorum reformatorum apte perstringitur in ultimo ex septem articulis, quos tridentini theologi examinandos susceperunt: "Episcopos non esse presbyteris superiores neque habere ius ordinandi, aut, si habent, id illis esse commune cum presbyteris, ordinationesque ab ipsis factas sine plebis consensu irritas esse."[10]

Lutherus in *An den Bock zu Leipzig* aequalitatem presbyterorum et episcoporum deducit ex synonymia horum terminorum in Scriptura,

[8] Thomas Waldensis (Thomas Netter, a loco originis Walden nuncupatus) in suo opere *Doctrinale antiquitatum fidei Ecclesiae catholicae adversus Wiclefitas et Hussitas* (primo edito Parisiis 1521-1523, 3 voll. in folio), 1. 2, a. 3, n. 60, haec Wicleffi verba refert: "Tempore Pauli sufficiebant Ecclesiae duo ordines clericorum, sacerdos scilicet et diaconus; quia certum videtur, quod superbia caesarea alios gradus adinvenit."

[9] *Iohannis Wyclif Tractatus de Ecclesia, now first edited from the manuscripts with critical and historical notes* (by Dr. Iohann Loserth, London 1886) 515.

[10] Cf. infra, p. 102.

appellans praeterea ad supradicta ambigua verba Hieronymi. In opere *De abroganda missa privata* et in sua *Responsione ad librum Ambrosii Catharini in defensionem Silvestri Prierias* episcopos catholicos ludibriis cumulat, eos appellans "vastatores decreti divini," "creaturas Papae, non Spiritus S.," "idola et larvas."

Calvinus eandem essentialem doctrinam proponit, quamvis, negatis episcopali et presbyterali gradibus Ecclesiae catholicae, conatus sit suo modo reconstruere quandam novae ecclesiae organizationem, immediate connexam cum ideis et factis apostolicis ac pro tanto cum institutione divina, ex cuius ampliori determinatione natus est subinde *Presbyterianismus.*

En paucae expressiones quae indicant generales lineas huiusmodi calvinisticae interpretationis et restaurationis apostolici ipsius ministerii: "Qui ecclesiae regimini secundum Christi institutionem praesunt, nominantur a Paulo primum apostoli, deinde prophetae, tertio evangelistae, quarto pastores, postremo doctores. Ex quibus duo tantum ultimi ordinarium in Ecclesia munus habent; alios tres initio regni sui Dominus excitavit, et suscitat etiam interdum, prout temporum necessitas postulat."[11] Praefati *pastores* et *doctores* nequaquam constituunt duos proprie dictos, et multo minus invicem subordinatos, gradus hierarchiae, sed sunt duo aspectus sive munera unius ac eiusdem ministerii praedicandi verbi divini et sacramenti ministrandi, etsi duo haec munera distinctis subiectis distribuantur, quatenus quidam (i.e., doctores) incumbunt soli interpretationi Scripturae seu verbi divini, alii vero (i.e., pastores) incumbunt administrationi sacramentorum et disciplinae Ecclesiae ac pro tanto gaudent quadam auctoritate praesidentiae in monendo et exhortando: "Sequuntur pastores et doctores, quibus carere nunquam potest ecclesia; inter quos hoc discrimen esse puto, quod doctores nec disciplinae, nec sacramentorum administrationi, nec monitionibus et exhortationibus praesunt, sed scripturae tantum interpretationi, ut sincera sanaque doctrina inter fideles retineatur. Pastorale autem munus haec omnia in se continet. . . Ex . . . [Scripturae] locis qui passim occurrunt colligere licet, in pastorum quoque functione has esse duas praecipuas partes, evangelium annuntiare et sacramenta administrare. . . Caeterum quod episcopos et presbyteros et pastores et ministros promiscue vocavi qui ecclesias regunt, id feci ex scripturae usu quae vocabula ista confundit. Quicumque enim verbi ministerio funguntur, iis titulum episcoporum tribuit."[12]

***u Institutio christianae religionis,* l. 4, c. 3, n. 4, *Corpus Reformatorum, XXX: Ioannis Calvini opera omnia* II (Brunsvigae 1864) 779.**
^*Ibid.* nn. 4-8, pp. 780-782.

Hi duo gradus ministerii respiciunt ipsum ministerium verbi, ac pro tanto sunt primarii ac fundamentaliores; praeter ipsos autem nominantur a S. Paulo duo alii gradus, qui, etsi accessorii, tamen sunt etiam necessarii Ecclesiae ac ideo perpetuo duraturi, scilicet *seniores* sive gubernatores qui, una cum praefatis pastoribus sive episcopis, praesunt disciplinae, quasi Ecclesiae senatus, et pauperum curatores seu *diaconi:* "Hic iam observandum est, nos hactenus non nisi ea officia recensuisse, quae in verbi ministerio consistunt; nec de aliis Paulus meminit illo quarto ad Ephesios capite quod citavimus. Verum in epistula ad Romanos (12. 7) et priore ad Corinthios (12. 28) alia enumerat, ut potestates, donum sanationum, interpretationem, gubernationem, pauperum curationem. Ex quibus quae temporaria fuerunt omitto; quia nullum operae pretium est in iis immorari. Duo autem sunt quae perpetuo manent: gubernatio et cura pauperum. Gubernatores fuisse existimo seniores e plebe electos, qui censurae morum et exercendae disciplinae una cum episcopis praeessent. . . Habuit igitur ab initio unaquaeque ecclesia suum senatum, conscriptum ex viris piis, gravibus et sanctis, penes quem erat illa, de qua postea loquemur, iurisdictio in corrigendis vitiis. Porro eiusmodi ordinem non unius saeculi fuisse, experientia ipsa declarat. Est igitur et hoc gubernationis munus saeculis omnibus necessarium. Cura pauperum diaconis mandata fuit. . . Tametsi . . . nomen ipsum StaKonas latius patet, hos specialiter tamen diaconos scriptura nuncupat quos eleemosinis dispensandis gerendaeque pauperum curae praefecit ecclesia, et velut publici pauperum aerarii oeconomos constituit; quorum origo, institutio ac functio a Luca in Actis (c. 6) describitur. . . En quales habuerit diaconos apostolica ecclesia, quales ad eius exemplum habere nos conveniat."[13]

Inter quatuor ministerii gradus, quos' Calvinus tanquam Ecclesiae necessarios et a Christo institutos proponit, scilicet *doctores, pastores, seniores* et *diaconos,* nulla observatur proprie dicta subordinatio sive hierarchia, sed unicuique tribuitur aliqua specialis functio, maioris vel minoris momenti, quae cum aliis concurrit ad totale exercitium et, ut ita dicatur, aequilibrium ecclesiastici ministerii; inter ipsas duas ac magis determinatas functiones quae propius accedunt ad conceptum alicuius hierarchiae seu potestatis, scilicet pastores sive episcopos et seniores (sive presbyteros), nulla est vera subordinatio, sed potius duarum potestatum aequilibrium; unde divina origo distinctionis episcopatus et presbyteratus, prout unus alteri subordinatur, totaliter exulat a conceptione Calvini, ex qua proinde legitimam originem sibi petit doctrina presbyteriana, absolutam aequalitatem

[13] *Ibid.* nn. 8sq., pp. 782 sq.

omnium ministrorum et negationem omnis episcopalis praeeminentiae explicite proclamans.

Presbyterianorum hanc cum Calvino logicam connexionem eorumque systematis ulteriorem organizationem, sufficienter descripsimus in art. 1 (tom. 1, pp. 146-152). Unum hic animadvertere volumus, in hoc scilicet systemate, prae ceteris omnibus ex Protestantismo originatis, inveniri explicitam ac directam oppositionem cum veritate de qua quaerimus in praesenti articulo, scilicet ex una parte affirmationem divinae originis alicuius ecclesiasticae hierarchiae (saltem in improprio ac protestantico sensu puri ministerii verbi) et ex alia parte negationem divinae originis omnis distinctionis sive graduum in tali hierarchia et nominatim cuiuslibet episcopalis superioritatis, una simul cum practica huius principii applicatione per totalem extinctionem episcopatus.[14]

Cone. Pistoriense eidem doctrinae partialiter favet, quatenus extollit in presbyteris potestatem iurisdictionis ac magisterii, in ipsa ordinatione fundatam, in detrimentum superioritatis episcoporum. Pius VI in *Constit.* "Auctorem fidei," 28 aug. 1794, duas sequentes illorum propositiones damnavit: "9. Doctrina, quae statuit, reformationem abusuum circa ecclesiasticam disciplinam in synodis dioecesanis ab episcopo et parochis aequaliter pendere ac stabiliri debere, ac sine libertate decisionis indebitam fore sublectionem suggestionibus et iussionibus episcoporum:—falsa, temeraria, episcopalis auctoritatis laesiva, regiminis hierarchici subversiva, favens haeresi Aérianae a Calvino innovatae. . . 10. Item doctrina, qua parochi aliive sacerdotes in synodo congregati pronuntiantur una cum episcopo iudices fidei, et simul innuitur, iudicium in causis fidei ipsis competere iure proprio, et quidem etiam per ordinationem accepto:—falsa, temeraria, ordinis hierarchici subversiva, detrahens firmitati definitionum iudiciorumque dogmaticorum Ecclesiae, ad minus erronea" *{Denz.* 1509 sq.).

2. *IMMEDIATAM INSTITUTIONEM DIVINAM* negant quidam moderni theologi, quorum sententia ita in sensu alicuius *mediatae institutionis* explicari potest ut dicant Christum immediate instituisse tantummodo sacerdotium generice ac indeterminate, absque nempe ulla particularium graduum distinctione, subinde vero apostolos et

[14] Ad rem presbyterianus J. W. Baird: "The episcopal office was done away deliberately [by the Presbyterians], but simply on the ground that bishop and presbyter were originally one — ground which no one is likely to dispute today — and the fact that both the Church and its essential order of ministry, the presbyterate, were of divine origin" ("The presbyterian standpoint," *Union of Christendom* [ed. Mackenzie, London 1938] 463).

Ecclesiam, ex potestate a Christo accepta, talem sacerdotium determinasse secundum varios modos vel gradus, quousque perveniretur ad tres distinctos gradus episcopatus, presbyteratus et diaconatus, qualiter inveniuntur firmiter stabiliti in quibusdam ecclesiis iam initio saeculi secundi et universaliter circa finem saltem eiusdem saeculi. Ceterum, haec ipsa sententia in duplicem opinionem sive explicationem dividitur.

PRIMA OPINIO, tale sacerdotium, a Christo generaliter ac indeterminate institutum, considerat ut *quoddam essentiale principium,* quod subinde Ecclesia per potestatem a Christo acceptam evolvit ac determinavit iuxta tres praefatos gradus hierarchiae. Hanc opinionem vario modo proponunt ac elaborant *P. Pourrat, P. Batiffol* et *Anglicani*™

Pourrat, sequens ac determinans generale quoddam principium de evolutione Christianae doctrinae, iampridem a Newman delineatum, docet Ordinem (sicut et cetera sacramenta, praeter Baptismum et Eucharistiam) institutum esse a Christo *immediate quidem sed implicite tantum,* quatenus nempe Christus immediate et explicite emisit *aliquod essentiale principium,* in quo Ordo eiusque gradus implicite continentur quodque subinde Ecclesia determinavit per explicitam cognitionem et consequentem applicationem eius quod implicite significabatur ac instituebatur, seu per determinatam constitutionem Ordinis eiusque gradus. Illud autem essentiale principium, quod Christus immediate et explicite formulavit atque in praxim ipse deduxit, fuit apostolatus seu collatio totius potestatis quae erat necessaria ad gubernationem Ecclesiae, facta primis discipulis una cum missione eam successoribus transmittendi. Apostoli subinde, huiusmodi potestatis et huiusmodi missionis conscii, coeperunt hanc in praxim deducere, communicantes aliis suam potestatem per ritum impositionis manuum, sive totaliter sive partialiter ac veluti per frusta; hinc iam tempore ipso apostolorum apparitio duorum graduum, scilicet diaconorum, quibus collata est partialis ac ministerialis potestas, et episcoporum (in proprio sensu hodierno, etsi tunc indifferenter vocarentur episcopi et presbyteri), quibus potestatis plenitudo devoluta est. Mox vero, in aetate satis propinqua tempori apostolico, hic ipse superior ordo hierarchiae in duos gradus scissus est, scilicet in episcopatum monarchicum et simplicem presbyteratum, quatenus in episcopali collegio, quo primitivae communitates regebantur, unus episcopus super alios emersit, ita ut episcopatus pluralis

MDe sententia quorundam mediaevalium theologorum et canonistarum confer dicta superius, in p. 4.

verteretur in monarchicum, constantem determinatis tribus gradibus, scilicet episcopo monarchico, subordinatis presbyteris et diaconis.

Ut notavimus in praecedenti tractatu *De Extrema, Unctione* I 249-2S6 et 309-315, ubi banc opinionem in tota sua generalitate exposuimus ac discussimus, Fourrât explicite fatetur in ea non agi de sola mediata Christi institutione, sed de immediata et implicita institutione; attamen ne ipsa videatur extremos limites catholicae veritatis excedere omnemque veram Christi institutionem abicere, nonnisi ad modum quemdam mediatae institutionis, velit nolit auctor, rimari debet, de genere nempe illius quam uno vel alio modo proponunt alii doctores, de quibus mox sermo erit.

Ad rem ipse *POURRAT:*™ "L'intention de Jésus d'instituer le sacerdoce chrétien se manifeste par le fait qu'il en a donné à ses apôtres tous les pouvoirs, avec la mission de les transmettre à leurs successeurs. L'histoire évangélique nous montre, en effet, le Sauveur confiant à ses apôtres le pouvoir de gouverner l'Église, de remettre les péchés et de célébrer l'eucharistie. Puisque l'Église est une institution durable, il faut bien que ces pouvoirs soient transmis aux successeurs des apôtres. Ceux-ci l'ont si bien compris, qu'ils conféraient à leurs disciples, par le rite de l'imposition des mains, l'ensemble des pouvoirs nécessaires au gouvernement des églises. Il est donc aisé de comprendre comment Jésus a posé le principe essentiel du sacrement de l'ordre.

"Mais c'est peu à peu, grâce au développement de la constitution de l'Église et de la théologie sacramentaire, que les divers degrés de la hiérarchie sacrée apparurent, et que l'on prit conscience de la qualité de sacrement des rites qui les confèrent. Il est assez malaisé de se rendre compte, d'une manière suffisamment nette, des divers stades du développement de la hiérarchie; les textes ne sont pas toujours cohérents. Sans prétendre le moins du monde donner une explication définitive, on pourrait peut-être se représenter ce développement de la façon suivante. Les divers degrés de la hiérarchie ne seraient-ils pas des dédoublements successifs de l'apostolat formellement institué par le Sauveur? Dans la période apostolique, la hiérarchie ne comprenait généralement que deux degrés: le diaconat, dont l'origine est racontée au livre des *Actes,* et le degré auquel étaient promus les ministres supérieurs, appelés indifféremment, dans les écrits primitifs, 'épiscopes' ou 'presbytres.' Dans chacune des églises fondées par les apôtres, et sous la direction de ceux-ci, se trouvait un personnel hiérarchique d'épiscopes et de diacres exerçant les fonctions liturgiques. Les ministres supérieurs possédaient la plénitude du sacerdoce, ils étaient tous évêques au sens actuel de ce mot. Ils gouvernaient collectivement l'Église, confiée à leurs soins par les apôtres ou par les disciples des apôtres. À côté de ce personnel hiérarchique, les écrits apostoliques nous montrent un certain nombre d'autres ministres, tels que les 'prophètes,' les 'didascales,' les 'diaconesses,' dont les fonctions, assez difficiles à déterminer, disparurent ou furent confiées aux épiscopes.

"À une époque très primitive, le degré supérieur de la hiérarchie se dédoubla, pour ainsi parler, et donna naissance à l'épiscopat et au presbytérat. L'épiscopat plural disparut; les églises furent gouvernées par un évêque souverain, ayant sous sa dépendance des prêtres, inférieurs à lui et des diacres. Telle sera désormais la composition du personnel hiérarchique des églises. Cette hiérarchie à trois degrés

™Cf. praevia verba, quibus ipse statuit praefatam generalem theoriam de immediata-implicita institutione, quaeque citavimus in tractatu *De Extrema Unctione* I 252-254, 256.

commence à se dessiner du vivant des apôtres. À Jérusalem, après la dispersion des douze, un 'frère' du Seigneur, Jacques, gouverne l'église locale en chef souverain, avec la collaboration des presbytres et des diacres. Ce gouvernement unitaire fut continué, vers 61, par son successeur Simon. La situation de Timothée et de Tite, telle qu'elle est décrite dans les épîtres pastorales, a également beaucoup d'analogies avec l'épiscopat unitaire; car ces deux personnages sont les chefs de leurs églises, et ils ont des presbytres et des diacres sous leur dépendance. L'épiscopat unitaire existait aussi à Rome; saint Irénée nous donne la succession des évêques de cette ville depuis Saint Pièrre jusqu'à Eleuthère.

"La hiérarchie à trois degrés remonte donc, par ses origines, aux temps apostoliques. Mais elle n'a été une institution tout à fait universelle que vers le milieu du second siècle. Car, bien que, dans les lettres de saint Ignace d'Antioche, elle apparaisse très clairement à la fin du Ier siècle, dans la *Lettre* de saint Clément aux Corinthiens, écrite vers 90, et dans la *Didaché,* on trouve encore la hiérarchie à deux degrés. Si la hiérarchie à trois degrés, épiscopat, presbytérat et diaconat, doit sa naissance, comme on peut le conjecturer, à des dédoublements successifs de l'apostolat, fondé par Jésus, les pouvoirs propres à chacun des degrés de cette hiérarchie sont donc tous d'origine divine."[17]

Batiffol, ad explicandam originem duorum distinctorum graduum episcopatus et presbyteratus, per aliam, ingeniosam simul ac peregrinam, viam procedit, qua ex una parte conatur partialiter satisfacere postulatis Liberalium Protestantium de humana evolutione ecclesiasticae hierarchiae, expositis in art. praec. (tom. 1, pp. 627-645), et ex alia parte hanc evolutionem ita cum primitiva et apostolica hierarchia intime connectit ut videatur praefatam graduum distinctionem repetere ex mediata quadam divina institutione.[18] Ea scilicet distinctio originata est per *scissionem cuiusdam primitivi episcopatus pluralis* in episcopatum monarchicum cum subordinatis presbyteris, qui vicissim pluralis episcopatus originem habuerat ex graduali extinctione sive unificatione variarum formarum quas assumpserat primitiva apostolica hierarchia.

Prima scilicet forma ecclesiasticae hierarchiae fuit *essentialiter itinerans ac charismatica,* prout exigebat missionarium ipsum opus evangelizationis ac fundationis Christianarum communitatum, ac constitit triplici categoria: apostolorum nempe (tam stricte quam late dictorum), qui, utpote oculares testes vitae Christi, personali auctoritate in ecclesiis principabantur; prophetarum, qui, exceptionali charismate impulsi, tanquam inspirati praedicatores vagabantur; didascalorum sive doctorum, qui eidem ministerio verbi cooperabantur. Mox autem, firmatis iam Christianis communitatibus, secunda quaedam ac veluti collateralis hierarchia in variis locis apparere coepit rapideque vulgari, hierarchia nempe *localis ac sedentaria,* constans triplici gradu, scilicet: presbyterorum, quorum ordo erat

n La théologie sacramentaire (éd. 2, Paris 1907) 283-286.

11 Elementa huius theoriae iam bis tetigimus in art. praec. (tom. 1, pp. 729, 747).

secundum se mere honorificus, ad instar cuiusdam patronatus, nec ullam proinde importabat sacerdotalem aut iurisdictionalem auctoritatem (tali nomine ac dignitate honorabantur quotquot vel primi fidem susceperant, vel zelo aliis praestabant, vel peculiari modo evangélicos ipsos operarios adiuvabant); episcoporum, qui pluraliter sive collegialiter regebant ecclesiam localem, tam quoad disciplinam quam quoad cultum et magisterium, quique de facto ac communiter ex ipso presbyterorum coetu proveniebant (quo sensu dici potest presbyteratum fuisse originale involucrum hierarchiae); diaconorum, qui, subordinata ratione, in eodem ecclesiae gubernio cum episcopis partem habebant. Subinde autem, deficiente pedetemptim charismatica hierarchia, sive ob mortem apostolorum seu eorum qui erant oculares testes vitae Christi sive ob rarefactionem prophetiae aliorumque charismatum, tota apostolorum ac prophetarum auctoritas ac munus ad localem ac sedentariam hierarchiam, et praeprimis ad collegium episcopale, modo quodam connatural!, etsi historice ignoto, pertransivit. Tandem pluralis ipse episcopatus, multiplici hac potestate cumulatus ac oneratus, connatural! modo declinavit, *facta devolutione plenitudinis potestatis uni ex coepiscopis,* qui ita supra collegium emergens, reliquos episcopos in inferiori quodam gradu reliquit, evadens episcopus monarchicus cum subiectis sibi novis presbyteris (a nomine primitivi coetus presbyterorum defatiscentis) ac originalibus diaconis.

Ita origo distinctorum graduum episcopatus et presbyteratus consistit in duplici evolutionis gressu, seu in duplici successivo occasu et duplici successiva munerum absorptione; primo nempe, in naturali occasu primitivae hierarchiae itinerantis ac charismaticae et consequente absorptione munerum illius in hierarchiam localem ac sedentariam, et nominatim in pluralem episcopatum; secundo, in occasu ipsius pluralis episcopatus per quandam eius scissionem sive graduum duplicationem, qua, uno ex episcopis super alios emergente et in seipsum plenariam potestatem colligente, ceteri episcopi eo ipso ad inferiorem quendam potestatis gradum redigebantur, historicum nempe ac proprie dictum presbyteratum, qui proinde hierarchicam originem ducit a primitivo illo ac evirato episcopatu, nomen vero ab inefficaci illo et honorifico ordine primitivi presbyteratus.

Ad rem ipse *BATIFFOL:* "Ces divers systèmes évolutionnistes [i.e. systemata elaborata a Liberalibus, peculiariter ab Hatch, Harnack et Sohm] supposent tous que le besoin crée l'organe, et ce postulat suffirait à mettre entre eux et nous une mésintelligence radicale. Par surcroît, il y a de grands écarts de calcul dans la façon dont les textes sur lesquels on s'appuie sont datés selon les uns, selon les autres et selon nous. Une certaine entente est toutefois possible. . . Il n'y a rien d'impossible à ce que l'épiscopat n'ait pris sa forme définitive qu'après le temps

des apôtres; tant que ceux-ci vécurent, ils purent garder entre leurs mains le gouvernement des Églises, en s'y faisant suppléer par de simples presbytres. . . La terminologie primitive n'est . . . point rigoureuse, et les institutions définitives ont pu être préparées par des institutions transitoires, comme un édifice par ses échafaudages: tel est le terrain sur lequel l'entente est possible. Essayons donc de systématiser à notre tour...

"La propagation du christianisme suppose un personnel missionnaire. Ce personnel est représenté . . . par les *apôtres* et par les *prophètes,* deux vocables, non plus helléniques, mais juifs. Pierre est apôtre, Paul aussi, et de même Andronikos et Junias, preuve que le mot doit s' entendre dans un sens plus large que ne le donnerait d'abord à penser le souvenir des 'Douze.' . . Le prophète n'est, par définition, ni l'envoyé d'une Église, ni un témoin du Seigneur: sa vocation et sa mission lui vient du Saint-Esprit, qui le possède, le mène, l'inspire. La prophétie est éminemment un charisme, une grâce d'exception: tel est l'Agabos du livre des Actes, telles sont les filles du diacre Philippe. Les prophètes de l'Église naissante, issus de la société primitive des 'Galiléens,' reproduisent 'les vertus du Seigneur,' comme dit la *Didachè,* Ils ont été les missionnaires de la première heure, et leur activité, que nous avons peine à imaginer, a été cependant assez grande pour que saint Paul puisse dire que les fidèles sont partout *superaedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum,* . . Un mot de la *Didachè* leur attribue le pouvoir de célébrer l'eucharistie. . .

"Puis voici apparaître la hiérarchie, non plus missionnaire et itinérante, mais locale, immobile, la hiérarchie des Églises individuellement vivantes et organisées. La *Prima Clementis,* à Rome, en 95, parle des épiscopes et des diacres institués par les apôtres. La *Didachè,* d'épiscopes et de diacres élus par la communauté. L'épître aux Philippiens, en 64, d'épiscopes et de diacres institués à Philippes. . . Les épiscopes et les diacres ne sont pas seulement des trésoriers, et si on leur demande tant de vertus, et non point seulement d'avoir de l'ordre et du désintéressement, c'est sans doute qu'ils ont d'autres soins, et plus religieux: ici . . . il faut supposer clair ce que les textes ne disent qu'à mots enveloppés, et que la liturgie sacramentelle est aux mains des diacres et des épiscopes. Us partagent cette fonction avec les apôtres et les prophètes. Et enfin la liturgie sacramentelle suppose le ministère de la parole aussi bien que celui de la discipline. . .

"Or le personnel missionnaire est destiné à disparaître: les apôtres, puisque leur privilège d'avoir vu le Christ s'éteindra avec eux; les prophètes, parce qu'un jour viendra où la source des charismes sera tarie. . . Qui donc alors remplacera les apôtres dans l'exercice de cette autorité personnelle et bien véritablement *despotique* (au sens premier du mot) qu'ils avaient sur chaque communauté? Les textes ne disent pas comment le passage d'un régime à l'autre s'est opéré, mais ils permettent de constater que l'épiscopat monarchique s'est trouvé avoir en mains cette autorité souveraine, par droit de succession. D'autre part, chaque Église étant pourvue d'un comité d'épiscopes, du moment que l'un de ces épiscopes était investi de la suprématie, ses co-épiscopes voyaient leur ordre diminué d'autant. L'épiscope souverain fut aux épiscopes subordonnés ce que nous voyons l'évêque être aujourd'hui à ses prêtres, l'évêque (avec une pleine juridiction) ayant l'exercice du sacerdoce total, les prêtres ne l'ayant pas. Nous sommes, nous prêtres, les successeurs des épiscopes primitifs et non des presbytres.

"Que seront alors les presbytres primitifs? . . Disons, avec le R. P. de Smedt, que le presbytérat était un titre d'honneur attribué dans les communautés primitives aux convertis de la première heure, aux 'prémices' (απαρχή), aux bienfaiteurs et patrons (προστάτε) comme Stephanas à Corinthe, aux notables qui dans leur maison donnaient l'hospitalité à l'Église locale, comme Nymphas à Laodicée, ou Philémon à Colosses, ou Aquilas à Ephèse, et que ce titre pouvait mettre qui le

portait en tête de la communauté, sans lui conférer ni ordre ni juridiction. C'est ainsi qu'à la fin du second siècle et encore au troisième le fait d'avoir souffert le *martyre* donnait, au confesseur qui survivait à la comparution et à l'emprisonnement, le titre de presbytre, sans qu'on puisse dire que cette *praerogativa martyrii,* comme on l'appelait, conférât rien du sacerdoce. On pouvait donc être presbytre sans sacerdoce, et tel a dû être le cas de bien des presbytres primitifs. Mais c'était parmi ces presbytres sans sacerdoce que l'on choisissait, sinon nécessairement, au moins de fait, les membres de la communauté qu'on élevait à la charge de *Yeiua-Koirq*: on eut ainsi des *vpea/^vTepoi èmaKoirovvTeç,* ceux du discours de saint Paul à Milet; des *TrpeaVrepoL epotarum,* ceux des Epîtres pastorales; des *TrptaftvrcpoL* qualifiés de *votp.€V€^* ceux de la *Prima Petri;* ou de *Tjyovpevoi,* ceux de l'épitre aux Hébreux; ou de *irpdicrTap.evoi,* ceux de l'épître aux Romains et de l'épître aux Thessaloniciens. Ces divers termes supposent tous une fonction de gouvernement, qui s'ajoute au simple presbytérat, et que le presbytérat par lui-même n'impliquait pas. Ce presbytérat primitif était l'enveloppe originelle de la hiérarchie; il disparut comme une forme simplement préparatoire. Et le mot seul s'en conserva pour désigner les prêtres, c'est-à-dire les épiscopes subordonnés à l'évêque souverain.

"Et de même ces StSao-KaAoi, que tant de textes nous ont montrés enseignant à côté des apôtres, des prophètes, et aussi des 'pasteurs,' remplissaient une fonction transitoire qui s'absorba dans la hiérarchie définitive. Leur place était indécise entre le personnel missionaire et le personnel localisé. . . Le ministère de la parole, exercé d'abord par des mandataires des apôtres, Timothée ou Apollos, est destiné à devenir la prérogative de l'épiscopat, responsable de la préservation de la doctrine.

"C'est ainsi du moins que nous croyons que l'on pourrait concevoir l'organisation primitive des Églises: I0 des fonctions préparatoires, missionnaires, l'apostolat, la prophétie, la didascalie; — 2° un *ordo* local purement honorifique et ne conférant qu'une notabilité de fait, le presbytérat;—3° une fonction liturgique et sociale, le diaconat;—4° une fonction liturgique, sociale et de prédication, l'épiscopat, épiscopat plural comme le diaconat; —5° l'épiscopat plural disparaissant au moment où les apôtres disparaissent, et se démembrant pour donner naissance à l'épiscopat souverain de l''évêque et au sacerdoce subordonné des prêtres."[10]

Anglicani, vivaciter contra Presbyterianos in defensionem divinae originis episcopatus dimicantes, mediatam quandam institutionem duorum graduum episcopatus et presbyteratus sequenti modo concipiunt, qui prima saltem fronte, propius quam ipsae Pourrat et Batiffol theoriae ad communem catholicorum sensum accedere et exegeticis historicisque exigentiis satisfacere videtur.

Christus nempe immediate instituit hierarchiam secundum duplicem fundamentalem gradum superioris cuiusdam ac *essentialis ministerii* et inferioris alicuius sive *dependentis ministerii* ("Essential ministry" et "Dependent ministry"). Hi duo gradus subinde, sub influxu potestatis ligandi atque solvendi, a Christo suae Ecclesiae collatae, assumpserunt pedetemptim determinatam formam trium graduum episcopatus, presbyteratus et diaconatus, quorum prior repraesentat ac continet superius ac essentiale ministerium, duo vero ceteri repraesentant, ac inter

[10] **"La hiérarchie primitive," *Études d'histoire et de thélogie positive,* première série (éd. 8, Paris 1926) 257-266. Cf. "L'Église naissante," *Revue biblique* IV (1895) 498 sqq.**

se dividunt, inferius ac dependens ministerium. Proinde distinctio episcopatus et presbyteratus est immediatae divinae institutionis quantum ad suum principium quod duo illi gradus implicant ac continent, distinctionem scilicet inter superiorem aliquem ac essentialem ministerii gradum et inferiorem ac dependentem gradum, est vero mediatae divinae institutionis quantum ad ipsam specificam ac determinatam formam, quam illi duo gradus explicant ac superaddunt; pons autem mediationis, vi cuius adhuc salvatur divina origo talis specificae ac determinatae formae, est ipsa, divinitus Ecclesiae collata, solvendi atque ligandi potestas.

Ad hoc reducitur medulla doctrinae orthodoxiorum inter doctores anglicanos, nominatim *Ch. Gore* et *K. E. Kirk* quorum verba citavimus in art. 1 (tom. 1, pp. 144-146). Satis erit sequentes paucas expressiones recolere.

GORE: "This ministerial succession [from the apostles to other men, and among them to those who hold a ministry in chief] rests upon the original institution of Christ in principle but was developed at each step under the 'binding' and 'loosing' authority of the church, to which he gave a divine sanction. . . The ministry in the church, perpetuated in accordance with this principle of devolution, has taken one form, viz. that in each church there has been a bishop with presbyters and deacons; and the bishops only have held the authority to ordain others to the ministry. This particular form of ministry (monoepiscopal) undoubtedly comes from apostolic days. Its establishment as the one form of church ministry may be regarded as due to the authority of the church, but it has been as deeply and universally established in Christendom as the creed or the canon of Scripture."[20]

KIRK: "We speak of [the ministry of grace] . . . as a threefold ministry, and that is accurate enough; but for the purpose of understanding episcopacy we must think of it as twofold rather than threefold. There was an Essential Ministry and a Dependent Ministry. . . In the New Testament evidence, . . . the distinction between the Essential and the Dependent Ministry [is] clearly marked. . . The retention of an apostolic ministry must be regarded as the essence of early Christianity. Everything else [as the determination of the twofold ministry under the particular form of bishop, presbyter and deacon] is of the nature of accident. It might have happened otherwise. . . [In later times] the bishops gradually became 'diocesan officials,' with ever-growing administrative responsibilities, and the curious reversal of the respective duties of bishop [now exercising mainly administrative powers] and the presbyter [now applied to liturgical and pastoral duties alone] took place. But all this happens within the framework of the fundamental distinction between the Essential and the Dependent Ministries. The Dependent Ministry . . . included not only the presbyters, who were the bishop's associates, but also the deacons, who were attached to him as his servants, acting directly under him. It is along these lines that we must conceive the articulation of a ministry, which in principle is twofold, into one which in practice is threefold. . . If we say that episcopacy is of divine ordinance, we do so not in the sense that Our Lord instituted it directly, but that it and it alone can permanently carry on in the Church the Essential Ministry derived from the apostles of our Lord. Since, however, the function is prior to the office, it could well be (though . . . there is no evidence to this effect) that before the threefold ministry became

n Orders and unity (London 1909) 140 sq.

fixed, the function of consecration and ordination of ministers might on occasion be exercised by men called 'presbyters? These men were then the representatives, for the time being, of the Essential Ministry."[21]

T. G. Jalland, in peculiari dissertatione circa ortum et evolutionem doctrinae presbyterianae de paritate ministrorum,[22] in sola episcopali doctrina Anglicanorum videt asservatam puram formam et conceptum historici atque apostolici episcopatus ac, peregrina quadam et unilaterali textuum atque eventuum interpretatione, conatur ostendere quomodo praefatus presbyterianismus incoeperit praecipue in latina ecclesia inde a tempore Hieronymi atque per medium aevum apud scholasticos doctores sese extenderit, donec in officialem ipsam doctrinam et praxim Ecclesiae Catholicae suum influxum habuerit. Huiusmodi influxus signanter apparet in sequentibus tribus documentis. *Primo* nempe, *Bonijacius IX* (a. 1400) et *Innocentius VIII* (a. 1489) peculiaribus bullis concesserunt simplicibus presbyteris facultatem ordinandi seu conferendi sacros ordines, in quo quidem habetur manifesta derogatio episcopalis praerogativae et occasionalis praeparatio mox orituri Presbyterianismi: "It cannot be denied that . . . [these concessions] involved a derogation to episcopacy, and flung open the doors to those presbyters [i.e., the Protestant Presbyterians] who less than a century later would avail themselves of the principle, thus lightheartedly conceded, without troubling to wait for papal authority to validate their action."[23] *Secundo, ex* actis et decisionibus *Cone. Trid.* apparet ipsum fuisse incapax solvendi conflictum inter episcopalianam doctrinam quorundam patrum et presbyterianam mentalitatem ceterorum, eiusque decisionem fuisse quoddam compromissum inter utramque partem, ita ut sub hoc, sicut et sub aliis respectibus, Concilium describi possit uti perdita quaedam opportunitas: "A study of the *Acta* of the Council belonging to the twenty-third session (which dealt with the sacrament of orders) clearly illustrates the anxieties of the bishops, and also the extent to which the eventual solution of the problems under discussion was essentially one based on compromise... It would seem therefore that it is scarcely an overstatement to describe the Council of Trent, in this respect as in others, as a lost opportunity."[24] *Tertio,* ipse hodiernus *Codex I. C.* in uno canone (can. 949), referens varios ordines, primo loco nominat presbyteratum, tacito prorsus episcopo, et in alio canone (can. 951), adducens episcopum ut ordinarium ministrum ordinationis, simul statuit etiam presbyterum esse extraordinarium eiusdem ministrum;

[21] "The apostolic ministry," *The apostolic ministry* (prepared under the direction of K. E. Kirk. London 1947) 8-14.
[22] "The doctrine of the parity of ministers," *ibid.* 304-349.
[23] *Ibid.* 343. [24] *Ibid.* 344, 346.

quod quidem suggerit substantialem concordandam romanorum canonistarum cum Protestantibus Presbyterianis: "Language of this kind readily lends support to a belief that Presbyterians and Roman canonists are in substantial agreement. For it cannot escape notice that of those orders reckoned as 'major or holy' the first to be mentioned is not the episcopate but the presbyterate. No doubt we are to understand that the presbyterate includes the episcopate. Yet this is very far from the thought of the *Apostolic Tradition* and the *Didascalia.* In such wise has the fateful legacy of the late fourth century distorted the primitive conception of the ministry."[25]

SECUNDA OPINIO considerat sacerdotium, a Christo immediate institutum, ut *quondam globalem potestatem,* seu ut quoddam totum postestativum, quod subinde Ecclesia, per potestatem a Christo acceptam et sub iugi assistentia Spiritus S., in varias partes divisit, scilicet in episcopatum, presbyteratum et diaconatum; ceterum, quia hi tres gradus, eodem descendente ordine, se invicem includunt et episcopatus continet ipsam plenitudinem sacerdotii, eadem opinio ita exprimi potest ut dicatur Christum *immediate instituisse solum episcopatum,* a quo subinde Ecclesia separavit presbyteratum et diaconatum. Haec opinio, uno vel alio modo formulata, cum maiori vel minori firmitate aut claritate proponitur a nonnullis modernioribus, ut *C. Baisi, Y. Congar, M. J. Gerlaud, H. Lennerz, L, Marchal, H. Bouessi, A. Michel.*

Baisi clare hanc sententiam proponit, etsi eam minus apte reducat ac commisceat cum generaliori opinione de *generica institutione* (pro mediata institutione) sacramentorum per Christum: "Concludendum videtur: Christus igitur hoc sacramentum in genere tantum instituit, relicta Ecclesiae potestate determinandi in specie eius materiam et formam, salva intentionali significatione sacramenti, atque distinguendi illius munera secundum temporum necessitates. . . Hierarchia ordinis inde resultans, etsi inquantum talis dici nequeat iuris divini, est tamen 'divina ordinatione instituta/ ut definit Cone. Trid. . . . Est igitur institutum, in quantum tale, iuris specifice ecclesiastici, quod respondet divinae voluntati in genere latae. In quantum autem hierarchia ordinis sumitur ut subiectum potestatis sacerdotalis in genere, dicenda est iuris divini."[20]

Congar clare, etsi ut verisimilem tantum, eandem sententiam proponit ac fusius explicat: "Ainsi peut-on se demander si le developpe-

***u Ibid.* 346.**

*** *Institutiones theologiae scholasticae* IV (Milano 1949) 623 sq. Cf. alium locum infra cit., in p. 27.**

ment historico-canonique n'est pas marqué par une déconcentration et une communication progressive de pouvoirs qui avaient été d'abord réunis dans le seul évêque. Evidemment, une telle vue ne vaut que pour interpréter des faits acquis, s'il en est; elle ne constitue nullement une loi au nom de laquelle on appellerait et justifierait d'avance d'autres communications des pouvoirs et des actes du sacerdoce épiscopal, et surtout elle ne peut valoir que dans les limites fixées par la constitution essentielle de l'Eglise. Il est clair que si l'épiscopat et le presbytérat sont deux ordres strictement distincts de par une institution divine, les actes propres de l'évêque ne peuvent être exercés par le simple prêtre demeurant simple prêtre; et on ne voit pas comment une autorisation papale changerait sa qualité de simple prêtre. . . On sait que le Concile de Trente s'est abstenu de dirimer la question, controversée entre catholiques, de savoir si les évêques étaient supérieurs aux prêtres, de droit divin: considérant que non seulement un texte bien connu de saint Jérôme, mais un grand nombre de canonistes étaient pour une solution négative. Après tout, les textes du Nouveau Testament emploient différemment et l'un pour l'autre les mots de presbytre et d'épiscope. . . Contre les ruineuses négations protestantes l'apologétique catholique a, depuis lors, tendu à établir et à tenir la distinction de droit divin, mais le dogme n'exige pas tant et la question est encore ouverte.

"Certes, l'Eglise tient ses principes constitutifs du Seigneur lui-même: les pouvoirs et les réalités, tels que les sacrements, qui sont ses principes. Mais on peut se demander si ces pouvoirs et ces réalités ne lui ont pas été donnés *d'une manière plutôt globale, enveloppée:* comme tant de choses, comme des vérités aussi essentielles que la divinité du Saint-Esprit, par exemple, dont saint Grégoire de Nazianze disait que le Seigneur l'avait seulement insinuée et qu'elle n'avait été déclarée que plus tard. *Il semble, que dans le cas de plusieurs sacrements et du pouvoir de l'Ordre qui leur correspond, le Seigneur, ayant donné à l'Eglise la réalité même de ces choses, lui a laissé le soin de les organiser.* Organisation relevant de ce pouvoir canonique de l'Eglise, qui n'est autre que le pouvoir de régler la vie que le Seigneur lui a donnée, et qui se produit, dans son sacerdoce, en pouvoir liturgique...

"Sans doute, l'étude de *la façon dont le sacerdoce s'est précisé, fractionné, déployé,* amènerait-elle à voir, dans ces déterminations, quelque chose qui relève de cette tradition de l'Eglise, comme le culte des saints et le canon de la messe. *Quelque chose donc de plus profond que le droit purement positif et changeant; quelque chose de moins absolu que les réalités que le Seigneur lui-même a déterminées avec*

précision. Des déterminations de l'Eglise, mais touchant à des réalités tellement structurales, ayant une telle valeur de principes, et pour cette raison aussi s'étant produites d'une façon si proche des origines, qu'on doit les considérer comme normatives. Et pourtant, une dérogation en une telle matière n'est pas rigoureusement impossible. Elle est, elle doit demeurer exeptionnelle. Mais, quand elle se produit, elle est ramené à la règle et validée par une application de ce pouvoir, toujours vivant dans l'Eglise, et qui s'est exercé à l'origine pour la détermination normative en question."[27]

Gerlaud, eidem explication! firmius adhaerere videtur etsi eam afferat occasione quaestionis de sacramentalitate diaconatus et ordinum minorum: "Cette conclusion d'autorité n'en laisse pas moins une ombre quil faut maintenant dissiper. Il est essentiel à tout sacrement d'être institué par le Christ; de pareille institution nulle trace ne nous apparaît en ce qui concerne le diaconat aussi bien que les ordres subalternes. C'est tout *le problème de l'institution immédiate des sacrements par le Christ et du pouvoir de l'Eglise en cette matière,* force nous est donc d'en rappeler brièvement les données. . .

"L'histoire nous rapporte des modifications multiples en matière sacramentaire, spécialement en ce qui concerne le sacrement de l'Ordre; nous tenons déjà la clef de l'énigme. A la Cène, le Christ a institué le sacerdoce auquel il a confié le double pouvoir de consacrer son Corps réel et de sanctifier son Corps mystique. *Si l'église ne peut constituer un sacerdoce nouveau, elle a autorité pour déployer la richesse du sacerdoce et pour le répartir en des sujets divers.* Explicitation n'est point addition; l'être qui participe à la perfection d'un être supérieur ne lui ajoute rien; la création qui déploie la magnificence de la divine Essence ne s'additione pas à elle; ainsi l'Eglise ne crée pas en dévidant la vertu sacerdotale, contenue dans le sacerdoce premier institué par le Christ; ce sacerdoce était gros de la perfection maintenant exploitée.

"Le corps se développant, l'organisme doit élargir son action vivifiante; sans rien perdre de sa vertu ni de son unité, il doit étendre son influence, exercer en différentes parties diverses fonctions, ici fonction plus humble, là plus noble, mais qui ressortissent ensemble à une impulsion première, recevant d'elle leur activité et leur orientation vers le fin commune, la conservation de la vie. Cependant, contrairement à l'embryon qui gagne en richesse tandis qu'il se développe et croît, le sacerdoce de la Cène n'est point grandi par ses diverses

[27] "Faits, problèmes et reflexions à propos du pouvoir d'Ordre et des rapports entre le presbytérat et l'épiscopat," *La Maison-Dieu* XIV (1948) 125-128.

participations; il était là parfait et la distinction des fonctions comme leur répartition en divers sujets ne l'ont point enrichi: de même que l'Eglise n'a rien ajouté au Christ, les sacrements n'ont point multiplié la grâce de l'Incarnation, premier sacrement. Cette oeuvre de distinction est d'ailleurs oeuvre du même Esprit qui a présidé à l'institution de la Cène; si les circonstances historiques sont le motif visible de ces modifications superficielles, l'instigateur profond est l'Esprit-Saint qui conduit l'Eglise d'après les plans de la Providence surnaturelle. Au gré de ces circonstances, bien que sous l'impulsion de l'Esprit, le diaconat et les diverses formes de ministère, ont donc pu apparaître tributaires à des degrés divers du sacerdoce de la Cène, sans que celui-ci soit scindé ni profondément modifié.''[28]

Lennerz eidem sententiae favere videtur; nam, postquam ostenderit testimonia Traditionis ''vix praebere fundamentum sufficiens cum certitudine respondendi ad quaestionem, num differentia inter episcopum et presbyterum ratione ordinis sit institutionis ipsius Christi, iuris divini [immediati],'' addit: ''Ita intelligitur, concilium [tridentinum] magna prudentia hanc quaestionem apertam reliquisse. Intérim tamen videtur sententia, quam 'itali' in favorem auctoritatis Summi Pontificis in Concilio defendebant [scilicet divinam institutionem episcoporum non necessario implicare immediatam institutionem], in testimoniis historicis magis fundata esse, quam [contraria] sententia 'hispanorum.' Id quod nunc cum certitudine dici potest, est id quod concilium tridentinum definivit, esse scii, iri Ecclesia hierarchiam ratione ordinis, divina *ordinatione* institutam, quae constat episcopis, presbyteris et ministris.''[29] Mens auctoris minime clara est, nam, cum antea[30] diserte agnoverit in Codice I. C., can. 108, asseri ipsam immediatam institutionem, quam Cone. Trid. noluerat definire (''Ergo ea verba ponuntur, quae concilium tridentinum approbare noluit''), quaeri ab eo potest an liceat contra Codicem hanc institutionem denegare ita ut quaestio maneat simpliciter aperta ac libera.

Marchai pariter sub aliqua ambiguitate mediatam institutionem suggerit: ''Il est donc de foi [par le Concile de Trente, sess. 23, can. 6] que la hiérarchie catholique a été instituée en vertu d'une disposition divine, 'ordinatione divina.' Quant à chacun des degrés de la hiérarchie, évêques, prêtres et diacres, leur institution est-elle immédiatement ou médiatement divine? D'après l'interprétation

[38] *Saint Thomas d'Aquin. Somme Théologique. L'Ordre* (trad. française, Editions de la Revue des Jeunes, Paris [1931]) 209-212.

***De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 96. Ibid, in p. 86 valde clare auctor explicat quid esset in hac re mediata Christi institutio.**

MIn p. 85, in nota.

stricte des mots: 'quae constat ex episcopis . . *J* qui marquent seulement l'appartenance de fait des trois degrés à la hiérarchie, l'institution médiate pourrait être soutenue et, par le fait, serait seule définie par le concile. Pour ce qui est des évêques en particulier, le concile définit le fait de leur succession apostolique [sess. 23, cap. 4]. . . Mais il ne définit pas si le droit divin de cette succession est immédiat ou seulement médiat. Dans le premier cas, le Christ aurait déterminé que la succession apostolique s'effectuerait de telle façon; dans le second, il aurait laissé aux apôtres le soin de régler le mode de succession. Les textes scripturaires ne manifestent aucunement cette intention du Christ de préciser le mode de succession; les faits semblent parler en faveur du droit divin médiat."[31]

Tamen Marchai immediate subiungit, ac pro tanto approbare videtur, conclusionem D'Herbigny dicentis divinam ac immediatam originem episcopatus, etsi non definitam a Cone. Trid., esse doctrinam catholicam proxime definibilem; ex quo ambigua apparet eius positio: logice ita fortasse explicari potest ut, attentis solis documentis Scripturae et factis, inclinet in mediatam institutionem, attenta vero traditionali Ecclesiae interpretatione, stet pro immediata institutione.

Bouêssé eandem opinionem, secundo tamen supradicto modo intellectam (seu pro immediata institutione solius episcopatus ex quo Ecclesia separaverit presbyteratum et diaconatum), tanquam congruentem hypothesim proponit, scribens: "L'institution divine de ces trois ordres dont, selon les expressions de la Constitution de S. S. Pie XII, est constitué le sacrement de l'ordre, pourrait parfaitement s'expliquer dans la perspective où le sacerdoce épiscopal seul aurait été immédiatement institué par le Seigneur en personne."[32] "Si l'épiscopat a d'abord contenu le sacerdoce, si tous les prêtres primitifs étaient évêques, il fut un temps où des évêques, lors de l'ordination de prêtres, ne voulurent communiquer qu'une partie de leurs pouvoirs à leurs coopérateurs: le pouvoir proprement sacerdotal. Les évêques devenaient ainsi supérieurs aux prêtres par une décision de leur part, mais qui engageait une contexture sacramentelle de droit divin: initiative ecclésiastique, mais fondement divin."[33]

Michel eandem hanc explicationem eligere videtur, etsi nonnisi leviter ac per transennam rem tangat, scribens: "Les théologiens [modernes] en arrivent à formuler l'opinion . . . que l'institution du

[31] **"Evêques (Origine divine des)," *Dictionnaire de la Bible-Supplément* II (Paris 1934) 1328.**

[32] **"Episcopat et sacerdoce. II — L'opinion de Saint Thomas," *Revue des sciences religieuses* XXVIII (1954) 389.**

[33] ***Ibid.* 389 sq., in nota.**

sacerdoce est renfermé dans l'institution de l'Eglise elle-même. Mais personne ne s'attache plus ajourd'hui au sentiment selon lequel Jésus aurait lui même institué tous les ordres: "Christus autem non statim ordinavit omnium ordinum ministros, sed episcopos tantum, quia hic gradus reliquos in se continet,' dit, fort pertinemment, Ch. Pesch, *Praelect. theol.,* t. vii, n. 576."[34] Quam exaggerata aut ambigua sit haec affirmatio circa communem sententiam theologorum, mox ex dicendis in parte affirmativa patebit. Ceterum, ipsa verba Pesch, nedum clara, potius inculcare videntur Christum instituisse quidem omnes ordines, sed non omnes ipsum applicasse seu "non ordinasse omnium ordinum ministros" sed solos episcopos, sive apostolos, quia, cum hic gradus reliquos in se contineat, ab episcopo omnes reliqui ministri ordinari queunt.

Ceterum, recentius idem Michel, occasione novarum elucubrationum circa sacramentalitatem episcopatus, exaratarum praecipue a Congar, Boularand et Joumet, utramque quaestionem de sacramentalitate et de divina origine distinctionis episcopatus a presbyteratu directe aggressus (et plus aequo commiscens), huius divinae originis aliam atque, ut ait, "personalem solutionem" affert, quae "sub diversis ac magis scholasticis terminis sese inspirat identico principio" unde procedit suprarelata explicatio Congar, quaeque reapse nihil aliud est quam quaedam applicatio notae theoriae *de generica institutione* sacramentorum, sub radicaliori forma supra invocata a Baisi. Christus scilicet sacramentum Ordinis generice tantum instituit, idque non tantum quoad essentiam, sed etiam quoad attinet ad ministrum, relinquens Ecclesiae potestatem determinandi tum materiam et formam, tum etiam ministrum (scilicet quinam debeat esse minister ordinarius et quinam et quomodo minister extraordinarius) ac pro tanto saltem inducendi distinctionem inter episcopum et presbyterum.

Ad rem ipse: "Ces citations de deux théologiens qualifiés [i.e. Congar et Boularand[35]] nous permettent de présenter notre solution personnelle qui, en des termes différents et plus scholastiques, s'inspire cependant d'un principe identique. Elle nous a été suggérée depuis plus de 20 ans par la lecture de Jean de Saint-Thomas sur l'institution des sacrements. Pour ce prince de la théologie du XVIIe siècle, l'être propre des sacrements réside essentiellement dans la signification que leur confère la volonté du Christ en les destinant à produire la grâce qu'ils signifient. Toutefois, pour produire en fait la grâce, comme instrument de la passion, l'être intentionnel, qui constitue proprement l'être sacramentel, ne suffit plus: sous ce rapport, le sacrement doit

[34] "Ordre." *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1379.
[35] De quibus confer in art. seq., pp. 268-270.

renfermer un élément sensible capable de recevoir l'influence instrumentale nécessaire à la production de la grâce. En certains cas, le Christ a determiné lui-même l'élément sensible capable de recevoir l'influx divin et de produire la grâce; d'autes fois, il a laissé à son Eglise la liberté et le pouvoir de ce choix. . .

"Déjà en 1947 . . . nous avons fait l'application de ce principe au simple prêtre ministre du sacrement de confirmation. Reprenons notre raisonnement: 'En dehors du baptême et de l'eucharistie, dont le Christ a institué les éléments sensibles, les autres sacrements n'auraient donc besoin, pour justifier leur institution immédiate par le Saveur, que d'une intention de celui-ci, manifestée aux Apôtres et laissant à l'Eglise le pouvoir et le soin de déterminer matière et forme. *Pourquoi, lorsque le Christ ria rien spécifié expressément, ne pas étendre ce pouvoir ministériel à la désignation du ministre lui-même?'* Ne pourrait-il pas en être de même du ministre du sacrement de l'ordre? A l'Eglise, Jésus-Christ aurait laissé le pouvoir de déterminer qui en sera le ministre ordinaire, qui en sera, et pour quels ordres, et dans quelle mesure, le ministre extraordinaire.

"Une telle solution laisserait entendre que le problème, tel qu'il a été posé —droit divin ou droit ecclésiastique distinguant l'épiscopat et le presbytérat —est posé en fonction d'une doctrine étrangère au problème. Ici le droit divin et le droit ecclésiastique se compénètrent et se complètent. Nous en revenons à la solution proposée, en termes très heureux par le P. Congar, termes qui complètent bien notre pensée en lui prêtant des formules plus souples."[30]

PARS AFFIRMATIVA

1. Distinctionem episcopatus et presbyteratus esse quomodolibet vere, adeoque saltem mediate, *ex divina institutione* (ita nempe quod episcopus et presbyter non differant tantum sicut parochus et vicarius, vel sicut archiepiscopus et simplex episcopus, sed uterque participet ipsi sacerdotio a Christo immediate instituto, etsi diversa eorum in hoc sacerdotio participatio proveniat fortasse ab aliqua potestate a Christo Ecclesiae concessa), est *de fide definita* tum in magisterio ordinario tum, saltem aequivalenter, in ipso extraordinario magisterio, signanter in Cone. Trid. Quod quidem iudicium confirmatur communissimo consensu theologorum, hoc modo magisterium Ecclesiae interpretantium.

[30] "Episcopat et sacerdoce: N'y a-t-il qu'une différence d'exercise et non de nature?" *L'ami du clergé* LXIII (1953) 726 sq. Eadem explicatio iam praeformabatur, ad mentem ceteroquin De Smet, in "Questions de science ecclésiastique," *ibid.* LUI (1936) 310.

Documenta Ecclesiae afferentur ac discutientur infra (pp. 96-110), occasione secundae conclusionis de immediata ipsa institutione episcopatus et presbyteratus. Quod attinet ad *theologos,* tam antiquos quam modernos, nemo, quem sciamus, clare saltem, negavit divinam aliquam institutionem praefatae distinctionis etsi nonnulli ambigue loquantur, miscentes varias quaestiones de immediata aut mediata institutione, vel de potestate Ordinis et potestate jurisdictionis, vel de Ordine qua tali et de eius sacramentalitate, vel de distinctione ministri ordinarii et ministri extraordinarii quantum ad Confirmationem et collationem Ordinum, vel de gradu certitudinis huius doctrinae, seu, si placet, de nota theologica assignanda, praecipue quod attinet ad vim decisionis tridentinae. Peculiaris autem difficultas quae latet in verbis aliquorum Patrum, nominatim Ambrosiastri, Hieronymi et Pseudo-Hieronymi, necnon aliquorum posteriorum scriptorum usque ad medium aevum qui ea verba serviliter repetierunt, clarificabitur infra, in Conci. 1, ubi de argumento Traditionis.

Interim observa theologos mediaevales passim et absque discussione asseruisse divinam institutionem episcopatus qua talis, quamquam plures, imo maior pars, negarunt eius sacramentalitatem (Petrus Lombardus, Halensis, Albertus M., Bonaventura, S. Thomas, Scotus, Durandus, Paludanus, Capreolus, Biel); in periodo quae sess. 23 Cone. Trid. immediate praecessit (1515-1562) eadem est communis sententia (Maior, Fisher, Herborn, Eck, Purstinger, Castro, Perez, Pighi, Lipomannus, D. Soto, P. Soto, Ledesma).[37] Etiam in acribus discussionibus habitis in Cone. Trid. circa ipsam divinam institutionem episcopatus, ab omnibus Patribus et theologis, etiam iis qui illius explicitae ac directae definitioni obstabant, pro comperto supponebatur episcopatum, saltem sub ratione Ordinis, esse divinae institutionis, ut patet vel ex ipsa declaratione Legatorum Concilii necnon ex verbis Card. Castagna archiep. rossanensis et patris Laynez (infra referendis, in pp. 104 sq.), qui opportunitatem illius definitionis impugnabant. A fortiori post Cone. Trid., cum, inde a Bellarmino usque ad hodiernum diem, increvit sententia de ipsa distincta sacramentalitate episcopatus, eiusdem divina institutio cum maiori adhuc emphasi asserta est, veluti fortiori hac ratione confortata; ceterum etiam illi theologi qui sacramentalitatem episcopatus denegarunt aut in dubium revocarunt (cf. art. seq., pp. 121-174) a communi tamen assertione de divina institutione nullatenus deflexerunt, ex quo quidem non leviter increscit significativa vis communis consensus theologorum.

Quod attinet *notam theologicam,* omnes, quos sciamus, significant

[37] Cf. apud G. B. da Farnese, *Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessione XXIII di Trento 11515-1562}* (Roma 1946) 121-231.

rem esse de fide, communiter appellantes praecipue ad canones 6 et 7 Cone. Trid. Ita inter praefatos auctores qui ante sess. 23 scripserunt, Ledesma contrariam sententiam appellat post Tridentinum haereticam[38] et Alphonsus de Castro affirmat hanc quaestionem respicere fidem catholicam. Post Cone. Trid. Bellarminus, Gonet, Billuart, Tournely, cum pluribus aliis intelligunt ipsam immediatam institutionem divinam esse de fide. Inter modernos ipsi suprarelati (pp. 18-24) fautores solius mediatae institutionis, scilicet Baisi, Congar, Gerlaud, Lennerz, Marchai, Bouëssé et Michel, hanc saltem mediatam institutionem dicunt vel supponunt esse de fide, ut intérim omittamus quotquot defendunt ipsam immediatam institutionem divinam, quos dabimus infra. Unde sicut Gonet recte de sua aetate asserebat: "In quo conveniunt omnes catholici," ita recte de hodierno tempore ait Hugon: "Omnes catholici profitentur episcopos iure divino presbyteris [esse] superiores."

Satis erit referre verba D'Herbigny, Michel et Baisi, quorum primus sustinet etiam immediatam institutionem divinam, ceteri solam mediatam, omnes vero docent mediatam saltem institutionem esse de fide.

D'Herbigny: "Ex textibus illis dogmaticis [Cone. Trid., sess. 23, cap. 4 et cann. 6-7]—A) definitur hierarchiam (in genere) esse divina ordinatione institutam (cn. 6). Pericope vero 'quae constat...' potest duplici sensu accipi: —a) vel definire institutionem immediate divinam singulorum graduum; —b) vel, asserto iure divino alicuius hierarchiae, significari talem de facto existere, cuius ergo gradus *de iure solum mediate divino credantur.* Porro et modus loquendi ('quae constat'; non 'quae constet,' nec 'prout constat') et stricta definitionum interpretatio posteriorem sensum permittunt, ultra quém ergo alter nequit probari definitus. B) Definitur quoque episcopos —praecipue pertinere ad hierarchiam (saltem ergo de facto, non necessario ex institutione immediate divina) . . . C) Propositione incidente dicuntur Apostolis succedere. Sed non definitur, utrum ius illius successionis divinum sit immediatum (quasi Christus aequivalenter praeceperit: Successio fiet tali modo), an mediatum (i.e., per Apostolos determinandum). . . Dogmatice ergo apostolica episcoporum successio includitur definitione, *non vero immediata Christi de eis ordinatio.* — Haec tamen ita iam a Clemente . . . proponitur praedicata et credita, ac inde communiter, ut possit dici *doctrina catholica,* nondum formaliter definita, sed proxime definibilis.[38]

"Cum ipse scripserit a. 1560, seu ante celebrationem sess. 23 (a. 1563), manifesto se refert ad sess. 7 (habitam a. 1547), in qua definitur solum episcopum esse ordinarium ministrum Confirmationis.

• *Theologica de Ecclesia* (ed. 3, Parisiis 1927-1928) II 284.

Michel: "Dans ce can. 6, il [i.e. le Concile] proclame l'existence de cette hiérarchie comme un dogme de foi, et par là, définit, comme article de foi, la distinction entre les clercs et les laïques. Cette distinction est de droit divin: c'est ce qu'exprime explicitement l'incise, 'dispositione divina,' qui, tout en donnant satisfaction dans une certaine mesure à l'une des revendications des évêques espagnols, étend ce droit divin à un object autrement compréhensif, la hiérarchie. Bien plus, le concile entend jusqu'à un certain point définir qui, parmi les clers, appartient de droit divin à la hiérarchie. A coup sûr, et sans aucune contestation possible, en font partie l'épiscopat et le sacerdoce [i.e. les évêques et les prêtres]: et cette affirmation, explicitement formulée dans le canon, est *un article de foi*"[40] Alibi, repetitis iisdem verbis, addit: "Par là, l'institution divine du presbytérat s'impose à la foi catholique."[41] Quod autem auctor subinde addit, in can. 7 non expresse definiri superioritatem episcoporum ex divino iure ac propterea in can. 6 adhiberi expressionem "divina ordinatione instituta" loco "iure divino instituta,"[42] nequit absque contradictione cum prioribus verbis nisi taliter explicari ut significet Concilium definire quidem divinam institutionem distinctionis ac superioritatis episcopatus, non tamen ipsam immediatam institutionem (cf. supra, p. 23).[43]

Baisi: "Come appare . . . dagli Atti del Tridentino, questa frase: divina ordinatione institutam, non include necessariamente una immediata ed esplicita istituzione di Cristo, ma può benissimo essere riferita ad una *istituzione mediata per mezzo della Chiesa*. Ed è tanto vero che questa fu l'idea del Tridentino, che gli spagnuoli non ne furono contenti . . . , ma esigevano una frase più esplicita, che la maggioranza dei Patri però non volle ammettere" (cf. supra, p. 18).[44]

2. Longe communior sententia theologorum, tam antiquorum quam modernorum, docet etiam *immediatam divinam institutionem* distinctionis (et consequenter superioritatis) episcopatus relate ad presbyteratum.[45]

Antiquiores *theologi praetridentini* cum asserunt episcopatum alios-

[40] "Ordre," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1361 sq

[41] "Prêtre," *ibid.* XIII-1 (Paris 1936) 152; cf. 325.

[42] *Ibid.* 158.

[43] Similis confusio, vel apparens contradictio, adhuc retinetur in recentiori eiusdem auctoris *articulo* (supra cit., p. 23 sq.), p. 723, col. 1, coli, cum p. 725, coi. 2. Praeterea, in toto hoc articulo auctor videtur confundere aut indebite miscere quaestionem de divina institutione distinctionis ac superioritatis episcopatus cum quaestione de eius sacramentalitate.

[44] *Il ministro straordinario degli Ordini sacramentali* (Roma 1935) 69.

[45] Id non satis ponderare videtur Journet cum nonnisi timide asserit: "Depuis le moyen âge la thèse qui voit entre évêques et prêtres, dans la ligne de l'ordre, une distinction de droit divin [intellige: immediati] paraît avoir prévalu" (*loc. cit.*, infra, p. 31).

que ecclesiasticos gradus fuisse a Christo institutos, nonnisi immediatam institutionem proponere intendunt,[46] nec menti eorum occurrit posterior distinctio inter institutionem immediatam et mediatam, quae ceteroquin in Cone. Trid^ a quibusdam subinde invocata est non tam quoad potestatem Ordinis quam quoad potestatem iurisdictionis in episcopo (cf. infra, p. 104). *Franciscus de Victoria* simpliciter statuit: "Gradus potestatis Ecclesiae sunt instituti a Christo non solum pro tempore Apostolorum, sed in totum tempus, quo perseveratura erat Ecclesia. . . Sicut Apostoli, et illi soli habuerunt iure divino ordinare, et consecrare Presbyteros, et alios inferiores Ministros, ita omnes et soli Episcopi hoc habent etiam iure divino."[47] *Domtmcui Soto* sic communem sententiam interpretatur: "Discrimen hoc et praeeminentia inter episcopos et simplices presbyteros non ex sola traditione apostolorum suscepit ecclesia, sed iure divino ex institutione Christi. Haec est sententia S. Thomae 2–2, quaest, 184, a. 6, omniumque sanctorum patrum, et doctorum, ut Turrecremata. . · Unum tantum argumentum obviare nobis apparet, quod dist. praesenti, q. 5. facit Durandus. In Evangelio nullibi leguntur episcopi seorsum a presbyteris ordinati: ergo discrimen non est de iure divino. . . Respondetur . . . , multa, ut ait loannes, fecisse Christum, quae evangelistae scripto non demandarunt."[48]

Ut sistamus intra limites *theologorum posttridentinonm* et maxime modernorum, inter quos varietas connaturaliter expectari potest, duplex apud eos discrimen observatur, unum nempe quoad notam theologicam huic doctrinae assignandam, et consequenter quoad interpretationem canonis Tridentini, et alterum quoad gradum clan· tatis quo communis haec sententia proponitur. Et imprimis, maior eorum pars significat (explicitis vel aequivalentibus verbis) rem esse de fide, definita a Cone. Trid. in cann. 6 et 7; ita inter alios *Bd larminus, Tournely, Billuart, Wirceburgenses, Hurter, Gaspam Many, Pesch, Paquet, Billot, Tanquerey, H. Mazzclla, Tixeron^ Valton, Van Noort-Verhaar, Lepicier, Hugon, Diekamp, Hervi Pirinelle, De Clercq, Forget, Dafjara, Mancini, Gigon, Zubizarreta Ab&rzuza, Larnicol, Piolanti, Claeys-Bouuaert,* ex quibus aliqui notanl quod, quamvis id in Cone. Trid. explicitis verbis non dicatur, tamen "sensus integer remanet" (Tournely), "id aperte indicatur" (Billuart) "res non est dubia" (Hugon), "illud omnino certum est et evi

[46] Cf. *S. Thomam,* cit. infra, p. 33, in nota.
[47] *Relecciones theologicas del Maestro Fray Francisco de Vitoria* II (edición critic por L. A. Getino, Madrid 1934) 150-152.
[48] Dist. 24, q. 2, a. 2, *In quartum (quem vocant) Sententiarum* (Venetiis: apud l M. Lenum 1575) II 28 sq.

dentissime sequitur ex canonibus citatis" (Van Noort-Verhaar), est "formaliter implicite definitum . . . videtur esse quoad rem dogma definitum" (Larnicol). Pauci vero, consideratis *Actis* conciliaribus, dicunt Concilium Trid. abstinuisse, et quidem ex industria, ab huius rei definitione, ita ut res non sit de fide, sed vel doctrina libera, quae tamen probabilior est ac commendatur a Codice I.C. (ita *Journet* et *Gy,* ad mentem), vel ad summum doctrina catholica proxime definibilis (ita ex contextu videtur intelligendus *LPHerbigny,* quem sequitur Marchai, etsi id dicant directe de sola apostolica successione episcoporum).

Alterum discrimen in eo est quod plures non afferunt explicitam distinctionem inter immediatam et mediatam institutionem (haec enim distinctio nonnisi recentius saltem in praesenti quaestione de Ordine invocata est), nec explicitis aut aequivalentibus verbis loquuntur de immediata institutione, sed divinam institutionem ita simpliciter proponunt ac si nulla sit aut esse possit quaestio de mediata institutione; alii vero immediatam rationem institutionis sub una vel alia expressione signato modo proponunt (ita Gasparri, Many, Tixeront, D'Herbigny, De Clercq, Permeile, Claeys-Bouuaert, Journet).

En quaedam signantiores expressiones a modernis prolatae:

GASPARRI: "De origine singulorum graduum sacrae hierarchiae ordinis disserentes, dicimus in primis certum esse primos tres gradus esse divinae institutionis, nempe episcopatum, presbyteratum et diaconatum. *Id definivit* Cone. Trid., sess. XXII, can. VI: 'Si quis dixerit in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris et ministris, A.S.' Hierarchia divina ordinatione instituta constans episcopis, presbyteris et ministris indicat clare episcopatum, presbyteratum et ministerium (quod saltem erit diaconatus), esse divinae institutionis. Equidem sacrae litterae non indicant *quandonam Christus D. has ordinationes, relativam potestatem conferentes, instituerit,* quod et de pluribus aliis sacramentis verum est; forte eas instituit eo tempore quo a mortuis redivivus per quadraginta dies cum suis Apostolis commoratus est, loquens de regno Dei."[49]

MANY: "Dico ergo, ratione potestatis ordinis, episcopos, iure divino superiores esse presbyteris. Soli enim episcopi, exclusis presbyteris, ordinare possunt alios episcopos, aut presbyteros, aut diaconos, *et hoc ex institutione Christi.* . . [Attento can. 7 Cone. Trid.] concludendum est discrimen inter presbyterum et episcopum, ratione potestatis ordinis, non oriri ex mero iure ecclesiastico, quod variationibus et temperamentis subiacet, sed ex iure divino, aut potius, *ut accuratius loquar, ex ipsa vi sacramenti ordinis, instituti a Christo,* quod maiorem episcopis, minorem presbyteris confert potestatem."[50]

VALTON: "Les évêques sont institues de *droit divin. C'est un dogme de foi* defini par le concile de Trente, sess. XXIII, can. 6. . . Mais s'il est hors de doute que le pouvoir d'ordre est conféré immédiatement par Dieu aux évêques, de manière que l'Eglise ne saurait y rien modifier, la chose n'apparaît pas aussi

[49] *De sacra ordinatione* I (Parisiis 1893) 18sq.
[50] *De sacra ordinatione* (Parisiis 1905) 6, 9.

certaine s'il s'agit du pouvoir de juridiction. En effet, l'origine divine de la juridiction épiscopale est-elle immédiate, ou seulement médiate, de sorte que s'appuyant sur le droit divin, elle découle immédiatement du Souverain Pontife? La question est controversée entre catholiques. . . Les évêques sont *supérieurs aux prêtres,* dont ils se distinguent nettement, et *de droit divin:* telle est la conclusion de ce qui a été dit plus haut; et *ce dogme,* qui est l'écho de toute la tradition catholique, est fermement établi, comme l'ont proclamé le concile de Trente, *loc. cit.,* can. 7, et Benoit XIV, *De synodo diocesana,* 1. XIII, c. 1, n. 2."[61]

TIXERONT: "Dans la session XIII, canon 6, il [le Conc. de Trente] a défini qu'il y avait dans l'Eglise catholique une hiérarchie 'divina ordinatione instituta,' qui se compose des évêques, des prêtres et des ministres. . . *Il est donc de foi* que les évêques, les prêtres et au moins les diacres sont d'institution divine. . .

"La question qui se pose en ce moment pour nous relativement à l'épiscopat est uniquement celle-ci: *Notre Seigneur a-t-il voulu* qu'il existât après lui des hommes possédant la plénitude du sacerdoce qu'il avait institué,' et, de fait, y a-t-il eu, dès les premiers jours de l'Eglise, des hommes possédant ce pouvoir, c'est-à-dire des évêques au point de vue de l'ordre. Or, évidemment, poser cette question c'est la résoudre. Puisque Jésus-Christi a établi le sacerdoce chrétien comme une institution qui devait se perpétuer, il a donc voulu qu'il y eû des prêtres le possédant en plénitude et capables de le communiquer, c'est-à-dire des évêques; et les apôtres au moins ont été ces évêques...

"La première opinion de Petau [i.e. qu'au premier siècle il n'y avait que des évêques] peut parfaitement se soutenir, à la condition cependant — il le remarque souvent lui-même — qu'on n'en conclût pas que c'est l'Eglise qui a créé le presbytérat simple par une sorte de dédoublement de l'épiscopat, à peu près comme nous savons qu'elle a créé les ordres mineurs par un dédoublement du diaconat. Pareille conception, qui ferait du presbytérat comme tel une institution purement ecclésiastique, est absolument contraire à la définition du concile de Trente qui déclare que la hiérarchie d'ordre composée des évêques, des prêtres et des ministres est d'institution divine. Elle n'est pas moins contraire à cet axiome que l'Eglise ne saurait instituer elle-même un sacrement. Or, en établissant ainsi une ordination presbytérale qui ne donnerait à l'ordinand qu'un sacerdoce diminué, incapable de se communiquer, l'Eglise aurait évidemment institué un nouveau sacrement distinct de celui de l'épiscopat, et elle l'aurait fait en mutilant en quelque sorte l'épiscopat établi par Jésus-Christ, son presbytérat n'étant qu'un épiscopat incomplet: autant d'abus de ce pouvoir qu'on ne saurait attribuer à l'Eglise. Le presbytérat proprement dit est donc d'institution divine: Jésus-Christ a voulu qu'il y eû deux ordres de prêtres; et nous trouvons, en fait, dès le début du IIe siècle, de simples prêtres en fonctions."[62]

D'HERBIGNY supra citavimus (p. 26).

DE CLERCQ: "Le pouvoir de se perpétuer a été donné par le Christ à son sacerdoce comme ceux de célébrer l'eucharistie, de confirmer, de remettre les péchés. La réservation exclusive de certains de ces pouvoirs a créé la discrimination entre l'épiscopat et le présbytérat. Mais *l'un comme Vautre ordre remonte au Christ.* Aucun de ces pouvoirs n'a jamais appartenu aux diacres. Néammoins les 'ministres' étant mis, par le concile de Trente, sur le même pied que les évêques et les prêtres, on en conclut que les diacres *sont d'institution divine, en ce sens tout au moins que les Apôtres ont exécuté un mandat spécial en les instituant.* . . Ces ordinations sacramentelles sont sûrement celles à l'épiscopat et à la prêtrise.

" "Evêques. Questions théologiques et canoniques," *Dictionnaire de théologie catholique* V-2 (Paris 1913) 1072 sq.

[63] *L'Ordre et les Ordinations* (éd. 2, Paris 1925) 56, 60, 76.

En ce qui concerne le diaconat, l'Ecriture atteste son institution par les apôtres mais ne suggère rien quant à son charactère sacramentel, on pourrait admettre que les apôtres aient institué des diacres *en vertu d'un ordre divin,* sans qu'ils aient eu le pouvoir de leur conférer en même temps une grâce spéciale."[53]

Quamvis prima pars huius textus sit ambigua, quatenus discriminationem episcopi et presbyteri ex parte diversorum munerum videatur referre ad ecclesiasticam dispositionem, altera pars clare supponit utrumque ordinem, non minus quam diaconatum, esse immediatae divinae institutionis seu saltem introductos esse "ex speciali mandato divino" et "virtute mandati divini."

PÉRINELLE: "Si élevés . . . que soient les simples prêtres dans la hiérarchie sacrée, ils n'en occupent pas le sommet. Au-dessus d'eux, *de droit divin,* se trouvent les évêques. Le Concile de Trente le garantit *à notre foi.* Sans doute, lorsqu'il énumère les ordres, il ne place au-dessus du diaconat que le sacerdoce. Mais il distingue ensuite dans *la hiérarchie sacrée, telle que Dieu l'a instituée,* les évêques, les prêtres et les ministres."[54]

CLAEYS-BOUUAERT: "Etabli de fait par les apôtres, le diaconat a été institué *en vertu de la volonté manifestée par Jésus-Christ. Cette proposition est de foi;* elle se déduit clairement et immédiatement de cette définition du concile de Trente (sess. XXIII, can. 6)."[55] *"C'est un dogme de foi défini* par le concile de Trente (sess. XXIII, can. 6) que l'ordre des évêques est institué de droit divin. . . Le Code de droit canonique (can. 329 § 1) proclame le même principe. . . L'institution divine de l'épiscopat peut être prouvée indirectement par déduction d'un fait historiquement établi: l'existence de l'épiscopat au temps des apôtres. Si ce fait est établi, on peut en conclure logiquement qu'une institution, si indispensable pour assurer la continuité du sacerdoce et l'unité de la discipline, remonte *à un ordre formel du divin fondateur de l'Eglise."*™

JOURNET: "La distinction entre prêtres et évêques, dans la ligne de l'ordre est-elle de droit divin ou de droit canonique? Deux thèses sont en présence: a) Cette distinction est *immédiatement de droit divin.* On suppose que le Christ, soit par lui-même soit par ses apôtres, *a institué immuablement deux degrés dans le sacerdoce:* d'une part un degré inférieur ou presbytérat, avec les pouvoirs de consacrer l'eucharistie et de remettre les péchés, et les pouvoirs 'fiables' de confirmer et de conférer certains ordres; et d'autre part un degré supérieur ou épiscopat, avec les pouvoirs ordinaires, toujours 'déliés,' de confirmer et d'ordonner. Quant aux pouvoirs épiscopaux de consacrer les vierges, les églises, etc., ils sont évidemment d'institution ecclésiastique, b) Cette distinction est *immédiatement de droit ecclésiastique.* — On suppose que le Christ a conféré à tous les ministres la plénitude du sacerdoce. Plus tard, une volonté de l'Eglise a divisé le sacerdoce en deux degrés. Dès lors, seule une disposition canonique fait que les pouvoirs de confirmer et d'ordonner sont inégaux dans l'épiscopat et dans le presbytérat, qu'ils sont là ordinaires et toujours 'déliés,' et ici extraordinaires et 'fiables'. . .

"Depuis le moyen âge la thèse qui voit entre évêques et prêtres, dans la ligne de l'ordre, une distinction de droit divin paraît avoir prévalu. On a dit pourquoi le concile de Trente, malgré l'insistance de certains Pères, s'est refusé à la définir. Cependant le Code de Droit canon semble bien l'avoir fait sienne quand il déclare 'qu'en vertu d'une institution divine, la hiérarchie sacrée comprend dans la ligne de l'ordre des évêques, des prêtres et des ministres.' C'est à cette vue que nous nous rangeons."[57]

" *Ordre, Mariage, Extrême-Onction* [Paris 1939] 27, 48 sq.
"*Le sacerdoce* [Paris 1936] 75.
""Diacre," *Dictionnaire de droit canonique* IV (Paris 1949) 1200.
""Evêques," *ibid.* V (1953) 570.
87 "Vues récentes sur le sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* LUI (1953) 92-95.

GY: "L'ensemble de la Tradition nous invite à affirmer que la distinction entre l'épiscopat, la prêtrise et le diaconat remonte aux apôtres et est d'institution divine (cf. Code de drot canonique, c. 108, § 3, qui précise le canon 6, Sess. XXIII, du concile de Trente; Denzinger 966). Saint Jérôme met entre l'épiscopat et la prêtrise une distinction de simple droit ecclésiastique, en tirant argument des textes de saint Paul et de la succession épiscopale d'Alexandrie. Sa thèse ne paraît pas prouvée."[68]

CONCLUSIO

Conclusio 1. Episcopatus, qua parte distinguitur a presbyteratu, est divinae institutionis, nec meri iuris ecclesiastici (quemadmodum parochus distingui* tur a simplici sacerdote, vel archiepiscopus a simplici episcopo), ita nempe ut participet ipsi sacerdotio a Christo instituto.

Probatur 1. *EX SCRIPTURA.*

Ipsa indoles *hierarchiae A.T.,* quae praeter levitas sive ministros comprehendebat duplicem gradum sacerdotii, suggerit tum convenientiam tum adumbrationem similis alicuius distinctionis a Deo instituendae in hierarchia Ordinis qua regitur cultus novae legis. Ut iam notavimus in art. praec. (tom. 1, p. 794), hunc utriusque sacerdotii hierarchicum ac divinum parallelismum indicabat Clemens Romanus in sua *Epistola ad Corinthios,* cum, memorata "divina voluntate" qua in A.T. "summo sacerdoti sua munera tributa sunt, sacerdotibus locus proprius adsignatus est, et levitis sua munera incumbunt," immediate subiungit: "Unusquisque [ergo] nostrum, fratres, in suo ordine cum bona conscientia praescriptam sui ministerii regulam non transgrediens, honeste Deo gratias agat" (cf. in tom. 1, p. 229), ita supponens vel suggerens etiam in novo testamento dari similem distinctionem graduum hierarchiae ex divina ipsa voluntate.

Praefata suggestio increscit, cum inter eos quos Christus, novae Ecclesiae fundamenta praeformans, sibi in apostolatum consociat et sua doctrina ac potestate peculiariter informat, *duos iam veluti distinctos gradus aspicimus,* scilicet *"duodecim apostolos" (Luc.* 9. 1), quos primum Dominus singulari vocatione elegit *(Mat.* 10. 2—4; *Mare.* 3. 16-19; *Luc.* 6. 14-16; *Act.* 1. 13) ampliorique instruit potestate praedicandi *(Mat.* 28.19-20; *Mare.* 3. 14; 6. 7-13; 16. 15; *Lue.* 9. 2), baptizandi *(Mat.* 28. 19; *Mare.* 16. 16; *Io. 3.* 22-26; 4. 1—2), ungendi ac sanandi infirmos *(Mare.* 3. 15; 6. 7-13; *Mat.* 10. 1; *Lue.* 9. 2), et "alios *septuaginta duos" discipulos (Lue.* 10. 1),[59] quos Dominus

[68] "L'Ordre," *Initiation théologique* IV (Paris 1954) 709.

[59] Numerum 72, quem fert Vulgata, testantur etiam plures graeci codices et versiones, necnon Ephraem, Epiphanius, Pseudo-Clemens, Augustinus, eumque praeferunt Weiss, Knabenbauer, Lagrange, Merk (ed. 4 et 5), Prat; numerum vero 70 ferunt alii graeci

subinde designavit et cum aliqua verbi divini potestate misit tanquam sui precursores.[60] In hac igitur distincta electione plures Patres, exegetae et theologi, verisimiliter praeformatum vident secundum gradum ministrorum Ecclesiae, seu presbyterorum, qui septuaginta illis discipulis subinde successerint, quemadmodum episcopi apostolorum locum obtinuerunt.[61]

Hieronymus, Ep. 75.6 (commentans illud *Num.* 33.9: "Profectique de Mara venerunt in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum et palmae septuaginta, ibique castrametati sunt") scribit: "Nec dubium quin de duodecim Apostolis sermo sit: de quorum fontibus derivatae aquae, totius mundi siccitatem rigant. luxta has aquas septuaginta creverunt palmae, quos et ipsos secundi ordinis intelligimus praeceptores, Luca evangelista testante, duodecim fuisse apostolos et septuaginta discipulos minoris gradus, quos et binos ante se Dominus praemittebat *(Luc.* 6. 13; 10. 1). De quibus et Paulus refert (1 *Cor.* 15. 5-7), quod apparuerit Dominus primum undecim, deinde Apostolis omnibus, alios volens intelligi primos, et alios secundos Christi discipulos" *(ML* 22. 74). Pro aliis mediaevalibus theologis, qui ceteroquin a Hieronymo et Beda dependent, sint haec verba *Ivonis Carnotensis,* quem repetunt Hugo a S. Victore *(ML* 176. 428) et Petrus Lombardus (infra cit., p. 40): "Presbyteri . . . successores et vicarii sunt septuaginta discipulorum, qui praecedebant Dominum lesum in omnem civitatem et locum quo ipse erat venturus *(Luc.* 10). . . Episcopi vero successores sunt apostolorum" *(Sermo* 2, *ML* 162. 518).[62] Pro ceteris doctoribus posttridentinis satis erit exegeta et

codices (textus, ut dicitur, receptus) et versiones, necnon Irenaeus, Tertullianus, Eusebius, Cyrillus, Basilius, Ambrosius, ac praeferunt Tischendorf, Von Soden, Nestle, Vogels, Merk (ed. 1) De rationibus quae huic septuagenario numero assignari solent, confer Maldonatum et Knabenbauer in h. l.

[59] *Luc.* 10. 1, 17: "Post haec autem designavit Dominus et alios septuaginta duos et misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem et locum, quo erat ipse venturus. . . Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam daemonia subiciuntur nobis in nomine tuo." Solus Lucas hos viros explicite commemorat; ceterum alii loci indicant quosdam alios, praeter apostolos, assiduos Christi comites fuisse: *Luc.* 6. 13; *Io.* 6. 61, 67; *Act.* 1. 15, 21; 1 *Cor.* 15. 6. Absque ullo autem exegetico fundamento quidam critici rationalistae huius narrationis historicitatem negant eamque ipsius Lucae inventionem dicunt. Cf. *Knabenbauer* et *Lagrange* in h. l. De his septuaginta duobus discipulis Domini in quibusdam antiquis documentis, etiam apocryphis, confer Ch. Gore, *The Church and the Ministry* (new edition revised by C. H. Turner, London 1936) 112, 199, in notis.

[60] Quaedam documenta vident in septuaginta discipulis peculiariter praeformatos chorepiscopos; ita Cone. Neocaesariense a. 314/325, can. 13 (cit. in tom. 1, p. 896), Pseudo-Damasus (saec. 5-6), *Ep.* 3 de chorepiscopis *(ML* 13. 434 sq.), Cone. Parisiense a. 829, can. 27.

[61] Cf. etiam *Petrum Damianum,* infra, in p. 39. S. *Thomas* rem ut evidentem proponit, provocans ad auctoritatem *Glossae:* "Sed ne aliquis dicat quod Dionysius tradit ordinem ecclesiasticae hierarchiae ab apostolis institutam, cum tamen ex Domini institutione idem essent episcopi et presbyteri, hoc manifeste falsum apparet ex hoc quod dicitur *Luc.* 10. 1: 'Post haec autem designavit Dominus alios septuaginta duos'; ubi dicit

theologus *Maldonatus,* qui, veterum etiam opiniones breviter resumens, scribit: "Manifestum ex hoc est, idque veteres non fugit auctores, voluisse Christum, in Ecclesia sua aliquod personarum esse discrimen; et non solum Ecclesiasticos ministros hominibus laicis, sed inter ministros etiam ipsos alios aliis esse superiores. Nec enim eosdem, nec eodem tempore, neque numero, neque gradu eodem Apostolos et discipulos elegit. Indicat Apostolorum paucitas, eos discipulis maiores esse. Sed qui nunc in Ecclesia Apostolorum, qui discipulorum locum teneant, de eo inter antiquos auctores non satis constat. Communis opinio est, Episcopos Apostolis, presbyteros septuaginta duobus discipulis successisse: Anacletus, et Hieronymus, et Beda. Alii episcopos Christo, presbyteros Apostolis, diaconos septuaginta duobus discipulis similes faciunt, ut Ignatius. Fuerunt etiam, qui dicerent, Episcopos Dei Patris, Presbyteros Christi, diaconos Apostolorum personam gerere, Clemens et Ignatius. Prima opinio verior."[68] Apud posteriores exegetas et theologos haec opinio passim occurrit, et nonnumquam etiam a modernis indicatur.

Ceterum eadem persuasio consignata est in ipsis libris liturgicis, seu in antiquis *Pontificalibus,* et nominatim in *Pontificali Romano* saec. 12 ex quo hodiernum Pontificale descendit. In hoc quidem mentio septuaginta discipulorum Christi, copulata cum mentione septuaginta virorum a Deo per Moysen electorum, bis occurrit, in admonitione nempe episcopi ad ordinandos presbyteros et in ipsa oratione Ordinationis: "Dominus praecipiens Moysi, ut septuaginta viros de universo Israel in adiutorium suum eligeret . . . suggessit. . . Sub eodem quoque mysterio et eadem figura in Novo Testamento Dominus septuaginta duos elegit. . . Tales itaque esse studeatis, ut in adiutorium Moysi et duodecim Apostolorum, Episcoporum videlicet catholicorum, qui per Moysen et Apostolos figurantur, digne, per gratiam Dei, eligi valeatis." "Ut cum Pontifices summos regendis populis praefecisses, ad eorum societatis et operis adiumentum, sequentis ordinis viros et secundae dignitatis eligeres. Sic in eremo per septuaginta virorum prudentium mentes, Moysi spiritum propagasti, quibus ille adiutoribus usus, in populo innumeras multitudines facile gubernavit. . . Hac providentia, Domine, Apostolis Filii tui doctores fidei comites addidisti, quibus illi orbem totum secundis praedicationibus impleverunt."

Glossa: **'Sicut in apostolis est forma episcoporum, sic in septuaginta duobus forma est presbyterorum secundi ordinis' " (Opusc. *De perfectione vitae spiritualis,* c. 25, § In hoc vero quod quarto).**

a loannis Maldonati commentarii in quatuor evangelistas **(curante C. Martin, ed. 3, Moguntiae 1862-1863) II 184 sq.**

Alia eiusdem distinctionis ministrorum suggestio non inepte fortasse videri potest in eo distincto ac ordinato modo, quo Christus *pedetemptim ac veluti per frusta* instituit, vel saltem significavit, varia munera quibus novae legis sacerdotium in sua perfectione coalescit. Nam in Ultima Coena instituit ac distincte solam significavit consecrativam ac sacrificalem potestatem, quae est ipsa essentia sacerdotii et praecipuum munus presbyteratus; in aliis vero circumstantiis distincte proposuit cetera munera, quae hoc sacerdotium complent atque perficiunt quaeque praecipue ad episcopatum referuntur, scilicet potestatem ligandi atque solvendi, collatam iam ante passionem *(Mat.* 18. 18: "Quaecumque alligaveritis . . ."), vicariam Christi missionem cum ampliori acceptione Spiritus S., factam in die resurrectionis *{Io.* 20. 21-23: "Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. . . Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis . . ."; quae quidem verba universalius sonant quam mera potestas sacramentaliter absolvendi et ceteroquin haec ipsa potestas, utpote connexa iurisdictioni, episcopali iure gubernatur), generaliorem potestatem praedicandi ac ministrandi *{Mat.* 28. 18 sq.: "Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra; euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos") quae completa est in die ascensionis, ac tandem nobilissimam potestatem ordinandi, quam Christus per novum a se missum Paracletum in die Pentecostes inauguravit, aperiens tunc ianuas Ecclesiae, sacerdotali generatione propagandae. Et haec quidem ratio fuit, quare, ut diximus in art. 2 (tom. 1, pp. 609sq.), quidam pauci doctores putaverint ipsos apostolos in Ultima Coena solummodo simplices sacerdotes constitutos esse, solam sacrificalem potestatem accipientes, nec nisi posterius, in praefatis nempe circumstantiis diei resurrectionis, vel ascensionis, vel Pentecostes, episcopalem consecrationem accepisse.

Ceterum, quidquid sit de huiusmodi evangelicarum suggestionum vi ac momento, existentia duorum distinctorum graduum episcopatus et presbyteratus satis clare, etsi non cum omni certitudine, eruitur *ex his quae in Actis Apostolorum et in epistolis narrantur circa primitivam praxim et evolutionem ecclesiasticae organizationis,* ac pro tanto divinam suam originem ostendit, cum nemo sensatus negabit, ea omnia quae ab apostolis ordinata sunt circa ipsam essentialem Ecclesiae constitutionem, qualis est prima hierarchica organizatio, ab ipso Ecclesiae fundatore procedere, eo vel magis quod, decurrente adhuc tempore apostólico, nondum clausa esset publica revelatio.[64]

MAd rem *Morinus:* "Quis enim quod omnium Apostolorum consilio factum est, expressae auctoritati divinae non imputabit? Hoc principium si semel quasses, vix erit aliquid in Sacramentis, ut cetera omittam, quod probari possit esse iuris divini" (cit.

lamvero, in ipsa primigena communitate hierosolymitana tres distincti hierarchiae gradus apparent: primo scilicet apostoli, qui procul dubio episcopi erant; secundo, plures viri, "presbyteri" sive seniores nuncupati, qui cum apostolis communitatem gubernabant (*Act.* 11. 30; 15. 2, 4, 6, 22, 23, 41: concilium hierosolymitanum; 16. 4; 21. 18); tertio, septem peculiares viri, in quorum electione primorum diaconorum institutionem Traditio recognoscit (*Act.* 6.1-6). Subinde, in ecclesiis a Paulo fundatis et organizatis, eadem secunda ab Apostolis virorum classis iterum ac constanter apparet, modo sub nomine presbyterorum (*Act.* 14. 23; 1 *Tim.* 4. 14; 5. 17, 19; *Tit.* 1. 5), modo sub nomine episcoporum (*Phil.* 1. 1; 1 *Tim.* 3. 2; *Tit.* 1. 7), modo sub utroque nomine designata (*Act.* 20. 17, 28); pariter iidem ecclesiastici presbyteri in epistolis catholicis nonnumquam indicantur (1 *Petr.* 5. 1, 2, 5; *lac.* 5. 14). Quidquid autem sit de terminorum "presbyteri" et "episcopi" synonymia, quae, ut explicavimus in art. praec. (tom. 1, pp. 746-755), saltem partialiter ab omnibus admittitur, in hac presbytero-episcoporum categoria gradus ipse proprie dicti presbyteratus, sive inferioris sacerdotii, cum magna probabilitate ab omnibus fere catholicis eruditis agnoscitur, quatenus omnes vel plures ex praefatis viris dicantur esse veri presbyteri, iuxta duas communes ac probabiliores doctorum sententias expositas in art. praec. (tom. 1, pp. 755-776, 778-792). Tertia enim ac peregrina paucorum opinio, a Petavio olim invecta et ab ipso subinde fere derelicta, iuxta quam illi ministri fuerint omnes episcopi, habentes nempe plenitudinem sacerdotii, quamvis non omni probabilitate destituatur, non videtur sufficienter congruere factis historicis, ut constat ex ibidem dictis (tom. 1, pp. 776-778).

Peculiariter suggestiva videtur in hac re tum eminentia, qua super ceteros presbyteros in ecclesiis gaudent sic dicti delegati S. Pauli, nominatim Timotheus et Titus, quibus concreditur, saltem temporanee, totum regimen ecclesiarum Ephesinae et Cretensis, sive quoad iurisdictionem sive quoad Ordinem, ut maxime patet ex exercitio supremae ac proprie episcopalis potestatis constituendi et ordinandi ipsos presbyteros seu ministros ecclesiarum (1 *Tim.* 5. 22 et *Tit.* 1. 7 ad invicem coli.); tum peculiaris eminentiae indoles illius viri qui in epistolis pastoralibus "episcopus" nominatur cuiusque officium, tanquam singulare ac determinatum quoddam munus, proponitur ac describitur (cf. ibid., pp. 790 sq.); tum probabilis saltem distinctio quae in prima epistola ad Timotheum fit inter praefatum episcopum et pres-

infra, p. 69). *Lennerz:* "Qui admittit hanc differentiam [inter episcopalem et presbyteralem potestatem] iam tempore apostolorum extitisse, et presbyteris in ordinatione non communicari facultatem ordinandi et confirmandi, iure censetur hanc differentiam habuisse iuris divini" *(De sacramento Ordinis* [ed. 2, Romae 1953] 94sq.).

byteros in eadem ecclesia ephesina (1 *Tim*. 3. 2: "Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse"; 3. 5, 17: "Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina. . . Adversus presbyterum accusationem noli recipere"; cf. ibid., p. 752).

Probatur 2. *EX TRADITIONE.*

Satis erit in unum colligere quaedam fragmenta eorum quae in art. praec. et in art. 1 fuse proposita sunt circa divinam originem trium graduum hierarchiae, singillatim acceptorum, eaque breviter considerare sub hac determinata ratione divinae originis ipsius distinctionis episcopatus a presbyteratu. Maior pars textuum, hic relatorum, invenies extensius citata in praefatis duobus articulis (tom. 1, pp. 227 sqq., 793 sqq.).

Divina origo ipsius distinctionis episcopatus et presbyteratus continetur aequivalenter vel implicite in quatuor sequentibus veritatibus quae in Traditione explicite proponuntur, scilicet in divina institutione praedictorum graduum singillatim sumptorum; in istorum existentia tempore apostolico; in eorum assimilatione sive comparatione cum duobus gradibus sacerdotii levitici; in reservatione quorundam munerum quae, proprio veluti iure ac ordinaria lege, soli episcopo conveniunt.

PRIMO, documenta Traditionis ex una parte distinguunt06 duos gradus episcopatus et presbyteratus (inde a saec. 2, et universaliter inde a saec. 3) et ex alia parte *tam de uno quam de altero asserunt divinam institutionem,* ergo ipsam distinctionem inter utrumque habent ut divinae institutionis. Argumentum ad hanc simplicem formam reduci potest: Episcopatus et presbyteratus sunt distincti. Atqui sunt divinae institutionis. Ergo sunt distincti ex divina institutione.

Maior est clara, nec quisquam ambigit saltem ab initio saec. 3 episcopatum et presbyteratum tanquam duos distinctos gradus a tota Traditione proponi. Minor mox ostendetur. Interim purificandus est apparens defectus quo vitiari videtur ipsa consequentia; nam prima fronte argumentum videretur esse purum sophisma, quo ex divina institutione distinctorum graduum episcopatus et presbyteratus fit illegitimus transitus ad divinam institutionem ipsius distinctionis inter ipsos, seu ab "episcopatus et presbyteratus distincti" ad "episcopatus et presbyteratus qua distincti." Attamen, quamvis haec illatio videatur esse illegitima ratione formae, fit reapse legitima ratione materiae de

***Cum loquimur de distinctione, ex subiecta materia intelligimus etiam superioritatem episcopatus, nam de facto haec sequitur illam, nemine contradicente.**

qua agitur. Nam ratio distinctionis sive divisionis unius rei ab alia, pertinet ad ipsam essentiam rei, cum pertineat ad eius unitatem et unum et ens convertantur (unum enim est ipsum ens, ut indivisum in se et divisum ac distinctum ab alio), adeoque ipsa sequitur essentiam quocumque ierit; unde si divina institutio praedicatur de essentia tum episcopatus tum presbyteratus, eo ipso praedicatur de utriusque distinctione, et dicere episcopatum et presbyteratum esse divinae institutionis, est de facto idem ac dicere eorum distinctionem esse divinae institutionis, vel ipsos esse ex divina institutione prout sunt distincti, quia aliter esse non possunt, secus non sunt ipsi, sed aliud, vel idem.

Quod igitur attinet ad minorem argumenti, qua diximus in Traditione asseri divinam originem utriusque gradus, en quaedam signantiores expressiones:

Ignatius Antiochenus inde quidem ab initio saec. 2, explicite propositis distinctis gradibus episcopatus et presbyteratus, significat eos pertinere ad ipsam essentialem constitutionem Ecclesiae, *Trall,* 3.1: "Sine his Ecclesia non vocatur" *(Funk* 1. 245); in inscriptione epistolae ad *Philad.* loquitur de "episcopo et presbyteris eius et diaconis iuxta sententiam [i.e. voluntatem] Christi designatis, quos secundum propriam voluntatem suam firmavit in stabilitate per sanctum suum spiritum" *(Funk* 1. 265).

Irenaeus divinam originem hierarcharum Ecclesiae directe significat, ad eos in prophetico sensu referens quaedam obscura verba Isaiae: "Tales presbyteros nutrit Ecclesia, de quibus et propheta [Zs. 60. 17] ait: 'Et dabo principes tuos in pace, et episcopos tuos in iustitia'" *(Adv. haer.* 4. 26. 5, *MG* 7-1. 1055). Quamvis in toto contextu agatur de episcopis, tamen in his verbis, tam generaliter prolatis non improbabiliter intelligi possunt etiam presbyteri, ut suadet ipsa vox "presbyteri" quae ab Irenaeo in multiplici sensu accipi solet; idque confirmari videtur ex eo quod talem genuinum sensum Irenaeus huic voci attribuit in textu paulino *Ad,* 20. 17, de quo infra (p. 41).

Origenes, facta distinctione inter "levitam, sacerdotem, pontificem" *(In Num.* 10. 1, *MG* 12. 635), ait "legem Dei sacerdotibus [i.e. sacerdoti, seu presbytero, et pontifici, seu episcopo] commissam esse et levitis" *(In lesu Nave* 17. 3, *MG* 12. 912), item: "Omnes episcopi atque omnes presbyteri vel diaconi . . . [sunt veluti] procuratores et actores, id est hi angeli quibus creditae sunt dispensandae et regendae animae nostrae" *(In Psal.* 37, hom, 1. 1, *MG* 12. 1372), quibus verbis divina institutio implicite proponitur, cum solus Deus simpliciter dici possit committere alicui legem divinam et regimen animarum.

Cyprianus ait "cum episcopo presbyteros sacerdotali honore coniungi" *(Ep.* 58, *ML* 3. 1005), seu ad illum sacerdotalem coetum pertinere de quo asserit: "A Deo et per Deum sacerdotes eius in Ecclesia constituuntur" *(Ep.* 69, *ML* 4. 413); item: "Dei lege praescribitur quos et quales oporteat deservire altari et sacrificia divina celebrare. . . Oportet eos ad sacerdotium Dei deligi quos a Deo constet audiri. . . Ordinationes sacerdotales non nisi sub populi assistentis conscientia fieri oportet. . . Nec hoc in episcoporum tantum et sacerdotum [i.e. presbyterorum], sed et in diaconorum ordinationibus observare apostolos animadvertimus" *(Ep.* 68, *ML* 3. 1058-1063).

Nazianzenus tam ad episcopum quam ad presbyterum sese refert cum ait: "Deus hoc in Ecclesia constituit, ut alii pascantur et pareant, alii autem ad 'Ecclesiae perfectionem pastores ac magistri sint' *(Eph.* 4. 11)" et "Divina gratia ad gubernandam plebem eligit" *(Or.* 2. 3, 114, *MG* 35. 410, 511; ut notavimus in tom. 1, haec *Oratio,* "apologia de fuga sua" nuncupata, respicit peculiariter presbyteratum, quem Nazianzenus prae humilitate a se avertere conatus fuerat).

Chrysostomus, propositis tribus gradibus hierarchiae, de diaconatu ait: "Vos Deus hoc honore decoravit" *(In Mat.,* hom. 82, n. 6, *MG* 58. 745), de episcopatu vero asserit ipsum praedictum esse per Isaiam prophetam: "Sed neque sacerdotum tacuit [Deus], episcoporum dico: 'Constituam enim principes tuos et episcopos tuos in iustitia' [Z$. 60. 17]" *(Sermo contra ludeos et Gentiles* 7, *MG* 48. 823). Vix autem cogitabile est ipsum hanc divinam institutionem, quam explicite tribuit diaconis et episcopis, solis presbyteris denegare nec illis quoque, quos aliunde sacerdotes appellat, convenire haec verba quae de sacerdotio in genere profert: "Non homo, non angelus, non archangelus, non alia quaepiam creata potestas, sed ipse Paracletus hoc officium ordinavit" *(De sacerdotio* 3. 4, *MG* 48. 642; ut notavimus in tom. 1, Chrysostomus hoc opus exaravit dum adhuc esset diaconus, quasi in via ad presbyteratum). Ceterum res manifestior fit ex eo quod aliunde Chrysostomus asserat, iam tempore apostolico fuisse distinctos episcopos et diaconos; sed hoc directe pertinet ad aliam rationem infra exponendam.

Pseudo-Dionysius Areop., enumeratis tribus gradibus, eos ad divinam legem sive institutionem explicite revocat, una cum ipsa superioritate episcopatus: "Huic [episcopatus ordini] excellenter prae ceteris ordinibus in sui ministerium divina lex officia diviniora distribuit" *(De eccles. hier.* 5, *MG* 3. 506).

Petrus Damianus: "Sicut septuaginta illi, quos Dominus post apostolos ordinavit *(Luc.* 10), totidemque fere isti, quos cum Moyse sustentare populi onus voluit, typum praetendebat presbyterorum,

ita nihilominus Moyses primum et post apostoli dignitatem videntur obtinuisse pontificum; et sicut neque illi ab apostolis, neque isti a Moyse Spiritum sanctum accipere potuerunt, sic etiam de episcopis, caeterisque ecclesiasticae dignitatis ordinibus procul dubio sentiendum est: nimirum quia unus omnipotens Deus, qui eos per diversos ordinum gradus moderaminis sui dispensatione distinxit, solus etiam, prout ipse novit, Spiritus sui gratiam in unumquemque diffudit" *{Liber qui dicitur gratissimus,* c. 14, *ML* 145. 118). Hoc testimonium valde notabile est, nam ad divinam institutionem explicite revocat ipsam distinctionem ordinum, quemadmodum Pseudo-Dionysius ad eandem refert ipsam superioritatem episcopatus.

Petrus Lombardus, ut unum audiamus qui ceterorum subpatristicae aetatis doctorum sensum colligit et subsequentis scholasticae viam aperit, propositis septem consuetis ordinibus, distinctam divinam originem episcopatus et presbyteratus proponit (etsi episcopatum non numeret inter Ordines, tanquam nempe distinctum ordinem a presbyteratu), inquiens: 'Hic ordo [presbyteratus] a filiis Aaron sumpsit initium. Summos enim pontifices et minores sacerdotes instituit Deus per Moysen, qui ex praecepto Dei Aaron in summum sacerdotem, filii vero eius unxit in minores sacerdotes. Christus quoque 'elegit duodecim discipulos' prius, 'quos et apostolos vocavit'; quorum vices gerunt in Ecclesia maiores pontifices. Deinde 'alios septuaginta duos discipulos designavit'; quorum vicem in Ecclesia tenent presbyteri. . . Ecce de septem Ecclesiae gradibus breviter elocuti, quid ad quemque pertineat, insinuavimus. Cumque omnes spirituales sint et sacri, excellenter tamen canones duos tantum sacros appellari censent, diaconatus scilicet et presbyteratus; quia hos solos primitiva Ecclesia legitur habuisse, et de his solis praeceptum Apostoli habemus."[66] Ut notatum est supra (p. 25), omnes posteriores doctores asserunt divinam institutionem tum presbyteratus tum episcopatus, quamvis plures negaverint episcopatum esse aut verum ordinem aut proprie dictum sacramentum, quod quidem pertinet ad ulteriorem quaestionem de eius indole sive essentia, discutiendam in art. seq.

Documenta canonico-liturgica eandem veritatem proponunt, praecipue dum exponunt ipsum ritum Ordinationis. *Traditio Apostolica* in tribus orationibus ordinativis, actualem ipsam electionem, tum episcopi tum presbyteri tum diaconi, ad ipsum Deum refert; de episcopo: "Servum tuum quem elegisti ad episcopatum"; de presbytero: "Sicut praecepisti Moysi ut elegeret presbyteros"; de diacono: "Servum tuum quem elegisti ministrare ecclesiae tuae" (cf. textus in tom. 1,

"Petri Lombardi libri IV Sententiarum **(Ad Claras Aquas 1916) II 901 sq.**

pp. 309-311). *Sacramentarium Serapionis* explicite triplicem gradum refert ad divinam institutionem: "Pater unigeniti, qui 'filium misisti' tuum et ordinasti res super terram atque ecclesiae canones dedisti in utilitatem et salutem gregum, qui elegisti episcopos et presbyteros et diaconos in ministerium catholicae tuae ecclesiae. . ." (cf. ibid., p. 439). *Constitutiones Apost.* eosdem gradus valde signanter referunt ad institutionem apostolorum exequentium mandatum Christi: "Scitis enim omnino episcopos, presbyteros et diaconos a nobis [apostolis] prece ac manuum impositione nominatos esse. . . Nam per Mosem Deo charissimum constituti sunt pontifices, sacerdotes ac levitae, a nostro autem salvatore nos tredecim apostoli . . . , communiter autem ab omnibus nobis [apostolis] presbyteri, diaconi et lectores. . . Post illius assumptionem nos iuxta eiusdem constitutionem . . . elegimus episcopos et presbyteros et diaconos" (cf. ibid., pp. 869 sq.). *Testamentum D.N.LC.* in oratione trium ordinationum tres gradus refert ad divinam institutionem, significans Deum, sicut olim ita et nunc, dignatum esse constituere principes et sacerdotes pro sanctuario suo, ac ideo hunc episcopum, qui nunc ordinatur, elegi a Deo ("Huic servo tuo quem elegisti"), hunc presbyterum accipere spiritum presbyteratus eadem divina voluntate quae olim "praecepit Moysi ut elegeret presbyteros, quos [Deus] replevit spiritu suo," hunc diaconum "elegi ad ministrandum ecclesiae suae" (cf. ibid., pp. 922 sq.). Idem observatur in posterioribus Pontificalibus, imo, ut patet ex suprarelatis (p. 34) verbis hodierni *Pontificalis Romani,* illorum haeredis, divina origo ipsius distinctionis episcopatus et presbyteratus in eis significatur.

SECUNDO, *documenta Traditionis passim proponunt existentiam utriusque distincti gradus episcopatus et presbyteratus tempore apostolico, ex* quo, ut notatum est supra (p. 35), legitime infertur in illis documentis distinctionem utriusque gradus tanquam originis divinae proponi. Id signanter asserunt illi qui, ut Irenaeus praecipue et Epiphanius ac Theodoretus, sentiunt biblicos presbyteros-episcopos non omnes fuisse proprie dictos episcopos sed plures vel omnes fuisse simplices presbyteros, quorum sententiam exposuimus in art. praec. (tom. 1, pp. 756 sq., 768).

Irenaeus, citans verba Apostoli, *Act.* 20. 17: "A Mileto autem mittens Ephesum vocavit maiores natu [presbyteros] ecclesiae," sub nomine presbyterorum seu maiorum natu legit ab Apostolo expressum utrumque gradum episcopatus et presbyteratus, sic ea verba referens ac glossans: "In Mileto convocatis episcopis et presbyteris, qui erant ab Epheso et a reliquis proximis civitatibus. . ." *(Adv. haer.* 3. 14. 2, *MG* 7-1. 914).

Cyprianus idem exprimit in *Ep.* 58, supra cit. (p. 39).

Epiphanius explicite ait: "Ab apostolis episcoporum ac presbyterorum successiones sunt in domo Dei constitutae" *(Adv. haer.,* haer. 79. 3, *MG* 42. 743). Directe impugnans, tamquam "stoliditatis plenissimam," supracitatam haeresim Aerii (p. 3), qui ex ipsis verbis Apostoli, non distinguentis inter episcopum et presbyterum, conabatur episcopi et presbyteri aequalitatem inferre, scribit: "Neque enim . . . omnia ab apostolis ordinari poterant. Et quidem presbyteris in primis ac diaconis opus erat; a quibus videlicet ambobus ecclesiastica negotia administrari possunt. Quare ubi nondum episcopatu dignus aliquis occurrerat, nullus ei locus propositus est episcopus. At ubi et necessitas postulabat, nec eorum, qui episcopatu digni erant, copia deerat, ibi episcopi constituti sunt. Sed cum haud magna multitudo foret, reperiri nulli potuerunt, qui presbyteri crearentur: unde solo episcopo contenti fuerunt. Sine diacono vero episcopus esse non potest" *(ibid.,* haer. 75. 5, *MG* 42. 510).

Ambrosius utrumque episcopatus et presbyteratus gradum ad apostolicum tempus referre videtur cum ait Apostoli praeceptum, excludens bigamos a sacerdotio (I *Tim.* 3. 2), utrumque gradum respexisse: "Sed prius cognoscamus non solum hoc Apostolum de episcopo et presbytero statuisse, sed etiam Patres in concilio Nicaeno tractatus addidisse, neque clericum quemquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit" *(Ep.* 63. 64, *ML* 16. 1257 sq.).

Constitutiones Apost. supra relatae (p. 41) omnino signanter aiunt ipsos apostolos de mandato Christi constituisse episcopos, presbyteros et diaconos, imo et ipsum ritum ordinationis eorum.

Tres eiusdem antiochenae scholae doctores, *Chrysostomus, Mopsuestenus* et *Theodoretus,* conveniunt in admittendis episcopis et presbyteris tempore apostolico, etsi aliquatenus differant in illorum designatione, seu in quaestione de biblicis presbyteris-episcopis; nam Chrysostomus utrumque gradum promiscue designatum videt sub utroque nomine *(In Phil.* l. 1, cit. in tom. 1, p. 671; *In 1 Tim.* 3. 8; 4. 14; *In Tit.* l. 1, 5, cit. ibid., p. 758), dum Theodoretus sub utroque nomine nonnisi simplices presbyteros agnoscit, ita tamen ut addat veros episcopos tunc vocatos fuisse apostolos (non secus ac duodecim proprie dictos apostolos), ac tales fuisse, praecipue Timotheum, Titum et Epaphroditum (cf. ibid., p. 768), Mopsuestenus vero inter utramque explicationem oscillare videtur, accedens potius ad priorem (cf. ibid., p. 758 sq.), quam posterius adamussim secuti sunt duo Chrysostomi pedisequi, *Pseudo-Oecumenius* et *Theophylactus* (citati ibid., p. 760).

Innocentius I ad apostolicum aevum utrumque gradum refert cum

ait ideo in verbis *lac.* 5. 14 dici advocandos esse presbyteros ad Unctionem infirmis conferendam, quia episcopi solent aliis occupationibus impediri *{Ep.* 25, cit. ibid., p. 883); imo ad apostolos refert ipsa ecclesiastica instituta quae ordines et consecrationes respiciunt, inquiens: "Si instituta ecclesiastica, ut sunt a beatis apostolis tradita, integra vellent servare Domini sacerdotes, nulla diversitas, nulla varietas, in ipsis ordinibus et consecrationibus haberetur" (cit. ibid., p. 465).

Augustinus scribit: "Ideo et apostolus Paulus quando elegit ordinandos vel presbyteros vel diaconos, et quicumque ordinandus est ad praepositurarn Ecclesiae . . . ait, 'Si quis sine crimine est' " *{ML* 35. 1697). In tertio membro ("Quicumque ordinandus. . .") includuntur etiam et praesertim episcopi, ita ut asseratur uterque gradus episcopatus et presbyteratus adfuisse tempore apostolico. Ceterum apostolicam originem et successionem episcopatus S. Doctor alibi diserte proponit (cf. in tom. 1, p. 481) et aliunde existentia solius simplicis presbyteratus tempore apostolico ad nostrum scopum sufficeret, cum episcopatus procul dubio salvaretur saltem in ipsis apostolis.

Ipse *Hieronymus,* qui in pluribus locis tam ambigue loquitur ut a quibusdam iudicetur denegare divinam originem distinctionis episcopatus a presbyteratu, in uno loco explicite inducit ipsos apostolos ordinantes episcopos et presbyteros per singulas provincias: " 'Eloquia/ inquit, 'Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terrae, purgatum septuplum' *{Psal.* 11. 7). Pecunia ergo et argentum, praedicatio Evangelii est, et sermo divinus, qui dari debuit nummulariis et trapezitis, id est, vel caeteris doctoribus (quod fecerunt et apostoli, per singulas provincias presbyteros et episcopos ordinantes), vel cunctis credentibus, qui possunt pecuniam duplicare, et cum usuris reddere, ut quidquid sermone didicerant, opere explerent" *{In Mat.* 25. 26-28, *ML* 26. 195).

Isidorus Hisp., circa finem patristicae aetatis, cuius sensum facile posteriores scriptores suscipiunt, utrumque gradum ad apostolicum aevum refert, eos promiscue copulatos videns sub utroque nomine episcopi et presbyteri in textibus paulinis, *Phil.* 1. 1; *1 Tim.* 3. 8; *Tit.* 1. 1-5 *{De eccles. offic.* 7, cit. ibid., pp. 935 sq.).

TERTIO, *documenta Traditionis comparant, et quoad divinam originem assimilant, gradus hierarchiae N.T. cum hierarchicis gradibus V.T.,* ac pro tanto implicite significant distinctionem episcopatus et presbyteratus esse originis divinae, sicut erat distinctio pontificis a reliquis sacerdotibus in hierarchia levitica.

Haec comparatio, quae frequentissima est apud Patres, primo ac signanter apparet in ipso antiquissimo documento patristici ac sub-

apostolici aevi, i.e. in epistola *Clementis Romani* ad Corinthios supra citata (p. 32), in qua quidem duo termini comparationis, seu binae hierarchiae, ita in eodem sermone intime copulantur ac veluti commiscentur, ut aliqui auctores putent tres gradus qui ibi proponuntur (i.e. summum sacerdotem, sacerdotes, levitas) significare directe non leviticos sed ipsos ecclesiasticos gradus episcopatus, presbyteratus et diaconatus (cf. in tom. 1, p. 794).

Eadem comparatio mature transivit in ipsa documenta canonico-liturgica. Antiquissimum inter ista, *Traditio Apostólica,* eam contexit ipsi formulae ordinationis, sive episcopalis: "Deus . . . qui [a principio] . . . principes et sacerdotes constituisti et sanctum tuum sine ministerio non dereliquisti, ex initio saeculi tibi bene complacuit in his quos elegisti praedicari . . . ," sive presbyteralis: "Deus . . . , respice super servum tuum . . . sicut respexisti super populum electionis tuae et praecepisti Moysi, ut elegeret presbyteros, quos replesti de spiritu tuo, quem tu donasti [huic] famulo tuo" (cf. ibid., pp. 309 sq.). Idem fere ad verbum repetitur in derivato *Testamento D.N.I.C.* (cit. ibid., pp. 922 sq.). In *Didascalia Apostolorum* idem frequenter occurrit; ita: "Vos laborantes in area, id est in ecclesia Dei, de ecclesia nutrimini, quemadmodum et levitae in tabernaculo testimonii ministrantes, quod erat omni ex parte figura ecclesiae" (cf. ibid., p. 338); in hoc quidem textu agitur directe de episcopis, sed verba de ministerio levitico quod erat "omni ex parte" figura Ecclesiae, mentem dirigunt ad omnes ministros, seu ad tres gradus hierarchiae. *Constitutiones Apost.* nuper relatae (p. 41) omnino signate hanc comparationem sub ratione divinae institutionis premunt, dicentes quod sicut per Moysen a Deo constituti sunt pontifices, sacerdotes et levitae, ita per apostolos ex mandato Christi electi sunt episcopi, presbyteri et diaconi. Eadem comparatio occurrit ac transmittitur in posterioribus *Pontificalibus,* ut constat ex hodierno ipso *Pontificali Romano,* illorum haerede, cuius quaedam verba citavimus supra (p. 34).

Inter alios Patres eandem comparationem prosequuntur *Orígenes, In Lev.* 6. 3; *In Num.* 10. 1; *In lesu Nave* 17. 3 (cit. in tom. 1, pp. 317-319); *Cyprianus, Ep.* 68 (cit. ibid., p. 356); *Ambrosius, Ep. 63.* 48; *De sacram. 3.* 4; *De offic. min.* 1. 249 (cit. ibid., pp. 456, 877); ipse *Hieronymus,* qui discussum illum textum suae *Ep.* 146 ad Evangelum sic concludit: "Et ut sciamus traditiones Apostólicas sumptas de veteri Testamento, quod Aaron et filii eius atque Levitae in templo fuerunt, hoc sibi episcopi et presbyteri et diaconi vindicent in Ecclesia" *(ML* 22. 1195); *loannes Diaconus* qui superioritatem episcopi erga presbyterum illustrat ex altioribus praeroga-

tivis pontificis in antiqua lege *(Ep.* ad Senarium 7 sq., cit. in tom. 1, p. 931); *Isidorus Hisp.* et *Amalarius Metensis,* qui comparationem instantius premunt, videntes in unoquoque gradu hierarchiae leviticae originem correspondentis gradus hierarchiae Christianae (cf. ibid., pp. 935 sq., 939 sq.), quosque sequuntur posteriores, signanter *Rabanus Maurus, Ivo Carnotensis, Hugo a S. Victore* et *Petrus Lombardus* (cf. ibid., pp. 937 sq., 944 sq., 946-948); *Petrus Damianus,* qui comparationem explicite urget sub ipso aspectu divinae (immo et immediatae) institutionis (cf. hic supra, pp. 39 sq.).

QUARTO, *documenta Traditionis reservant episcopo, prae praesbytero, quasdam facultates* respicientes validam confectionem sacramentorum, nominatim consecrationem olei Extremae Unctionis et chrismatis Confirmationis, collationem Confirmationis, *sacram Ordinationem,* et quidem eo constanti, universali ac immediato modo, qui indicet eas, proprio quodam ac ordinario iure, soli episcopo convenire ex ipsa natura muneris episcopalis, ac pro tanto ex ipsa divina institutione. Quod quidem eo ipso ostendit distinctionem ac superioritatem episcopatus erga presbyteratum esse originis divinae.

De tribus prioribus facultatibus satis dictum est in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* 306, 318 sq., 381-383, 387-390, et *De Extrema Unctione* I 362-366, quibus adde quae notavimus in praesenti tractatu (tom. 1, pp. 902 sq.). Ceterum, cum quoad episcopalem reservationem harum facultatum varia nec constans fuerit praxis ecclesiarum, praecipue orientalium, ut ex ibidem dictis apparet, argumentum exinde pro re nostra deductum minus conspicuum apparet, adeoque consultius ducimus illud limitare ad reservationem ordinationis, et quidem relate ad ordines certe divinitus institutos, seu diaconatum, presbyteratum et episcopatum.

Porro ipsum universale ac constans factum huiusmodi reservationis, satis suggestivum indicium est apostolicae, ac saltem pro tanto, divinae originis illius. Nec ceteroquin paucae ordinandi concessiones presbyteris factae, quae ex historia a recentioribus praesertim eruditis afferuntur, nostrum argumentum infirmare queunt; nam, abstrahendo tam a certitudine quam ab indole huiusmodi concessionum (de quibus adhuc disputatur inter theologos, ut ostendetur in tom. 3, art. 26), ipsarum rarus ac manifeste exceptionalis character,[67] potius confirmat id quod est proprium obiectum nostrae assertionis, scilicet ordinandi potestatem soli episcopo convenire, saltem tanquam proprio ac ordinario iure, ex ipsa natura episcopalis muneris derivato. Praeterea

07Quoad episcopalem ordinationem nullus prorsus casus affertur; quoad presbyteralem vero duos et quoad diaconalem tres, in iisdem ceteroquin particularibus ac priviligiatis Bullis Bonifacii IX, Martini V et Innocentii VIII, eodem saec. 15 prolatis.

ac praecipue, praeter ipsum factum reservationis, divinam huius originem satis clare ostendit emphaticus modus quo talis facultas asseritur dari episcopo et denegari presbytero, quique in quatuor sequentibus manifestatur:

1. *Episcopus habet, presbyter vero non habet, potestatem ordinandi.* Quae assertio, ita simpliciter et inconditionate prolata, nativum ius ex parte episcopi indicare videtur.

Haec expressio primo occurrit in priori parte saec. 3 in *Traditione Apostolica,* a qua pendent posteriora liturgica documenta, et apprime quidem congruit cum ipsa praxi aevi apostolici (nam de facto ordinationes quae occurrunt in Scriptura nonnisi ab episcopis factae ostenduntur, scilicet ab apostolis, a Paulo et Barnaba, a Timotheo, Tito et doctoribus antiochenis): "Presbyter enim huius solius habet potestatem, ut accipiat [ordinationem]; dare autem non habet potestatem. Quapropter clerum non ordinat; super presbyteri vero ordinatione consignat [i.e. imponit manus in solum signum consignationis sive benedictionis] episcopo ordinante" (cit. in tom. 1, p. 311). *Firmilianus:* "[In Ecclesia] praesident maiores natu [i.e. episcopi], qui et baptizandi et manum imponendi et ordinandi possident potestatem" *(Ep.* ad Cyprianum, *ML* 3. 859). Ubi non officit comparatio cum potestate baptizandi, nam etiam quoad baptismum potiori iure gaudet episcopus, etsi sub sola ratione liceitatis, nec oportet ut comparatio sub omni respectu verificetur. *Epiphanius,* ad refutandam "stoliditatis plenissimam," ut ait, sententiam Aerii de episcopi et presbyteri aequalitate, ad hoc ordinativae potestatis discrimen directe recurrit, inquiens: "Episcoporum ordo ad gignendos patres praecipue pertinet. . . [Presbyter vero] manuum imponendarum ius nullum habet" (cf. tom. 1, p. 859). Si tale discrimen esset solius iuris ecclesiastici, Epiphanii affirmatio de plenitudine stoliditatis in opinione Aerii et de nullo iure ordinandi in presbytero, exaggerationem redoleret et eius argumentatio inefficax esset, cum potuisset Aerius respondere tale discrimen esse mere accidentale et per solam humanam legem introductum. *Constitutiones Apost,* post ipsum suum fontem *Traditionem Apostolicam,* discrimen inter episcopum et presbyterum sic simpliciter proponunt: "Episcopus . . . manus imponit, ordinat. . . Presbyter . . . manus imponit, non ordinat" (l. 8, c. 28, cit. ibid., p. 868). *loannes Diaconus:* "Episcopus ordinandi presbyteros meruit potestatem" *{Ep.* ad Senarium, cit. ibid. p. 932), ubi non agitur directe de merito subiectivo sed obiectivo, quod nempe inest ipsi nobilitati rerum, ut patet tum ex ecclesiastico usu vocis "meritum," in metaphorico sensu sacrae digni-

tatis, seu gradus honoris quem quis tanquam premium seu meriti obiectum adipiscitur[68] tum ex attributione eiusdem vocis ipsi ritui ordinationis, quae a loanne Diacono immediate ibidem subiungitur ("Nec eadem benedictionis verba presbyterii consecratio promeretur"), nec ceteroquin quidquam indicat ibi fieri allusionem ad aliquam mere ecclesiasticam institutionem, quin potius immediate praecedens comparatio cum hierarchia A.T. divinam originem indigitat, ut notatum est supra (p. 45).

2. *Discrimen et superioritas episcopi erga presbyterum in hac sola ordinandi potestate consistit.* Quae assertio nisi ageretur de iure divino, evidentem exaggerationem redoleret, cum de iure saltem ecclesiastico non pauca episcopo reservarentur et quomodolibet ipsi episcopo potiores partes in regulatione totius cultus obvenirent, ut constat ex dictis in art. 1 et 3 ad calcem uniuscuiusque periodi in argumento Traditionis.

Chrysostomus: "Sola namque ordinatione [episcopi presbyteris] superiores sunt, et hinc tantum videntur presbyteris praestare" *{In 1 Tim.,* hom. 11, n. 1, *MG* 62. 553). Ipse *Hieronymus,* qui, ob ambiguas quasdam expressiones, quibus ultra modum presbyteri dignitatem exaltare conatur, traduci solet ut negator divinae originis distinctionis episcopatus a presbyteratu (cf. infra, pp. 53-55), scribit: "Quid enim facit excepta ordinatione episcopus quod presbyter non faciat?" *{Ep.* 146. 1, *ML* 22. 1194). *Pseudo-Hieronymus:* "Sola propter auctoritatem summo sacerdoti clericorum ordinatio, et virginum[60] consecratio reservata est . . . , ne a multis disciplina Ecclesiae vindicata concordiam sacerdotum solveret, scandala generaret" *{De septem ordinibus Ecclesiae,* c. 6, *ML* 30. 156); quod haec ultima verba non necessario trahant priora ad sensum solius ecclesiasticae institutionis, ostendetur infra (pp. 60 sq.), sicut et de similibus verbis aliorum, ut Isidori Hisp., Cone. Hisp., Rabani Mauri et Ivonis Carnotensis, qui a Hieronymo et Pseudo-Hieronymo dependent. *Canones Hippolyti:* "Episcopus in omnibus rebus aequiparatur presbytero, excepto nomine cathedrae et ordinatione, quia potestas ordinandi ipsi non

*** *Hieronymus:* "Ubicumque fuerit episcopus ---≫ eiusdem meriti, eiusdem est et sacerdotii" *{Ep.* 146, *ML* 22. 1194). *Zosimus R. P.:* "Ad presbyterii fastigium talis accedat, ut et nomen aetas impleat, et meritum probitatis stipendia anteacta testentur. . . Exinde . . . presbyterii sacerdotium poterit promereri" *{Ep.* 7, 9. 2, S, *ML* 20. 671, 673). *Leo I:* "Constitutum est ne primum, aut secundum, aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum quibuslibet suffragiis suffultus ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat" *{Ep.* 12. 5, *ML* 54. 652). *Sacramentarium Leonianum* in ipsa oratione ordinationis presbyteralis, hanc dignitatem vocat "Secundi meriti munus," quae expressio exinde transivit in *Sacramentarium Gregorianum-Hadrianum* saec. 8, *Pontificale Germanicum* saec. 10, *Pontificale Romanum* saec. 12 et hodiernum *Pontificale Romanum.***

"Haec vox omittitur in editione *A. Kalff.*

tribuitur" (n. 32, cit. in tom. 1, p. 925); cum haec dicantur ubi describitur ritus ordinationis, videtur eorum sensus esse quod tale discrimen ex ipsa vi ordinationis, nec proinde ex aliqua ulteriori ecclesiastica dispositione, provenit. *Isidorus Hisp.* (abbrevians verba Pseudo-Hieronymi): "Sola propter auctoritatem summo sacerdoti clericorum ordinatio et consecratio reservata est, ne a multis Ecclesiae disciplina vindicata concordiam solveret, scandala generaret" *(De eccl. offic.* 7, *ML* 83. 787, cf. ibid., p. 935). *Rabanus Maurus:* "Pontifex princeps sacerdotum est. . . Ipse enim efficit sacerdotes atque levitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit . . . [Presbyteri] licet sint sacerdotes, tamen pontificatus apicem non habent... nec [proinde] ordinare clericos in sacris ordinibus possunt, quod episcopis propter unitatem et concordiam reservatur" *(De cleric. instit.,* l. 1, c. 5 sq., *ML* 107. 301 sq., cf. ibid., 1, p. 938). *Ratramnus:* "Constat namque Spiritus sancti gratiam per unctionem frontis ex chrismate ab episcopis donari, quod nulli praeter episcopos esse concessum, evangelica testatur auctoritas [Io. 20. 21-23]. . . Et revera inter sacerdotes et episcopos differentia non parva consistit. Sacerdotes namque, sicut reliqui gradus ecclesiastici, per episcoporum ministerium consecrantur" *(Contra Graecorum opposita,* l. 4, c. 7, *ML* 121. 332 sq.). *Ivo Carnotensis:* "Distat autem hoc tantum inter pontifices et huius temporis sacerdotes, quia scilicet solis pontificibus addita est clericorum ordinatio, basilicarum dedicatio, chrismatis consecratio. . . Summis sacerdotibus [haec] . . . idcirco reservata sunt, ne eadem potestatis auctoritas, ab omnibus vindicata, insolentes redderet, et soluto oboedientiae vinculo, scandalum generaret" *(Serm. 2,ML* 162. 518).

3. *In ipsa formula episcopalis ordinationis, huiusque tantum, fit quandoque mentio potestatis ordinandi;* quod quidem satis clare ostendit hanc esse propriam episcopo et per ipsam ordinationem ab eo obtineri, ac pro tanto ad ius divinum pertinere, non secus ac ipsam ordinationem.

Traditio Apostolica: "Da . . . super hunc servum tuum . . . primatum sacerdotii tibi exhibere . . . , spiritu primatus sacerdotii habere potestatem dimittere peccatum secundum mandatum tuum, dare sortes [δίδομαι κλ^ου«: dare cleros, i.e. in clerum accipere]" (cf. textum in tom. 1, p. 309). *Constitutiones Apost.:* "Da illi, Domine . . . , ut habeat potestatem remittendi peccata secundum mandatum tuum, dandi cleros iuxta praeceptum tuum" (cf. textum ibid., p. 442). Ea mentio omittitur in *Testamento D.N.LC.* et in *Canonibus Hippolyti* (ut notatum est ibidem, pp. 923 et 926), necnon in posterioribus *Sacramentariis* et *Pontificalibus* latinis.

4. *Quaedam documenta episcopalem reservationem ordinationis magis explicite ac directe ad ipsam apostolicam sive divinam legem referunt.*

Constitutiones Apost. in ore ipsorum apostolorum haec verba ponunt: "Non etiam potestatem damus presbyteris, ordinandi diaconos, vel diaconissas, vel lectores, vel ministros, vel cantores, vel ianitores, sed episcopis solis. Hic enim est ecclesiasticus ordo et concentus. . . Item iubemus ut presbyter et diaconus ab uno episcopo [i.e. non a tribus, sicut consecratur episcopus] ordinetur, et reliqui clerici; utque nec presbyter nec diaconus clericos ex laicis ordinent" (l. 3, cc. 11 et 20, *MG* 1. 787-790, 805; cf. textum graecum etiam in *Funk* 1. 201). *Pseudo-Dionysius Areop.:* "Licet a sacerdotibus [i.e. presbyteris] veneranda quaedam sacramenta conficiantur, numquam tamen sacerdos divinam illam generationem sine divinissimo illo unguento [Confirmationis] consummabit, neque divinae communionis mysteria consecrabit, nisi communionis sacramenta divinissimo illo altari fuerint imposita, quin ne sacerdos quidem erit, nisi pontificiis initiationibus ad sortem istam fuerit promotus. Quaproter lex divina hierarchicorum ordinum sanctificationem, et unguenti divini consecrationem, sacramque altaris benedictionem perficientibus divinorum pontificum virtutibus singulariter attribuit" *{De eccles. hier.* 5, *MG* 3. 506). De mente quoque *Ratramni* (supra cit., p. 48) videtur esse quod sicut episcopalis reservatio Confirmationis ad "evangelicam auctoritatem" ascendit, ita etiam, sin minus a fortiori, reservatio supremae dignitatis ordinationis ab origine divina repetenda est.

Ceterum, diffitendum non est ex quibusdam dictis scriptorum latinorum, praecipue HIERONYMI ex quo ceteri fere omnes dependent, generalem quandam ac speciosam obiectionem confici posse, quam oportet hoc loco accurate dissipare, ut ostendatur haec posterior latina traditio non essentialiter discrepare a communi sensu Traditionis de divina origine distinctionis inter episcopatum et presbyteratum.[70]

OBIECTIO ET DIFFICULTAS summatim reduci potest *ad sequentes expressiones* quae, coniunctim vel separatim, occurrunt ac veluti de manu in manum transmittuntur apud auctores latinos inde a tempore Hieronymi usque ad saec. 12, quaeque videntur aequivalenter significare humanam originem distinctionis episcopatus a presbyteratu, vel saltem huiusmodi persuasionem supponere.

1. *Episcopatus et presbyteratus sunt idem vel fere idem ordo sive*

MDe sententia quorundam mediaevalium theologorum ac canonistarum confer superius, in p. 4.

gradus. Ambrosiaster: "Episcopi et presbyteri una ordinatio est" (cit. in tom. 1, p. 878). *Pelagius:* "Secundus, immo pene unus est gradus [presbyteratus cum episcopatu]" (ibid., p. 884). *Petrus Damianus:* "Septem . . . sunt ordines ecclesiasticae dignitatis: quod autem his omnibus gradibus adhuc et alii praeferuntur, videlicet ut sunt patriarchae, archiepiscopi, vel episcopi, ab his non tam novus ordo suscipi, quam in eodem ipsi sacerdotio [quod obtinent presbyteri] videntur excellentius sublimari."[71] *Petrus Lombardus:* "Sunt et alia quaedam [praeter septem notos ordines, quorum supremus est presbyteratus], non ordinum, sed dignitatum et officiorum nomina. Dignitatis simul et officii nomen est episcopus."[72] *Hieronymus:* "Idem est... presbyter qui et episcopus."[73] *Pseudo-Hieronymus:* "Intelligis ergo in presbytero summam sacerdotii collocari?" (cit. in tom. 1, p. 890).

Distinctio sive superioritas episcopi respicit quandam accidentalem *prioritatem honoris* et dignitatis sive officii, qualis est dignitas *archir diaconi* relate ad diaconum et *archiepiscopi* relate ad episcopum. *Augustinus:* "Secundum honorum vocabula quae iam Ecclesiae usus obtinuit, episcopatus presbyterio maior est" (ibid., p. 892). *Hieronymus:* "Episcopus et presbyter unum sunt et aliud aetatis, aliud est nomen officii,"[74] "Presbyter et episcopus, aliud aetatis, aliud dignitatis est nomen,"[78] quam distinctionem paulo post resumptam a *Pseudo-Hieronymo:* "Presbyter aetatis est nomen, episcopus dignitatis" (ibid., p. 890), frequenter repetunt posteriores doctores. *Ambrosiaster:* "Uterque sacerdos est, sed episcopus primus est: ut omnis episcopus presbyter sit, non tamen omnis presbyter episcopus; hic enim episcopus est, qui inter presbyteros primus est"; "Quid enim episcopus, nisi primus presbyter, hoc est summus sacerdos?"[76] *Hieronymus:* "Alexandriae . . . presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant: quomodo si . . . diaconi eligant de se, quem industrium noverint, et archidiaconum vocent."[77] *Pseudo-Hieronymus:* "Sola propter auctoritatem summo sacerdoti clericorum ordinatio . . . reservata est . . . , ne a multis disciplina Ecclesiae vindicata concordiam sacerdotum solveret, scandala generaret. Propter hoc et nuper episcopalis electio ad metropolitam remissa est: et cum huic summa datur potestas, aliis adimitur haec facultas, et incipiunt etiam summi sacerdotes pati, non ex iure, sed ex necessitate alium sacerdotem" (ibid., p. 890).

n *Liber qui dicitur gratissimus,* c. 15, *ML* 145. 118.
n *Sent.,* 1. 4, dist. 24, ed. Quaracchi, p. 902.
n*In Tit.* 1. 5, infra cit., p. 54.
"*Ibid.,* infra cit., p. 55.
n*Ep.* 146, infra cit., p. 54.
n*In 1 Tim.* 3. 8-10, *ML* 17. 496.
n *Ep.* 146, infra cit., p. 54.

Rationes sive signa huiusmodi essentialis identitatis sunt quia: *Primo* tempore apostolico nulla erat distinctio inter episcopos et presbyteros. *Hieronymus:* "Apostolus perspicue docet eosdem esse presbyteros quos episcopos";[78] "Quia eosdem episcopos illo tempore quos et presbyteros appellabant, propterea [Apostolus] indifferenter de episcopis quasi de presbyteris est locutus."[79] *Secundo,* primitus non ab uno episcopo, sed collegialiter a presbyteris, ecclesiae gubernabantur. *Hieronymus:* "Antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, et diceretur: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephae (1 *Cor.* 1. 12) communi presbyterorum consilio ecclesiae gubernabantur."[80] *Tertio,* etiam postquam ad vitanda schismata episcopalis dignitas invecta est, recendente episcopo, primus inter presbyteros connaturaliter in eius locum succedebat, et ceteroquin, etiam postquam, ad vitandam indignorum successionem, episcopi electio statuta est, haec ab ipsis presbyteris communi consilio fieri coepit, ut patet ex diuturno usu ecclesiae alexandrinae. *Ambrosiaster:* "Non per omnia conveniunt scripta Apostoli ordinationi, quae nunc in Ecclesia est; quia haec inter ipsa primordia sunt scripta. Nam et Timotheum presbyterum a se creatum episcopum vocat; quia primi presbyteri episcopi appellabantur, ut recedente eo, sequens ei succederet. Denique apud Aegyptum presbyteri consignant, si praesens non sit episcopus. Sed quia coeperunt sequentes presbyteri indigni inveniri ad primatus tenendos, immutata est ratio, prospiciente concilio [lege: consilio, iuxta editionem Souter], ut non ordo, sed meritum crearet episcopum, multorum sacerdotum iudicio constituto, ne indignus temere usurparet, et esset multis scandalum."[81] *Hieronymus:* "Quod autem postea unus electus est, qui caeteris praeponeretur, in schismatis remedium factum est: ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet. Nam et Alexandriae a Marco Evangelista usque ad Heraclam et Dionysium episcopos, presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant; quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut diaconi eligant de se, quem industrium noverint, et archidiaconum vocent."[82] *Quarto,* quidquid in ecclesiasticis officiis facit episcopus, facit et presbyter, si una excipiatur clericorum ordinatio. *Hieronymus:* "Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?";[83] idem repetunt plures posteriores doctores referentes verba Hieronymi, ut *Amalarius Metensis,* vel sub paulo diversa expressione, ut *Pseudo-Hieronymus* et *Isidorus Hisp.* (supra cit., in pp. 47 sq.).

[78] *Ep.* 146, infra cit., p. 54.
[79] *In Tit.* 1. 5, infra cit., p. 55.
[80] *In Tit.* 1. 5, infra cit., p. 54.
[81] *In Eph.* 4. 11 sq., *ML* 17. 410.
[82] *Ep.* 146, infra cit., p. 54.
[83] *Ibid.*

2. *Ratio quare inducta fuerit distinctio et superioritas episcopatus erga presbyteratum et quaedam munera exclusive vel peculiariter episcopo reservata fuerint, est rectus ordo Ecclesiae,* ut nempe, in superiori aliqua auctoritate constitueretur principium quoddam unitatis, quo vitaretur tum periculum schismatum, servando concordiam sacerdotum, tum consequens scandalum fidelium.

Haec ratio, ab Ambrosiastro primitus allata, a Hieronymo instantius inculcata, a Pseudo-Hieronymo aptius enuntiata, et a posterioribus, praecipue sub istius forma, saepius repetita, tria continet elementa sive particulares rationes, scilicet rationem extollendae *auctoritatis:* "discretio graduum" (Cone. Hisp.), "gradus differentia" (loannes Diaconus), "auctoritas" (Pseudo-Hieronymus), "honor sacerdotii" (Hieronymus), meritum officii (Ambrosiaster); rationem vitandi *schismatis:* "in schismatis remedium" (Hieronymus), ne "omnis status perturbetur Ecclesiae" (Pseudo-Damasus), "ne concordia sacerdotum solvatur" (Pseudo-Hieronymus); rationem vitandi *scandalum:* "ne esset multis scandalum" (Ambrosiaster), "ne scandala generaret" (Pseudo-Hieronymus).

Ambrosiaster ait ideo electionem episcopalem introductam esse "ut non ordo [senioritatis] sed meritum crearet episcopum . . . , ne indignus temere [primatum] usuparet et esset multis scandalum" (cf. integrum textum supra, p. 51). *Hieronymus:* "Quod autem postea unus electus est qui caeteris praeponeretur, in schismatis remedium factum est" *(Ep.* 146, cit. supra, p. 51); "ut schismatum semina tollerentur . . . [et] ut dissensionum plantaria evellerentur" *(In Tit,* 1. 5, infra cit., p. 55); "[ne] tot in ecclesiis efficiantur schismata quot sacerdotes," "ad honorem potius sacerdotii quam ad legem necessitatis" *(Altercatio luciferiani et orthodoxi* 9, infra cit., in p. 55). *Pseudo-Hieronymus:* "Sola propter auctoritatem summo sacerdoti clericorum ordinatio, et virginum consecratio reservata est . . . , ne a multis disciplina Ecclesiae vindicata concordiam sacerdotum solveret, scandala generaret" *(De septem ordinibus Ecclesiae,* c. 6, *ML* 30. 156). *loannes Diaconus:* "Si nihil speciale reservatum esset episcopo, gradus indifferens videbatur, nec opus esset diverso vocabulo, quod eadem benedictio consecraret" *(Ep.* ad Senarium 8, *ML* 59. 404). *Isidorus Hisp.* (cit. in tom. 1, p. 935) repetit verba Pseudo-Hieronymi, *Cone. Hisp.,* ab Isidoro celebratum (cit. ibid., p. 934): "Ut per hoc et discretio graduum et dignitatis fastigium summi pontificis demonstretur."[84] *Rabanus Maurus* (cit. ibid., p. 938) abbreviat Isidorum: "Nec ordinare clericos in sacris ordinibus [presbyteri] possunt, quod epis-

[84] Difficultas aggravatur ex eo quod hoc concilium episcopalem reservationem ordinationis revocat ad "novellas et ecclesiasticas regulas."

copis propter unitatem et concordiam reservatur." *Pseudo-Damasus* (Isidorus Mercator, saec. 9): "Similiter et de presbyteris haec habeantur [i.e. ut eis non liceat sacerdotes consecrare, nec diaconos aut subdiaconos, nec chrisma conficere], ut sine iussu proprii episcopi nil agant: quia quod rarum est, hoc et pulchrius esse videtur. Et si nomen vilescit pontificum, omnis status perturbatur Ecclesiae" *(Ep.* 3, de chorepiscopis, *ML* 13. 435sq.).[85] *Pseudo-Beda* (cit. in tom. 1, p. 944), agens directe de sola Confirmatione, ait: "Propter arrogantiam . . . non concessa est sacerdotibus sicut et multa alia." *Ivo Carnotensis* (cit. ibid., p. 944) libere repetit Pseudo-Hieronymum: "Ne eadem potestatis auctoritas, ab omnibus vindicata insolentes redderet, et soluto oboedientiae vinculo, scandalum generaret." *Hugo aS. Victore (ML* 176. 428) repetit Isidorum Hisp.

3. *Distinctio et superioritas episcopi erga presbyterum explicite a Hieronymo asseritur provenire "ex Ecclesiae consuetudine" "magis consuetudine quam dispositione dominicae veritate" eamque introductam esse "postea"* seu post aliquod tempus ab origine, cum, ad vitanda schismata, "in toto orbe decretum est ut unus de presbyteris electus superponeretur caeteris, ad quem omnis ecclesiae cura pertineret." Quod quidem S. Doctor ostendit tum ex identitate munerum tempore apostolico, nam ex *Actibus* et epistolis Apostolorum, praecipue paulinis, "manifestissime comprobatur eundem esse episcopum atque presbyterum," tum ex ipsa posteriori ac diuturna *praxi ecclesiae alexandrinae,* iuxta quam "presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant" quaeque ex una parte est significativum vestigium originalis identitatis episcopatus et presbyteratus et ex alia parte simul ostendit initium praefatae ecclesiasticae evolutionis. Unde concludendum est distinctionem duorum graduum esse ecclesiasticae institutionis ac pertinere *"ad honorem potius sacerdotii quam ad legem necessitatis,"* non secus ac ipsam distinctionem inter ministros Baptismi, qua nempe reservatur clero prae laicis, imo episcopo prae ceteris clericis, ius baptizandi, quod, attenta sola lege necessitatis, competit etiam laicis, nam "frequenter, si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere laicis. *Ut enim accipit quis, ita et dare potest"*

Haec omnia Hieronymus exprimit in tribus praecipue locis: *Ep.* 146, ad Evangelum; *Comm. in Tit.* 1. 5; *Altercatio luciferiani et orthodoxi* 9, quorum duo priores, qui soli ab auctoribus tanquam classici afferri solent, directius et extensius agunt de habitudine

"Ea epistola confecta est a Pseudo-Isidoro (Isidoro Mercatore), una cum falsis aliis decretalibus antiquorum RR. Pontificum, ad impugnanda episcopalia iura et characterem chorepiscoporum.

episcopatus ad presbyteratum, tertius vero, etsi nonnisi breviter ac veluti transeunter rem tangat, non minus tamen signanter mentem S. Doctoris indicare videtur.[80] Verba Hieronymi partialiter vel totaliter repetunt, ac pro tanto sua facere videntur, quidam posteriores doctores, nominatim *Alcuinus (In Tit.* 1. 5, *ML* 100. 1012 sq.), *Amalarius Metensis (Liber officialis,* 1. 2, c. 13, n. 15, ed. Hanssens, p. 232), *Claudius Taurinensis* (alias Pseudo-Atto Vercellensis; *In Tit.* 1. 5, *ML* 134. 703) et *Gratianus (Decretum,* p. 1, dist. 95, c. 5, *ML* 187. 448 sq.).

Ep. 146, ad Evangelum: "Audio quemdam in tantam erupisse vecordiam, ut Diaconos, Presbyteris, id est, Episcopis anteferret. Nam cum Apostolus perspicue doceat eosdem esse Presbyteros quos Episcopos, quid patitur mensarum et viduarum minister, ut supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi Corpus Sanguisque conficitur? Quaeris auctoritatem? Audi testimonium: . . . [Citat *Phil.* 1. 1; *Aci.* 20. 28]. Ac ne quis contentiose in una Ecclesia plures Episcopos fuisse contendat, audi et aliud testimonium, in quo manifestissime comprobatur eumdem esse Episcopum atque Presbyterum . . . [Citat *Tit.* 1. 5sq.; 1 *Tim.* 4. 14; 1 *Petr. S.* Isqq.; 2 *Io.* 1. 1; 3 *Io.* 1. 1], Quod autem postea unus electus est, qui caeteris praeponeretur, in schismatis remedium factum est: ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet. Nam et Alexandriae a Marco Evangelista usque ad Heraclam et Dionysium Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant: quomodo si exercitus Imperatorem faciat: aut Diaconi eligant de se, quem industrium noverint, et Archidiaconum vocent. Quid enim facit excepta ordinatione Episcopus, quod Presbyter non faciat? Nec altera Romanae urbis Ecclesia, altera totius orbis existimanda est. . . Ubicumque fuerit Episcopus, . . . ejusdem meriti, ejusdem est et Sacerdotii. Potentia divitiarum, et paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit. Caeterum omnes Apostolorum successores sunt. . .

"Presbyter et Episcopus, aliud aetatis, aliud dignitatis est nomen. Unde et ad Titum, et ad Timotheum de ordinatione Episcopi et Diaconi dicitur *(Tit.* 1; 1 *Tim.* 3): de presbyteris omnino reticetur: quia in Episcopo et Presbyter continetur. Qui provehitur, de minori ad maius provehitur. Aut igitur ex Presbytero ordinetur Diaconus, ut Presbyter minor Diocono comprobetur, in quem crescit ex parvo, aut si ex Diacono ordinatur Presbyter, noverit se lucris minorem. Sacerdotio esse maiorem. Et ut sciamus traditiones Apostolicas sumptas de veteri Testamento, quod Aaron et filii eius atque Levitae in Templo fuerunt, hoc sibi Episcopi et Presbyteri et Diaconi vindicent in Ecclesia" *(ML* 22. 1192-1195).

Comm. in Tit. 1. 5: "'Et constituas per civitates presbyteros, sicut ego tibi disposui? Audiant episcopi qui habent constituendi presbyteros per urbes singulas potestatem, sub quali lege ecclesiasticae constitutionis ordo teneatur: ... Diligenter Apostoli verba attendamus dicentis: 'Ut constituas per civitates presbyteros, sicut ego tibi disposui? Qui qualis presbyter debeat ordinari, in consequentibus disserens, hoc ait: 'Si quis est sine crimine, unius uxoris vir' (v. 6) et caetera, postea intulit: 'Oportet enim episcopum sine crimine esse tanquam Dei dispensatorem' (v. 7). Idem est ergo presbyter qui et episcopus, et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, et diceretur in populis: 'Ego sum Pauli, ego

M Tribus his locis addi possunt duo secundarii textus, in quibus identitas episcopatus et presbyteratus pro tempore apostolico iterum proponitur: *Ep.* 69, ad Oceanum, 3, *ML* 22. 656, et *Comm. in Agg.* 2. 11 sqq., *ML* 25. 1406.

Apollo, ego autem Cephae' (1 Cor. 1. 12), communi presbyterorum concilio Ecclesiae gubernabantur. Postquam vero unusquisque eos quos baptizaverat suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur caeteris, ad quem omnis Ecclesiae cura pertineret, et schismatum semina tollerentur.

"Putet aliquis non Scripturarum, sed nostram esse sententiam, episcopum et presbyterum unum esse, et aliud aetatis, aliud esse nomen officii: relegat Apostoli ad Philippenses verba dicentis: 'Paulus et Timotheus servi lesu Christi, omnibus sanctis in Christo lesu, qui sunt Philippis, cum episcopis et diaconis gratia vobis et pax' *{Phil.* 1. 1), et reliqua. Philippa una est urbs Macedoniae, et certe in una civitate plures, ut nuncupantur, episcopi esse non poterant. Sed quia eosdem episcopos illo tempore quos et presbyteros appellabant: propterea indifferenter de episcopis quasi de presbyteris est locutus. Adhuc hoc alicui videtur ambiguum, nisi altero testimonio comprobetur . . . [Citat *Act.* 20. 28; *Hebr.* 13. 17; 1 *Petr.* 5. 1 sq.]. Haec propterea, ut ostenderemus apud veteres eosdem fuisse presbyteros quos et episcopos: paulatim vero ut dissentionum plantaria evellerentur ad unum omnem sollicitudinem esse delatam. Sicut ergo presbyteri sciunt se ex Ecclesiae consuetudine ei qui sibi praepositus fuerit, esse subiectos: ita episcopi noverint se magis consuetudine, quam dispositionis Dominicae veritate, presbyteris esse maiores, et in commune debere Ecclesiam regere, imitantes Moysem, qui cum haberet in potestate solum praeesse populo Israel, septuaginta elegit, cum quibus populum iudicaret *(Num.* 11. 16, 17.). Videamus igitur qualis presbyter, sive episcopus ordinandus sit" *(ML* 26. 596-598).

Altercatio luciferiani et orthodoxi (alias *Dialogus contra Luciferianos)* 9: "Si . . . quaeris quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus episcopi, non accipiat Spiritum sanctum, quem nos asserimus in vero baptismate tribui, disce hanc observationem ex auctoritate descendere, quod post ascensum Domini Spiritus sanctus ad apostolos descendit. Et multis in locis idem factitatum repetimus, ad honorem potius sacerdotii quam ad legem necessitatis. Alioqui si ad episcopi tantum imprecationem Spiritus sanctus defluit, legendi sunt qui in villulis, aut in castellis, aut in remotioribus locis per presbyteros et diaconos baptizati ante dormierunt quam ab episcopis inviserentur. Ecclesiae salus in summi sacerdotis dignitate pendet cui si non exsors quaedam et ab omnibus eminens detur potestas, tot in Ecclesiis efficientur schismata quot sacerdotes. Inde venit ut sine chrismate et episcopi iussione, neque presbyter, neque diaconus ius habeant baptizandi. Quod frequenter, si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere laicis. Ut enim accipit quis, ita et dare potest" *(ML 23.* 172sq.).87

RESPONDETUR:

1. *Quae opponuntur de identitate sive de unitate Ordinis* inter episcopatum et presbyteratum, sufficienter explicari possunt per ipsam, eamque traditionalem, doctrinam de generica sive globali unitate sacerdotii, cuius essentia in utroque episcopali et presbyterali gradu, quamvis sub diversa ratione, invenitur. Qui ad hanc diversam rationem attendat, dicet cum Innocentio I, aliisque multis doctoribus, quod "presbyteri, licet secundi sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent" *(Ep.* 25. 6); qui potius ad eam unitatem attendat, dicere

•'Hic locus magnam similitudinem, imo fortasse ligamen dependentiae, ostendit cum textu Tertulliani, *De bapt.* 17, cit. in tom. 1, p. 282.

potest cum Ambrosiastro: "Episcopi et presbyteri una ordinatio est" vel cum Hieronymo: "Idem est presbyter qui et episcopus"; qui autem ad utramque unitatem ac diversitatem attendat, dicere potest cum eodem Ambrosiastro: "Uterque sacerdos est, sed episcopus primus est. . . Quid est enim episcopus, nisi primus presbyter, hoc est summus sacerdos?"; qui tandem attendat ad peculiarem modum illius unitatis, quae non sit proprie generica nec dividatur in presbyteratum et episcopatum tamquam in duas parallelas species, sed tamquam in essentiam rei et eius complementum, legitime presbyteralem dignitatem poterit exaltare, dicendo cum Pelagio: "Presbyteratus secundus, immo pene unus est gradus" vel cum Pseudo-Hieronymo: "In presbytero summa [i.e. essentia ipsa] sacerdotii collocatur," vel cum Petro Damiano: "Ab his [i.e. episcopis] non tam novus ordo suscipitur, quam in eodem ipsi sacerdotio videntur excellentius sublimari," vel cum Petro Lombardo: "Episcopus non ordinis, sed dignitatis et officii nomen [est]," imo cum Augustino: "Secundum honorum vocabula episcopatus presbyteratu maior est" et cum ipso Hieronymo et Pseudo-Hieronymo: "Episcopus dignitatis est nomen."

Ceterum, huiusmodi sensus, quem textus etiam absolute considerati permittunt, ex ipsa attenta consideratione contextus magnopere suadetur.

Ambrosiaster ait episcopi et presbyteri unam esse ordinationem *{In Tit.* 3. 8-10), sed ut ostendat se non intelligere omnimodam identitatem aut aequalitatem, immediate addit: "Uterque enim sacerdos est, sed episcopus primus est," et ut explicet hanc prioritatem non consistere in mero ordine temporis aut aetatis, sed in muneris superioritate, ait in alio loco *{Quaestiones V. et N.T.,* q. 101): "Quid est enim episcopus, nisi primus presbyter, hoc est summus sacerdos?," atque explicans hanc sacerdotii summitatem, quae est propria episcopi, in tertio ex tribus locis qui adduci solent ad probandum ipsum adversari divinae institutioni distinctionis episcopatus a presbyteratu *{In Eph.* 4. 11 sq., cit. in tom. 1, p. 462), ait: "In episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est, hoc est, princeps est sacerdotum, et propheta, et evangelista, et caetera adimplenda officia Ecclesiae in ministerio fidelium." Unde cum in primo textu, ad explicandam rationem quare Apostolus in epistola ad Timotheum mentionem faciat solius episcopi et diaconi, ait mentionem presbyteri omissam esse quia ordinatio presbyteri est eadem ac ordinatio episcopi (et ideo quae ab Apostolo dicuntur de isto, intelliguntur etiam de illo), non asserit nisi practicam identitatem illorum quorum non magna est distantia; idque ceteroquin aequivalenter ipse significat in secundo

ex praefatis locis, cum, ad ostendendam aequalitatem episcopi et presbyteri, ait episcopum presbyteros vocare compresbyteros non vero diaconos vocare condiaconos "quia [isti] multo inferiores sunt," ex quo suggerit ideo presbyteros ab episcopo vocari compresbyteros quia non multo inferiores sunt.

Nec aliud *Pelagius* significat cum ait presbyteratum "secundum, immo pene unum esse gradum" cum episcopatu. Sive igitur Ambrosiastri sive Pelagii commentum omnino concordat cum expositione quam de eodem textu paulino affert ipse *Chrysostomus* (unus ex illis orientalibus Patribus de quibus nullo modo ambigitur quid de divina distinctione et superioritate episcopatus erga presbyteratum sentiant), inquiens: "Postquam de episcopis dixit, iliorumque formam descripsit, indicavitque quid habere, a quibus abstinere debeant, relicto presbyterorum ordine, ad diaconos [Apostolus] transiit. Quare? Quia non multum spatii est inter presbyteros et episcopos: nam etiam presbyteri docendi munus acceperunt et Ecclesiae praesunt, ac quae ille de episcopis dixit, etiam presbyteris competunt. Sola namque ordinatione superiores sunt, et hinc tantum videntur presbyteris praestare" *{In 1 Tim.,* hom. 11, n. 1, *MG* 62. 553).

Petrus Damianus et *Lombardus* non negant, imo affirmant, episcopatum esse sublimiorem aliquem gradum et officium supra presbyteratum, sed tantum dubitant vel negant talem gradum dici posse verum ordinem, iuxta strictiorem ac ceteroquin variam acceptionem quam huic voci tribuebant theologi mediaevales, iam incipientes disputationem non tam de existentia divinae superioritatis episcopatus quam de eius essentia sive indole, de qua dicetur in art. seq.

Cum *Pseudo-Hieronymus* ait "in presbytero summam sacerdotii collocari" sensus certe non est presbyterum habere "pontificatus apicem" sicut de solo episcopo affirmat coaevus Innocentius I, nam praeterquam quod id adversaretur sensui omnium doctorum, non excluso ipso Hieronymo a quo hic doctor dependet, ipse explicite protestatur se nullam velle episcopo iniuriam inferre dum exaltat dignitatem presbyteri, cum episcopus sit "primus et perfectus in cunctis," "quoniam quod in clericis consecratum est, episcopum solum habere manifestum est; in illis [enim] sunt partes et membra virtutum, in episcopo [vero] plenitudo divinitatis habitat corporaliter" (loc. cit. in tom. 1, pp. 475, 890). Sensus ergo est in presbytero haberi totum sacerdotium quoad suam essentiam seu summam, quatenus omnia officia sacerdotalia a presbytero exerceri possunt ("Omnia Dei sacramenta compleri"), salvis ceteroquin episcopalibus iuribus; quod quidem Pseudo-Hieronymus deducit ex eo quod presbyter possit, non minus quam episcopus, consecrare et offerre ipsum Corpus Christi,

in quo est plenitudo sacramentorum.[88] Ex quibus patet apud hunc doctorem non tam esse quaestionem de ipsa existentia divinae superioritatis episcopatus quam de eius essentia sive extensione, et apud eum iam praeformari praefatam mediaevalium sententiam, iuxta quam episcopatus non est proprie dictus ordo aut saltem non ordo proprie sacramentalis.

Dictum *Hieronymi,* a *Pseudo-Hieronymo* repetitum, iuxta quod presbyter est nomen aetatis, *episcopus vero nomen dignitatis,* respicit directe originem nominum et connexam duplicem quaestionem de synonymia et identitate biblicorum presbyterorum et episcoporum. Quod si in eo sensu accipiatur quod episcopus sit honorificum nomen, quibusdam tributum prae aliis qui communi nomine presbyteri, ab aetate seniores, donantur, quemadmodum videtur illud accipere *Augustinus,* inde non sequitur talem sensum esse exclusivum alicuius concomitantis dignitatis seu officii in quo ipsa discretio nominum fundetur; et propterea ipse Augustinus, in sua epistola ad Hieronymum non cunctatur sui amici dictum tamquam innocuum imitari, cum tamen alibi explicite asserat Apostolum in 1 *Tim.* 3. 1 "exponere voluisse quid sit episcopatus, quia nomen est operis, non honoris" et impugnet Aerii haeresim "dicentis presbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni" (cf. in tom. 1, pp. 477, 892).

Graviorem difficultatem prima fronte creare videtur comparatio distinctionis episcopatus a presbyteratu cum distinctione *archidiaconatus* a diaconatu et *archiepiscopatus* ab episcopatu, quae instituitur a *Hieronymo, Pseudo-Hieronymo, Petro Damiano et Lombardo* quaeque videtur indicare identitatem ordinis sive officii, quod attinet ad ipsum ius divinum, et meram ecclesiasticam distinctionem ac superioritatem. Attamen, Hieronymus eam comparationem instituit non directe quoad rationem dignitatum sed quoad modum quo dignitas in subiectum inducitur quique non necessario impedit distinctionem et superioritatem ex divino iure provenientem, quemadmodum in hodierna disciplina Papa eligitur a cardinalibus, sicut si archidiaconus eligeretur a diaconis, et tamen dignitas S. Pontificis est ex divino iure superior dignitate cardinalium, dum archidiaconatus nonnisi ex ecclesiastico iure emineret super diaconatum; quae ceteroquin distinctio apparet in alio exemplo ibidem adducto ab ipso Hieronymo,

[88] "Nulla in conficiendo corpore Christi ac sanguine inter eos [i.e. presbyteros] et episcopos credenda distantia est," "Quis maior est Christo? Aut quid corpori eius aut sanguini poterit anteponi? Si presbyter Christum consecrat, cum in altario Dei sacramenta benedicit: benedicere populo non debet, qui Christum etiam meruit consecrare?" "Cum offerre licet [corpus Christi], etiam reliqua, quae in eo sunt consecrare . . . Presbyteri ergo, si necesse est, possunt chrisma conficere, quia in corpore eius chrisma est [quo a Patre Christus unctus est]" *(ML* 30. 155 sq.).

scilicet de militibus eligentibus imperatorem. Pariter Pseudo-Hieronymus comparationem instituit non quoad ipsam dignitatem, sed quoad reservationem particularium munerum illi episcopali dignitati quae supponitur iam ex divino iure constituta et quomodolibet presbyterali dignitate superior (cf. supra p. 57). Tandem Petrus Damianus et Lombardus non instituunt comparationem inter presbyteratum atque episcopatum ex una parte et episcopatum atque archiepiscopatum ex alia parte, ac si dicerent ita ad invicem se habere presbyteratum et episcopatum qualiter se habent inter se episcopatus et archiepiscopatus, sed comparant presbyteratum ex una parte et episcopatum una cum archiepiscopatu ex alia parte ac dicunt hos duos gradus non distingui a presbyteratu tanquam proprie dictum ordinem sed solum ut quandam dignitatem, non ulterius determinando nec negando, imo aliunde supponendo, episcopatum esse iuris divini ac proinde divinitus distinctum a presbyteratu, archiepiscopatum vero esse iuris ecclesiastici ac proinde mere canonice distinctum ab episcopatu.

Supradictae *quatuor rationes* (cf. supra, p. 51) non necessario ostendunt Patres, qui eas adducunt, sustinere identitatem episcopatus et presbyteratus, quod attinet ad ius divinum. *Primo* enim, ex hoc quod unus vel alter, ut Hieronymus, videatur dicere bíblicos presbyteros et episcopos fuisse eosdem ministros, non sequitur eum putare etiam inter posteriores presbyteros et episcopos nullam esse iuris divini distinctionem, nam sicut admittit tempore apostólico adfuisse duplicem gradum, episcopatum nempe in ipsis apostolis et presbyteratum in ceteris sic dictis presbytero-episcopis, ita, supposita episcopali successione ex apostolis, censetur admittere duplicem quoque gradum ex iure divino in posteriori ecclesia, scilicet episcopatum in quibusdam, qui soli iam vocantur episcopi, et presbyteratum in aliis, qui pariter unum hoc nomen usurpant. *Secundo,* ex hoc quod Hieronymus putet primitus ecclesias non ab uno episcopo sed collegialiter a presbyteris gubernatas esse, non necessario sequitur ipsum putare episcopum, qui monarchice nunc ecclesiam gubernat, non distingui ex iure divino a reliquo presbyterio, nam potuit ea regiminis evolutio fieri tempore ipso apostólico vel ratione apostolicae successionis, ut significat ipse Hieronymus inquiens "apostolos per singulas provincias presbyteros et episcopos ordinasse" (cf. supra, p. 43) et "oportere ut episcopi et presbyteri habeant in exemplum apostolos et apostólicos viros quorum honorem possident" *{Ep.* 58. 5, *ML* 22. 583). *Tertio, ex* hoc quod, iuxta Ambrosiastrum, primitus senior presbyter connaturaliter succederet episcopo, vel subinde, iuxta Ambrosiastrum et Hieronymum, episcopus eligeretur a concilio presby-

terorum, non necessario sequitur hos doctores putare praefatum succedentem vel electum episcopum fuisse, adhuc post successionem vel electionem, eundem ac ceteros presbyteros quod attinet ad ius divinum, nam aliud est ipsa dignitas et aliud modus successionis vel electionis quo ipsa inducitur in subiectum, ut notatum est supra (p. 58) circa ipsum textum Hieronymi, qui ceteroquin explicite asserit "omnes episcopos successores apostolorum esse" *(Ep.* 146, supra cit., p. 54). *Quarto,* ex hoc quod Hieronymus (quem alii imitantur) asserat presbyteros in ecclesiasticis officiis omnia facere quae ipse episcopus facit, excepta ordinatione, non necessario sequitur ipsum putare episcopum et presbyterum esse aequales quoad ius divinum, imo potius contrarium sequitur, ut dictum est supra (p. 47) ubi relata est similis, sin minus fortior, expressio ipsius Chrysostomi, defensoris divinae distinctionis episcopatus et presbyteratus: "Sola . . . ordinatione [episcopi] superiores sunt, et hinc tantum videntur presbyteris praestare."

2. *Ratio ab Ambrosiastro, Hieronymo, Pseudo-Hieronymo aliisque post ipsos assignata,* quare inducta fuerit distinctio et superioritas episcopatus erga presbyteratum, scilicet *rectus ordo Ecclesiae,* exigens ut constitueretur superior auctoritas quae esset fons unitatis et antidotum schismatis ac scandali, non probat hos doctores putare eam distinctionem inductam esse ex mera lege ecclesiastica, nam haec eadem ratio esse potuit, ac de facto in quibusdam documentis dicitur fuisse, causa quare ab ipso Christo et apostolis constituerentur varii gradus in hierarchia et peculiariter superior gradus episcopatus.

In remedium quippe illius aemulationis, quam a suis discipulis avertere conatus est *(Mat.* 20. 25-27: "Scitis quia principes gentium dominantur eorum et qui maiores sunt potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos sed quicumque voluerit inter vos maior fieri sit vester minister, et qui voluerit inter vos primus esse erit vester servus"), Christus ipsam potestatem eiusque diversos gradus instituit, ut ille ipse "episcopatus [cuius] aemulatio schismatum mater est"[89] per divinam eius institutionem fieret potius ipsius schismatis remedium. Quod quidem satis suggestive indicat Apostolus in epistola ad Corinthios, cum ex una parte reprehendit fidelium contentiones, 1.11-13: "Significatum est enim mihi . . . quia contentiones sunt inter vos. . . Unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae, ego autem Christi. Divisus est Christus?" et ex alia parte indicat remedium auctoritatis, 12. 28-30: "Et quosdam

[89] Tertullianus, *De bapt.* 17, cit. in tom. 1, p. 282.

quidem posuit Deus in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores, deinde virtutes. . . Numquid omnes apostoli? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes?"

Clemens Romanus in sua epistola ad Corinthios explicite ex necessitate vitandi schismatis desumit rationem quare ipsi apostoli, de mandato Christi (c. 42. 3 sq.: "Acceptis mandatis"), constituerint sibi successores in episcopatu: "Apostoli quoque nostri per lesum Christum Dominum nostrum cognoverunt, contentionem de nomine episcopatus oborituram; ob eam ergo causam, perfecta praescientia praediti, constituerunt praedictos ac deinceps ordinationem dederunt, ut cum illi decessissent, ministerium eorum alii viri probati exciperent" (c. 44. 1-2, *Funk* 1. 155-157). *Tertullianus,* adhuc catholicus, ait ius baptizandi praecipue pertinere ad episcopum "propter Ecclesiae honorem, quo salvo salva pax est" *(De bapt.* 17, cit. in tom. 1, p. 282) et alibi "honorem istum," quo ministri praesident in Ecclesia, appellat "rem Dei" quae nullo pretio comparari potest *(Apol.* 39, cit. ibid., p. 280); nec nisi posterius, dum in antihierarchicam haeresim montanisticam rapide declinaret, talem honorem ad meram humanam originem revocare conatus est, inquiens: "Differentiam inter ordinem et plebem constituit Ecclesiae auctoritas et honor per ordinis consessum sanctificatus" *(De exhort. cast.* 7, cit. ibid., p. 283). *Constitutiones Apost.* in ore ipsorum apostolorum haec verba ponunt: "Non etiam potestatem damus presbyteris ordinandi . . . sed episcopis solis. Hic enim est ecclesiasticus ordo et concentus" (1. 3, c. 11, *MG* 1. 787-790). Ceterum, quaedam ex ipsis quae in contrarium adducuntur auctoritatibus (p. 52) supponunt distinctionem et superioritatem episcopatus erga presbyteratum esse ex iure divino; ita *Pseudo-Damasus,* qui loquitur de episcopis et presbyteris tamquam de duobus gradibus qui "habent in divinis litteris auctoritatem: quia . . . ordines sunt duo tantum in Ecclesia, id est, Apostolorum et septuaginta discipulorum" *(Ep.* 3, de chorepiscopis, *ML* 13. 435) et *loannes Diaconus,* qui episcopalem superioritatem legit praeformatam in veteri testamento *(Ep.* ad Senarium, cit. in tom. 1, p. 931); unde cum ipsi dicunt rationem episcopalis reservationis quorundam munerum esse ne episcopi "gradus indifferens esse videretur" (loannes Diaconus), hanc ipsam rationem censentur referre, saltem quod attinet ad aliqua principalia munera, ad ipsam legem divinam seu ad ordinatum modum agendi divinae Providentiae.00

"Quod supra (p. 52, in nota) obicitur ex verbis *Cone. Hispalensis* nihil probat, nisi ostendatur "novellas et ecclesiasticas regulas" ibi significare legem ecclesiasticam in oppositione ad ius divinum, dum possunt significare legem N. T. in oppositione ad veterem legem. Propterea Pseudo-Isidorus (quidquid interim sit de istius falsarii auctori-

3. *Quod attinet ad SENTENTIAM HIERONYMI, ad quam, ob duriores expressiones supra relatas* (pp. 53 sq.), *revocanda est fere tota difficultas in hac quaestione, non unum nec concors est iudicium eruditorum,* quorum ceteroquin maior pars sincere agnoscit rei obscuritatem et quidam fatentur sic dicti hieronymiani problematis relativam quandam insolubilitatem. *Petavius:* "Hieronymi sententia . . . omnium impeditissima videtur."[02] "Diu est, quod catholicos theologos anxios et sollicitos habent Hieronymi loca illa duo *[Ep.* 146; *In Tit.* 1. 5]... Ibi enim presbyteros inter et episcopos nullum videtur statuere discrimen, sed paris ambo eiusdemque ordinis ac dignitatis esse velle. Quod quia falsum et sanae orthodoxaeque fidei ac decretis conciliorum et Patrum antiquorum placitis contrarium est, merito ab huius con-

tate) verba Cone. Hispalensis cum sequenti interpolatione refert: "Quaedam tamen auctoritate veteris legis, quaedam novellis et ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint [episcopi]," si tamen interpolatio ibi habetur, nam ea additio omissa in editionibus Mansi et Labbei, refertur tamquam ipsius Concilii Hisp. in editione Harduin.

"Theologi hanc quaestionem agitant in utroque vel alterutro tractatu *De Ecclesia* et *De Ordine;* alii vero eruditi in operibus vel articulis historicis aut patristicis.

Batiffol, P., "La hiérarchie primitive. Excursus A.," *Études d'histoire et de théologie positive,* première série (éd. 8, Paris 1926) 267-280.

Boularand, E., "La consécration épiscopale est-elle sacramentelle?" *Bulletin de littérature ecclésiastique* LTV (1935) 21 sq., 25.

Cabrol, F., "Alexandrie. 3. Eléction du patriarche," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* II-1 (Paris 1907) 1204-1210.

D'Herbigny, M., *Theologica de Ecclesia* II (Paris 1928) 312 sq., 316 sq.

Faivre, J., "Alexandrie," *Dictionnaire d'histoire et de géographie ecclésiastiques* II (Paris 1914) 336 sq.

Forget, J., "Jérôme (Saint)," *Dictionnaire de théologie catholique* VIII-1 (Paris 1923) 965-976.

Gore, Ch., *The Church and the ministry* (new édition revised by C. H. Turner, London 1936, reprinted 1949) 117-130, 156-161, 315-320, 335-340.

Jalland, T. G., "The doctrine of the parity of ministers," *The apostolic ministry* (prepared under the direction of K. E. Kirk, London 1946) 325-330.

Lécuyer, J., "Aux origines de la théologie thomiste de l'épiscopat," *Gregorianum XXXV* (1954) 59-64; cf. etiam in *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XXXVI (1952) 412; *Recherches de science religieuse* XLI (1953) 42.

Lightfoot, J.-B., "The Christian ministry," *Saint Paul's Epistle to the Philippians* (ed. 7, London 1883) 225-233.

Michiels, A., *L'origine de l'épiscopat* (Louvain 1900) 344-349, 420-428.

Morinus, I., *Commentarius de sacris Ecclesiae Ordinationibus* (Parisiis 1655) 37-39, 42, 46-50.

Petavius, D., *Dissertationes ecclesiasticae,* l. 1, cc. 1, 2, 3; *De ecclesiastica hiérarchie,* cc. 4, 5, *Dogmata theologica* (ed. J. B. Foumials, Parisiis 1867) VII 408 sq., 411-414, 585-595.

Prat, F., "Les prétensions des diacres romains au quatrième siècle," *Recherches de science religieuse* III (1912) 463-475; "Evêques. Origine de l'épiscopat," *Dictionnaire de théologie catholique* V-2 (Paris 1913) 1669-1671, 1684 sq.

Sanders, L., *Études sur saint Jérôme* (Bruxelles 1903) 296-330.

Telfer, "Episcopal succession in Egypt," *The journal of ecclesiastical history* III (1952) 1-13.

Woollcombe, K. J., "The ministry and order of the Church in the works of the Fathers," *The historié episcopate* (ed. K. M. Carey, London 1954) 48-50.

Zapelena, T., *De Ecclesia Christi* II (ed. 2, Romae 1954) 71-94.

Zellier, J., "L'organisation ecclésiastique aux deux premiers siècles," *Histoire de l'Église* I (éd. A. Fliche et V. Martin, Paris 1946) 377 sq.

" *Dissertationes ecclesiasticae,* l. 1, c. 3.

tagione erroris et invidia sanctissimum virum eripere pro se quisque operam adhibuit."[93] *Michiels:* "Depuis longtemps il est reconnu qu'il est difficile d'interpréter et de concilier entre eux les divers passages où S. Jérôme traite de la hiérarchie ecclésiastique."[94] *Forget:* "La question a suscité, depuis des siècles, d'ardentes controverses. C'est que la solution dépend de plusieurs textes, qu'il s'agit d'interpréter et de concilier entre eux, et l'on doit reconnaître que la tâche n'est pas sans présenter de sérieuses difficultés."[95] *Zapelena:* "Quaestio de vera mente Hieronymi circa episcopatum est vere difficilis et ingenia criticorum mirabiliter exercuit."[90]

Quamquam autem possemus hic duas quaestiones distinguere, alteram scilicet de Ordine et alteram de iurisdictione, et hanc ad tractatum *De Ecclesia* amandare ut sola consideretur facilior quaestio de mente Hieronymi circa distinctionem episcopatus a presbyteratu in sola linea Ordinis, in qua facilius catholici doctores conveniunt, putamus tamen utramque quaestionem nonnisi ad modum unius considerari posse, sicut ab ipso Hieronymo ad modum unius et in eisdem textibus praesentatur. *Duae igitur generales solutiones afferuntur,* in quas ceteroquin nonnulli aliquod hinc inde temperamentum introducunt quo utriusque discrimen attenuetur.

Prima opinio tenet Hieronymum negasse divinam originem distinctionis ac superioritatis episcopatus erga presbyteratum eamque revocasse ad ecclesiasticam institutionem. Ita sentiunt imprimis plerique Protestantes, praecipue autem Presbyteriani (post antiquiores suos patronos Calvinum, Claudium Salmasium,[97] Davidem Blondellum[98] et Franciscum Buddaeum), quibus consentiunt plures Anglicani, nominatim inter modernos T. G. Jalland" et K. J. Woollcombe.[1] Pariter iudicant plures catholici tam antiqui quam moderni, ut Scotus, Durandus, Dominicus Soto, Pighius, Michael Medina, Vasquez, Ermoni, Batiffol, Tixeront, Cavallera, De Guibert, Altaner, Penna, Lennerz, Journet, Lécuyer.

Quadruplex tamen inter istos notatur discrimen. *Primo* nempe, Protestantibus Presbyterianis placet sententia Hieronymi sic expli-

[n] *De ecclesiastica hierarchia,* 1. 2, c. 5, n. 1.
[w] *Op. cit.* 420.
[*] *Art. cit.* 965.
[M] *Op. cit.* 71.
[''] *Dissertatio de fenore Trapezitico.* Eum sub nomine Trapezitae impugnat Petavius in *Dissertationibus ecclesiasticis,* 1. 1, et sub proprio nomine Salmasii in opere *De ecclesiastica hierarchia,* 11. 1-5.
[n] *Apologia pro sententia Hieronymi de episcopis et presbyteris.* Eum impugnat Petavius, *De ecclesiastica hierarchia,* 1. 5.
[^] *Loc. cit.*
[*] *Loc. cit.*

cata, cum in ea videant proprii systematis auxilium; Anglicanis vero et a fortiori catholicis ea summopere displicet, utpote contraria traditional! doctrinae de divina origine episcopatus, et quidem aliqui non cunctantur eam ut haeresim damnare (Medina et Vasquez), alii suam reprobationem emolliunt (De Guibert: "Torte erronea"; Journet: "Elle ne représente rien de plus qu'une outrance"; Jalland: Hieronymus aperuit ianuam puro Presbyterianismo), alii vero ac frequentiores doctores abstinent a censuris. *Secundo,* quidam ut certum habent Hieronymum talem sententiam docuisse (Durandus, D. Soto, Medina, Vasquez, Batiffol, Tixeront, Lennerz, Lécuyer); plures vero ut probabilius id sentiunt, concedentes partialem ambiguitatem et contradictionem in tota doctrina Hieronymi. *Tertio,* ac praecipue, quidam putant ipsum docuisse episcopi ac presbyteri aequalitatem in utraque linea Ordinis et iurisdictionis (Medina, Vasquez, Batiffol, Lennerz, Journet, Lécuyer); alii vero in sola linea iurisdictionis (Tixeront, De Guibert).[2] *Quarto,* quamplures supponunt Hieronymum negasse praefatam distinctionem provenire ex divina institutione tam immediata quam etiam mediata, ita ut eam provenire intelligat ex pura ac mera institutione ecclesiastica; unus vero vel alter modernus (ut Lennerz et Journet) videtur eam negationem limitare ad immediatam divinam institutionem, quatenus nempe potuerit Hieronymus cogitare quod Ecclesia distinctionem illam introduxerit ex quadam superiore potestate sibi a Christo concessa quoad determinationem sacramentorum, in casu quoad determinationem ac divisionem hierarchici sacerdotii in varios gradus, uti in episcopatum et presbyteratum.

Rationes autem huius sententiae sunt praecipue ipsae expressiones supra relatae (pp. 53 sq.).

D. SOTO: "Durandus d. 24. q. 5. non dubitat quin Hieronymus fuerit huius sententiae. . . Et ut ingenue fatear, porro arbitror Hieronymum in ea fuisse opinione, quod primitus de iure divino nullum erat discrimen [inter episcopum et presbyterum]."[3]

M. MEDINA, citatis verbis Hieronymi, Theodoreti, Ambrosiastri, Pseudo-Hieronymi, Chrysostomi, Primasii et Sedulii, circa aequalitatem episcopi et presbyteri, ait: "Atque ita isti viri alioqui sanctissimi et sanctarum Scripturarum consultissimi. Quorum tamen sententiam prius in Aërio, deinde in Waldensibus, postremo in loanne Wiclefo damnavit ecclesia. Ita ut de illa amplius disceptare non liceat. Nam quod inter horum haereticorum et veterum illorum patrum sententiam in hac parte nullum sit discrimen, quod quidam putant, dicentes hos haereticos de discrimine quod ex ecclesiastico iure derivatur, loqui, Hieronymum vero et alios de iure divino (frivolum est omnino), haeretici enim, si qui

[2] Unde exaggerat Zapelena, cum ait: "Doctores catholici unanimiter docent Hieronymum admisisse originem divinam episcopatus quoad potestatem ordinis" *(Op. cit.* [supra, in p. 62] 87).

[3] Dist. 24, q. 2, a. 2, *In quartum {quem vocant) Sententiarum* (Venetiis 1575) II 30.

alii de iuris divini discrimine loquuntur, haud enim tam coeci sunt, ut iure ecclesiastico et humano episcoporum et presbyterorum auctoritatem distare nescirent. Quin haeretici ius humanum aut ecclesiasticum non morantur, sed divinum. Neque quisquam haereticus ideo vocatur, quod iuri humano cuicumque contradicat, sed iuri divino sanctaeque Scripturae adversetur."[4]

BATIFFOL: "Jérôme . . . affirme plus que la synonymie primitive des termes *presbytres et episcopes:* il affirme l'identité d'ordre, et fait de l'inégalité de juridiction la création d'une sorte de contract ecclésiastique. A l'appui de cette affirmation, qui n'est fondée encore que sur l'interprétation par lui donnée aux textes du Nouveau Testament, il produit un fait [l'usage de l'église d'Alexandrie]. . . Jérôme ajoute une raison théologique qui, à ses yeux, établit l'identité d'ordre: *'Quid enim facit excepta ordinatione episcopus quod presbyter non faciat?'* Cette raison, on la trouve exprimée dans les mêmes termes par saint Jean Chrysostome. Mais l'affirmation qui tient l'épiscopat pour une charge détachée du presbytérat est une affirmation propre à saint Jérôme. . .

"On peut exprimer ainsi la théorie de saint Jérôme: — 1° Le presbytérat est le sacerdoce chrétien primitif: à l'origine presbytres et épiscopes sont termés synonymes et fonctions identiques: chaque église est gouvernée par un collège de presbytres. — 2° Plus tard, pour couper court à des éventualités de schismes, on décréta de désigner en chaque église par voie d'élection un presbytre qui serait préposé aux autres: ce fut l'évêque. — 3° La seule distinction qui existe entre le prêtre et l'évêque, consiste en ce que le prêtre ne fait point d'ordinations. . . Il est clair que, aux yeux de saint Jérôme, l'épiscopat est une institution purement ecclésiastique: pour nous, au contraire, l'épiscopat est antérieur au moment où il devient monarchique, et seule cette qualité de monarchique est d'initiative ecclésiastique. Le partage des attributions entre le sacerdoce souverain de l'évêque et le sacerdoce restreint du presbyterium qui entoure l'évêque, est pareillement d'initiative ecclésiastique. Saint Jérôme, qui était prêtre et traitait de haut les évêques, a exalté l'éminente dignité des prêtres aux dépens de celle des évêques, et toute sa théorie est d'allure tendancieuse.[5]

LENNERZ: "Contrarium . . . clare supponit s. Hieronymus et qui eum sequuntur, sc. istam differentiam [inter episcopum et presbyterum non esse immediatae institutionis Christi, sed] introductam esse ob speciales rationes, ad evitanda scandala; illas functiones [ordinandi et confirmandi] reservatas esse episcopis propter auctoritatem, et similia."[6]

LÉCUYER: "On a beaucoup discuté les textes de saint Jérôme sur l'épiscopat; on a voulu minimiser la portée de ses affirmations pourtant répétées, et qui tirent de leur rapprochement avec celles de l'Ambrosiaster un surcroît de clarté. . . S'il nous fallait résumer la position de saint Jérôme, nous la réduirions à ces quelques propositions:

"1) Primitivement, pas de distinction entre évêques et prêtres, ni du point de vue du pouvoir d'ordre, ni du point de vue de la juridiction: les deux noms s'appliquent aux mêmes personnages: *aliud aetatis, aliud dignitatis est nomen.*

"2) Très tôt, au temps des premières dissensions constatées déjà par saint Paul (1 *Cor.* 1. 12), et pour éviter des schismes futurs, il fut décidé qu'un des prêtres serait élu et prendrait en main tout le gouvernement d'une église; cet élu était donc supérieur aux autres prêtres par son autorité ou juridiction, mais il demeurait leur égal dans le sacerdoce proprement dit.

"3) Aussi n'est-il pas besoin d'une ordination nouvelle pour faire un évêque:

4*De sacrorum hominum continentia* (Venetiis: I. Zileti 1569) 5.
9*Op. cit.* (supra, in p. 62) 268-271.
9*De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 95.

longtemps, à Alexandrie, on se contenta de l'élire, et de le faire siéger sur un trône plus élevé *(in excelsiori gradu collocatum),* sans recourir à des évêques consécrateurs.

"4) Toutefois à l'évêque est réservé le droit d'ordonner. Pourquoi? Jérôme n'a pas, que nous sachions, répondu directement à cette question. Toutefois, il a posé un principe qui sera fécond dans la tradition postérieure, et que nous trouvons dans les *Dialogues contre les Luciférien*s. Expliquant pourquoi seul l'évêque a le droit de conférer le Saint-Esprit, par l'imposition des mains qui suit le baptême, il écrit: [Refertur textus *Altere, lucif. et Orthod.* 9, supra cit., p. 55] '. . . Ut enim accipit quis, ita et dare potest.' Cette dernière phrase exprime, croyons-nous, la véritable pensée de Jérôme: le presbytre pourrait conférer l'ordre qu'il détient; s'il n'a pas l'usage de ce pouvoir, c'est en vertu d'une disposition ecclésiastique qui réserve ce droit aux seuls évêques pour les mêmes raisons d'unité et d'autorité que nous disions plus haut."[7]

Secunda opinio docet Hieronymum non negasse divinam originem distinctionis ac superioritatis episcopatus erga presbyteratum, sive in linea Ordinis sive in ipsa linea iurisdictionis, nec eam revocasse ad meram ecclesiasticam institutionem. Ita sentit maior longe pars catholicorum theologorum et eruditorum, tam inter antiquiores quam inter modernos (quibus consentit unus vel alter inter Protestantes Anglicanos, nominatim Charles Gore,[8] quidquid sit de maiori vel minori asseverantia, qua haec opinio a variis auctoribus profertur, et de variis temperamentis allatis in explicatione praecisi obiecti negationis Hieronymi eiusque oppositionis cum communiori sententia theologorum circa extensionem eorum in quibus episcopus divinitus differt ac eminet supra presbyteratum. Sint pauca tantum nomina: S. Thomas, Petrus Soto, Ledesma, Baronius, Bellarminus, Estius,[9] Mamachius, Petavius, Morinus, Frassen, Wirceburgenses, Billuart, Perrone, J. V. De Groot, Hurter, Pesch, Billot, Lépicier, Michiels, Sanders, Prat, Forget, Ruffini, Cayré, Huarte, Hervé, D'Herbigny, Lercher, Paris, Salaverri, Zapelena.

Triplex tamen inter hos observatur discrimen.

Primo nempe, quidam nullam in verbis Hieronymi veram sentire difficultatem eiusque mentem ut claram habere videntur (ita S. Thomas, Baronius, Morinus, Perrone, Billot, Lépicier); alii vero ac communius difficultatem fatentur ac Hieronymo inconstantiam aliquam vel saltem obscuritatem attribuunt (in quo quidem aliqui distinguunt inter Hieronymum historicum et Hieronymum exegetam, vel inter testem Traditionis et polemistam).

Secundo, quidam pauci moderni dicunt Hieronymum in quaestione de divina origine superioritatis episcopi quoad solam iurisdictionem

[7] *Art. cit.* (supra, in p. 62) 59, 63 sq.
[8] *Loc. cit.* (supra, in p. 62).
[9] Tam *In Tit.* 1. 5, quam *In 4 Sent.,* dist. 24.

veluti neutraliter se habere, seu hanc divinam originem neque negare neque affirmare, et ad hoc tantum reducunt ambiguitatem et obscuritatem (ita Sanders et Prat, qui proinde non multum distant a remissioribus inter patronos prioris opinionis); alii vero sentiunt Hieronymum positive tenere divinam originem episcopalis superioritatis non solum in linea Ordinis sed etiam iurisdictionis.

Tertio, in iudicando de obiecto aequalitatis iurisdictionalis quam Hieronymus asserit primitus adfuisse inter episcopos et presbyteros, et consequenter de obiecto discriminis quod subinde fuerit per ius mere ecclesiasticum introductum, varii sunt dicendi modi, quorum ultimus iterum non multum distat ab expressionibus remissiorum patronorum prioris opinionis; illa nempe aequalitas consistit vel in solo nomine, quatenus utrumque nomen episcopi et presbyteri utrique gradui promiscue tribuebatur, donec facta est discretio appellationum (ita S. Thomas et quidam alii antiquiores); vel in usu sive exercitio potestatis, non vero in ipso iure potestatis, quatenus initio episcopi communicabant presbyteris aliquod exercitium suae nativae potestatis, eos adhibentes tamquam directos consiliarios in gubernio Ecclesiae, subinde vero totum exercitium sibi reservarunt (ita Estius, Billuart et Perrone); vel in ipsa potestate, sed tamen de iure veluti extraordinario et transitorio, quatenus quaedam saltem primitivae ecclesiae regebantur immediate per consilium presbyteralem sub alta tamen et nativa potestate absentis apostoli qui manebat solus ac verus episcopus communitatis, donec paulatim pro apostolo successit residentialis episcopus in unaquaque communitate, ac ita practica illa presbyterorum independentia extincta est (ita iam, etsi obscurius, Morinus, subinde ac clarius Michiels, quem fere repetit Forget ac sequitur D'Herbigny); vel in ipsa potestate etiam modo quasi ordinario ac stabili commissa, non tamen pleno nec necessario independenti iure, quatenus in pluribus saltem ecclesiis ipsum presbyterium (una cum praesidente episcopo, ubi aderat, vel sub directione absentis apostoli) collegiali modo gubernaret, ita ut presbyteri essent veluti episcopi secundum minus plenam rationem ac pleraque episcopalia officia praestare possent (dum episcopus, ubi aderat, vel apostolus, erat simpliciter talis ac omnia officia peragere poterat), donec subinde, 'suppresso huiusmodi collegiali regimine, per merum ius ecclesiasticum tota Ecclesiae cura ad solum episcopum devoluta est (ita Zapelena); vel in ipsa potestate, etiam pleno ac independenti iure exercita (quemadmodum ipse monarchicus episcopus eam exercet), donec, per apostolicam vel mere ecclesiasticam dispositionem, collegialis haec oligarchia supprimeretur ac monarchicus episcopatus primo instauraretur (ita Petavius).

Sint quaedam inter clariores horum auctorum expressiones, iuxta ordinem praefati discriminis:

PRAT: "Il est faux d'avancer que saint Jérôme soutient l'égalité des prêtres et des évêques. Les évêques ont seuls le pouvoir d'ordonner des prêtres ('excepta ordinatione') et de les placer selon les besoins dans les villes de leur ressort ('episcopi habent constituendi presbyteros per singulas civitates potestatem'). Le grand docteur parle bien de l'épiscopat unitaire ('in una civitate plures episcopi esse non poterant — ne quis contentiose in una Ecclesia plures episcopos fuisse contendat') et de l'épiscopat monarchique ('ad quem omnis Ecclesiae cura pertineret — ad unum omnem sollicitudinem esse delatam'). Ainsi, en droit, l'évêque est supérieur au prêtre par la plénitude de la juridiction. Saint Jérôme admet comme tout le monde que des évêques ont été institués par les apôtres: 'Quod fecerunt et apostoli, per singulas provincias presbyteros et episcopos ordinantes.' *Comment, in Matth.,* xxv, 26-28. . . Cependant il y eut un temps où la distinction entre prêtres et évêques n'existait pas encore. . . Les Eglises étaient gouvernées par un collège de prêtres ('communi presbyterorum consilio Ecclesiae gubernabantur'). . . Combien de temps dura cet état de choses? Très peu de temps, ce semble. . . Les apôtres seraient bien les instituteurs de l'épiscopat, mais il y aurait eu auparavant une période plus ou moins longue où les Eglises se seraient gouvernées elles-mêmes sous la direction de leurs fondateurs. . .

"Par quelle autorité se fit le changement? C'est ici le point vulnérable du système de saint Jérôme qui semble l'attribuer à la coutume; il est vrai qu'il y met un correctif: 'Sicut ergo presbyteri sciunt se ex Ecclesiae consuetudine ei qui sibi praepositus fuerit esse subiectos, ita episcopi noverint se magis consuetudine quam dispositionis dominicae veritate presbyteris esse maiores.' Ailleurs, il parle d'élection et de décret ('decretum est ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris'), sans dire qui fit cette élection, qui porta ce décret. D'après cela, l'épiscopat serait plutôt ('magis') d'origine ecclésiastique. — En résumé, l'exégèse de saint Jérôme est irréprochable; comme théologien, il sait que les évêques sont supérieurs aux prêtres par le pouvoir de l'ordre, qu'ils leur sont également supérieurs par la juridiction; mais il n'a pas des idées bien arrêtées sur l'origine de cette seconde prérogative. Vient-elle d'une disposition de Jésus-Christ, ou d'un décret des apôtres, au d'une institution ecclésiastique? Voilà ce qu'il ne dit jamais clairement. Cf. L. Sanders, *Etudes sur saint Jérôme,* Bruxelles, Paris, 1903, p. 296-330."[10]

S. THOMAM, 2-2, q. 184, a. 6, ad 1, citavimus in tom. 1, pp. 760 sq.

BILLUART: "Observo . . . duplicem esse episcopi potestatem, ordinis scilicet et jurisdictionis praesertim hic exterioris; hancque posse considerari dupliciter, vel secundum se et in actu primo, vel quoad usum et actum secundum. Quamvis autem, priori modo considerata, sit propria solis episcopis, eius tamen usum et exercitium in exordio Ecclesiae communicabant presbyteris, eos adhibentes tanquam consiliarios in regimine exteriori Ecclesiae, ad exemplum Moysis, inquit ipse S. Hieronymus citatus, qui cum haberet in potestate solus praeesse populo Israël, septuaginta elegit cum quibus populum iudicaret.

"Ex his facile intelligitur quae fuerit mens S. Hieronymi, et sponte fluit solutio ad ea quae ex ipso subiiciuntur: . . . Episcopi magis consuetudine quam dispositione divina sunt maiores presbyteris, quantum ad potestatem ordinis et iurisdictionis, *N.* quantum ad actuale regimen Ecclesiae et totius iurisdictionis usum, *C.* Non enim est iuris divini quod res Ecclesiae a solo episcopo, seclusis presbyteris, de facto administrentur: imo, secundum se, et sepositis inconvenientibus, convenientius foret quod ecclesiae administrarentur communi senatus ecclesiastici

Loc. cit.* **(supra, in p. 62).

consilio; et hoc sensu addit S. Hieronymus, 'episcopos in communi debere Ecclesiam regere? Hanc esse mentem S. Doctoris clare significat exemplum Moysis, de quo supra, quod immediate subiungit: 'Imitantes, inquit, Moysen qui, cum haberet in potestate solus praeesse populo Israël, septuaginta elegit cum quibus populum iudicaret.' Ex quo constat, iuxta S. Hieronymum, ut iam observavimus quod episcopi sint iure divino presbyteris superiores quoad ipsam potestatem, sicut Moyses erat ex institutione divina superior septuaginta quos elegerat, quamvis initio consueverint usum suae iurisdictionis communicare presbyteris, sicut Moyses septuaginta electis. Unde quod nunc amplius non communicent, consuetudine potius quam institutione divina effectum est."[11]

MORINUS: "Huic sententiae [de divino iure superioritatis episcopi] opponi tantum possunt verba S. Hieronymi, et auctorum plurimorum Latinorum quae supra retulimus, qui Hieronymum secuti, videntur cum eo sentire Primatum illum humanae esse constitutionis, et ab Ecclesia ex occasione, non Christo sic iubente et definiente institutum. Verum ex S. Hieronymi verbis presse sumptis contraria sententia potius colligitur. Docet enim Primatum inter Presbyteros Episcopis datum initio Christianismi, cum primum Apostolorum praedicatione Ecclesiae multiplicatae essent, et frequenter cum primum presbyterorum numerus increvisset: Ab Apostolis igitur id factum fuisse divino mandato necessario praesumendum est. Quis enim quod omnium Apostolorum consilio factum est, expressae auctoritati divinae non imputabit? Hoc principium si semel quasses, vix erit aliquid in Sacramentis, ut caetera .omittam, quod probari possit esse iuris divini, 'Antequam, inquit, diceretur ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephae, communi Episcoporum consilio Ecclesiae gubernabantur.* Igitur non multis annis postquam Evangelium in gentibus praedicari coeptum est, Episcopus princeps Presbyterorum ab Apostolis creatus est. Operae pretium mihi videtur ante Lectorum oculos aperire quibus gradibus, et consiliis usi Apostoli ad Episcoporum institutionem devenerunt. Hinc enim evidenter colligetur nihil scripsisse S. Hieronymum quod divino Episcoporum supra Presbyteros Primatui repugnet...

"Est tamen in verbis S. Hieronymi periodus una quae videtur in gratiam cum his interpretationibus redire non posse. 'Sicut ergo Presbyteri sciunt se ex Ecclesiae consuetudine ei qui sibi Praepositus fuerit, esse subiectos, ita Episcopi noverint se magis consuetudine, quam dispositionis dominicae veritate Presbyteris esse maiores.' Videtur S. Hieronymus totius Episcoporum *irptuTOKaG^plas* causam et originem ad Ecclesiae consuetudinem referre. Hoc non ferunt verba ipsius, sed tantum, magis ad Ecclesiae consuetudinem causam illam referendam, quam ad dominicam dispositionem. Ad utrumque igitur ex ipsius sententia referenda est. Sed inquies, saltem consuetudini ecclesiasticae videtur primas deferre. . . Istius exaequationis a S. Hieronymo factae causa duplex est; retardata primum pauculis annis propter rationes iam explicatas Episcoporum creatio, deinde creationis occasio. Ante creationem nulli erant Episcopi proprie dicti, omnes Presbyteri erant aequales, et communi eorum consilio Ecclesiae regebantur. Cum vero Corinthi schisma obortum esset, et forte aliis in locis, tum Apostoli indicarunt, ne longius schismata illa grassarentur,. tempus creandis Episcopis opportunum advenisse, unumque e Presbyteris electum, ubi hoc factum non fuerat, caeteris praeposuerunt. Utraque haec ratio exaggerationis Hieronymianae fundamentum fuit. Utramque mente revolvens pronuntiavit consuetudine Ecclesiastica magis quam dispositione Dominica Episcopos esse Presbyteris praelatos: multo moderatius quam cum paulo post hyperbolem Rhetoricam prosequens absolute dixit, nihil praeter ordinationem facere Episcopum quod Presbyter non faceret. In universo enim Occidente hoc erat falsissimum. Multa enim erant Presbyteris

***n Tractatus de sacramento Ordinis,* diss. 4, a. 1, *Cursus theologiae* (Parisiis 1904) X 77 sq.**

prohibita quae si attentassent, non modo poenis obnoxii fuissent, sed etiam frustra fuissent."[12]

MICHIELS: "[D'après S. Jérôme, il y a] d'un côté, égalité entre les prêtres et les évêques; d'un autre côté, supériorité des évêques: au point de vue de l'Ordre, le prêtre et l'évêque ont le même sacerdoce, mais seul l'évêque a la plénitude de l'Ordre, ce qui lui confère exclusivement le pouvoir d'ordonner et d'instituer des prêtres dans les communautés; au point de vue de la juridiction, anciennement les collèges des prêtres dirigeaient les églises, mais bientôt la direction fut confiée à un seul, auquel pour ce motif on réserva le titre d'évêque. . . Il est incontestable que, pour S. Jérôme, l'évêque est supérieur au prêtre; reste la fameuse question: est-il supérieur, en juridiction, de droit divin ou de droit ecclésiastique seulement? S. Jérôme affirme clairement, on ne saurait le nier, que les évêques sont supérieurs aux prêtres de droit ecclésiastique. Mais il faut noter qu'il atténue son expression en disant: *plus* par la coutume, la loi de l'Eglise, *que* par un précepte formel du Seigneur, *magis quam.* En outre, les propres principes de S. Jérôme nous conduisent logiquement à la conclusion que cette supériorité est de droit divin. Car l'autorité qu'il reconnaît à l'Eglise est une autorité supérieure à celle des prêtres, puisqu'elle soumit légitimement les prêtres aux évêques. Quels étaient ceux qui pouvaient ainsi exercer dans l'Eglise cette juridiction supérieure à celle des prêtres, si ce n'étaient les Apôtres ou leurs successeurs? Il est donc manifeste que, dès le commencement, il y a eu dans l'Eglise des autorités supérieures aux prêtres: ces autorités ce sont les Apôtres, et, après leur mort, les évêques leurs successeurs.

"Mais pourquoi attribuer la supériorité des évêques plutôt au droit ecclésiastique qu'au droit divin? Observons que *de fait* il y a une notable différence entre la dépendance d'un corps de pasteurs, dirigeant seul une communauté, quoique sous l'autorité d'un supérieur habituellement absent, et la subordination d'un clergé effectivement dirigé par un évêque qui se trouve à sa tête. Puisqu'à des prêtres, qui jusque-là étaient en quelque sorte leur propre maîtres, l'Eglise de fait a donné des chefs, en créant des sièges épiscopaux, S. Jérôme a pu dire que la loi de l'Eglise est cause que les prêtres sont soumis aux évêques. Cela est autant plus vrai, que le but qu'il fait poursuivre à l'Eglise dans la création des sièges épiscopaux, n'est autre que de mettre partout le gouvernement entre les mains d'un seul, de soumettre effectivement tout le clergé à un seul pasteur, à un seul chef... L'organisation des sièges épiscopaux est une institution ecclésiastique, non pas divine, mais plutôt apostolique: l'Eglise a établi partout un seul chef comme centre d'unité, au lieu de laisser la direction des églises à tout un corps de prêtres."[13]

D'HERBIGNY: "Prius apostolica auctoritas a longinquo Ecclesias dirigebat, quae in singulis locis collegio mere presbyterali presbyterorum-episcoporum subdebantur. Dein decretum universale instituit (sec. Hieron.) sedes residentiales, quarum singuli episcopi singulas Ecclesias regerent: 'ad unum omnem sollicitudinem esse delatam.' — Cuncti ergo, qui ex illo tempore supra presbyteros Ecclesiam regunt sede fixa, dicti sunt *episcopi,* Huius ergo *nominis sensus* et *distributio sedium* sunt, secundum S. Hieronymum, *e* iure ecclesiastico déterminante ius divinum. . . *Institutio* tamen ipsa, qua tempore Hieronymi Ecclesias singulas 'episcopi' (stricto sensu) regunt, iam ab Apostolis procedit nec mutanda est. . . Hieronymus ergo vere docet — très distingui hierarchiae gradus qui prius erant Apostolorum, episcoporum-presbyterorum, diaconorum; mox autem praeeminuisse episcopos supra presbyteros *propter ordinationis potestatem;* — et quidem aetate iam apostolica et iure universali, ad praecavenda schismata. Ius illud est 'magis'

[12] ***Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus,*** **pars 3, exerc. 3, c. 3, nn. 14 sq., 21 sq. (Parisiis 1655) 46 sq., 49 sq.**

[13] ***Op. cit.*** **(supra, in p. 62) 425-428.**

ecclesiasticum quam divinum in quantum episcopale *nomen* extollitur et potestas ordinandi connectitur sedibus fixis; sed ex ipsa institutione Christi successores Apostolorum, presbyteris maiores, requiruntur ad ordinationem transmittendam (cf. Michiels p. 420-428).”[14]

ZAPELENA: “Fructum longioris discussionis ad pauca puncta ordinate revocare aliquali utilitate non carebit; sit ergo summa rei:

“*Primum,* duplex notio episcopatus traditur a Hieronymo: Una *plenior* propria eius, qui potest *omnia* officia episcopalia peragere; alia *minus plena* propria illius, qui pleraque officia episcopalia praestare potest.

“*Secundo,* Hieronymus admittit et docet *divinam originem* episcopatus, et quidem tum quoad potestatem ordinis, tum quoad potestatem iurisdictionis.

“*Tertio,* Hieronymus tradit *duplicem formam regiminis* ecclesiastici primaevi: Unam mobilem et missionariam exercitam ab apostolis et viris apostolicis seu delegatis apostolorum; alteram fixam et stabilem. Haec altera rursus dupex: Una *monarchica* ab initio vigens in aliquibus ecclesiis, praeprimis in quattuor magnis ecclesiis: Hierosolymitana, Romana, Alexandrina, Antiochena; alia *collegiatis* vigens in multis ecclesiis communi presbyterorum consilio gubernatis. Haec forma collegialis nequit dici *stricte talis,* excludens omnem formam regiminis monarchici, idque duplici de causa: Primo quia Hieronymus nuspiam docet potestatem horum presbyterorum fuisse *ordinariam,* et non delegatam; secundo quia Hieronymus nunquam negat hoc collegium presbyterale fuisse subiectum sive apostolo fundatori, sive delegatis apostolorum, sive episcopis *provincialibus,* quos ab apostolis per singulas provincias constitutos esse docet.

“*Quarto.* Quod attinet *relationem presbyterum inter et episcopum* Hieronymus docet: *a)* Superioritatem episcopi in potestate ordinis; *b)* Docet quoque superioritatem episcopi in potestate iurisdictionis; *c)* Hieronymus videtur negare eam episcopi superioritatem, in qua implicatur *omnis ecclesiae* cura et sollicitudo *ad unum* delata.

“*Quinto.* Origo divina *episcopatus monarchici* num a Hieronymo admittatur an potius negetur, obscurius et incertius manet. Nec haec obscuritas turbare te nimis debet. Superius notavimus quaestionem de origine et natura episcopatus monarchici, in actuali scientiae theologicae et historicae stadio obscuriorem esse, quam ut certis et propriis limitibus definiri possit. Ibi quoque animadvertimus institutionem divinam si quae sit admittenda in hac materia, multifariam imitandam esse. Positio Hieronymi, meo iudicio, non tam creat difficultatem dogmaticam solvendam, quam suscitat problema historice et dogmatice accuratius investigandum.”[15]

PETAVIUS: “Si accurate mentem ipsius [Hieronymi], et menti consentanea verba spectemus . . . minime dubitabimus, quin illorum [i.e. Protestantium] de tanto viro vana sit, et falsa gloriatio. Non enim existimavit unquam, aut vero scripsit, imum et eundem in Ecclesia institutum ordinem, aut ab Apostolis traditum fuisse, qui postea divisus, et in duos distractus sit, episcopatum, et presbyteratum; verum duos, ut sunt, et erant illius tempore, sic a Christo constitutos esse. Quatenus autem in unum conflasse, et pro eodem habuisse visus est, eius nobis exponenda ratio est. Duo in episcopali nomine ac dignitate discernenda sunt. Alterum ordo ipse, sive character, quo ad certa effecta potestatem accipiunt, praesertim ad ordinandos episcopos afios, et presbyteros. . . Alterum est regendi mystici, ut vocant, corporis Christi potestas, et iurisdictio, hoc est Ecclesiae gubernandae, tam in iis, quae ad disciplinam, legesque pertinent, quibus sacra respublica continetur, quam eius aerario curando, ac bonis, et fortunis administrandis. Harum partium duarum, quibus episcopalis ordo constat, posterior, etsi est inferior, appellationi dedit originem…

***Op. cit.* (supra, in p. 62) 317.**
*** *De Ecclesia Christi* (ed. 2, Romae 1954) 93 sq.**

"[Hieronymus igitur] presbyteros eosdem episcopos nominat, etiam aetatis suae, propter antiquam praerogativam, ac functionem, quam Apostolorum tempore, et sub Ecclesiae primordium habuerunt, ut Ecclesiam pari, atque episcopi deinceps fecerunt, potestate regerent. Quasi presbyteratus ex natura sua, et Ecclesiae detracta consuetudine, iuris illius, et officii capax sit. Hunc enim ordinem tum ratione solius externae . . . administrationis ac regiminis, spectavit Hieronymus; tum eius, quod illi per se convenire potest. Ita quidem ille; cui hac ex parte non consentio, quod vel regendae Ecclesiae potestatem, externamque gubernationem *sola consuetudine, non dispositionis Dominicae veritate* episcopis tribuit. Hos enim divino iure praepositos Ecclesiae arbitror, saltem in commune, ac generatim. De quo scio quaestionem agitari inter theologos, quae est alterius loci. Sed qualiscumque de eo sententia sit Hieronymi, nihil ex eo detrimenti Catholica pars accipit; neque Puritanorum inde fit causa potior; quia certo liquet, non ea ratione conferri cum presbyteris episcopos, qua praecipue sunt episcopi, id est primi ordinis antistites; sed ea duntaxat, quae inferior esse, nec tam proprie ad illius gradus essentiam pertinere visa est Hieronymo."[16]

Huic alteri opinioni, et libenter accedimus et sequenti ratiocinatione adstipulari cogimur. Nemo quidem negabit quin, si soli considerantur tres loci supra relati (pp. 54 sq.) solaeque duriores expressiones in illis locis contentae (p. 53), immediata nec praeiudicata lectio vehat, vel saltem vehementer suadeat sensum negativum divinae originis episcopalis distinctionis et superioritatis, praecipue in linea iurisdictionis, eo vel magis quod in illis solisque locis Hieronymus directe ac fusiori calamo aggrediatur ipsam quaestionem de propria distinctione ac superioritate episcopatus erga presbyteratum. Nihilominus, contextus sive aliorum locorum, in quibus clare, utut transeunter ac pro tanto satis significative, S. Doctor exprimit divinam originem episcopalis distinctionis ac superioritatis, sive ipsorum praefatorum locorum, in quibus S. Doctor plura alia commiscet quae negativum illum sensum contradicere vel saltem non modice attenuare videntur, ad sequens dilemma logice ducit: vel Hieronymus flagranter sibimetipsi contradicere, vel ipsum reapse non negare illud ipsum quod prima fronte negare videtur, eiusque negationem aliud potius respicere obiectum, non ipsam scilicet divinam superioritatem episcopi simpliciter sive globaliter spectatam, sed tantum peculiarem aliquem ac ampliorem superioritatis modum quem de facto episcopatus obtinuit in ipsa apostolica vel saltem in subapostolica Ecclesiae disciplina. Cum autem vix prudenter flagrantem contradictionem tanto viro quis affingere attentaret, altera praelati dilemmatis pars, unica manet logica solutio.

Et primo quidem, in aliis locis Hieronymus satis clare divinam originem distinctionis ac superioritatis episcopatus affirmat vel supponit. In *Ep. IS.* 6 (supra cit., in p. 33) tum duodecim apostolos tum

"De *ecclesiastica hierarchia,* l. 2, c. S, nn. 2 et 12, *Dogmata theologica* VII (ed. J.-B. Fournials, Paris: Viv^s 1867) 590 sq., 595.

septuaginta discipulos quos "secundi ordinis praeceptores" vocat, refert ad divinam institutionem eosque praefiguratos videt in duodecim fontibus ac septuaginta palmis circa quas habita est mansio Israelitarum in deserto iuxta *Num*. 33. 9; iamvero alibi significat episcopos succedere apostolis, *Ep*. 41. 3: "Apud nos apostolorum locum episcopi tenent" *(ML* 22. 476), et presbyteros succedere septuaginta discipulis, *In ler.* 13. 12 sqq.: "Sacerdotes quoque ipsi, secundus in ecclesiastico honore gradus. . ." *(ML* 24. 765), *Ep*. 58. 5: "Episcopi et presbyteri habeant in exemplum apostolos et apostolicos viros: quorum honorem possidentes, habere nitantur et meritum" *(ML* 22. 583); ergo satis clare significat episcoporum et presbyterorum distinctionem, non secus ac distinctionem apostolorum et discipulorum quibus illi succedunt, esse divinae institutionis. Velle autem dicere Ecclesiam ipsam hos duos gradus introduxisse, quamvis ad imitationem duorum graduum apostolorum et discipulorum, quos solos Christus instituit, non est ad mentem Hieronymi, ut constat ex ipsa identitate expressionum "Secundi in ecclesiastico honore gradus" et "Secundi ordinis praeceptores," sub quibus idem gradus significatur, quaeque amplius in eodem sensu determinantur cum episcopi et presbyteri dicuntur "apostolorum et apostolicorum virorum honorem possidere."

Praeterea, non semel Hieronymus significat episcopos esse successores apostolorum: *Ep*. 41. 3, et 58. 5, supra cit.; *In Mich*. 2. 9, "Ecclesiae principes qui deliciis affluunt" quique non alii sunt quam ipsi episcopi, a presbyteris distincti, sic admonet: "Si in Apostolorum locum sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conversationem quoque et abstinentiam amplectamur" *(ML* 25. 1172); Ep. 14. 9: "Non omnes episcopi, episcopi sunt [i.e. non omnes qui episcopalem dignitatem habent, ea digni sunt]. . . Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri" *(ML* 22. 353).[17] Iamvero, apostolica dignitas eiusque perpetuitas per successionem, est institutionis divinae; ergo ipsi successores, seu episcopi, sunt a Deo voliti ac instituti.[18]

"Quidam, ut *Zapelena,* hic adducunt apta quaedam verba *Breviarii in Psalmos,* psal. 44 *(ML* 26. 1018), sed hoc opus a criticis habetur ut inauthenticum ac dicitur exaratum post a. 450 ab ignoto auctore (fortasse Ioanne Diacono); ea verba sunt quaedam fidelis abbreviatio textus Augustini, *Enarr. in Psal.* 44. 32, cit. in tom. 1, p. 478.

"Ad rem apte Baronius: "Si igitur loco apostolorum successerunt episcopi (quod omnium orthodoxorum sententia receptum est), eadem est origo et dignitas episcopatus quae est etiam apostolatus. Nam et hoc in saeculi magistratibus experimur, ut qui in locum alterius suffectus est, idem cum illo dicatur deducere principium et potestatem, quo praedecessor est munere auctus ac dignitate praelatus. At sicut in confesso est apud omnes, dignitatem apostolicam esse a Christo Domino institutam, id testantibus evangelistis, in illam apostolis succedentes episcopos ex eodem plane fonte fluxisse necessario affirmandum esse, compertissimum cuique videri potest. Ex his igitur perspicuum redditur, ipso itidem Hieronymo saepius attestante, episcopalem dignitatem non

Putet fortasse aliquis se vim argumenti eludere posse, dicendo in eo falso supponi episcopos, ut distinctos a presbyteris, esse successores apostolorum, cum e contrario res ita concipi possit ut episcopi et presbyteri sint pariter successores apostolorum, ac pro tanto aequaliter iuris divini, eminentia vero episcopi supra presbyterum sit subinde humanitus introducta. Attamen, affirmatio Hieronymi (sicut et ceterorum Patrum) de episcopis apostolorum successoribus respicit solos episcopos, et quidem eos episcopos qui eo tempore taliter vocabantur et a presbyteris distinguebantur, adeoque respicit episcopos ut distinctos a presbyteris; idque vel ex eo patet quod apostólica successio a Patribus continuo ac directe praedicetur de solis episcopis, non vero de presbyteris, etsi quandoque, ratione illius principalis successionis, tota Ecclesiae hierarchia sive clerici in genere dicantur succedere ministerio apostolorum, ut cum Hieronymus scribit in *Ep.* 14. 8: "Provocabis ad clericos. . . Absit ut de his quidquam sinistrum loquar, quia apostólico gradui succedentes, Christi Corpus sacro ore conficiunt; per quos et nos christiani sumus" *{ML* 22. 352). Ceterum, in *Ep.* 58. 5 fit distinctio in hac apostólica successione, quatenus significatur episcopos succedere apostolis, presbyteros vero apostolicis viris, et in *Ep.* 41. 3 innuitur praeterea hos viros apostólicos, quibus presbyteri succedunt, esse septuaginta Christi discipulos (cf. supra, pp. 72 sq.).

Praeterea, *In Mat.* 25: 26-28 (supra cit., p. 43), Hieronymus explicite asserit "apostolos per singulas provincias presbyteros et episcopos ordinasse," quae distinctio, utpote apostólica, censenda est, iuxta mentem Hieronymi, esse iuris divini, quippe quae respiciat essentialem sive hierarchicam constitutionem Ecclesiae, ut dictum est supra (p. 35). Inepte autem diceretur (nec ceteroquin ullus ex ipsis patronis prioris opinionis id unquam somniavit) presbyteros et episcopos in hoc textu accipi pro eisdem personis ac dignitatibus, iuxta sententiam de synonymia illorum terminorum, quam Hieronymus agitat in *Ep.* 146 et *In Tit.* 1. 5.

Praeterea, Hieronymus ostendit episcopatum ipsum monarchicum extitisse inde a tempore apostólico in quatuor saltem praecipuisque ecclesiis, scilicet hierosolymitana, in qua "lacobus . . . post passionem Domini statim ab apostolis . . . episcopus ordinatus [est]" *{De viris ili.* 2, *ML* 23. 639); antiochena, in qua "Ignatius . . . tertius post Petrum apostolum episcopus [fuit]" *{ibid.* 16, *ML* 23. 666); romana, in qua "Clemens . . . quartus post Petrum [fuit] episcopus" *{ibid.*

ab hominibus, vel cuiusvis occasionis obortae consuetudine, sed ab ipso Domino Redemptore omnium lesu Christo, ipsomet eam instituente, manasse" *{Annales,* ad annum Christi 58).

15, *ML 23.* 663); alexandrina, in qua "Marcus [evangelista] . . . constituit Ecclesiam . . . succedente sibi Anniano" *(ibid.* 8, *ML 23.* 654; cf. *Ep.* 146, supra cit., in p. 54, ubi sermo est de continuata successione episcoporum in eadem ecclesia inde a Marco evangelista). Testatur etiam plures extitisse, tempore loannis apostoli, Asiae episcopos *(ibid.* 9: "loannes . . . , scripsit Evangelium, rogatus ab Asiae episcopis," *ML 23.* 654). Eadem de quatuor praefatis ecclesiis refert in sua interpretatione *Chronicorum* Eusebii, l. 2 *{ML 21.* 445. 449. 453. 455.)[10]

Secundo, in ipsis tribus supradictis locis (pp. 54 sq.), ex quibus difficultas de mente Hieronymi desumitur, plura etiam dicuntur quae supponunt divinam institutionem distinctionis et superioritatis episcopi erga presbyterum.

Quod attinet *potestatem Ordinis,* reservantur episcopo tanquam ipsi propria duo munera ordinandi et confirmandi. In *Ep.* 146, non obstante suo conatu congerendi quidquid potest in favorem presbyteratus ad ostendendam eius aequalitatem cum episcopatu, Hieronymus cogitur fateri munus ordinandi esse proprium episcopi nec convenire presbytero: "Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?"; quae quidem concessio, tam absolute utut reluctanti sono, prolata, praecipue in ore Hieronymi in favorem presbyteratus polemizantis, divinam originem illius reservationis indigitat, eo vel magis quod etiam in aliis Traditionis documentis, in quibus similis assertio profertur, ipsa manifestam exaggerationem redoleret, si ageretur de mera ecclesiastica reservatione (cf. supra, p. 47). In *Altercatione lucijeriani et orthodoxi* 9, Hieronymus, inquirens de ratione quare Confirmatio reservetur episcopo, ait id factum esse quia in die Pentecostes Spiritus S. descendit super apostolos, quorum episcopi sunt successores ("Disce hanc observationem ex ea auctoritate descendere, quod post ascensionem Domini Spiritus sanctus ad apostolos descendit"), quod quidem satis clare indicare videtur divinam originem huiusmodi reservationis, quatenus per descensum Spiritus S., veluti per signum confirmativum pleni-

"Quidam, ut Perrone, Lépicier, Hervé, adducunt aliquem textum ex libro *Contra loannem lerosolymitanum* 37, iuxta quem aperte reprehendatur, tamquam naufragus in fide, qui diceret nihil inter episcopum et presbyterum interesse, ex quo deducitur, discrimen inter utrumque gradum esse iuris divini. Attamen, ex contextu non apparet talem sensum verbis Hieronymi subesse nec a fortiori talem deductionem ex eis deduci posse. Verba sic sonant: " 'Misisti [tu episcopus] religiosissimum hominem Dei Isidorum presbyterum --- Homo Dei [i.e. episcopus] mittit hominem Dei [i.e. presbyterum].' Nihil interest inter presbyterum et episcopum; eadem dignitas mittentis et missi; hoc satis imperite: in portu, ut dicitur, naufragium. Iste Isidorus qui in coelum tuis laudibus tollitur, idipsum infamatur Alexandriae, quod tu Hierosolymae; ex quo non legatus advenisse videtur, sed socius" *(ML* 23. 407).

tudinis potestatis episcopalis, visibiliter ostensa est; minus autem probabiliter quis rationem illam interpretaretur de mero motivo quod induxerit Ecclesiam ad talem reservationem suo proprio ac humano iure inducendam. Ex ultimis verbis eiusdem textus: "Ut enim accipit quis, ita et dare potest," Lecuyer (supra cit., p. 66) deducit, reservationem ipsius Ordinationis, iuxta mentem Hieronymi, esse solius iuris ecclesiastici atque, per se et attento solo iure divino, etiam presbyterum posse conferre ipsum ordinem quem accepit; quae conclusio ex una parte latius patet quam praemissa, nam ea verba dicuntur directe de collatione Baptismi nec quidquam in textu suadet aut permittit latiorem sensum, et ex alia parte non concordat cum absoluto modo quo proferuntur suprarelata verba de reservatione Ordinationis: "Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?"

Ad *potestatem iurisdictionis* quod attinet, Hieronymus imprimis assimilat gradus ecclesiasticae hierarchiae gradibus hierarchiae leviticae, quorum distinctio erat divini iuris: "Et ut sciamus traditiones apostólicas sumptas de veteri Testamento, quod Aaron et filii eius atque levitae in templo fuerunt, hoc sibi episcopi et presbyteri et diaconi vindicent in Ecclesia" *(Ep.* 146); peculiariter gradum episcopalem assimilat dignitati "Moysis, qui cum haberet in potestate [ex iure nempe divino] solum praeesse populo, septuaginta elegit, cum quibus populum indicaret" *(In Tit.* 1. 5). Praeterea, constitutionem presbyterorum, quae per episcopos fit in ecclesiis, Hieronymus revocat ad ordinationem Apostoli et, ea mediante, ad ipsam voluntatem Christi; ex quo sequitur distinctionem utriusque gradus, qualiter viget in ecclesiis, ad ipsum ius divinum revocari: " 'Et constituas per civitates presbyteros, sicut ego tibi disposui? Audiant episcopi qui habent constituendi presbyteros per urbes singulas potestatem, sub quali lege ecclesiasticae constitutionis ordo teneatur; nec putent apostoli verba esse, sed Christi, qui ad discipulos ait: 'Qui vos spernit, me spernit, qui autem me spernit, spernit eum qui misit me; sic et qui vos audit, me audit, qui autem me audit, audit eum qui me misit? Ex quo manifestum est, eos qui, apostoli lege contempta, ecclesiasticum gradum non merito voluerint alicui deferre, sed gratia, contra Christum facere, qui qualis in Ecclesia presbyter constituendus sit, per apostolum suum in sequentibus executus est" *(In Tit.* 1. 5, *ML* 26. 596).

Ceterum, ad explicandam vel attenuandam apparentem contradictionem inter haec omnia et suprarelatas expressiones (p. 53) in quibus Hieronymus videtur negare divinam originem distinctionis et superioritatis episcopatus erga presbyteratum, considerandus est tum

scopus polemicus quo ipse ducitur, tum modus indeterminatus quo eas expressiones profert ac rationibus confortat.

Scopus polemicus manifestus est in *Ep.* 146 (scripta probabiliter post a. 385), quae tota est de exaltanda dignitate presbyterorum contra indebitas arrogantiam et usurpationem quorundam romanorum diaconorum; idem scopus, velato quidem ac indirecto modo, sese insinuat etiam in ipsam exegeticam explanationem *In Tit.* 1. 5 (exaratam circa idem tempus a. 387/388) ("Audiant episcopi . . . sub quali lege ecclesiasticae constitutionis ordo teneatur. . . Episcopi noverint se magis consuetudine, quam dispositionis dominicae veritate, presbyteris esse maiores, et in commune debere Ecclesiam regere, imitantes Moysen . . ."), ubi videtur arripere occasionem redarguendi immoderatum supercilium quorundam episcoporum, de quorum duritie non semel in aliis locis conqueritur.[20] Exinde legitime quis suspicari potest aliquid saltem in praefatis expressionibus tribuendum esse rethoricae exaggerationi, cui ceteroquin Hieronymus, praecipue in aestu polemico, indulgere solet.

Quod quidem ex ipso *indeterminato modo loquendi* ampliorem ac pressiorem confirmationem obtinet. Ita in *Altercatione luciferiani et orthodoxi* dicitur Confirmatio episcopo reservari "ad honorem potius sacerdotii quam ad legem necessitatis," et *In Tit.* asseritur episcopos presbyteris superiores esse "magis consuetudine quam dispositionis dominicae veritate," ubi particulae "potius" et "magis" ex una parte attenuant et ambiguam reddunt negationem legis necessitatis ac dominicae dispositionis et ex alia parte ostendunt polemicam aut rethoricam exaggerationem ipsius negationis necnon apparentem eius contradictionem cum aliis quae in eodem contextu proferuntur.

Item, Hieronymus asserit prioribus temporibus "communi presbyterorum consilio ecclesias gubernatas esse" *(In Tit.* 1. 5), "postea vero unum electum esse, qui caeteris praeponeretur" *(Ep.* 146) et "in toto orbe decretum esse, ut unus de presbyteris electus superponeretur caeteris, ad quem omnis Ecclesiae cura pertineret" *(In Tit.* 1. 5). lamvero, prior assertio de collegiali presbyterorum regimine nimis indeterminate sonat et, accepta universaliter, contradicit ipsi Hieronymo alibi dicenti apostolos ordinasse episcopos et presbyteros in variis ecclesiis et ostendenti ipsum monarchicum regimen inde ab initio viguisse in quatuor saltem praecipuis ecclesiis et nominatim in ipsa ecclesia alexandrina, cuius praxis ad ostendendam suam thesim invocat in ipso eodem contextu *Ep.* 146 (cf. supra, p. 54); unde

[20] Cf. librum *Contra loannem Hierosolymitanum (ML* 23. 406-412); *Epp.* 14. 9; 52. 7sq.; 82, 11 *(ML* 22. 353, 534, 743); *In ler.,* 1. 3, c. 13 *(ML* 24. 765).

ea assertio nequit accipi nisi ut polemica exaggeratio, qua tantummodo significetur in quibusdam primitivis ecclesiis viguisse aliquod improprie dictum ac transitorium regimen collegiale, donec paulatim in omnes ecclesias introduceretur ordinarium regimen episcopi sedentarii, unitarii, monarchici. Pariter vox "postea" valde indeterminate sonat nec apparet quanta distantia ab ipsa origine per eam indicetur, neque allusio ad dissensiones Corinthiorum (In Tit. 1. 5) necessario indicat ipsum tempus vel particularem occasionem introductionis novi regiminis, sed videtur tantummodo indicare generale motivum vitandi schismatis quod huiusmodi mutationem quandocumque persuasit. Invocatum autem universale decretum, rem nedum clarificet, potius implicatiorem reddit; nam ex una parte nullum habetur in historia signum vel allusio alicuius huiusmodi decreti, ab apostolis vel post apostolos lati, et ex alia parte proprie dictum aliquod decretum contradicit ipsi Hieronymo in eodem loco loquenti de "consuetudine," qua "paulatim ut dissensionum plantaria evellerentur ad unum omnis sollicitudo est delata" (In Tit. 1. 5); unde iterum huiusmodi decreti affirmatio accipienda est pro quadam exaggerata expressione illius paulatim introductae consuetudinis quae, stabiliter firmata, vim legis obtinuerit.

Tandem Hieronymus, in confirmationem suae thesis de aequalitate episcopi et presbyteri, invocat *PRAXIM ALEXANDRINAM* inde ab apostolico viro Marco evangelista diu perseverantem, *iuxta quam ipsi presbyteri suum episcopum elegerint.* Quod quidem *novum suscitat ac implicatius problema,* tum de historica veritate illius praxis tum de eius sensus interpretatione, tam secundum se quam secundum mentem et argumentationem Hieronymi.[21]

Historiam quod attinet, nonnulla habentur documenta exhibentia aliquam peculiaritatem in hierarchia alexandrina (praesertim quoad ipsius patriarchae electionem), diversi quidem valoris nec eiusdem prorsus tenoris, quorum praecipua ac clariora sunt tria testimonia Hieronymi circa finem saec. 4, Severi Antiocheni ex priori medietate saec. 6 et Eutychii Alexandrini circa medium saec. 10.

Circa initium saec. 4 occurrit casus cuiusdam *Ischyrae,* cuius ordinatio ad presbyteratum invalida declarata est, eo quod a Collutho quodam presbytero, qui falso episcopi nomine gloriabatur, ordinatus fuerit. Ad rem Athanasius, referens et approbans epistolam cleri Mareotae in Aegypto ad civiles auctoritates: "Ischyras ... se presbyterum iactitabat, tametsi non presbyter. Ordinatus quippe fuit a

[21] **De hac praxi loquuntur fere omnes auctores suprarelati (p. 62); confer peculiariter *Batiffol, Cabrol, DWerbigny, Faivre, Gore, Michiels, Telfer, Zellier.***

Collutho presbytero qui falso episcopi nomine gloriabatur, demumque in communi synodo ab Hosio et sociis eius episcopis celebrata ad priorem presbyteri ordinem redactus est" *(MG* 25. 386; cf. alia testimonia Synodi Alexandrinae, Iulii R. P., Synodi Sardicensis et Hilarii Piet., de eodem Ischyra, citata in tom. 1, pp. 854, 873 sq.). In hoc solitario facto quidam putarunt se invenire aliquod vestigium antiquioris ac iam suppressae praxis de qua loquitur Hieronymus, quatenus hoc ipsum quod casus ordinationis presbyteri per presbyterum occurrerit, ostendit persuasionem de episcopi et presbyteri aequalitate. Attamen, hoc factum nullatenus ad rem facit, quin potius contrarium probet, cum in eo agatur de episcopo putativo seu de Collutho qui, quamvis simplex presbyter esset, se fingebat episcopum ut ordinationem attentare et aliorum credulitati imponere posset; ceterum in ea praxi, quam testatur Hieronymus, agitur de constitutione ipsius episcopi per presbyteros.

Circa finem eiusdem saeculi, paulo ante Hieronymum, *Ambrosiaster* (qui floruit c. 366-384) bis testatur Alexandriae et per totam Aegyptum presbyteros consignasse in absentia episcopi, *In Eph.* 4. 11 sq.: "Apud Aegyptum presbyteri consignant, si praesens non sit episcopus" *(ML* 17. 410; cf. supra, p. 51); *Quaest. V. et N.T.* 101: "In Alexandria et per totam Aegyptum si desit episcopus, consecrat[22] presbyter" *(ML* 35. 2302). Quidam putarunt in his textibus fieri allusionem ad praxim similem illi quam refert Hieronymus. Ita J. B. Lightfoot, qui ad textum Hieronymi observat: "Though the direct statement of this father refers only to the appointment of the bishop, still it may be inferred that the function of the presbyters extended also to the consecration. And this inference is borne out by other evidence. Tn Egypt,' writes the older contemporary of St. Jerome, the commentator Hilary [intellige: Ambrosiaster], 'the presbyters seal (i.e. ordain or consecrate), if the bishop be not present.' This however might refer only to the ordination of presbyter, and not to the consecration of a bishop."[23] Hanc opinionem videtur suadere tum ipsum verbum "consignant, consecrant" quod videtur significare ordinationem sicut in ipsa *Traditione Apostolica* ("Presbyter ... clerum non ordinat; super presbyteri vero ordinatione consignat, episcopo ordinante"; cf. in tom. 1, p. 311), tum perfectus parallelismus inter totum textum Ambrosiastri in *Quaest. V. et N.T.* 101 et totum textum Hieronymi in *Ep.* 146, qui ceteroquin ab illo probabiliter dependet, tum communis

"Ms. Colbert habet: Consignat. In apparatu criticae editionis A. Souter in *Corpore Vindobonense* nequidem mentio habetur alterius lectionis, scilicet "consecrat."

[23] "Dissertations. 1. The Christian ministry," *Saint Paul's epistle to the Philippians* (ed. 7, London 1883) 231.

praxis Orientalium concedendi presbyteris administrationem Confirmationis, quae proinde non potest indigitari ut particularis quaedam praxis ecclesiae alexandrinae. Attamen, quamvis nequeat huic opinioni sua probabilitas denegari, praesertim ob duas priores rationes, quae satis suggestivae videntur, communior ac probabilior eruditorum opinio videt sub verbo "consignare (consecrare)" significatam solam Confirmationem, cuius administrationem Ambrosiaster testatur in Aegypto concedi presbyteris, nec parallelismus cum textu Hieronymi necessario probat eo verbo significari ordinationem, eo vel magis quod Hieronymus loquatur de electione ipsius episcopi et aliunde taceat de ipsa episcopi ordinatione, prout ab electione distinguitur; quod autem dicitur in tertia ratione de communi praxi Orientalium nullatenus certum est, quinimmo primum testimonium huiusmodi praxis est praecise documentum Ambrosiastri quod refertur ad solam ecclesiam alexandrinam, et ipse Chrysostomus, Ambrosiastro posterior, adhuc (circa a. 400) videtur testari solos episcopos Confirmationem administrare, *In Act.,* hom. 18. 3: "Haec [confirmandi] apostolorum erat praerogativa; ideoque et coryphaeos [i.e. episcopos], non alios, videre est hoc facere" *(MG* 60.144).

Circa idem tempus *Epiphanius* in Oriente in suo opere *Panarion* sive *Adversus haereses* (exarato a. 374/377), haer. 69, haec scribit: "Quotquot Alexandriae catholicae communionis ecclesiae sunt, uni archiepiscopo subiectae, suus cuique praepositus est presbyter, qui ecclesiastica munera iis administraret, qui circa ecclesias illas habitant, eorumque conventicula vici sive laurae ab Alexandrinis vulgo nominantur. . . Haec est Alexandriae consuetudo, ut post episcopi mortem successor non diutius differatur, sed subinde pacis tuendae gratia subrogetur, ne aliis hunc, aliis illum amplectentibus iurgia in vulgus et contentiones existant" *(MG* 42. 202 sq., 219). Ex hoc testimonio nihil directe deduci potest in confirmationem praefatae praxis alexandrinae a Hieronymo assertae, nisi dicatur suburbicarios illos presbyteros, qui cum potestate quasi episcopali regebant ecclesias in vicis, fuisse vestigium aliquod illorum presbyterorum, qui antiquitus, in ipsa urbe residentes, eligebant episcopum, aut quomodolibet in Alexandria plures viros, episcopali dignitate insignitos, adfuisse archiepiscopo, ut post mortem istius, immediata successio obtineretur: quae quidem non impossibilia sunt, sed ex ipso Epiphanii textu non necessario colliguntur.[24]

Paulo post, ipse *Hieronymus* in praefato textu, primus omnium

[34] **Unde huic testimonio plus aequo confidit Batiffol, *op. cit,* (supra, in p. 62) 278 sq.**

profert claram affirmationem de electione episcopi alexandrini facta a presbyteris, quin tamen significet in ea agi etiam de ipsa ordinatione et praefatos ministros fuisse simplices presbyteros potiusquam episcopos, quod attinet ad solam potestatem Ordinis.

Apophthegmata Patrum (anonyma collectio dictorum et gestorum sanctorum monachorum, exarata circa finem saec. 5) de abbate Poemene (sive Pastore) hoc factum, occurrens circa a. 370, enarrant: "Venerunt aliquando haeretici quidam ad abbatem Poemenem, coeperuntque loqui contra archiepiscopum Alexandriae [i.e. Athanasium, + 373], quasi a presbyteris accepisset ordinationem. Senex vero cum ad ista taceret, vocavit fratrem suum et dixit: Appone mensam, et fac ut manducent, sicque dimitte illos cum pace" *(MG* 65. 342). Hic quidam vident allusionem ad antiquam praxim alexandrinam. Attamen ea non necessario colligitur ex silentio abbatis, quod unice ostendit ipsum accusationi non consensisse, nec ex interpretatione mentis accusantium, quorum intentio fuit arguere illigitimitatem ordinationis Athanasii. Posset tamen non improbabiliter quis dicere eos talem accusationem concepisse ac concinnasse ex cognitione antiquioris praxis, quatenus, si rem prorsus inauditam reputassent, eam nonnisi fatue et sine ulla spe successus protulissent.

Secundum clarum documentum de praefata alexandrina praxi profertur in priori medietate saec. 6 a noto episcopo monophysita *Severo Antiocheno,* qui, a. 518 antiochena sede privatus, diu vixit Alexandriae ac pro tanto, etsi Hieronymo aetate posterior, maiore praestat testimonii auctoritate. Syriacam versionem sic anglice reddit E. W. Brooks: "The bishop also of that city, renowned for its orthodox faith, of the Alexandrines was in old times appointed by presbyters: but in modern times, in accordance with the canon which has prevailed everywhere, the solemn institution of their bishop is performed by bishops, and no one makes light of the accurate practice that prevails in the holy churches and recurs to the earlier condition of things, which has given way to the later clear and accurate, deliberate and spiritual injunctions."[25]

Tertium ac magis determinatum testimonium profertur circa medium saec. 10 ab *Eutychio Alexandrino* (originali arabico nomine: Said Ibn Batrik, assumpto autem graeco nomine: Eutychius), eiusdem civitatis patriarcha melchita (a. 933-940), quod tamen, tum ob longe tardiorem aetatem tum ob exiguam scriptoris auctoritatem, aliis

u** The sixth book of the select letters of Severus patriarch of Antioch in the Syriac version of Athanasius of Nisibis* **II-1 (London-Oxford 1903) 213. Cf. etiam in** ***Journal of theological studies **II (1901) 612 sq.**

duobus non levi pondere cedit. *Annales* (ab Adam ad a. 938): "Constituit autem evangelista Marcus, una cum Hanania patriarcha, duodecim presbyteros, qui nempe cum patriarcha manerent, adeo ut cum vacaret patriarchatus, unum e duodecim presbyteris eligerent, cuius capiti reliqui undecim manus imponentes ipsi benedicerent et patriarcham crearent; deinde virum aliquem insignem eligerent quem secum presbyterum constituerent loco eius qui factus est patriarcha, ut ita semper extarent duodecim. Neque desiit Alexandriae institutum hoc de presbyteris, ut scilicet patriarchas crearent ex presbyteris duodecim, usque ad tempora Alexandri patriarchae Alexandrini, qui fuit ex numero illorum trecentorum et octodecim. Is autem vetuit ne deinceps patriarcham presbyteri crearent. Et decrevit ut mortuo patriarcha convenirent episcopi qui patriarcham ordinarent. Decrevit item ut, vacante patriarchatu, eligerent ex quacumque tandem regione, sive ex duodecim illis presbyteris, sive aliis, virum aliquem eximium, perspectae probitatis, eumque patriarcham crearent. Atque ita evanuit institutum illud antiquius, quo creari solitus a presbyteris patriarcha, et successit in locum eius decretum de patriarcha ab episcopis creando. Quod autem quaerunt [nonnulli], Quare patriarcha Alexandrinus vocetur Papa (cuius nominis significatus est, avus)? [sciendum est] ab Hanania, quem constituit Marcus evangelista patriarcham Alexandriae, usque in tempora Demetrii patriarchae ibidem (is patriarcha fuit Alexandrinus undecimus) nullum fuisse in provinciis Aegypti episcopum; nec patriarchae ante eum crearunt episcopos. Ille autem factus patriarcha tres constituit episcopos. Et primus fuit hic patriarcha Alexandrinus qui episcopos fecit. Mortuo Demetrio suffectus est Heraclas patriarcha Alexandrinus, qui episcopos constituit viginti" *(MG* 111. 982).

Comparatio trium horum praecipuorum documentorum (Hieronymi scilicet, Severi et Eutychii) haec ostendit: Ipsa conveniunt in substantiam facti, scilicet electionem episcopi per presbyteros, quin specificent utrum hi essent simplices presbyteri an episcopali charactere insigniti. Hieronymus et Severus prorsus concordant, Hieronymus tamen addit aliquam determinationem, seu termini ad quem ea praxis duravit, scilicet usque ad Heraclam (230-246) et Dionysium (246-265), quod quidem ita intelligi potest ut dicatur Heraclam et Dionysium utrumque fuisse electum secundum antiquam formam, vel utrumque secundum novam formam, vel unum secundum antiquam et alterum secundum novam. Eutychius vero a Hieronymo discordat quatenus ait eam praxim durasse usque ad Alexandrum (313-326; praedecessorem Athanasii) qui eam formaliter suppressit (Batiffol tamen nullam videt in hoc discordandam, nam, ait, textus Hieronymi

ita intelligi potest ut dicat eam praxim durasse usque ad Heraclam et Dionysium inclusive, ac fuerit suppressa posteriori aliquo tempore, quod indeterminatum relinquit, quodque proinde esse potest ipse pontificatus Alexandri); praeterea sequentes addit determinationes et peculiaritates: presbyteri creabant episcopum per impositionem manuum (quod quidem videtur significare non tantum electionem sed etiam ipsam ordinationem); collegium illud presbyterale constabat iugiter duodecim presbyteris, ita ut, uno illorum in episcopatum electo, illico numerus restauraretur per aggregationem novi presbyteri; usque ad Demetrium episcopum (189-232) in tota regione Aegypti una tantum fuit diócesis unusque episcopus, primus vero Demetrius tres constituit episcopos, sive dioeceses, et eius successor, praefatus nempe Heraclas (230-246), usque ad viginti numerum episcoporum adauxit.

Quod attinet ipsam historicam veritatem praefatae praxis, quidam, (ut Gore, Cabrol, Faivre) eam in dubium revocant et in eius negationem inclinant, ob sequentes rationes: Inverisimile est, tam singularis praxis nullum extare vestigium in Traditione usque ad tempus quo scripsit Hieronymus, i.e. usque ad finem circiter saec. 4. Peculiariter mirabile est (idque primus ac praecipue urget Gore, cui alii consentiunt), nullam illius praxis inveniri allusionem apud ipsum Origenem, qui ex una parte activitatem suam litterariam exercuit praecipue circa a. 249, seu tempore quo a Hieronymo dicitur contigisse mutationem illius praxis, et ex alia parte in acres difficultates cum suo episcopo alexandrino impegit nec proinde pacifice ac sine ullo recriminationis verbo presbyteralium praerogativarum iacturam passus esset (peculiariter aliqua tantae mutationis allusio expectaretur in *Homiliis* habitis Caesareae circa officia et privilegia episcoporum, uti *In Num.,* hom. 22. 4; *In Luc.,* hom. 20; cf. *Contra Celsum* 8. 75). Mirabile est, haereticum Aerium (circa a. 360) eam praxim non invocasse, sicut facit Hieronymus, ad defendendam suam theoriam de aequalitate episcopi et presbyteri (Gore, Faivre). Hieronymus, magnus quidem exegeta, saepe ostendit se carere sensu historico, maxime cum loquitur de primis Ecclesiae temporibus (Cabrol). Testimonium Severi Antiocheni, ob viri eruditionem et alexandrinam eius commemorationem, magnum haberet pondus nisi esset tardioris aetatis. Testimonium autem Eutychii in se colligit et auget utrumque defectum, cum ex una parte sit longe a factis remotum et ex alia parte procedat a viro minimae eruditionis et auctoritatis, qui, quamvis Alexandriae commoraretur, nec ipsam probabiliter graecam linguam callebat et quomodolibet in plures historicos errores incidit, nominatim quod attinet ipsas origines ecclesiae alexandrinae, ut patet ex diversa prorsus narratione quam exhibet coaevus Severus, episcopus Eshmunain (circa

a. 978) (Gore, Cabrol). Tria illa testimonia in pluribus discordant, ut patet ex his, quae Eutychius ceteris addit, et satis ambigue proferuntur (cf. supra, pp. 82 sq.). Ex eo quod *Apophthegmata* narrant de abbate Poemene, licet probabiliter conicere, calumnias quas Ariani diffuderant contra legitimitatem ordinationis Athanasii occasionem fuisse quare circa medium saec. 4 originem habuerit aliqua fabula circa antiquiorem praxim in electione episcopi alexandrini, quae subinde, pacifice et absque fontis inquisitione, suscepta ac vario modo relata fuerit a tribus illis scriptoribus (Gore, Cabrol, Faivre).

Attamen, hae omnes rationes sunt potius negativae ac circumstantiales, et quamvis relativo aliquo valore non careant, nequeunt sufficienter infirmare valorem expliciti ac substantialiter concordis testimonii trium scriptorum, ab invicem independentium ac diversae indolis et aetatis, quod praeterea aliquam, utut levem et indirectam, corroborationem obtinet a ceteris documentis supra relatis. Silentium antiquorum documentorum est ratio mere negativa, quae, si valeret, nimis probaret, ut patet in multis quaestionibus. Ratio deducta ex silentio Origenis[20] infirmatur ex eo quod, etiam attento solo testimonio Hieronymi, non satis constat de tempore quo ea praxis suppressa fuerit, quod quidem potuit contingere post tempus Origenis, ac de facto, si credamus Eutychio, multo posterius contigit. De Aërio nescimus quibus rationibus suam haeresim confortaret nec eas indicat Epiphanius qui est unicus fons illius haeresis, ut ipse Gore fatetur.[27] Ceterum, si dicatur presbyteros illos alexandrinos non fuisse simplices presbyteros sed veros episcopos quoad potestatem Ordinis, totaliter concidit haec obiectio ex Origenis et Aëri silentio deducta. Auctoritas Hieronymi et vis testimonii ipsius Severi nimis leviter seponitur; ipsum pariter Eutychii testimonium plus aequo deprimitur et ex huius scriptoris in aliis rebus erroribus ultra modum iudicatur, cum tamen in hac re substantialiter concordet cum ipsa Hieronymi ac Severi narratione. Haec trium scriptorum substantialis concordantia minoribus discrepantiis non inficitur, cum ceteroquin hae ipsae discrepantiae considerari possint ut ampliores determinationes eiusdem facti, ut ex supradictis patet (pp. 82 sq.). Non apparet immediatus ac logicus nexus inter Arianorum calumnias de legitimitate ordinationis Athanasii (ut quod ipse fuerit a presbyteris ordinatus) et originem fabulae de antiquiori legitima praxi ordinationis episcopi per presbyteros, cum praefatae columniae eo praecise tenderent ut illegitimitatem ordina-

[20] Quandoque invocatur etiam silentium *Clementis Alexandrini.* Nihilominus Bardy ait allusionem ad illam praxim fortasse legi posse in *Strom.* 7. 1. 3 *(La théologie de l'Église de saint Irenée au concile de Nicée* [Paris 1947] 120).

[27] *Op. cit.* 147.

tionis probarent, ac ideo procederent ex persuasione illegitimitatis ordinationis per presbyteros, in ipsa praxi fundata; velle autem eam originem per quandam subsequentem ac illogicam primitivae intentionis distorsionem explicare, videtur longe quaesitus hybridismus quo quis ex equo vellet extraere vaccam.

Admissa igitur, cum pluribus eruditis (Lightfoot, Michiels, Sanders, Batiffol, Prat, Forget, D'Herbigny, Zellier, Telfer, Lécuyer) et cum maiori probabilitate, ipsius facti historicitate, vel saltem hac cum aliis (Gore, Cabrol, Faivre, de quibus supra) data etsi non simpliciter concessa, *duplex afferri potest principalis explicatio,* quod attinet praecipuum punctum constitutionis episcopi per presbyteros et attentis ipsis supra dictis tribus documentis quae sola eam praxim directe testantur.

Primo dici potest in ea agi non solum de electione sed etiam de ordinatione episcopi, et quia omnes illi presbyteri sunt aequalis dignitatis ac ordinandus, sequitur omnes esse simplices presbyteros et ordinationem episcopi fieri per simplices presbyteros.

Haec explicatio est ad mentem Protestandum *Presbyterianorum,* qui eam Hieronymo attribuunt et ipsi libenter amplectuntur, quatenus saltem per eam ostenditur originalis aequalitas episcoporum et presbyterorum, seu unitas omnium ministrorum. Recenter *Teljer* in peculiari sua dissertatione (supra cit., in p. 62) eam ut certam amplectitur, declarans sibi consentire maiorem partem modernorum eruditorum. Eandem Hieronymo attribuunt plures catholici, qui tamen dicunt hunc Patrem errasse in sua doctrina de aequalitate episcopi et presbyteri, iuxta quam eam praxim interpretatus est. Eam saltem ut possibilem suggerit unus vel alter theologus modernus, qui consequenter conatur etiam eam componere cum communi doctrina et antiquitus universali persuasione de episcopali reservatione ordinationis; ita *Forget:* "Les deux hypothèses [non-ordination ou ordination par de simples prêtres] sont possibles *a priori* et l'une et l'autre me paraissent soutenables, à considérer les paroles citées de Jérôme et l'intention principale qui le guide";[28] *Prat:* "Si le fait [raconté par Eutychius, i.e. l'ordination de l'évêque par de simples prêtres] est exact —et le contraire ne peut pas être prouvé absolument—il constituerait une des nombreuses singularités de l'Eglise d'Egypte";[29] *Boularand* duplicem attentat explicationem: vel scilicet illi presbyteri non habebant potestatem ordinandi atque ex errore putabant se eam habere, et tunc ipse Christus, tamquam principalis minister sacra-

9 *Art. dt.* (supra, in p. 62) 973.
9 *Art. cit.* (supra, in p. 62) 1685.

mentorum, supplebat defectum potestatis in suo instrumento, vel illi reapse habebant exceptionalem aliquam privilegiatam potestatem, ipsis implicite concessam a Papa eo ipso quod hic eorum praxim non reprobabat.30

Attamen haec explicatio non habet fundamentum in textu Hieronymi et Severi, qui loquuntur directe de electione, nihil dicentes de ordinatione, imo opponitur verbis a Hieronymo immediate subductis de episcopali reservatione ordinationis ("Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?"). Unde unicum ei manet fundamentum in verbis Eutychii loquentis tam de electione quam de impositione manuum, qua videtur explicite ordinationem proponere. Attamen auctoritas Eutychii cedit auctoritati Hieronymi, antiquioris ac solidioris testis, corroborati per testimonium Severi qui saltem tacet de ordinatione; unde testimonium Eutychii non inepte considerari potest tamquam indebita ampliatio, per confusionem electionis cum ordinatione, antiquioris testimonii Severi quod perseveraverit in eadem ecclesia alexandrina, in qua uterque scriptor floruit; nisi dicatur Eutychius loqui de impositione manuum non proprie ordinativa sed mere caeremoniali (cf. infra, p. 89).

Secundo dici potest in ea alexandrina praxi agi de sola electione, non vero de ordinatione; et tunc quidem triplex casus contemplari potest:

Vel nempe illi presbyteri erant simplices presbyteri ac supra se eligebant unum de suo coetu qui simplex presbyter iugiter remanebat, tamquam primus inter pares, saltem quod attinet Ordinis potestatem, nec ab ullo in episcopatum ordinabatur. Attamen, haec explicatio quae supponeret in ecclesia alexandrina, eaque sola, diu viguisse merum regimen presbyterale absque ullo episcopo proprie ac plenarie dicto, nullum prorsus habet fundamentum in praefatis testimoniis, quae non tam de ipso regimine eiusque mutatione quam de modo electionis eiusque mutatione loquuntur; praeterea, ipsa opponitur Hieronymo dicenti eandem esse indolem et dignitatem episcopi in omnibus ecclesiis, nec aliter Alexandriae quam Romae *(Ep.* 146: "Ubicumque fuerit episcopus, sive Romae, sive Eugubii, sive Constantinopoli, sive Rhegii, sive Alexandriae, sive Tanis, eiusdem meriti, eiusdem est et sacerdotii"). Nihilominus *Congar* huiusmodi explicationem tamquam possibilem sibi proponere videtur, dum quaerit utrum necne moderna theologia, principiis quibus actualiter regitur, par esset solvendo problemati de presbyterali regimine et presbyterali successione apostolica, si mox cum certitudine probaretur huiusmodi regimen in alexandrina

* *Art. cit.* **(supra, in p. 62) 22, 25.**

ecclesia reapse viguisse: "Concernant . . . la question de la succession apostolique . . . la théologie reste encore, dans une bonne mesure, a faire. Une succession presbytérale serait-elle absolument impossible? Si des faits allegues en ce sens dans Fhistoire de FEglise d'Alexandrie, et dont Finterprétation est encore aujourd'hui controversée, se presentaient un jour comme incontestables, notre théologie saurait-elle les aborder et en rendre compte?"[31]

Vel praefati simplices presbyteri eligebant, iurisdictionaliter tantum, suum episcopum, qui subinde ab aliquo extracollegiali vel advena episcopo ordinabatur. Ita sentit unus vel alter eruditus, nominatim *Prat,* quem sequitur *Forget,*[32] nixus testimonio Hieronymi qui tacet quidem ordinationem (utpote quae non faciat ad suae argumentationis propositum, vindicandi nempe dignitatem presbyterorum eorumque superioritatem erga diaconos), sed eam non negat. Attamen, praetermisso infirmiori testimonio Eutychii qui tum electionem tum ordinationem iisdem presbyteris attribuit, haec explicatio videtur minus congruere ipsi testimonio Hieronymi qui videtur supponere electum episcopum iam praeviam habuisse ordinationem, cum significet illum evasisse simpliciter episcopum (adeoque caput Ecclesiae, habens utramque iurisdictionis et Ordinis potestatem) per hoc ipsum quod a ceteris presbyteris eligebatur; praeterea, ea subsequens ordinatio per extraneum episcopum non satis congruit cum his quae ex aliis historicis documentis, de quibus infra, colligitur de existentia unici episcopi in tota regione Aegypti et de alexandrina praxi quam cito providendi successioni defuncti episcopi.

Vel praefati presbyteri alexandrini non erant simplices presbyteri, sed veri episcopi quantum ad solam Ordinis potestatem, ita ut tantummodo eligerent nec consecrarent unum de suo coetu, qui ipso electionis facto fiebat episcopus in pleno sensu, quin ulteriori indigeret ordinatione. Haec est communior ac probabilior eruditorum explicatio, quam afferunt inter alios *Gore, Cabrol, Faivre, Michiels, Batiffol,*[33] *D'Herbigny, Zellier, Jalland, Lécuyer, Boularand.*

Ipsa sufficienter, imo melius, congruit textui Hieronymi, qua parte saltem hic explicite, utut generaliter, affirmat episcopalem ordinationem soli episcopo reservari ac pro tanto implicite significat praefatam electionem episcopi per presbyteros alexandrinos non importasse

[31] "Faits, problèmes et reflexions à propos du pouvoir d'Ordre et des rapports entre le presbytérat et l'épiscopat," *La Maison-Dieu* XIV (Paris 1948) 121 sq.

[32] *Locis citatis* (supra, in p. 62).

[33] Batiffol *{art. cit.* [supra, in p. 62] 271, 280) in ea praxi confirmatam videt suam peculiarem theoriam de primitivo episcopatu plurali eiusque evolutione in episcopatum monarchicum (cf. supra, pp. 12 sq.).

ordinationem; quod quidem amplius corroborari videtur ab ipso apposito exemplo diaconorum archidiaconum eligentium.

Praeterea, ea explicatio duplicem, nec levem, confirmationem obtinet ex his quae aliunde scimus sive de electione episcopi alexandrini sive de episcopali regimine totius alexandrini patriarchatus, seu Aegypti et finitimae regionis. Narrat enim Epiphanius (supra cit., p. 80) Alexandriae consuetudinem fuisse successioni defuncti episcopi quam cito providendi, quod quidem, etsi non necessario probet ipsam praxim a Hieronymo relatam, iuxta quam presbyteri eligerent episcopum, tamen, ea supposita, suadet illos presbyteros fuisse episcopali dignitate insignitos, ut ita immediatae episcopali successioni per eos provideretur, eo vel magis quod ex aliis documentis satis clare ostenditur non fuisse alios episcopos in regione alexandrina, sed unum Alexandriae episcopum totam ecclesiasticam regionem immediate gubernasse, donec paulatim (inde a tempore Demetrii 187-230, iuxta Eutychium) dioeceses suburbicariae, sicut in aliis regionibus, instituerentur. Ex qua quidem peculiari constitutione, nova ratio deducitur supponendi in ipsa urbe episcopo adfuisse auxiliares quosdam viros episcopali ordine insignitos, hosque non alios fuisse quam ipsos praefatos presbyteros qui episcopum eligebant.

Haec peculiaris ecclesiae alexandrinae constitutio, quam explicite testatur Eutychius, confirmationem obtinet ex sequentibus testimoniis de magna extensione patriarchatus alexandrini, quae ut vestigium antiquioris constitutionis valde probabiliter considerari possunt. *Eusebius Caes.* sic narrat electionem Demetrii: "Alexandriae et totius Aegypti praefecturam obtinuit Laetus, episcopatum vero ecclesiarum illarum post luliani obitum Demetrius recens adeptus est" *(Hist. eccl.* 6. 2, *MG* 20. 523); *Cone. Nicaenum* a. 325, can. 6, iubet antiquam consuetudinem retineri iuxta quam tota Aegyptus, imo et Lybia et Pentapolis, alexandrino episcopo subiciebatur; *Athanashis* citat haec verba coaevi Concilii Hierosolymitani: "Mareotes . . . regio est Alexandrina, in qua numquam episcopus fuit aut chorepiscopus, sed universae illius regionis ecclesiae alexandrino parent episcopo" *{Apol. c. Arian.* 85, *MG* 25. 399); *Epiphanius:* "Meletius itaque cum martyribus, ac praecipue Petro archiepiscopo alexandrino [t 311], tum in vinculis habebatur. Atque ille quidem caeteris Aegypti episcopis antecellens, secundum a Petro dignitatis locum obtinebat, utpote illius adiutor, sed eidem tamen subiectus, et ad ipsum de causis ecclesiasticis referens. Hic enim mos est alexandrinorum archiepiscoporum, ut per totam Aegyptum ac Thebaidem, Mareotam, Lybiam, Ammoniacam, Mareotidem et Pentapolim ecclesiastica negotia administrent" *(Adv. haer.,* haer. 68. 1, *ML* 42. 186).

Unica obiectio quae huic explicationi opponi potest provenit ex ipso eodem testimonio Eutychii, quatenus, aliter ac Hieronymi et Severi, exhibet presbyteros alexandrinos non solum eligentes sed etiam ordinantes suum episcopum. Attamen, ob longe inferiorem ipsius auctoritatem, haec particularis additio rationabiliter seponi potest, tamquam procedens ex verisimili confusione inter electionem et connexam ordinationem. Ceterum, non improbabiliter quis diceret eam manuum impositionem ab Eutychio non haberi ut ordinativam, sed potius ut mere caeremonialem, seu ut quandam benedictionem auspicativam et signum acceptae plenitudinis potestatis, quod quidem suaderi potest ex frequenti usu impositionis manuum etiam in aliis caeremoniis non ordinativis sed mere dignificativis; ad rem observat *Jugie:* "Si quosdam textus antiquorum Patrum vel conciliorum diligenter perscruteris, facile deprehendes veterem Ecclesiam graeco-byzantinam semper clare distinxisse inter ordines proprie dictos, qui per impositionem manus episcopi (xaporowav vel xetpo^a-tav) conferuntur, et dignitates ecclesiasticas quae clericis iam ordinatis sive per simplicem designationem, sive etiam per aliquem ritum (etiam cum manuum impositione coniunctum) inter sacramentalia necessario deputandum, superadduntur, et proprio vocabulo irpox«p«ras nuncupantur."[34]

Unde praxis alexandrina, de qua agitur praecipue in praefatis textibus Hieronymi, Severi et Eutychii, sequenti ac probabili modo reconstrui potest. In ea ecclesia inde ab initio vigebat collegiale quoddam regimen episcopale, constante ipso ac simpliciter dicto episcopo et pluribus aliis viris (probabiliter duodecim, in similitudinem numeri apostolorum), ab antiquiori usu "presbyteri" nominatis, qui, episcopali charactere insigniti, una cum ac sub ipso episcopo, tamquam eius coadiutores, potestatem tam Ordinis quam iurisdictionis exercebant. Defuncto episcopo, unus ex illis subordinatis episcopis a ceteris ad plenum episcopatum eligebatur, electione quidem non ordinativa, cum ipse iam esset episcopus quantum ad Ordinis potestatem, sed mere iurisdictionali, qua verus ac plenus praeses Ecclesiae efficiebatur quaeque consistebat in aliqua caeremonia puta elevatione in thronum, ut ait Hieronymus ("Unum ex se electum et in excelsiori gradu collocatum. . ."), vel etiam manuum impositione in signum benedictionis, ut significat Eutychius ("Cuius capiti reliqui undecim manus imponentes ipsi benedicebant et patriarcham creabant"). Crescente autem illius diocesis extensione, subinde circa medium saec.

"Theologia dogmatica Christianorum orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium **m (Parisiis 1930) 403. Cf. Morinum, *op. cit.* (supra, in p. 62), exerc. 14, c. 2, n. 6, p. 246 sq..**

3, residentiales episcopi suburbicarii sive suffraganei constitui ac multiplicari coeperunt, ita ut inde verisimiliter minueretur momentum et potestas praefatorum presbytero-episcoporum urbis. Tandem circa medietatem eiusdem saeculi aut paulo post, iuxta Hieronymum, vel circa initium saeculi sequentis, iuxta Eutychium, crescente ex una parte momento suffraganeorum episcoporum et urgente ex alia parte exemplo praxis ceterarum ecclesiarum, ipsum electionis systema immutatum est, ita ut ea non amplius a praefatis presbyteris exequeretur sed ad suffraganeos episcopos devolveretur, qui subinde, declinante praefato episcopali collegio urbano, et electores et veri consecratores evaserunt.

Stabilita autem huiusmodi praxis historicitate et significatione, ultimo quaeri potest quo sensu aut quo logico processu ea *a Hieronymo ad corroborandum suum argumentum invocetur*. Id alii aliter explicant, iuxta suprarelata diversa placita de sensu illius praxis, nec facile est id exacte determinare, eo quod, quamvis generalis processus argumentationis Hieronymi sit satis logicus, ipsae tamen singulae affirmationes earumque inter se et cum principali obiecto connexio, satis ambiguae videntur.

Sequens autem expositio, qua tota Hieronymi ratiocinatio, in *Ep.* 146, exhibetur, pressius ipsi textui adhaerere videtur: Inepte quis vellet diaconos presbyteris anteferre, cum presbyteri ita sint illis superiores ut dici possint esse idem cum ipsis episcopis. Quae quidem substantialis identitas tripliciter probatur: Primo ex ipsa Scriptura, nam ea quae praecipue Apostolus dicit in pluribus locis, manifeste ostendunt eosdem esse presbyteros quos episcopos *{In 1 Tit.* 1. 5 Hieronymus addit: propterea circa initium ecclesias gubernatas esse per commune consilium presbytero-episcoporum), eorumque discrimen, quo unus ceteris praeponatur, nonnisi posterius enatum est ex quadam politica ratione praecavendi schismatis. Secundo probatur ex peculiari praxi, etiam posteriori tempore ac diu perseverante in ecclesia alexandrina, iuxta quam ipsum collegium presbyterale et intra sua ipsius membra eligebat episcopum, quaeque proinde est suggestivum signum tum originalis ac fundamentalis identitatis eligentium et electi, tum ipsius subsequentis evolutionis, qua discrimen inter eos inductum est per constitutionem unius super alios;[38] nec valet dicere hanc rationem concludere ad identitatem episcopi et pres-

"Michiels *(op. cit.* [supra, in p. 62] 346), quem sequitur Forget, ait ideo Hieronymum invocare alexandrinam praxim presbyterorum eligentium episcopum, ut inde adaequate confutet obiectionem, a quibusdam pro superioritate diaconorum allatam, iuxta quam Romae ad testimonium diaconorum presbyteri ordinabantur. Attamen, quamvis Hieronymus potuisset eo modo argumentari, de facto non ita procedit, sed praefatam obiectionem nonnisi posterius adducit et alio modo resolvit.

byteri in sola ecclesia alexandrina, nam episcopus ubicumque est, idem est, eandem habens dignitatem et sacerdotalem potestatem. Tertio probatur ex substantiali identitate munerum et officiorum; nam presbyter, non minus quam episcopus, conficit Corpus et Sanguinem Christi, imo generaliter facere potest omnia quae facit episcopus, si excipiatur ordinatio.

Ut patet, tota haec Hieronymi ratiocinatio claudicando procedit, nisi, dempta exaggeratione quam exigit scopus polemicus, ad proprios ac mitiores terminos reducatur quos ferunt haec ipsius Chrysostomi verba: "Non multum spatii est inter presbyteros et episcopos: nam etiam presbyteri docendi munus acceperunt et Ecclesiae praesunt. . . Sola namque ordinatione superiores sunt et hinc tantum videntur presbyteris praestare" *{In 1 Tim.,* hom. 11. 1, *MG* 62. 553). Ratio quippe Scripturae non probat nisi synonymiam terminorum presbyteri et episcopi, non vero ipsam identitatem dignitatum (idque clarius patet ex his quae ipse Hieronymus dicit in loco parallelo *In 1 Tit.* 1. 5). Ratio desumpta ex praxi alexandrina debilis est et magis concludit quam ferunt praemissae; nam ex una parte, ex hoc quod presbyteri eligant episcopum nequit concludi paritas in dignitate, cum agatur de solo modo electionis seu de conditione electionis, ut ceteroquin suadent ipsa exempla a Hieronymo adducta, scilicet diaconorum eligentium archidiaconum et militum eligentium imperatorem, et aliunde huiusmodi electio respiciat solam lineam iurisdictionis, intactam relinquens superioritatem in linea Ordinis, saltem quod attinet potestatem ordinandi, ut satis clare significat ipse Hieronymus; ex altera vero parte, ea praxis nullam ostendit evolutionem in ecclesiastica disciplina, saltem subapostolica, nam ipsa a Hieronymo dicitur coepisse inde a Marco evangelista, ac proinde tempore apostolico. Ratio deducta ex substantiali identitate munerum, praetermissa eius exaggeratione (cum praeter ordinationem multa essent episcopo reservata praecipue in ecclesia latina, in qua scribit Hieronymus, ut patet de Confirmatione), nonnisi partialiter concludit, tum quia respicit solam lineam Ordinis, intactam relinquens superioritatem in linea iurisdictionis, tum quia in ipsa linea Ordinis excipit unam, eamque momentosam, potestatem ordinandi, quae sola sufficeret ad eruendam oppositam conclusionem distinctionis ac superioritatis episcopi, quemadmodum sufficiens visa est Epiphanio ad impugnandam haeresim Aerii de aequalitate episcopi et presbyteri; ubi notetur discrimen ratiocinationis Hieronymi et Epiphanii ex eadem praemissa procedentis, nam Hieronymus arguit: Presbyter omnia facit quae facit episcopus, excepta ordinatione, ergo sunt idem vel aequales, Epiphanius vero: Presbyter, etsi omnia faceret quae facit episcopus,

non tamen facit ordinationem, ergo non sunt idem nec aequales; quae quidem est magis logica conclusio.

Ex hucusque dictis satis clare manifestatur rationabilitas et maior probabilitas *solutionis quam de sic dicto problemate hieronymiano supra generaliter assignavimus* (p. 72), Hieronymum scilicet non negare divinam originem distinctionis ac superioritatis episcopatus erga presbyteratum, sed illius tantum peculiaris ac amplioris modi distinctionis ac superioritatis, quem, tam in linea iurisdictionis quam in linea Ordinis, episcopatus de facto obtinuit sive iam tempore ipso apostólico sive a fortiori in posteriori Ecclesiae disciplina, et iuxta quem tota alicuius ecclesiae cura ac gubernaculum ad unam tantum personam devolvitur. Maior autem determinatio huius peculiaris modi superioritatis, cuius divina origo est proprium obiectum negationis S. Doctoris, minus probabiliter attentatur iuxta diversas doctorum interpretationes supra indicatas (in p. 67) nec ceteroquin ipse S. Doctor videtur de huiusmodi maiori determinatione cogitasse, cum eius scopus esset magis polemicus quam doctrinalis, nec aliud ipse intendere videatur (praecipue in *Ep.* 146) quam accumulare ac fortiter urgere quidquid est similitudinis vel aequalitatis inter episcopum et presbyterum, ut inde istius dignitatem adversus quorundam diaconorum arrogantiam, necnon fortasse adversus quorundam episcoporum supercilium, extollere possit.

Si igitur attendatur potestas iurisdictionis, hoc, ad minus ac certius, Hieronymus negare videtur, scilicet divinam originem *episcopatus monarchici absoluti,* qualiter in ecclesiis inde saltem ab initio saec. 2 vigere coepit iugiterque subinde perseveravit, et iuxta quem unus vir pleno et exclusivo iure, ecclesiam gubernet, absque deliberativo concursu alterius, utut subordinati, episcopi aut presbyteri sive episcopalis aut presbyteralis collegii. Num praeterea Hieronymus negaverit divinam originem episcopatus monarchici simpliciter spectati seu etiam *episcopatus monarchici moderati*™ in quo unus vir regeret ecclesiam pleno quidem sed non exclusivo iure, puta cum deliberativo concursu subordinati collegii episcoporum vel presbyterorum, cuius negatio videtur offendere exigentias catholicae doctrinae, nequit cum certitudine probari nec satis probabile nobis videtur, ut ex supra dictis patet. A fortiori nequit Hieronymo affingi tum negatio ipsius *episcopatus unitarii,* eius nempe regiminis in quo unus vir, proprio etsi non pleno iure, emineat in collegio gubernante, tamquam directivus eius praeses, quique proinde excludat proprie dictam oligarchiam

™ Cogita quoad civilem societatem distinctionem inter monarchiam absolutam, quae olim vigebat, et moderniorem formam monarchiae moderatae seu, ut aiunt, constitutionalis.

alicuius presbyteralis vel episcopalis collegii, aequali iure ac in solidum ecclesiam gubernantium; tum negatio *episcopatus residentialis* sive, ut aiunt, sedentarii, alicuius nempe superioris auctoritatis, cui commissa est immediata ac continuata cura unius ecclesiae, seu determinatae alicuius portionis gregis Christi, cuique proinde non conveniunt indoles et iura apostolicae errantis hierarchiae.

Si vero attendatur sola Ordinis potestas, unum certum videtur, scilicet Hieronymum inculcasse substantialem quandam aequalitatem et identitatem episcopi et presbyteri in ratione sacerdotii, salva tamen superiori ordinandi praerogativa. Nequit autem dici menti Hieronymi occurrisse binas ulteriores determinationes, a medievalibus doctoribus adductas, quibus negatur episcopatum esse distinctum ordinem aut saltem distinctum sacramentum a presbyteratu (cf. art. seq.), etsi in ea ipsa generaliori Hieronymi doctrina de identitate sacerdotii in utroque gradu, non inepte detegi queat authenticum ipsum semen unde praefatae theologorum distinctiones subinde germinarunt; quae quidem, si verae probarentur, facile ostenderent Hieronymum, nedum a Traditione deflexisse, intimum illius sensum intuitum esse, quamvis clarioribus conceptibus exprimere non valuerit.

Conclusio 2. Episcopatus, qua parte distinguitur a presbyteratu, est etiam immediatae institutionis divinae (vel, ut quidam dicere mavunt, de iure divino[37]), ita ut origo distinctionis ac superioritatis episcopatus erga presbyteratum nullatenus proveniat ex aliqua Ecclesiae potestate, quantumvis divinitus collata.

Probatur 1. *EX SACRA SCRIPTURA ET TRADITIONE.*

Ad hanc quoque conclusionem ducunt, etsi cum minori necessitate ac evidentia, quaecumque tam ex Scriptura quam ex Traditione adduximus in Conci, praec. ad ostendendam illius distinctionis divinam originem, indeterminate spectatam.

Sicut nempe in *A.T.* uterque hierarchiae gradus est immediate a Deo institutus, ita et in *N.T.,* si semel admittatur parallelismus originis inter utramque hierarchiam, nec aliunde ostendatur talem parallelismum intelligendum esse partialiter tantum, seu quoad solam institutionem nec quoad immediatam rationem institutionis. Sicut Christus immediate elegit tam apostolos quam septuaginta discipulos, ita et immediate ipse constituit tam episcopos quam presbyteros,

"Etiam in disputationibus Patrum tridentinorum, quae conciliarem definitionem (de qua infra, pp. 100 sqq.) praepararunt, formula "De iure divino," quae aliunde accipi posset sive late de institutione divina etiam mediata, sive stricte de immediata institutione, in hoc altero sensu de facto accepta fuit, ut ostendit S. Kalmar, *Quo sensu Concilium Tridentinum definivit episcopatum esse iuris divini* (Rakospalota 1936) 7-9.

geminae illius classis successores, si semel haec successio sive continuatio admittatur, eo vel magis quod nulla apparet conveniens ratio quare Christus voluerit solorum praedecessorum distinctionem facere, relicta Ecclesiae arbitrio possibili distinctione successorum. Si dicatur in eo distincto ac ordinato modo, quo Christus veluti per frusta instituit ac significavit varia munera sacerdotii novae legis, suggeri institutio distinctionis episcopatus et presbyteratus, haec ipsa suggestio etiam ad immediatam institutionem refertur. Si ea quae ab Apostolis in prima ac essentiali Ecclesiae organizatione constituta sunt, logice dicuntur ab ipso Ecclesiae fundatore instituta esse, eadem logica ratione ab ipso immediate instituta dici queunt.

Quod attinet *Traditionis* argumentum, *Lennerz,* congestis pluribus latinae praecipue ac posterioris Traditionis documentis, in quibus quaedam occurrunt ambiguae expressiones quae videntur adversari divinae ipsae institutioni distinctionis episcopatus et presbyteratus (cf. supra, pp. 49-53), concludit: "Quae allata sunt, vix praebent fundamentum sufficiens cum certitudine respondendi ad quaestionem, num differentia inter episcopum et presbyterum et superioritas episcopi supra presbyterum ratione ordinis sint institutionis ipsius Christi, iuris divini [i.e. immediatae institutionis divinae]."[38] Iam supra (p. 21) notavimus totam clari auctoris positionem ambiguam esse; haec ambiguitas in his verbis peculiariter reflectitur: "Vix praebent fundamentum *sufficiens* cum *certitudine* respondendi ad questionem. . ."

Nobis e converso videtur argumentum Traditionis praebere omnino sufficiens fundamentum ad eam quaestionem affirmative solvendam cum scientifica certitudine, quin tamen, attento dissensu aliquorum praeclarorum eruditorum, negare velimus extrinsecam contrariae opinionis probabilitatem. Enimvero, nullum apud Patres deprehenditur signum alicuius, utut aequivalentis aut implicitae, distinctionis inter immediatam et mediatam institutionem, adeoque, si ex eorum testimoniis licet concludere ad divinam distincti episcopatus institutionem (quod factum est in Conci, praec. et conceditur ab omnibus catholicis doctoribus), eodem pariter modo eademque ratione licet ad ipsam simplicem ac immediatam illius institutionem concludere. Ceterum, quaedam Traditionis dicta etiam directe hanc immediatam institutionem sonare vel supponere videntur, ut constabit ex cursim iterata inspectione testimoniorum, iuxta ordinem exhibitum in praecedenti Conclusione (pp. 37sqq.).

Primo enim, quidam Patres tum presbyteratum tum episcopatum ad ipsam Dei institutionem directe referunt. Ignatius significat epis-

[38] *De sacramento Ordinis* (ed. 2. Romae 1953) 96.

copos et presbyteros pertinere ad ipsam Ecclesiae constitutionem, et episcopos et presbyteros iuxta voluntatem Christi designari. Cyprianus tam de episcopis, quam de presbyteris, qui "episcopo sacerdotali honore coniunguntur," ait quod "a Deo et per Deum sacerdotes eius in Ecclesia constituuntur." Nazianzenus tam de episcopo quam de presbytero loquitur cum ait "Deum hoc in ecclesiis constituisse, ut alii pascantur et pareant, alii autem . . . pastores ac magistri sint." Pseudo-Dionysius Areop. significat ecclesiasticam officiorum distributionem inter varios ordines ex ipsa divina lege provenire. *Sacramene larium Serapionis* significat ipsum Deum constituisse sive "elegisse episcopos et presbyteros et diaconos in ministerium catholicae suae ecclesiae." *Constitutiones Apost.* explicite inducunt apostolos "iuxta Christi constitutionem eligentes episcopos et presbyteros et diaconos." Petrus Damianus explicite excludit mediatam sive apostolicam ipsam institutionem distinctionis episcopatus et presbyteratus, eam ad immediatam Dei dispensationem referens.

Secundo, plures Patres significant distinctionem episcopatus et presbyteratus viguisse iam ipso tempore apostolico (cf. supra, pp. 41-43). lamvero qui id significat, iure censetur admittere talem distinctionem esse iuris divini seu immediatae institutionis Christi (cf. supra, p. 35), ut explicite fatetur ipse Lennerz (cit. ibid.).

Tertio, documenta Traditionis comparant et assimilant divinam institutionem graduum hierarchiae A.T. cum institutione graduum hierarchiae N.T. (cf. supra, pp. 43-45). Unde, sicut priorem habent uti immediatam, ita et alteram, cum aliunde nihil dicant quo aliquod discrimen in modo institutionis significetur; imo Petrus Damianus comparationem illam urget directe sub ipso aspectu immediatae institutionis divinae (pp. 39 sq.).

Quarto, episcopalis reservatio ordinationis tam constanti ac inconditionato modo in documentis Traditionis asseritur, ut quemadmodum indigitat divinam suam originem (cf. supra, pp. 45-49), ita etiam immediatam ipsam divinam institutionem suggerere videtur; ceterum, nihil in iisdem documentis significatur ex quo necessario deduci possit hanc reservationem inductam esse immediate ab Ecclesia, quinimmo Pseudo-Dionysius eam ad ipsam divinam legem immediate refert (p. 49). Quod autem contra hanc rationem obicitur ex "Hieronymo et [illis posterioribus latinis scriptoribus] qui eum sequuntur, scilicet istam differentiam introductam esse ob speciales rationes, ad evitanda schismata, ad servandam obedientiam, ad evitanda scandala; illas functiones [puta Ordinationem] reservatas esse episcopis propter auctoritatem, et similia"[39] (cf. supra, pp. 49-55), fuse et convenienter

[39] Ita Lennerz, *ibid.* 95.

resolutum est supra (pp. 55-93). Ceterum qui hoc obiciunt non satis attendunt eandem obiectionem, si quid valeret, dirigi posse ad excludendam non tantum immediatam institutionem divinam, sed ipsam simpliciter institutionem divinam ab eis admissam (ac propterea eam preoccupavimus in praecedenti conclusione), adeoque contra ipsos tanquam illogicum processum retorqueri posse.

Probatur 2. *EX DOCUMENTIS ECCLESIAE.*

In nostram conclusionem collimare videntur plura Ecclesiae documenta, quorum tamen probativus valor inaequalis est; putamus autem rem certo proponi in Codice I.C., probabilius in definitione Cone. Trid., probabiliter sive verisimiliter in aliis documentis. Documenta exhibemus ordine chronologico, facta tamen exceptione quoad definitionem Cone. Trid., quam, ob ampliorem eius discussionem, ultimo loco reservamus.

Quidam huc adducunt *Ioannem XXII* (t 1334), damnantem Marsilii Patavini propositionem, iuxta quam "omnes sacerdotes, sive sit Papa, sive archiepiscopus [intellige generice: episcopus] sive sacerdos simplex, sunt ex institutione Christi auctoritatis et iurisdictionis aequalis." Haec propositio, satis ambigua, tripliciter intelligi potest; primo: voluntas Christi fuit ut omnes sacerdotes sint aequales, adeoque *contra* Christi institutionem est quod fiat distinctio inter Papam, episcopum et simplicem sacerdotem; secundo: attenta sola Christi institutione, omnes sacerdotes sunt aequales, distinctio autem inducta est ab Ecclesia ex proprio arbitrio seu ex mero iure ecclesiastico, utut legitime, adeoque *praeter* institutionem Christi; tertio: haec distinctio inducta est ab Ecclesia, ex aliqua tamen peculiari potestate a Christo institutore accepta, ita ut ea dici possit *secundum* institutionem Christi vel si placet, ex mediata institutione Christi. Si hoc tertium Marsilius docuisset, eius condemnatio implicaret immediatam divinam institutionem et ad rem nostram directe faceret; nihilominus, ut apparet ex dictis supra (p. 5), Marsilius videtur haesisse inter primum et secundum sensum, imo in priorem illum sensum, omnis ecclesiasticae potestatis destructivum, videtur tota eius democratica doctrina tendisse.

Catechismus Cone. Trid., p. 2, c. 7, n. 26: "In sacris Litteris [episcopi] pastores ovium saepe appellantur, quorum munus et officium Paulus descripsit, ut in apostolorum actis legimus, in ea concione, quam ad Ephesios habuit *[Act.* 20. 28-30]. Itemque a Petro apostolorum principe divina quaedam episcopalis ministerii regula tradita est [1 *Petr.* 5. 2sq.]" P. 2, c. 3, n. 13: "Solum itaque episcopum

huius sacramenti [Confirmationis] conficiendi ordinariam potestatem habere sacrae Litterae ostendunt. Nam in Actibus Apostolorum legimus . . . *[Act.* 8. 14-17]." P. *2,* c. 7, n. 29: "Constat enim, ad episcopum eam administrationem [i.e. collationem Ordinis] pertinere: quod etiam sanctarum Litterarum auctoritate . . . facile erit comprobare." P. 3, c. 5, n. 13: "Honorandi autem sunt. . . episcopi et sacerdotes. . . De episcopis et aliis pastoribus ita scriptum est: 'Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina' [1 *Tim.* 5. 17]." Catechismus quidem episcopos eorumque munera ad tempus apostolicum refert, ac pro tanto eos tanquam immediatae institutionis divinae habere censetur; non tamen explicite distinguit inter episcopos et presbyteros ita ut utrosque ad aevum apostolicum referat, adeoque non necessario censetur illorum ipsam distinctionem habuisse tamquam immediatae institutionis divinae.

Pius VI, damnans Cone. Pistoriense quod asserebat "iura episcopi a lesu Christo accepta pro gubernanda Ecclesia nec alterari nec impediri posse" per leges Conciliorum et R. Pontificis *(Denz.* 1506, 1508, cit. in tom. 1, p. 208; cf. hic, supra, p. 9), concedit iura episcopi accipi a lesu Christo. Attamen, hoc documentum ad rem nostram non satis efficaciter conducit, tum quia agit directe ac proprie de potestate iurisdictionis, tum quia, iuxta communiorem sententiam apud theologos catholicos receptam, iura episcopi proveniunt a Christo mediante R. Pontifice, saltem si agatur de iurisdictionalibus ac physicis episcopis, prout distinguuntur a munere ipso episcopatus secundum se et abstracte considerato.

Cone. Vaticanum, sess. 4, prologus: "Quemadmodum igitur [Christus] Apostolos, quos sibi de mundo elegerat, misit ... ita in Ecclesia sua pastores et doctores usque ad consummationem saeculi esse voluit. Ut vero episcopatus ipse unus et indivisus esset . . . , beatum Petrum ceteris Apostolis praeposuit" *(Denz.* 1821); ibid., c. 3: "Absit, ut haec Summi Pontificis potestas officiat ordinariae ac immediatae illi episcopalis iurisdictionis potestati, qua episcopi, qui 'positi a Spiritu Sancto' [cf. *Act.* 20. 28] in Apostolorum locum successerunt, tamquam veri pastores assignatos sibi greges singuli singulos pascunt et regunt" *(Denz.* 1828). Attamen, etiam haec verba ad scopum nostrum non immediate conducunt, tum quia in eis agitur directe de sola iurisdictione, tum quia ea voluntas, qua Christus immediate voluit ut essent in Ecclesia successores Apostolorum, non necessario refertur ad tales determinatos pastores quales sunt episcopi ut distincti a presbyteris, quorum proinde determinata distinctio potest absolute

repeti ab Ecclesiae auctoritate, determinante qualitatem pastorum qui succedere debeant apostolis iuxta Christi voluntatem.

Leo XIII, Ep. "Apostolicae curae," 18 sept. 1896, de ordinationibus anglicanis: "Ipse [episcopatus] procul dubio, ex institutione Christi, ad sacramentum Ordinis verissime pertinet, atque est praecellenti gradu sacerdotium; quod nimirum et voce sanctorum Patrum et rituali nostra consuetudine 'summum sacerdotium, sacri ministerii summa' nuncupatur. Inde fit ut, quoniam sacramentum ordinis verumque Christi sacerdotium a ritu Anglicano penitus extrusum est, atque adeo in consecratione episcopali eiusdem ritus nullo modo sacerdotium confertur, nullo item modo episcopatus vere ac iure possit conferri: eoque id magis, quia in primis episcopatus muniis illud scilicet est, ministros ordinandi in sanctam Eucharistiam et sacrificium" *(Denz.* 1965). Explicite dicitur episcopatus ex institutione Christi pertinere ad sacramentum Ordinis; quibus verbis satis clare significatur episcopatum esse de iure divino seu ex immediata divina institutione, tum quia verba ipsa "institutio Christi," absolute prolata, in terminologia Ecclesiae intelliguntur de immediata institutione, ut patet cum dicitur sacramenta esse a Christo instituta, tum quia ipse Ordo, ad quem ex institutione Christi dicitur pertinere episcopatus, est immediatae institutionis divinae, ut constat ex definitione tridentina. Attamen, quamvis S. Pontifex paulo ante loquatur etiam de presbyterali ordinatione, ab episcopali distincta, non explicite proponit distinctionem duarum harum ordinationem tanquam iuris divini, seu immediatae institutionis Christi.

CODEX LC., can. 108, § 3: "Ex divina institutione sacra hierarchia ratione ordinis constat episcopis, presbyteris et ministris; ratione iurisdictionis, pontificatu supremo et episcopatu subordinato; ex Ecclesia autem institutione alii quoque gradus accessere" (cf. can. 329, § 1). Obvius sensus horum verborum explicite profert divinam atque immediatam institutionem distinctionis episcopatus et presbyteratus, idque fatentur passim theologi, sive illi qui dicunt immediatam divinam institutionem episcopatus esse definitam in ipso Cone. Trid. (cf. supra, p. 27), sive illi qui, etsi negent id esse definitum a Cone., tamen ipsam sententiam de immediata institutione admittunt, ut Journet,[40] et Gy,[41] sive illi qui de hac ipsa sententia dubitare videntur, uti *Lennerz* qui explicite fatetur Codicem id proponere quod Cone. Trid. definire noluit: ("Ergo ea verba in Codice ponuntur, quae concilium tridentinum approbare noluit"[42]).

[40] *Art. cit.* (supra, in p. 31) 82, 86, 95, 99.
[41] *Loc. cit.* (supra, in p. 32).
[42] *Op. cit.* (supra, in p. 94) 85, in nota.

Profecto ut verba Codicis possent intelligi etiam in sensu solius mediatae institutionis, alterutro ex sequentibus duobus modis ab obvio sensu immediatae institutionis detorqueri deberent: vel scilicet addendo aliqua verba, ita ut sonent: "Ex divina institutione [existit] sacra hierarchia [quae] ratione ordinis constat episcopis presbyteris et ministris," vel mere accipiendo incisum "Ex divina institutione" in largiori sensu alicuius verae institutionis quae tamen abstrahat a ratione immediata vel mediata. lamvero, primus modus est prorsus illegitimus cum introducat aliquam additionem quae mutat directum sensum verborum, referendo immediate ad solam hierarchiam attributum "divinitus institutum" quod reapse directe refertur ad ipsos gradus hierarchiae (hac enim methodo nihil est quod ex verbis documentorum Ecclesiae extrahi non possit et nullum maneret documentum cuius vis eludi non queat) ; alter autem modus, quamvis secundum se non repugnet ac logice invocari posset, tamen de facto assumi nequit, attento ecclesiastico ac theologico usu illius expressionis "Ex divina institutione" quae, ubi nulla fit appositio vel conditio diminuens, de sola immediata institutione proprie intelligi solet, ut patet tum ex frequentibus Ecclesiae documentis, nominatim Cone. Trid. (sess. 7, can. 1; sess. 13, cap. 2; sess. 14, de Poen., can. 1; de Extr. Une., can. 1; sess. 22, can. 2; sess. 23, can. 3; sess. 24, can. 1) et ipso Codice I.C. (can. 731, § 1), ubi agitur de institutione sacramentorum, tum ex communi consensu theologorum quorum quidam, ut ostendant Cone. Trid. noluisse definire immediatam institutionem episcopatus, illius verba "Divina ordinatione institutam" referunt ad solam hierarchiam ut abstrahentem ab eius gradibus; ceterum, ipsa oppositio, quam Codex in praefato canone 108 instituit inter incisum "Ex divina institutione" et subsequens incisum "Ex Ecclesiae autem institutione," eam interpretationem etiam directe excludere videtur.

Hinc patet inepte modernum theologum *J. Beyer* ab aliis doctoribus in interpretatione illius canonis dissentire, cum scribit: "Cependant nous ne pouvons conclure de ce texte, que le Code définit une question que le Concile avait laissée imprécise et indéterminée. Il serait vraiment étonnant de voir le Code trancher silencieusement une question dogmatique de cette importance. Le 'divina institutione' du can. 108 porte tout d'abord sur l'existence de la double hiérarchie et c'est ce fait-là qu'il souligne comme étant d' 'institution divine.' "[43] Ut dictum est, haec interpretatio vim infert verbis canonis, quae divinam institutionem tribuunt directe ipsis gradibus hierarchiae. Quod autem addit de miranda discrepantia inter Codicem et Cone.

[43] "Nature et position du sacerdoce," *Nouvelle revue theologique* LXXVI (1954) 360, in nota.

Trid., excessum, redolet, tum quia Codex doctrinas non definit sed refert, tum quia supponit Codicem non posse (utique "silencieusement") uni ex duabus discrepantibus theologorum opinionibus ac Cone. Trid. interpretationibus sese conformare, ac pro tanto etiam illam confirmare, eo vel magis quod altera opinio ac interpretatio sit satis recens, tum quia pro certa supponit hanc ipsam opinionem iuxta quam Cone. Trid. immediatam institutionem non definiverit, dum maior pars theologorum contrarium sustinet, et inter ipsos Card. Gasparri, praecipuus artifex efformationis Codicis, id tamquam certum proponit (cf. supra, p. 29).

Pius XII, Const. "Sacramentum Ordinis," 30 nov. 1947, statuta divina institutione sacramenti Ordinis ("a Christo Domino institutum"), quae procul dubio intelligenda est immediata, determinat materiam et formam huius sacramenti, assignans propriam ac distinctam materiam et formam episcopatus, presbyteratus et diaconatus. Quatenus igitur hi tres gradus in hac *Constitutione* intelliguntur pertinere ad sacramentum Ordinis, videntur quoque haberi, sicut ipsum Ordinem, uti immediatae institutionis divinae. Attamen, haec conclusio videtur dupliciter claudicare: primo nempe, quia non certo constat omnes et singulos ex illis tribus gradibus ibi proponi ut sacramentales (cf. art.* seq., p. 240); secundo, quia, esto sint omnes sacramentales, non necessario sequitur eos esse immediate a Christo institutos, sicut ipsum sacramentum Ordinis globatim spectatum, cum potuerit Christus tantummodo globatim hoc sacramentum instituere, concedens Ecclesiae potestatem varios gradus introducendi ac distinguendi.

CONC. TRID.,[44] sess. 23, can. 6: "Si quis dixerit, in Ecclesia catholica non esse hierarchiam, divina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris et ministris: A.S." *(Denz.* 966); can.

"Baisi, C., *Il ministro straordinario degli ordini sacramentan* (Roma 1935) 57-69.
Boularand, E., "Le sacerdoce de la loi nouvelle d'après le décret du Concile de Trente sur le sacrement de l'Ordre," *Bulletin de littérature ecclésiastique* LVI (1955) 193-228.
Giovanni Battista da Farnese, *Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessione XXIII di Trento 11515-1562}* (Roma 1946) 107 sq., 154-161.
Glez, G., "Primauté du Pape," *Dictionnaire de théologie catholique* XIII-1 (Paris 1936) 319-325.
Journet, Ch., "Vues récentes sur le sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* LUI (1953) 83-86.
KAlmar, S., *Quo sensu Concilium Tridentinum definivit episcopatum esse iuris divini* (Rákospalota 1936).
Lennerz, H., *De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 84 sq., 96.
Michel, A., "Ordre," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1350-1354, 1358, 1361-1363; "Prêtre," *ibid.,* XIII-1 (Paris 1936) 152; *Histoire des Conciles* (Hefele-Leclerq), X-1: *Les décrets du Concile de Trente* (Paris 1938) 491-494.

7: "Si quis dixerit, episcopos non esse presbyteris superiores; vel non habere potestatem confirmandi et ordinandi, vel eam, quam habent, illis esse cum presbyteris communem; vel ordines ab ipsis collatos sine populi vel potestatis saecularis consensu aut vocatione irritos esse; aut eos, qui nec ab ecclesiastica et canonica potestate rite ordinati nec missi sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et sacramentorum ministros: A.S." *(Denz.* 967). Doctrina horum duorum principalium canonum completur per ea quae dicuntur in cap. 4 et can. 8 *(Denz.* 960, 968).

Theologi passim admittunt his verbis definiri saltem mediatam divinam institutionem distinctionis ac superioritatis episcopatus erga presbyteratum in linea Ordinis, discrepant vero in quaestione an ipsa quoque immediata institutio definiatur. Affirmat maior pars theologorum, etiam modernorum, quorum nomina dedimus supra (p. 28); negant vero plures moderni, nixi accurato, ut quidam aiunt, examine *Actorum* Concilii, inter quos praecipue: DTIerbigny (cit. in p. 26), Marchal (cit. in p. 21), Michel (cit. in p. 27),[45] Baisi (cit. in pp. 18, 27), Kalmar,[40] G. B. da Farnese,[47] Lennerz (cit. in p. 21),[48] Congar,[49] Journet,[60] Bouesse[51] et Beyer.[82]

Ad hunc doctorum dissensum convenienter diiudicandum, utile erit *Acta Concilii*[33] breviter exponere, tam quoad varia schemata defini-

[48] In priori tamen loco Michel videtur distinguere inter distinctionem episcopatus a presbyteratu, quae esset definita ut de iure divino, et eius superioritatem quae taliter non esset definita. Quam ineptam distinctionem iam saeculo elapso attulerat Hurter, *Theologia dogmatica* III (Oeniponte 1891) 524 sq.

[48] *Op. cit.* (in p. 100) 47: "Ad nostrae dissertationis quaestionem 'Quo sensu Concilium Tridentinum definivit episcopatum esse iuris divini/ respondemus divinam episcoporum institutionem a synodo definitam esse quoad *solam* potestatem *ordinis,* ita tamen ut Patres Concilii noluerint determinare utrum haec institutio sit immediata an mediata." Attamen, paulo inferius videtur sibimetipsi contradicere, dum ambigue scribit: "Pro divina episcopatus institutione quoad utramque eius potestatem in concilio definitio facta non est. Divinaque institutio ordinis potestatis solum indirecte ex hierarchiae divinitus facta institutione deduci potest. Finis primarius erat, definire esse in ecclesia Dei hierarchiam sacram divinitus institutam."

[41] *Op. cit.* (supra, in p. 100) 160.

[48] Praeterea: "Quaeritur: estne differentia inter episcopum et presbyterum, superioritas episcopi supra presbyterum ratione ordinis, iuris divini, an non, institutionis immediate divinae, an institutionis immediate ecclesiasticae, mediate divinae, quatenus ecclesia hanc distinctionem introduxit facultate a Christo accepta? Hanc quaestionem concilium Tridentinum ex industria reliquit apertam et indecisam. . . Concilium eligendo verba 'divina institutione' praescindere voluit a quaestione, num hierarchia ordinis, superioritas episcoporum super presbyteros, sit institutionis immediate divinae" *{op. cit.* [supra, in p. 100] 84).

[*] *Art. cit.* (supra, in p. 20) 125.

[80] *Loc. cit.* (supra, in p. 100).

[n] *Art. cit.* (supra, in p. 22) 241, in nota.

[“] *Art. cit.* (supra, in p. 99) 360, in nota.

[“] Cf. *Concilium Tridentinum* (editio Goerresiana), IX: *Actorum pars sexta* (curante St. Ehses, Friburgi Brisgoviae 1924) Isqq.

tionis a Patribus successive proposita, quam quoad eorum disceptationes circa haec schemata habitas, ut appareat quid cum probabilitate inde colligi possit ad illustrandum sensum ipsius finalis schematis quo tridentina definitio proponitur.

Concilium de sacramento Ordinis bis egit, i.e. mensibus decembri-ianuario 1551-1552 et septembri-iulio 1562-1563.

Protestantium propositio, inde ab initio (3 dec. 1551) theologis examinanda proposita, sic sonat: "Episcopos *iure divino non esse institutos,* nec presbyteris superiores, neque habere ius ordinandi, aut, si habent, id esse illis commune cum presbyteris; ordinationesque ab illis factas, sine plebis consensu irritas esse." Eadem propositio sic reformata est subinde (18 sept. 1562), cum iterum examinanda proposita fuit post interruptionem Concilii: "Episcopos non esse presbyteris superiores neque habere ius ordinandi, aut, si habent, id illis esse commune cum presbyteris, ordinationesque ab ipsis factas sine plebis consensu irritas esse."[54] Omissa est mentio iuris divini, imo totum incisum: "Iure divino non esse institutos."

Primum schema (18 ian. 1552) praefatorum duorum canonum 6 et 7 sic ad modum unius canonis praeformatum fuit: "Si quis dixerit episcopos non esse *iure divino institutos,* nec presbyteris superiores aut non habere ius ordinandi, vel id etiam presbyteris competere, anathema sit." Nihilominus, testante Card. Gonzaga primo Concilii praesidente, de facto hoc schema numquam in generali congregatione discussum est, cum Concilium mox interruptum fuerit.[55]

Secundum schema (13 oct. 1562) sic sonat: "Si quis dixerit, episcopos non esse presbyteris superiores, vel non habere ius ordinandi, vel si habent, id esse illis commune cum presbyteris; sive ordines ab illis collatos sine plebis vel potestatis saecularis consensu aut vocatione irritos esse, et eos, qui ab ecclesiastica et canonica potestate rite ordinati et missi non sunt, sed aliunde veniunt, legitimos esse verbi et sacramentorum ministros: anathema sit."[50] In hoc schemate omissa est mentio iuris divini, imo, cum haec initio apposita fuerit ("Superiores iure divino"), subinde deleta est.[57]

Tertium schema (3 nov. 1562): "Si quis dixerit, non fuisse *a Christo institutum,* ut essent in ecclesia catholica episcopi, ac eos, cum in partem sollicitudinis a Pontifice Romano, eius in terris vicario, assumuntur, non esse veros et legitimos episcopos, presbyteris superiores, et eadem dignitate eademque potestate non potiri, quam ad haec usque tempora obtinuerunt: anathema sit."[58] Mentio divinae institu-

[M] *Ibid.* 5.
[“] Cf. *ibid.* 125.
[*] *Ibid.* 40 sq.
[”] Cf. *ibid.,* in nota 4.
[''] *Ibid.* 107.

tionis, sub prementi petitione episcoporum hispanorum, partialiter restituta est, ita tamen, ut obsistentibus episcopis italis, ipsa fortior expressio "de iure divino," quae ab hispanis petebatur quaeque in duplici formula praeparatoria huius schematis de facto introducta fuerat, omissa est.[69]

Quartum ac definitivum schema (15 iul. 1563), iam in duos canones 6 et 7 (imo tres: 6, 7 et 8) divisum, dedimus supra (p. 100). In can. 7 mentio iuris divini totaliter omissa est, dum in can. 6 reformata est per generalem expressionem: "Hierarchiam, divina ordinatione institutam."[70] Haec formula, proposita in ultima congregatione particulari ab archiepiscopo Hydruntino (Otranto)[71] et tandem approbata ab ipso archiepiscopo Granatensi aliisque hispanis, apparet ut ulterior mitigatio duarum antecedentium formularum "De iure divino" et "A Christo institutum" necnon ut compromissum aliquod inter petitionem italorum, qui praeferebant totalem omissionem mentionis divinae institutionis, et reclamationem hispanorum, qui petebant fortiores expressiones, uti: "Episcopi instituti a Christo," "Hierarchia instituta a Christo," "Peculiaris et particularis divina ordinatio," "Ordinatio divina Christi."[72]

Quod attinet *theologorum ac Patrum disceptationes* in hac sessione 23, cruciale punctum longioris (ultra decem mensium) acriorisque dissensus fuit ipsa divina origo distinctionis ac superioritatis episcopatus erga presbyteratum, vel generaliter habitudo episcopalis potestatis ad divinum ius. quibusdam, praecipue hispanis praesulibus cum Granatensi archiepiscopo (quibus favebant non pauci Galli), ius divinum sive immediatam Christi institutionem urgentibus, aliis vero, praecipue italis, tale ius ut laesivum primatus R. Pontificis, non simpliciter concedentibus. Duarum partium disceptationem necnon ipsam doctrinam, quae hinc inde formulabatur ac defendebatur, implicatiores ac valde confusas reddebat ipsa complexa indoles potestatis episcopalis, prout constat duplici distincto elemento iurisdictionis et Ordinis, qua distinctione, initio saltem, a pluribus praetermissa, res fere insolubilis et conflictus interminabilis videbatur.

***Ibid., in nota 2. "Cf. *ibid.* 622. "Cf. *ibid.* 602, in nota 1.**

"Hispani pro his formulis decertarunt usque ad finem; imo, postquam in praefata particulari congregatione approbaverant formulam "Divina ordinatione institutam," in subsequenti congregatione generali consensum suum revocarunt, petentes unam vel alteram ex supradictis expressioribus formulis, eo quod, aiebant, verba "Divina ordinatione" nimis generaliter sonent ac de regum quoque ac magistratuum saecularium institutione adhiberi soleant. Tandem definitioni ultimi schematis consensum suum ipsi praebuerunt "sub spe futurae declarationis," ut statuit Granatensis in ultima congregatione generali, seu sub conditione quod, ut ipsi legati promiserant, in calce Concilii damnarentur illi "qui negant episcopos fuisse a Christo institutos." Cf. *ibid.* 602, in nota 1; 6222, in nota 4; 623.

Disputatio ad proprios terminos et conflictus ad faciliorem solutionem properavit, cum sub pressione ipsius S. Sedis et petitione eius legatorum, res discutienda ac definienda ad ipsam potestatem Ordinis, directius saltem, limitata est.

Quantum ex eorum dictis colligi potest, Patrum conflictus, circa episcopalem potestatem in sola linea iurisdictionis vertebatur, quam hispani dicebant provenire immediate a Deo, itali vero tantummodo mediate, seu mediante R. Pontifice; imo proprium punctum dissensus non respiciebat divinam ac immediatam institutionem ipsius episcopalis potestatis secundum se, seu ipsius episcopatus, sed solam derivationem illius potestatis in singulos episcopos. Quoad Ordinis vero potestatem, non videtur ulla fuisse dissensio, cum omnes, etiam itali, concedebant eam dici posse immediatae divinae institutionis. Declararunt enim ipsi *Legati:* "Nec enim negant Itali episcopos esse a Christo institutos, sed aiunt hoc egere declaratione, quod scilicet sunt a Christo non immediate, sed mediante summo pontifice. Item quod sunt a Christo quoad ordinem, non quoad iurisdictionem,"[63] quorum verborum sensus nequit esse: "Episcopi sunt a Christo non quoad iurisdictionem, sed tantum quoad Ordinem, et quidem in hac ipsa linea Ordinis non immediate, sed mediate," sed potius "Episcopi sunt a Christo sive quoad Ordinem sive quoad iurisdictionem, attamen quoad iurisdictionem nonnisi mediate." Pariter Card. *Castagna,* archiepiscopus Rossanensis (subinde Urbanus VII): "De prima igitur potestate ordinis neminem catholicum vidi dubitare, nec dubitari posse videtur. . . De secunda potestate, videl. iurisdictionis, orta est quaestio, an sit de iure divino. . . Et in hoc video diversas esse opiniones"[64]; item: "Et si Lutherus vel Calvinus . . . dixerint, episcopos non esse immediate institutos iure divino (quod adhuc non legi): non propterea debemus cum duobus haereticis multos theologos et omnes iuris canonici professores . . . condemnare."[65] Episcopus *Civitatis Castelli:* "Circa ultimum canonem, in quo quamplures ex patribus desiderabant additionem illorum verborum *iure divino,* quae alias in eodem canone [i.e. in primo schemate suprarelato] fuerant apposita sub Iulio III: haec additio, quod episcopi sint superiores presbyteris de iure divino, est aequivoca et propterea distinguenda, quia si intelligimus hanc superioritatem respectu ordinis, conclusio est vera, indubitata et catholica . . . , et propterea hoc respectu posset fieri declaratio et additio iuris divini, videl. quoad ordinem, de quo agitur, et haec declaratio mihi placeret. Si vero intelligatur haec superioritas episcoporum de iure divino esse respectu iurisdictionis, tunc animadver-

[63] *Ibid.* III (relatio *Actorum Cone,* iuxta G. Paleotti, ed. a S. Merkle, a. 1931) 691.
[64] *Ibid.* IX 114.
[65] *Ibid.* 54.

tendum est. . .”[66] “Ex quibus verbis [i.e. ex doctrina proposita in prima Concilii periodo a. 1551-1552] colligitur manifeste, quod intentio synodi fuit alias loqui de ista maioritate inter episcopum et presbyterum respectu ordinis, non autem de superioritate aliqua respectu iurisdictionis, et hoc modo iugularentur opiniones haereticorum facientium presbyterum aequalem episcopo, et non incideremus in alias difficultates controversas inter Catholicos respectu iurisdictionis.”[67] *Laynez:* “Quoad materiam 7 canonis, potestas episcoporum duplex est, ordinis et iurisdictionis. Quoad ordinem, cum non sit controversia, nihil dicendum est. . . Canon autem 7. non placet [i.e. secundum tertium schema supra relatum]. . . Diffiniatur itaque, episcopos quoad ordinem esse iure divino a Christo; de iurisdictione autem nulla mentio fiat, cum multi patres catholici utramque opinionem defendant.”[68] Fusius de hac re pertractans ac varias possibiles hypotheses de divina origine episcopalis potestatis exponens, clare statuit veram sententiam esse potestatem Ordinis emanare immediate a Deo, potestatem vero iurisdictionis a Deo mediante R. Pontifice ac pro tanto non esse divini iuris: “Vera autem [sententia] est, quod potestas ordinis est a Deo [intellige: immediate]. . . Potestas vero iurisdictionis in genere a Deo est immediate. . . In quibusdam singularibus est a Deo immediate, in quibusdam vero mediante homine. Nam Petro et successoribus eius data est a Deo immediate. . . In episcopis vero a Papa manat. . . Non dico tamen quod non sit a Deo, sed quod non est immediate a Deo et ideo non est de iure divino.”[69]

Nihilominus, quamvis omnes concederent potestatem episcopalem in linea Ordinis esse immediate ex divina institutione et quamvis de facto, in definitivo saltem schemate, de hac sola potestate, saltem directe, decisum fuerit (ut constat ex ipso tenore tum ipsius sess. 23 quae tota est de Ordine, tum particulariter cap. 4 et cann. 6-7), Concilium noluit adhibere explicitam ac determinatam formulam “De iure divino” aut “Ex divina institutione” aut aliam similem, quae, iuxta communem usum, necessario significaret immediatam divinam institutionem, sed contentum est alia illa ac *generaliori jormula “Hierarchia divina ordinatione instituta”* quae potest facilius ad sensum mediatae institutionis detorqueri.

Huius autem apparentis ac mirandae inconsequentiae, tres rationes a quibusdam theologis assignantur: primo nempe, quia Concilium intendit definire id tantum quod erat stricte necessarium ad damnandam haeresim Protestandum; secundo, quia noluit condemnare eos

*Ibid. 93.
nIbid. 187.
*Ibid. 224 sq.
*Ibid. 96.

catholicos doctores, praesertim canonistas, qui negabant immediatam institutionem; tertio ac praecipue, quia, consideratis historicis circumstantiis et plurium theologorum ac episcoporum mentalitate, definitio immediatae institutionis poterat cedere in praeiudicium primatus R. Pontificis, seu inducere in opinionem quod episcopalis iurisdictio descendat in singulos episcopos immediate a Deo nec mediante R. Pontifice. Attamen, hae rationes videntur versare extra suppositum, cum respiciant potestatem iurisdictionis non vero potestatem Ordinis; hanc enim potestatem peculiariter Protestantes inficiebantur (propterea suprarelatus episcopus Civitatis Castelli fatebatur quod per definitionem divini iuris episcoporum in linea potestatis Ordinis directe damnaretur error Protestantium, sepositis controversiis catholicorum circa potestatem iurisdictionis70); de ea nullatenus censebantur dubitasse catholici theologi ac canonistae (ut fatentur Legati, Card. Castagna, episcopus Civitatis Castelli et Laynez, supracitati); illius immediatae institutionis definitio nullo modo praeiudicabat iura R. Pontificis; eius immediatam institutionem Patres et theologi conciliares passim fatentur se admittere; nonnisi de ea, vel saltem praecipue de ea, fatentibus ipsis supradictis eruditis, de facto ac finaliter Concilium docuit ac definivit. Concedimus tamen praefatas tres rationes indirecte influere potuisse in modum agendi Concilii in ipsa sua definitione de potestate Ordinis, seu in seligenda praefata generaliori formula "Divina ordinatione" prae magis determinata "Divina institutione," quatenus scilicet ea absolute sufficeret ad damnandos Protestantes qui reiciebant quamlibet veram institutionem, etiam mediatam; quatenus per eam certius vitaretur condemnatio catholicorum doctorum, quorum quidam ita ambigue loquuntur ut videantur negare immediatam Christi institutionem etiam quoad potestatem Ordinis: quatenus definitio immediatae institutionis quoad potestatem Ordinis potuisset, utut indebite, inducere aliquos ad idem cogitandum etiam de ipsa potestate iurisdictionis (propterea episcopus Civitatis Castelli, supra relatus, suggerebat ut definiretur quidem episcopos esse superiores ex iure divino, sed adderetur declaratio iuxta quam id intelligendum esset de sola patestate Ordinis).

Ad veriorem fortasse interpretationem mentis Concilii accedet, qui generaliori illi formulae "Divina ordinatione" hanc duplicem rationem assignet: Primo, quaestio de habitudine episcopalis potestatis ad divinum ius nondum satis matura erat, etiam quod attinet ad potestatem Ordinis, ut huius immediata Christi institutio distincte

" Card. Seripandus et Card. Castagna pariter notabant Protestantes non negasse episcopos quoad iurisdictionem esse ex divino iure, sed tantum catholicos episcopos, qui a Papa eliguntur, esse veros Christi episcopos. Cf. *ibid.* 4 et 54 sq.

definiretur, quamvis ceteroquin passim a Patribus ac sine dubitatione affirmaretur. Secundo ac praecipue, quamvis in sess. 23 principaliter et directius definita sit doctrina de potestate Ordinis, non tamen consideratio ipsius iurisdictionis totaliter exclusa est aut facile excludi potuit, quin e contrario alteri, utut potiori, considerationi connaturaiiter commixta intelligeretur, ut patet tum ex generali tenore verborum "Episcopos esse presbyteris superiores" in cap. 4 et can. 7,71 tum ex ratione successionis Apostolorum, invocata in cap. 4, tum ex canonica missione ("canonica potestate missi sunt") et verbi ministerio, de quibus in can. 7, tum ac praecipue ex toto can. 8 ("Si quis dixerit, episcopos qui auctoritate R. Pontificis assumuntur, non esse legitimos et veros episcopos, sed figmentum humanum: A. S.," *[Denz.* 968]), qui praecipue ad potestatem iurisdictionis refertur, cum eo fine additus sit ut salvaretur primatus iurisdictionis R. Pontificis. Hinc prudenti consilio praefata generalior formula a Concilio selecta est, sub qua immediata Christi institutio, quoad potestatem Ordinis iure intelligatur, quoad potestatem vero iurisdictionis, collatis ad invicem cann. 6, 7 et 8, excludi suggeratur.

Hinc apparet nimis facile ac celeriter quosdam moderniores eruditos affirmare se ex attento examine *Actorum* Concilii manifesto deducere, contra id quod hucusque a theologis communius putabatur, Concilium abstrahere voluisse ab immediata divina institutione distinctionis ac superioritatis episcopatus in ipsa linea Ordinis. Si enim mens Patrum interrogatur, hanc immediatam institutionem omnes concorditer fatebantur, imo quidam inter eos qui exaggeratis hispanorum reclamationibus obsistebant, ut Card. Castagna, episcopus Civitatis Castelli et Laynez, eam explicite definiri petebant; quod autem de facto maior pars Patrum obstiterit determinatae illi formulae "De iure divino" eaque a finali ac definitivo schemate remota fuerit, non uno modo explicari potest (ut nuper dictum est72) nec necessario excludit

n *Generalis Carmelitarum* hanc episcopi erga presbyterum superioritatem, de qua in wn. 7, de utraque Ordinis ac iurisdictionis potestate intelligebat, inquiens: "Quare neque episcopi sunt superiores presbyteris iure divino, sed iurisdictione, quam a Summo Pont, accipiunt; quo vero ad ordinem, iure divino episcopi superiores sunt" *(ibid.* 220). Eodem modo illum canonem intelligebat *Laynez* (cf. supra, p. 105), qui propterea suggerebat ut supracitatum tertium schema ita reformaretur ut in eo immediata divina institutio definiretur quoad potestatem Ordinis, de potestate vero iurisdictionis nulla prorsus mentio fieret.

''Praecipua ratio, quae ceteroquin fuit ac mansit pomum discordiae inter Patres, est *potestas iurisdictionis,* sive periculum ne immediata divina institutio intelligeretur etiam de hac potestate. Propterea, sive Card. *Castagna* (nuper cit.), sive episcopus *Civitatis Castelli,* sive *Laynez* (supra citati, in p. 104 sq.), petierunt ut immediata institutio divina explicite definiretur quoad potestatem Ordinis, addita declaratione quod id intelligendum esset de hac sola potestate. Imo episcopus *Civitatis Castelli* hanc definitionem tam explicitam esse petebat ut nec ipsius formulae "A Christo institutum" (seu "Divina institutio"), antea insertae tertio schemati (cf. supra, p. 102), cententus

ipsam definitionem immediatae institutionis, prolatam quidem sub prudentiori quadam ac minus clara forma, etiam ex proposito selecta. Quod si ita est, facilius explicatur quare *Codex I. C.* immediatam divinam institutionem trium graduum hierarchiae tacite ac sine strepitu proponere potuerit, ac si nulla fuerit doctorum dubitatio aut controversia, veluti connaturaliter exhibens, sub paulo explicitiori formula, id ipsum quod iam Concilium proposuisse censebatur. Exinde etiam pleniorem et, ut videtur, magis connaturalem sensum accipiunt cetera quoque Ecclesiae documenta supra relata, etsi ex nuda eorum ac critica consideratione, ut ostensum est, immediata illa institutio divina non necessario eruatur.

Ceterum modus quo supradicti moderni doctores (p. 101) explanant verba canonis 6 ("Hierarchiam, divina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris et ministris"), ut ostendant in eis non definiri immediatam institutionem divinam, nec constans nec efficax videtur. Quidam enim, ut *D'Herbigny* et *Marchal,* vim faciunt in altero tantum inciso ("Quae constat ex episcopis, presbyteris et ministris"), scilicet, accepto priori inciso ("Divina ordinatione institutam") in stricto sensu immediatae ipsius institutionis, hanc referunt ad solam hierarchiam, abstrahendo a gradibus, ita ut de his gradibus in altero inciso statuatur merum factum existentiae, et sensus totius pericopes sit: "In Ecclesia catholica est hierarchia, immediate a Deo instituta, quae de facto (divino vel humano iure, non refert) constat ex episcopis, presbyteris et ministris"; cuius expositionis ratio est quia Concilium adhibet formam verborum "Quae constat" qua exhibetur sensus materialis, statuens merum factum, loco adhibendi formam "Quae constet" vel "Prout constat" quae exhiberet sensum formalem, coniungentem ipsos gradus cum hierarchia sub assertione immediatae

esset, inquiens: "Canones placent omnes praeter ultimum; septimus enim mihi videtur ambiguus in omni sua parte. Primum dum dicit, Christum Dominum instituisse, ut essent episcopi in ecclesia. Haec enuntiatio non aperit, Christum Dominum per se instituisse ordinem episcoporum particularium; nam verificaretur enuntiatio, esto quod post longum tempus episcopi in ecclesia fuissent ordinati, quemadmodum est ordo Augustinianorum, Dominicorum [!] et Franciscanorum et similium, in quibus verificantur haec verba, quod Dominus instituit, ut essent in ecclesia, cum ab illo bona cuncta instituantur et procedant, et tamen non verificabitur, quod Christus illos ordines per se instituerit" *(ibid.* 187). Pariter valde significativa sunt verba Card. *Castagna,* qui ex una parte obstabat quominus indistincte definiretur episcopos esse superiores iure divino, cum id intelligi posset etiam quoad potestatem iurisdictionis, et ex alia parte favebat definitioni divinae institutionis episcopatus quoad potestatem Ordinis, ut Concilium purgaretur a suspicione quod noluerit definire ordinem episcopalem esse a Deo institutum: "Non video cur . . . extra ea quae ordinis sunt, vagemur. Cur igitur non satis est dicere: 'Si quis dixerit, episcoporum ordinem seu gradum non esse a Christo Domino institutum: anathema sit?' . . . Hoc canone dignitatem episcopalem tuemur et declaramus, cessabitque illa suspicio, concilium noluisse declarare, ordinem episcoporum esse de iure divino . . . Si . . . dicimus indistincte, episcopos esse superiores de iure divino, certe falsum dicimus, saltem quoad iurisdictionem" *(ibid.* 55-57).

institutionis. Attamen, huiusmodi explicatio ex una parte tribuit Concilio intentionem ludendi subtili quadam distinctione, quae magis convenit disputationibus scholarum quam documentis Conciliorum, aut ex industria eligendi ambiguam formulam quae per praefatam subtilitatem a communi ac connaturali verborum sensu detorqueri possit, et ex alia parte expoliatur principali argumento, iuxta quod ex attento examine Actorum ostenderetur Concilium voluisse abstrahere ab immediata institutione quodque petitur praecipue ex conflictu Patrum circa insertionem verborum "De divino iure" aut "Ex divina institutione" et ex finali electione generalioris expressionis "Divina ordinatione institutam." Praeterea, huiusmodi explicatio si vera esset, nimis probaret ac retorqueretur contra ipsos eius defensores qui ex verbis Concilii deducunt saltem mediatam divinam institutionem, reiecta immediata; nam, si in verbis "Quae constat" statuitur merum factum, neque immediata neque etiam mediata divina institutio, sed sola ac mera ecclesiastica institutio (de genere illius quae competit etiam parocho et archiepiscopo, qua talibus) ex definitione Concilii deduci potest.

Proinde alii, ut *Baisi, Lennerz, Michel, Journet,* vim faciunt in altero inciso et urgent alterum argumentum, fundatum in examine *Actorum,* intelligentes institutionem ex divina ordinatione pro generica aliqua divina origine, quae secundum se abstrahat ab immediata vel mediata institutione et ex qua proinde nonnisi mediata institutio ex rigore deduci queat. Attamen, imprimis ex praefato argumento nihil in favorem huius explicationis necessario deduci potest, quin potius contra eam retorqueri videatur. Ut enim supra animadversum est, ex *Actis* Concilii apparet hoc unum Patres excludere voluisse, immediatam scilicet divinam institutionem episcopalis iurisdictionis, et quidem inquantum haec esset laesiva primatus R. Pontificis, et ex hac intentione inductos fuisse ad excludendas quasdam strictiores formulas quae, utut indebite, saltem ex circumstantiis et ex ampliori sensu quem illi hispani episcopi affingebant, potuissent fortasse intelligi in sensu immediatae institutionis episcopatus plenario modo spectati, seu non solum quoad potestatem Ordinis sed etiam iurisdictionis, eo vel magis quod, ut dictum est supra, doctrina et canones Concilii, etsi agant directe de potestate Ordinis, non tamen complete abstrahunt a connexa potestate iurisdictionis. Praeterea, ea formula "Hierarchiam divina ordinatione institutam," secundum se considerata, non multum differt ab altera "Ex divina institutione," tum quia expressio "divina ordinatio" potest intelligi de conditione tam minuente ("divina dispositio") quam augente ("divinum imperium"), tum quia ipsa expressio "divina institutio" potest intelligi, et a quibusdam saltem Concilii

Patribus intelligebatur, sive de immediata institutione, sive de mediata, sive etiam de remota illa ac improprie dicta divina institutione quae involvitur in ipsis humanis ac mere ecclesiasticis institutionibus, ac propterea hispani episcopi prius contenti fuerunt priori illa formula "Divina ordinatione institutam," ac si sufficienter aequivaleret alteri "Ex divina institutione" vel "Ex divino iure," quam ipsi petebant, subinde vero eam ut insufficientem sive ambiguam reiecerunt, et pariter episcopus Civitatis Castelli ipsam formulam "Ex divina institutione" (imo "Christus Dominus instituit, ut essent episcopi in ecclesia"), quam plures alii petebant (cf. supra, p. 103), insufficientem reputabat ad exprimendam ipsam mediatam institutionem divinam (cf. supra, pp. 107 sq., in nota).

Probatur 3. *EX DIRECTA REFUTATIONE PARTICULARIUM OPINIONUM ADVERSARIORUM.*

Ex utraque praecedenti probatione sequitur opinionem quorundam modernorum de sola mediata divina institutione distinctionis ac superioritatis episcopatus erga presbyteratum, non habere sufficiens fundamentum in Traditione, etiam attenta particulari illa latina traditione quae a Hieronymo descendit, nec evidenter congruere menti documentorum Ecclesiae, peculiariter sensui a Patribus tridentinis expresso, saltem in praeparatione conciliaris .definitionis (quidquid ceteroquin sit de sensu ipsius finalis formulae istius definitionis), imo satis clare offendere in ipsam litteram Codicis I. C., qui, fatentibus omnibus theologis, in doctrinis quas enuntiat, vim dogmaticam habet.

Pourrai explicatio (cf. supra, pp. 10-12), pro quanto supponit quandam mere implicitam institutionem ipsius sacramenti Ordinis, praetergrediens scilicet ipsos latos limites mediatae institutionis, peiori labe infici videtur, nisi, ratione ipsius ambiguitatis sub qua procedit, velit quis eam ut innocuam ab ambitu rationabilium theologicarum opinionum pacifice dimittere, ut fuse explicatum est in tractatu *De Extrema Unctione* I 309-315.

Batiffol explicatio (cf. supra, pp. 12-15) non paucis theologis displicuit nec ab ullo suffragium obtinuit. Quidam auctores eam severe iudicarunt ac aliqua censura mulctarunt, qua parte nempe docet presbyteratum primitivum fuisse titulum mere honorificum, nec nisi posteriori tempore hierarchicum ipsum presbyteratum ortum esse per quandam scissionem ipsius episcopatus; ita Michiels qui ait: "Cette interprétation est erronée"[73] et Tixeront (cui consentire videtur Cop-

n L'origine de l'épiscopat (Louvain 1900) 159, in nota.

pens[74]), scribens: "Pareille conception, qui ferait du presbytérat comme tel une institution purement ecclésiastique, est absolutement contraire à la définition du concile de Trente qui déclare que la hiérarchie d'ordre composée des évêques, des prêtres et des ministres est d'institution divine."[76] Alii tamen eam in bonam partem accipiunt, etsi ab ea scientifice dissentiant; ita Michel scribens: "A coup sûr, la position de Mgr Batiffol maintient le dogme catholique de l'origine divine du presbytérat, ordre sacré. La critique qu'en a faite M. Michiels . . . provient certainement d'une équivoque. Cf. *Revue biblique,* 1901, p. 130-133. . . La thèse de la coexistence d'un presbytérat purement honorifique avec un presbytérat-épîscopat comportant des fonctions et des pouvoirs sacrés n'est pas contraire à la doctrine catholique, est spéculativement possible, mais ne paraît pas être historiquement démontrée,"[78] et Boularand qui, ostensis quibusdam commodis illius opinionis in solvendis aliquibus historicis difficultatibus,[77] exponit graviora historica incommoda quae sequuntur, ex mera ceteroquin hypothesi.[78]

Re quidem vera, ea opinio est quaedam ingeniosa hypothesis, quae a primo ad ultimum ab ipsis factis historicis deseritur, etsi quibusdam historicis apparentiis congruere videatur. Et imprimis, existentia alicuius meri honorifici primitivi presbyteratus non est historice fundata, cum presbyteri inde ab initio appareant aliqua hierarchica dignitate insigniti. Existentiam pluralis episcopatus, quo collegialiter regerentur ecclesiae primitivae, nulla historica signa manifestant, etsi potuerit una vel altera particularis ecclesia ita gubernari, sub altiori tamen regimine itinerantis apostoli. Episcopalis dignitas omnium sic dictorum episcoporum-presbyterorum, adeoque absentia proprie dictorum presbyterorum in prima Ecclesiae periodo est mera opinio, olim a Petavio minus assertive proposita ac subinde fere ab omnibus derelicta (cf. tom. 1, pp. 776-778). Transitus a praefato collegiali episcopatu ad episcopatum unitarium, speculative ac gratis affirmatur, historice vero minime probatur, non secus ac variae explicationes ab ipsis liberalibus Protestantibus in eodem sensu elaboratae. Tandem, scissio episcopatus unitarii in subordinatum ac proprie dictum presbyteratum, non solum voluntarie fingitur sed etiam non videtur congruere menti Ecclesiae et litterae Codicis I. C. de divina institutione presbyteratus, eo vel magis quod ea assertio, sicut sonat ac simpliciter prolata, videtur excludere

u *L'imposition des tnains et les rites connexes dans le Nouveau Testament et dans l'Eglise ancienne* (Wetteren 1925) 120, in nota.

w*Loc. cit.* (supra, in p. 30). Cf. integrum textum ibidem.

'•"Prêtre," *Dictionnaire de théologie catholique* XIII-1 (Paris 1936) 151 sq.

'"La consécration épiscopale est-elle sacramentelle?," *Bulletin de littérature ecclésiastique* LIV (1953) 10 sq.

n*Ibid.* 18 sq.

ipsam mediatam divinam institutionem presbyteratus, eumque ad meram ecclesiasticam ordinationem revocare.

Anglicanorum explicatio (cf. supra, pp. 15-18), quae prima fronte videtur proponere ipsam immediatam divinam institutionem distinctionis episcopatus et presbyteratus, re ipsa longius distat a doctrina catholica, cum non de ipso episcopatu ac presbyteratu id asserat, sed de indeterminato quodam duplici principio ecclesiasticae auctoritatis, quod "essentiale ministerium" et "dependens ministerium" appellatur. Determinata autem ac historica forma proprie dicti episcopatus et presbyteratus repetitur a generali quadam ligandi atque solvendi Ecclesiae potestate, quae, ob suam ipsius generalitatem ac indeterminationem. non magis valet illis hierarchicis formis conferre quam mere humanam ac ecclesiasticam indolem atque originem.

Aliorum modernorum catholicorum explicatio (cf. supra, pp. 18-24) de divina immediata institutione solius sacerdotii globatim spectati, quod subinde ab Ecclesia in varios gradus scissum fuerit, praeterquam quod non appareat plene congruere menti documentorum Ecclesiae nec ullo modo litterae ipsius Codicis I. C., ut generaliter observatum est supra, sequentibus etiam defectibus scatet.

Primo, in hac explicatione oportet ut uno vel alio modo resuscitetur iam ab aevo defuncta opinio, iuxta quam biblici presbyteri-episcopi fuissent omnes veri episcopi, ex quorum globali ac plenario sacerdotio alii gradus subinde processissent (cf. *Bouess6,* supra, in p. 22); iamvero, ut ostensum in tom. 1 (pp. 776-778; cf. 763-766), ea opinio non magna gaudet probabilitate et de facto a modernis exegetis et theologis communiter hucusque abiecta est.

Secundo, praecipuum historicum fundamentum illius explicationis esset illud ipsum biblicum fundamentum in quo haec defuncta opinio fundabatur et ob cuius labilitatem emortua ac fere ab omnibus deserta est. Inde quippe ab initio saec. 2 distinctio episcopatus et presbyteratus clare stabilita invenitur in pluribus ecclesiis Asiae et circa finem saltem eiusdem saeculi eadem observatur in ceteris omnibus ecclesiis, quin aliunde ullum positivum signum appareat alicuius mutationis vel evolutionis ex primitivo aliquo statu in quo nonnisi episcopi haberentur. Nec quidquam solidum in favorem illius opinionis peti potest ex peculiari praxi alexandrina, iuxta quam ipsi presbyteri constituebant suum episcopum et ex qua proinde ostenderetur originalis aequalitas et episcopalis dignitas omnium ministrorum in primitivis ecclesiis (ut vult Batiffol, supra cit., p. 87, in nota); nam ex una parte, sive de existentia sive de sensu illius praxis non satis

certo constat inter eruditos (cf. supra, pp. 78-90), et ex alia parte, admissa ipsa probabiliori explicatione iuxta quam presbyteri illi alexandrini essent veri episcopi (cf. supra, pp. 87-90), haec particularis praxis, a qua discordat praxis ceterarum ecclesiarum, nequit legitime assumi ut argumentum sive vestigium alicuius generalis status primitivae Ecclesiae, in quo omnes ministri essent episcopi. Pariter potestas ordinandi, quae per tria S. Sedis documenta saec. 15 concessa est quibusdam presbyteris, non legitime invocatur ut argumentum sive signum essentialis aequalitatis et episcopalis dignitatis omnium ministrorum in primitiva ecclesia, nam ea facultas, data eius obiectivitate ac veritate, non uno modo intelligi potest, et utcumque non respicit directe quaestionem de divina origine distinctionis episcopatus et presbyteratus sed potius ulteriorem quaestionem de essentia et sacramentalitate illius distinctionis, de qua sermo erit in art. sequenti.

Tertio, in doctrina Patrum et documentis Ecclesiae nulla mentio vel allusio deprehenditur alicuis peculiaris potestatis, a Christo Ecclesiae collatae, vi cuius sacerdotium a Christo institutum, ipsa pro suo arbitrio in varios gradus scindere ac determinare queat.

Quarto, cum sacerdotium sit sacramentum, saltem in duobus gradibus presbyteratus et diaconatus, huiusmodi fractio sacramentalis sacerdotii in plures gradus implicaret potestatem Ecclesiae in substantiam sacramenti, quae negatur a Cone. Trid.; nam ita Ecclesia suo arbitrio determinaret sacramenti essentiam, tum physicam tum metaphysicam, constituendo nempe duo distincta signa sacramentalia (vel tria, si dicatur etiam episcopatus esse secundum se sacramentum) ac duas distinctas potestates et gratias per ea signa conferendas. De quo quidem infra (pp. 434—437) fusior sermo erit, in quaestione de sacramentalitate ordinum minorum.

Quinto, si huiusmodi potestas daretur, vix intelligeretur quare Ecclesia ninnisi semel ea usa fuerit in prima sua periodo, nec unquam subinde iterum attentaverit globale illud sacerdotium alio vel ampliori modo scindere aut determinare, ita ut, inde a saec. 2, constanter, uniformiter ac universaliter servaverit tres, eosque tantum, ac eodem modo distinctos et determinatos, gradus episcopatus, presbyteratus et diaconatus: numquid tam claram conscientiam suae potestatis, quam Ecclesia primitus ostendisset in creatione trium illorum graduum, amisit subinde aut prorsus oblivioni tradidit? Nec huic rationi satisfacere videtur *Congar* cum ait: "La façon dont le sacerdoce s'est précisé, fractionné, déployé ... [est une des] déterminations de l'Eglise, mais touchant à des réalités tellement structurales, ayant

une telle valeur de principe, et pour cette raison aussi s'étant produites d'une façon si proche des origines, qu'on doit les considérer comme normatives. Et pourtant, une dérogation en une telle matière n'est pas rigoureusement impossible. Elle est, elle doit demeurer exceptionnelle. Mais, quand elle se produit, elle est ramenée à la règle et validée par une application de ce pouvoir, toujours vivant dans l'Eglise, et qui s'est exercé à l'origine pour la détermination normative en question."*

Sexto, praefata paucorum modernorum explicatio procedere videtur ex festinanti quadam inclinatione, modernis quidem moribus accommodata, ad novas facilesque vias ineundas in solvendis quibusdam historicis difficultatibus, quas progressus positivae scientiae secum trahit, et ad funditus, ut aiunt, recognoscendas ac reformandas quasdam acquisitas ac pacificas positiones vetustioris theologiae. Quae quidem agendi ratio non videtur prae se ferre consueta signa traditionalis et authenticae theologiae.

ART. 5. Utrum Episcopatus, Qua Parte Distinguitur A Presbyteratu, Sit Sacramentum *(Suppi.,* **q. 37, aa. 2 et 4; q. 38, aa. 1 et 2; q. 40, aa. 4, 5, 6 [ex** *Comm. in 4 Sent.,* **dist. 24 et 25]** ; *C. Gent.* **4. 74-76; Opusc.** *De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis;* **Opusc.** *De perfectione vitae spiritualis,* **c. 26).**[80]

STATUS QUAESTIONIS

Ut notatum est in art. praec. (p. 1 sq.), haec quaestio de sacramentalitate episcopatus, qua complentur dicta in superioribus art. 1-4, non est confundenda nec indebite miscenda cum praecedenti

n Loc. dt. (supra, in p. 20). Cf. integrum textum ibidem.

MHic referimus tantummodo plures ex auctoribus modernis qui fusius aut directius hanc quaestionem pertractant, praecipue in monographiis et articulis ephemeridum. Ceteri afferentur in decursu articuli.

Baisi, C., *Il ministro straordinario degli ordini sacramentali* (Roma 1935) 134-139, 156-158; *Institutiones theologiae scholasticae* I (Milano 1948) 386sq.; IV (1949) 591 sq., 624–626.

Beyer, J., "Nature et position du sacerdoce," *Nouvelle revue théologique* LXXVI (1954) 356-373, 469-480; "Pouvoir d'Ordre et missions apostoliques," *Bijdragen XV* (1954) 42-57.

Bock, C., "La bulle 'Gerentes ad vos* de Martin V," *Collectanea Ord. Cist. Ref.* (1951) 1-7, 197-205.

Bonetti, I., "Il potere di Ordine extrasacramentale e la sua importanza nella teologia di S. Tommaso," *Divus Thomas* (Piacenza) XXV (1948) 136-145; "Ancora del potere di Ordine extrasacramentale," *ibid.* XXVI (1949) 65–76; "Osservazioni sul precedente articolo [i.e. scripto a Mancini contra opinionem ipsius Bonetti]," *ibid.* 375-381.

Botte, B., "L'Ordre d'après les prières d'ordination," *Questions liturgiques et paroissiales XXXV* (1954) 167-179.

Boudinhon, A., "L'ordination au sous-diaconat et au diaconat faite par un simple prêtre," *Le canoniste contemporain XX1N* (1901) 330-332, 390-392; "Chronique de droit canonique." *Revue du clergé français* XLV (1906) 183.

BouÈssé, H., "Episcopat et sacerdoce. 1. L'opinion moderne. 2. L'opinion de saint

quaestione de divina ac immediata institutione episcopatus, etsi cum ea intime connectatur. Non parvum autem actualitatis momentum haec quaestio obtinuit nec levem apud modernos auctores contentionem suscitavit, praecipue ob quaedam ecclesiastica documenta

Thomas," *Revue des sciences religieuses* XXVIII (1954) 240-257, 368-391; *Le Sauveur du monde* IV (Chambéry-Leysse [1951]) 290, in nota.

Boularand, E., "La consécration épiscopale est-elle sacramentelle?," *Bulletin de littérature ecclésiastique* LIV (1953) 3-36.

Brinktrine, J., "Der einfache Priester als Spender der hl. Firmung," *Divus Thomas* (Freiburg) VII (1929) 301-314; "De ministro Confirmationis extraordinario," *Divus Thomas* (Piacenza) XXXV (1932) 507-518; "Ist der Priester ausserordentlicher Spender der Priesterweihe?," *Theologie und Glaube XXV* (1953) 455-464.

Brosnan, J. B., "Episcopacy and priesthood according to St. Thomas," *The American ecclesiastical review* CXXI (1949) 125-135; *The bishop and the Presbyter,* Preston 1952; "Holy Orders," *The Irish theological quarterly* XXIV (1957) 97-100, peculiariter 97

Cappello, F. M., *Tractatus canonico-moralis de sacramentis,* IV: *De sacra ordinatione* (ed. 3, Taurini 1951) 21-47.

Coleman, J. J.f *The minister of Confirmation* (Washington 1941) 106-110.

Congar, Y. M.-J., "Faits, problèmes et réflexions à propos du pouvoir d'Ordre et des rapports entre le presbytérat et l'épiscopat," *La Maison-Dieu* XIV (1948) 107-128.

Connell, F. T., "The episcopate," *The [American} ecclesiastical review* LXXII (1925) 335-345.

Crosignani, J., "De extraordinario Confirmationis ministro," *Divus Thomas* (Piacenza) XXIV (1947) 90 sq.

Danner, J. E., "Firmung durch schismatische Priester," *Theologisch-praktische Quartalschrift* LXV (1912) 525-537.

Deslandes, J., "Le prêtre oriental ministre de la Confirmation," *Echos d'Orient* XXIX (1930) 5-15.

Dölger, F., *Das Sakrament der Firmung* (Wien 1906) 206-222.

Dolan, G. E., *The distinction between the episcopate and the presbyterate according to the thomistic opinion,* Washington 1950.

Fernandez, D., "Distinción entre episcopado y presbiterado y su problemática respecto al ministro extraordinario del sacramento del Orden," *XV Semana española de teología 1955* (Madrid 1956) 119-228.

Fink, K. A., "Zur Spendung der höheren Weihen durch den Priester," *Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte* LXIII ("Kanonistische Abteilung XXII) (1943) 506-508.

Fon, F.,"Un singolare privilegio riguardante il ministro dell'ordine sacro," *La scuola cattolica* III (1924) 187 sq.

Furtner, E., *Das Verhältnis der Bischofsweihe zum heiligen Sakramente des Ordo,* München 1861.

Geriaud, M. J., *L'Ordre* ("Saint Thomas d'Aquin. Somme théologique," traduction française, Paris 1931) 190 sq., 193-226; "Le ministre extraordinaire du sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* XIV (1931) 874-885.

Gillmann, F., *Zur Lehre der Scholastik vom Spender der Firmung und des Weihesackraments,* Paderborn 1920; *Spender und äusseres Zeichen der Bischofsweihe nach Vguccio,* Würzburg 1922.

Giovanni Battista da Farnese, *Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessione xxiii di Trento [1515-1562}* (Roma 1946) 105-161, peculiariter 148-161.

Gy, P.-M., "L'Ordre," *Initiation théologique* IV (Paris 1954) 709-715.

Henry, A.-M., "Qu'est ce qu'un prêtre?," *La vie spirituelle* LXXVIII (1948) 183-192.

Héris, Ch.-V.jLc *mystère du Christ* ("La pensée thomiste," n. 2, Paris 1928) 319-331; ed. 2 (1953) 260-270; *L'Eglise du Christ* (Paris 1930) 59-83.

Hocedez, E., "Une découverte théologique," *Nouvelle revue théologique* LI (1924) 338 sq.

Holtum, G., "Quaeritur utrum episcopatus sit ordo?," *Jahrbuch für Philosophie und spekulative Theologie* XIV (1900) 1-17.

Jalland, T. G. (protestans), "The doctrine of the parity of ministers," *The apostolic ministry* (prepared under the direction of K. E. Kirck, London 1947) 305-349.

recenter lata vel cognita, scilicet ex una parte Constitutionem "Sacramentum Ordinis," latam a Pio XII a. 1947, quae videtur confirmare communiorem apud modernos sententiam de sacramentalitate epis-

Journet, Ch., "Vues récentes sur le sacrament de l'Ordre," *Revue thomiste* LUI (1953) 81-108.

Kurz, A., *Der Episkopat der höchste vom Presbyterate verschiedene Ordo,* Wien 1877.

Landgraf, A., "Die Lehre der Früscholastik vom Episkopat als Ordo," *Scholastik* XXVI (1951) 496-519; *Dogmengeschichte der Früscholastik* III-2 (Regensburg 1955) 277-^302: "Die Lehre vom Episkopat als Ordo."

Lécuyer, J., "La grâce de la consécration épiscopale," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XXXVI (1952) 389-417; "Pentecôte et épiscopat," *La vie spirituelle* LXXXVI (1952) 451-466; "Episcopat et presbytérat dans les écrits d'Hippolyte de Rome," *Recherches de science religieuse* XLI (1953) 30-50; "Aux origines de la théologie thomiste de l'épiscopat," *Gregorianum XXXV* (1954) 56-89; "Les étapes de l'enseignement thomiste sur l'épiscopat," *Revue thomiste* LVII (1957) 29-52; "Le sacrement de l'épiscopat," *Divinitas* I (1957) 221-251.

Lehmkuhl, A., "Zur Frage über den Priester als ausserordentlichen Spender des Sakramentes der Firmung," *Zeitschrift für katholische Theologie* VI (1882) 567-573; *Theologia moralis* II (Friburgi Br. 1902) 73 sq.

Lemonnyer, A., "Mémoire théologique sur l'épiscopat," *La vie spirituelle — Supplément* XLVI (1936) 1148]–[167] ; XLVII (1936) [33]-[48].

Lennerz, H., *De sacramento Confirmationis* (Romae 1945) 110-114; (ed. 2, Romae 1949) 115-203; *De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 80-83, 104, 107-110, 139^144.

Lépicier, A., H.-M., *Tractatus de Baptismo et de Confirmatione* (Romae 1923) 396 sq., 405-407; *Tractatus de sacramento Extremae Unctionis et de sacramento Ordinis* (Romae 1928) 184-192, 256-263.

Mancini, A., "Il potere di Ordine extrasacramentale con riferenza al presbítero che cresima," *Divus Thomas* (Piacenza) XXVI (1949) 49-64; "Ancora dei potere d'Ordine," *ibid.* 360-^374.

Martimort, A.-G., *De l'évêque* ("La Clarté-Dieu," n. 19), Paris (1946).

Masure, E., *Prêtres diocésains* (Lille 1947), passim, praecipue 55-67: "Le sacerdoce de l'évêque."

Michel, A., "Ordre," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1311 sq., 138 sq.; "Episcopat et sacerdoce: N'y a-t-il qu'une différence d'exercice et non de nature?," *L'ami du clergé* LXIII (1953) 721-727; cf. *ibid.* XLIII (1926) 468 sq.; XLV (1928) 307-^73; XLVIII (1931) 116-119; LUI (1936) 308-312; LIV (1937) 741 sq.

Mörsdorf, K., "Weihegewalt und Hertengewalt in abgrenzung und bezug," *Miscelánea Comillas* XVI (1951) 95-100. Cf. Eichmann-Mörsdorf, *Kirchenrecht* II (Paderborn 1950) 36-40.

Monsegù, B., "La problemática del sacerdocio en la actualidad," *Revista española de teología* XIV (1954) 529-566.

Mostaza Rodríguez, A., *El problema del ministro extraordinario de la Confirmación* (Salamanca 1952), passim, peculiariter 294-298, 372-374.

Onclin, W., "L'administration du sacrement de Confirmation," *Ephemerides theologicae lovanienses XXV* (1949) 345-348.

PÉRiNELLE, J., "La doctrine de S. Thomas sur le sacrement de l'Ordre," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XIX (1930) 236-250; *Le sacerdoce* [Paris 1936] 75-93.

Piault, B., "Le sacrement de l'Ordre," *Nouvelle revue théologique* LXXI (1949) 1030-1044.

Plus a Langonio (Pie de Langogne), "De Bulla Innocentiana seu de potestate Papae committendi simplici presbytero subdiaconatus et diaconatus collationem," *Analecta ecclesiastica* IX (1901) 473 sq., 475; "La Bulle d'Innocent VIII aux abbés de Citeaux pour les ordinations 'in sacris,'" *Etudes franciscaines* V (1901) 147.

Praxmarer, I., "Der einfache Priester als Ausspender des hl. Sakramentes der Firmung," *Der Katholik* LXIV (1884) 270-307.

Puerto, G., "Distinción teológica entre el episcopado y el presbiterado," *¡Ilustración del clero* XLVII (1945) 273-277.

Roberts, C., "Episcopate and presbyterate," *The Australasian Catholic record* IX (1932) 316-331.

copatus, et ex alia parte tres Bullas latas saec. 15 a Bonifatio IX, Martino V et Innocentio VIII, quae, ob concessam simplici presbytero facultatem conferendi sacros ipsos ordines diaconatus et presbyteratus, videntur e contrario favere antiquiori theologorum negationi sacramentalis distinctionis inter episcopatum et presbyteratum, ita ut haec sententia, quae fere emortua a quibusdam pronuntiabatur, novam iam vitam habere iudicetur. Inde quidam theologi, difficultate pressi vel plus aequo commoti, emphatice loquuntur de acuítate qua problema de distinctione episcopatus a presbyteratu iterum ponitur (Bouëssé: "Du coup se pose à nouveau avec acuité aux théologiens contemporains la question de la distinction de l'épiscopat et du sacerdoce"), de iterando examine anterioris doctrinae theologorum circa hoc problema (Journet: "Il résulte de ces divers faits que les enseignements des théologiens antérieurs concernant les degreés de l'ordre et leur origine peuvent être utilement réexaminés"; Beyer: "Ces faits nous amènent à revoir l'estimation courante des divers degrés de l'ordre"), imo de costruenda fere ab imo theologia sacerdotii et episcopatus (Saliège: "La théologie de l'épiscopat est à faire"; Piault: "Il y a une spiritualité du sacerdoce, mais ... sa théologie reste presque entière à bâtir"; Lécuyer: "On a souvent remarqué que nous n'avons qu'une théologie très rudimentaire de l'épiscopat").

Card. *J. G. SALIÈGE,* in sua praefatione ad opusculum Martimort de episcopo, scribit: "Bouix a écrit un traité canonique et juridique sur l'évêque. Un 'De

Rousseau, O., "La vrai valeur de l'épiscopat dans l'Eglise," *Irénikon* XXIX (1956) 121-150.

Schillebeeckx, H., "Priesterchap en episcopaat," *Tijdschrijt Geest. Leven* II (1955) 357-367.

Schmaus, M., "Der Episkopat als Ordnungsgewalt in der Kirche nach der Lehre des heiligen Bonaventura," *Episcopus* (Regensburg 1949) 305-336.

Schulte-Plassmann, J., *Der Episkopat, ein vom Presbyterat verschiedener, selbständiger und sakramentaler Ordo,* Paderborn 1883.

Seiterich, E., "Ist der Episkopat ein Sakrament?," *Scholastik* XVIII (1943) 200-219.

Souarn, R., "De presbytero orientali Confirmationis ministro," *Ius pontificium* IX (1931) 133-143.

Ternus, J., "Dogmatische Untersuchungen zur Theologie des hl. Thomas über das Sakrament der Weihe," *Scholastik* VII (1932) 161-186, 354-386; VIII (1933) 161-202, 233 sqq.

Thomas, J., "Presbytérat et épiscopat," *Revue diocésaine de Tournai* II (1947) 335-340; "L'Ordre et les ordres," *ibid.* 500.

Vanneste, A., "De ministro extraordinario Confirmationis," *Collationes brugenses* L (1954) 356-358.

Verhamme, A., "De distinctione inter episcopatum et presbyteratum," *Collationes brugenses* XXXIX (1939) 285-288.

Vermeer, P., "Is de priester buitengewoon bedienaar der H. Wijdingen?," *Bijdragen* XIII (1952) 262-276; XIV (1953) 277-283; "Is het privilège der Cisterciënserabten om subdiaken en diakens te wijden herroepen?," *ibid.* XVI (1955) 271-278; "De plaats van bisschop en priester in het hierarchische apostolaat," *Studia catholica* XXXI (1956) 287-299.

Zardetti, O., *Die Bischofsweihe nach Lehre und Liturgie der katholische kirche,* Einsiedeln 1889.

Episcopo' est encore à écrire. L^s éléments ne manquent pas. La théologie de l'épiscopat est à faire. Un essai a été tenté. . . Je ne puis que féliciter l'auteur de cet essai, essai qui appellera des compléments, des approfondissements. La voie est ouverte."[81]

MARTIMORT: "La spiritualité de l'épiscopat . . . exposée dès les premiers siècles d'une façon lumineuse par saint Ignace d'Antioche et saint Cyprien . . . subi en revanche, au moyen âge, une véritable éclipse. . . Il n'est pas jusqu'à la théologie . . . qui n'ait éprouvé un certain désarroi: encore au Concile de Trente, les Pères ont eu de la peine à se détacher d'interminables controverses sur les rapports entre l'épiscopat et le Siège Apostolique, ou sur le devoir de la résidence. Aujourd'hui, un *De episcopo* est encore à écrire. L'évêque apparaît trop souvent au prêtre et au fidèle comme un simple administrateur religieux, une sorte de préfet ecclésiastique. Mais l'Action catholique, qui a déjà provoqué tant de courants bienfaisants dont la théologie elle-même a fait son profit, ne manque pas de soulever dans toute son ampleur le problème de l'épiscopat, parce qu'elle oblige le fidèle à prendre une part étroite à l'apostolat hiérarchique, et par là entraîne vers une redécouverte de l'Eglise."[82]

LÉCUYER: "On a souvent remarqué que nous n'avons qu'une théologie très rudimentaire de l'épiscopat; sans doute, nos traités classiques *De VEglise* présentent quelque chapitre sur l'évêque successeur des Apôtres, sur son pouvoir de juridiction **et de** magistère; mais on est habituellement demeuré dans les perspectives que j'oserais dire superficielles, dans l'étude des origines historiques de l'épiscopat monarchique, telles qu'on peut les entrevoir dans les rares documents des temps apostoliques ou des premiers siècles chrétiens. . . Mais, en tous ces ouvrages historiques, fruits des controverses de la Réforme, on a oublié toujours ce qui serait sans doute l'essentiel, le 'mystère' de l'épiscopat, la grâce qui serait conférée par la consécration épiscopale. É est vrai que nous touchons là un point controversé, et il faut bien reconnaître que, dès les débuts de la théologie systématique, l'existence même de cette grâce propre à l'épiscopat, de sa sacramentalité, a été mise en doute par nombre d'auteurs, on pourrait dire par les plus grands d'entre eux. C'est ce problème que nous voudrions considérer, ou mieux, dont nous voudrions examiner quelques aspects moins connus, sinon totalement négligés par la théologie récente."[83]

CONGAR: "On voit que des questions considérables se posent, ou sont susceptibles de se poser en théologie sacramentelle et dans la théologie des pouvoirs de l'Eglise, dès que l'on consulte les faits. Il est donc très important que les théologiens ne se hâtent pas, en ces matières, de construire un système, de prononcer sans appel sur ce qui est possible ou impossible. Un certain nombre de faits, peut-être, ne sont pas encore mis au jour, et d'autres, connus des historiens ou des canonistes, ont peut-être manqué ou ont cessé de retenir l'attention des théologiens. Du fait que l'Eglise a fait une chose, on peut conclure qu'elle pouvait et peut le faire. Mais, du fait qu'elle ne fait pas une chose, ou du moins qu'on n'a pas connaissance qu'elle l'ait faite, il n'est pas toujours prudent de conclure qu'elle ne peut le faire et ne le fera jamais. Le passé et le présent ont apporté des démentis auxquels l'avenir ajoutera sans doute les siens. Un certain nombre de questions seraient peut-être à revoir à la lumière de faits mieux connus (je pense, par exemple, dans une autre domaine, à la théologie des conciles). Au moins avons-nous assez de raisons de les considérer comme étant encore ouvertes."[84]

"Apud Martimort, op. dt. (supra, in p. 116) 5-7.

***nIbid.* 10 sq.**

'"La grâce de la consécration épiscopale," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XXXVI (1952) 389 sq.

'"Faits, problèmes et reflexions à propos du pouvoir d'Ordre et des rapports entre le presbytérat et l'épiscopat," *La Maison-Dieu* XIV (1948) 128 .

PIAULT: "Nul sans doute ne trouvera paradoxal que l'on avance ici qu'il y a une spiritualité du sacerdoce, mais que sa théologie reste presque entière à bâtir. Ce n'est là d'ailleurs que la constatation de cette loi qui s'est montrée constante à travers l'histoire de l'Eglise: la foi vivante devance la foi spéculative. Nous avons vécu du sacerdoce. Son élaboration théologique a moins tourmenté les esprits. Ou plutôt il faudrait dire que les problèmes qui se sont posés à son sujet n'ont jamais permis d'apporter une réponse — et de bâtir une synthèse — qui l'eût étreint dans toute sa réalité. Les premiers siècles se sont préoccupés, ou bien d'établir fortement la hiérarchie en tant que fonction sacrée, liturgique dans l'Eglise; saint Ignace d'Antioche nous en donne plus d'un écho. Ou bien encore, aux siècles heureux où ce rôle n'était pas contesté et où le problème de la validité des ordinations n'était pas encore agité, on a fait une théologie spirituelle du sacerdoce. Saint Jean Chrysostome s'y est magnifiquement employé, continué plus tard par l'Ecole Française du XVIIe siècle.

"Il rest donc que le sacrement de l'Ordre n'a jamais été envisagé théologiquement dans toute sa profondeur, ni avec toute l'attention qu'il méritait. On a, par la suite, trop exclusivement bâti les traités du sacerdoce par rapport aux questions canoniques ou par rapport au sacrifice, et on a peut-être oublié que le sacrifice sacramentel découlant du sacerdoce sacramentel hérité du Christ ne recouvrait pas celui-ci de façon exhaustive, donc n'épuisait pas toute la réalité du sacrement de l'Ordre."[86]

JOURNET: "Les recherches historiques qui ont abouti récemment soit à une nouvelle mise en lumière, soit même à la découverte de documents pontificaux relatifs au ministre extraordinaire du sacrement de l'ordre, invitent les théologiens à serrer de près l'enseignement du magistère de l'Eglise, notamment du concile de Trente, sur la sacrement de l'ordre, afin de le mettre en regard des multiples opinions jusqu'ici professées. D'autres part, la promulgation, le 30 novembre 1947, de la *Constitution apostolique sur les ordres sacrés du diaconat, du presbytérat et de l'épiscopat,* où Pie XII déclare quelles sont pour chacun d'eux la matière et la forme désormais valides, représente, pour l'histoire du sacrement de l'ordre un événement majeur. Il résulte de ces divers faits que les enseignements des théologiens antérieurs concernant les degrés de l'ordre et leur origine peuvent êtres utilement réexaminés. Nous voudrions exposer brièvement l'état actuel du problème et indiquer quelles solutions peuvent sembler préférables."[86]

BOULARAND: "Cependant, depuis cette lettre [de Benoit XIV] du 20 octobre 1756, les historiens ont découvert et versé au débat des documents importants, les théologiens ont scruté plus profondément l'unité du sacerdoce, les liturgistes et les canonistes ont étudié le rite et les rapports des deux plus hautes ordinations, le Magistère enfin a déterminé les éléments essentiels et les effets de celles-ci. Que conclure maintenant de ces faits, de ces travaux, de cet enseignement? A nous de le chercher, après avoir décrit les fluctuations de l'opinion en la matière et exposé aussi objectivement que possible les deux thèses en présence."[87]

BOUËSSE: "La découverte et la publication par Finck de la bulle *Gerentes ad vos* de Martin V, 1427, concédant à l'abbé cistercien d'Atzelle (Saxe) le pouvoir d'ordonner 'ses sujets à tous les ordres sacrés,' confirme le contenu et l'authenticité des bulles connues antérieurement, *Exposcit* d'Innocent VIII (1489), accordant à l'abbé de Citeaux de 'conférer le diaconat à tous les religieux de son Ordre,' et *Sacrae Religionis,* de Boniface IX, honorant l'abbé de Saint-Osith (1400) du privilège de donner 'tous les ordres mineurs et même les ordres du sous-diaconat, du diaconat et du presbytérat.' Du coup se pose à nouveau avec acuité aux théologiens contemporains la question de la distinction de l'épiscopat et du sacerdoce. L'épiscopat est-il, oui ou non, un sacrement? Nous voudrions

[86] *Art. cit.* (supra, in p. 116) 1030.
[87] *Art. cit.* (supra, in p. 116) 81.
[86] *Art. cit.* (supra, in p. 115) 4.

brièvement répondre pour notre compte à un problème que nous nous posons depuis vingt ans, persuadé que sur ce point se vériñe particulièrement l'importance pratique pour la vie de l'Eglise d'une position qui peut d'abord sembler de pure spéculation, sinon de vaine subtilité. Sauf erreur de notre part, la solution apportée à cette question, même en une simple esquisse, engage toute une conception de l'Eglise du Christ en terre, et peut éclairer, à la lumière des principes, maint problème d'hier et d'aujourd'hui."[88]

BEYER: "Il n'était pas possible, il y a un demi-siècle, de traiter ce point [i.e. la nature du sacerdoce] sur les fondements théologiques nécessaires à une solution claire et satisfaisante, du fait que le droit canonique n'était pas codiñé de façon aussi explicite qu'il ne l'est aujourd'hui, et que la théologie ne possédait pas ou avait perdu de vue les faits importants que le théologien moderne se doit de considérer objectivement. Trop spéculative, la théologie traita le sujet avec un *a-priori* que rejettent implicitement la pratique de l'Eglise et des décisions pontificales. Quels sont ces faits? Tout d'abord la variété des ordres mineurs dans les Eglises orientales et la valeur du sous-diaconat dans ces Eglises, les Bulles pontificales permettant à de simples prêtres d'ordonner des prêtres et conférer le diaconat et le sous-diaconat. Ces faits nous amènent à revoir l'estimation courante des divers degrés de l'Ordre. Autrefois, ils étaient considérés comme une participation plus ou moins étendue aux pouvoirs sacerdotaux. Gratien et les canonistes qui le suivirent admettaient même que la tonsure était un rite sacramentel et, contre l'avis de théologiens célèbres, comme Pierre Lombard et saint Thomas, ils déclaraient que l'épiscopat était un sacrement."[89]

Quidquid sit de indole et gradu exaggerationis in huiusmodi emphaticis assertionibus,[80] negari nequit, sive evidens factum novae actualitatis huius quaestionis, sive ipsa rei difficultas quae inde iam a medio aevo commovit mentes theologorum nec adhuc sufficienter evacuari posse videtur. Cum hac quaestione connectuntur, et ab ea quoad suam solutionem dependent, quaedam alia peculiaria problemata, nominatim de presbytero ut extraordinario ministro tum Confirmationis tum Ordinis, et de validitate episcopalis ordinationis collatae per saltum, seu subiecto presbyterali dignitate non insignito (ut diacono vel laico). Quae quidem problemata, quamvis directe respiciant quaestiones de ministro et subiecto huius sacramenti, hic etiam in considerationem veniunt, quantum attinet difficultatem quae ex eis contra alterutram sententiam de episcopatus sacramentalitate peti potest.

Cum autem tum dissidium theologorum tum ipsa rei difficultas vix certae alicuius solutionis spem permittant, eo modo in hac quaestione procedemus ut, praemissis in Parte Negativa et Parte Affirmativa duabus contrariis sententiis, altera scilicet negante et altera sacramentalitatem episcopatus affirmante, subinde in Conclusione osten-

n Art. dt. .(supra, in p. 114) 240. *m Art. cit.* (supra, in p. 114) 356 sq.

•°Ad rem apte observat Boularand: "Depuis le douzième siècle, théologiens, canonistes, liturgistes, écrivains spirituels débattent ce sujet, à leur point de vue respectif. Ne disons pas qu'ils ne l'ont point approfondi. . . Il suffit d'utiliser, au seul dix-septième siècle, les travaux de Denis Petau sur la hiérarchie ecclésiastique, de Jean Morin sur les ordinations, de François Hallier sur les élections et les ordinations sacrées, pour s'apercevoir qu'elle [la théologie de l'Ordre] ne reste pas 'presque entière à bâtir' [haec sunt verba Piault supra citati]" *(art. cit.* [supra, in p. 115] 3).

damus tum utriusque argumentorum vim, tum prioris maiorem probabilitatem.

PARS NEGATIVA

Sententia negans sacramentalitatem episcopatus fuit olim, tum numero tum auctoritate patronorum, decisive praedominans apud theologos usque ad Cone. Tridentinum; hinc *opinio theologorum* vocabatur, in oppositione ad *opinionem canonistarum,* qui communius ei adversabantur. Subinde vero, etsi communis in schola thomistica permanserit, multorum exterorum theologorum patrocinium amisit ita ut a quibusdam modernis, cum non levi quidem exaggeratione, fere extincta reputata fuerit, donec novissimis temporibus non modicum favorem iterum obtinuerit, vel saltem eruditorum attentionem peculiariter attraxerit. Ceterum, fatendum est ipsam apud theologos postridentinos usque ad hodiernum diem, si excipiantur pauci cordatiores thomistae, originales suas purasque lineas fere amisisse ac in quoddam ambiguum compromissum declinasse, quo vix dici possit a contraria sententia, eodem ceteroquin processu a multis suis patronis evirata, substantialiter differre.

Quod quidem recapitulatorio modo ostendemus postquam tum nomina plurium illius defensorum tum signantiora horum dicta exhibuerimus.

Usque ad Cone. Trid. huic sententiae adstipulantur: Petrus Damianus (t 1072)91 Cone. Beneventanum a. 1091, Hugo a S. Victore (tU41), Petrus Lombardus (+1160), Bandinus (+1163), Gandulphus Bononiensis (scripsit circa 1170), Joannes Beleth (+ 1182), Sicardus Cremonensis (+ 1215), Guilelmus Alverniensis (+ 1249), Rolandus Cremonensis, O.P. (+ 1259), Alexander Halensis, O.F.M. (t 1245), Guilelmus a Melitona, O.F.M. (+ 1257), Abertus M., O.P. (t 1280), Bonaventura, O.F.M. (+ 1274), S. Thomas, O.P. (+ 1274), Petrus de Tarantasia, O.P. (subinde Innocentius V, + 1276; *In 4 Sent.,* dist. 24), Guilelmus Durandus (+ 1296), Richardus de Mediavilla, O.F.M. (+ circa 1300; *In 4 Sent.,* dist. 24, a. 3, q. 3; a. 5, q. 2), Petrus Aureolus, O.F.M. (+ 1322), Petrus de Palude, O.P. (+ 1342), Thomas Argentinensis, O.S.A. (+ 1357; *In 4 Sent.,* dist. 24, q. un., a. 2, ad 5 et 8), Richardus Armachanus (t 1360), Capreolus, O.P. (11444), Abulensis (Alphonsus Tostatus, + 1455; *In Mat.* 16, q. 74), Turrecremata, O.P. (+ 1468; In can. "Cleros", dist. 21), Paulus Soncinas, O.P. (t 1494; *In 4 Sent.,* dist. 25, q. 1, conci. 2), Silvester

"Hic aliique auctores, quorum opera in hoc elencho non referuntur, citantur explicite infra.

Prierias, O.P. (+ 1523; *Summa Silvestrina,* ad v. "Episcopus," q. 1), Ferrariensis, O.P. (t 1256), loannes Viguerius, O.P. (t 1550), Dominicus Soto, O.P. (+ 1560).

Post. Cone. Trid. usque ad finem saec. 19: Auctores *Catechismi Cone. Trid.* (a. 1566), Didacus Covarrubias (+ 1577; *Resolutiones* l. 1, c. 10, n. 15), Toletus, S.J. (t 1596; *In summam Theologicam S. Thomae, De Confirmatione,* q. 72, a. 11), Capponi a Porrecta, O.P. (t 1614; *In Suppi.,* q. 40, a. 5), Nugnus, O.P. (t 1614; *In Suppi.,* q. 40, a. 5), Suarez, S.J. (t 1617; sententiam probabilem dicit), Bonacina (+1631; Disp. 8, q. un., part. 1), Laymann, S.J. (t 1635; *De Ordine,* c. 3, n. 6; c. 4, n. 2 sq.), Ripalda, S.J. (+ 1648; *De Ente supernaturali,* t. 4, dist. 24, n. 6), Gonet, O.P. (+ 1681), Salmanticenses Morales (Andreas a Matre Dei, O. Carm., 1 1674), R. Capisucchi, O.P. (+ 1691; *Controversiae theologicae selectae,* Controv. 28, § 2; nominat octoginta auctores pro sua sententia, singulorum loca referens), Billuart, O.P. (+ 1757).02

Saec. 20: Billot, S.J., G. de Holtum, O.S.B., A.-A. Paquet, Pius a Langonio, O.M.C., J. Lottini *(Instit. dogmaticae,* v. 3, n. 673), Hocedez, S.J., Pegues, O.P., Diekamp-Hoffman *(Theol. dogm.,* vol. 4, §§63 et 64), Hugon, O.P., F. Fofi (quatenus consentit Pio a Langonio; cfr. infra p. 162), Fr. Connell, C.SS.R. ("The Episcopate," *The* [American] *ecclesiastical review* LXXII [1925] 337-345; De sacramentis [Brugis 1933] 163), C. V. Heris, O.P. (a. 1928; qui tamen subinde sententiam mutavit; cf. infra), A. H. M. Lépicier, O.S.M., J. Brinktrine ("De ministro Confirmationis extraordinario," *Divus Thomas* [Piacenza] XXXV [1932] 516, 518), Merkelbach, O.P. *(Theol. Moralis,* v. 3, n. 731), A. Lemonnyer, O.P. ("Mémoires théologiques sur l'épiscopat", *La vie spirituelle-Supplément* XLVII [1936] 40), J. Périnelle, O.P., M. J. Gerlaud, O.P., J. Lahitton, A. Ferland, P.S.S., M. Daffara, O.P., A.-C. Gigon, O.P. *(De sacramento Ordinis* [Friburgi Helv. 1945] 56 sq.), M. M. Philipon, O.P., R. Garrigou Lagrange, O.P. *(De Eucharistia . . .* [Romae 1946] 413; *De sanctificatione sacerdotum* [Romae 1946], c. 1, a. 4), J. Thomas, Y. Congar, O.P., A.-M. Henry, O.P., I. Bonetti, C.P.S., G. E. Dolan, C.M. *(The distinction between the episcopate and the presbyterate according to the thomistic school* [Washington 1950] 7 sq., 157), H.

"Quoad subsequentem periodum usque ad alteram partem saec. 19, notabile est quod fatetur J. Perrone (*†* 1876): "In hoc etiam nostro Collegio Romano paulo ante Societatis extinctionem adhuc eadem sententia publice propugnabatur, ut constat ex thesibus per id temporis evulgatis; adhuc adstruitur in Thesibus, circa quas examen instituitur iis, qui cooptari cupiunt in Collegium S. Bonaventurae in Urbe ex Fratribus Ord. Min. Conv. denuo recusis anno 1833, diss. xix, thes. 4" *(Praei, theol.* III [Parisiis 1874] 423, in nota).

Bouëssé, O.P. (a. 1951; qui tamen subinde sententiam reformavit), P. Vermeer ("Is de priester buitengewoon bedienaar der H. Wijdingen?" *Bijdragen* XIII [1952] 262-275; XIV [1953] 277-283), J. Beyer, S.J., J. B. Brosnon ("Holy Orders," *The Irish theological quarterly XKlN* [1957] 97-100), A. Panquera, C.M. *(De ordinis potestate sacramentali et extrasacramentati secundam sanctum Thomam* [typis dactylographicis], Romae, apud Athanaeum "Angelicum," 1957), R. Tremblay ("Problèmes du sacerdoce et de l'ordre," *Angelicum XXXV* [1958] 197-201).

Petrus Damianus (t 1072), *Liber qui dicitur gratissimus,* c. 15: "Ad instar septem donorum Spiritus sancti, septem . . . sunt ordines ecclesiasticae dignitatis: quod autem his omnibus gradibus adhuc et alii praeferuntur, videlicet ut sunt patriarchae, archiepiscopi, vel episcopi, ab his non tam novus ordo suscipi, quam in eodem ipsi sacerdotio [quod obtinent presbyteri] videntur excellentius sublimari. Nam cum sacerdos idcirco dicatur, quia sacrum det, hoc est, quia Deo sacrificium offerat, quid in Ecclesia sublimius, quid eminentius sacerdotio poterit inveniri, per quod videlicet mysterium Dominici corporis et sanguinis probatur offerri? Licet igitur illi quibusdam privilegiis pro suo quisque ministerio specialiter potiantur, quia tamen id, quod omnibus maius est, commune cum reliquis sacerdotibus habent, cum eis etiam et ipsi non immerito sacerdotii nomen tenent" *(ML* 145. 118).

Cone, Beneventanum a. 1091, sub Urbano II, can. I: "Nullus deinceps in episcopum eligatur nisi qui in sacris ordinibus religiose vivens inventus est. Sacros autem ordines dicimus diaconatum ac presbyteratum. Hos siquidem solos primitiva legitur Ecclesia habuisse; super his solum praeceptum habemus Apostoli" *(Denz.* 356).

Hugo a S. Victore (+1141), *De Sacramentis,* l. 2, p. 2, c. 5: "De ordinibus hoc primum attendendum est, quod alii sunt secundum gradum differentem, sicut est diaconus et sacerdos, alii in eodem gradu secundum potestatem excellentem, sicut diaconus et archidiaconus. Unus gradus est in sacramento; non tamen una potestas in ministerio. Diaconus enim sacerdoti ministrat in sacramento corporis et sanguinis Christi. Archidiaconus hoc plus habet, quod praeter ministerium altaris sub episcopo et vice episcopi curam habet ecclesiarum, et causas ecclesiasticas examinat et ministeria dispensat. Similiter sacerdos et pontifex sive summus sacerdos unus gradus est in sacramento, diversa tamen potestas in ministerio; quia cum utrisque corporis et sanguinis Christi consecrandi, baptizandi, catechizandi, prae-

dicandi, ligandi, solvendi, una quodammodo sit dignitas, pontificibus tamen Ecclesias dedicandi, ordines faciendi, manus imponendi, sacri chrismatis consecrandi, communem super populum benedictionem faciendi, singularis data est potestas. Sic itaque alia est differentia graduum in sacris ordinibus, alia est in eodem gradu differentia dignitatum" *(ML* 176. 419).

Ibid., p. 3, c. 5: "Septem [sunt] graduum promotiones, in quibus per spiritualem potestatem altius semper ad sacra tractanda [clericus] conscendit; primus gradus est ostiariorum; secundus lectorum; tertius exorcistarum; quartus acolytharum; quintus subdiaconorum; sextus diaconorum; septimus sacerdotum. Hic gradus dispares in eodem ordine habet dignitates. Nam post sacerdotes altiores sunt principes sacerdotum, id est episcopi. Supra quos iterum sunt archiepiscopi, et supra illos qui dicuntur primates, supra quos quidam patriarchas constituere volunt, alii eosdem primates et patriarchas dicunt" *(ML* 176. 423).

Ibid., p. 3, c. 12, repetuntur verba Isidori Hispalensis de ratione quare quaedam officia reserventur episcopis (cfr. in art. praec., p. 48).

Petrus Lombardus (t 1160), *Sententiae,* l. 4, dist. 24, cc. 3, 11, 12, 13, 14, 17: "In Sacramentis igitur septiformis Spiritus septem sunt gradus ecclesiastici, scilicet ostiarii, lectores, exorcistae, acolythi, subdiaconi, diaconi, sacerdotes. . . . Septimus est ordo presbyterorum. . . . Ecce de septem Ecclesiae gradibus breviter elocuti, quid ad quemque pertineat, insinuabimus. Cumque omnes spirituales sint et sacri, excellenter tamen canones duos tantum sacros ordines appellari censent, diaconatus scilicet et presbyteratus; quia hos solos primitiva Ecclesia legitur habuisse, et de his solis praeceptum Apostoli habemus. . . Si autem quaeritur, quid sit quod hic vocatur ordo, sane dici potest, signaculum quoddam esse, id est sacrum quiddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato et officium. Character igitur spiritualis, ubi fit promotio potestatis, ordo vel gradus vocatur. Et dicuntur hi ordines Sacramenta, quia in eorum perceptione res sacra, id est gratia, confertur, quam figurant ea quae ibi geruntur. Sunt et alia quaedam, non ordinum, sed dignitatum et officiorum nomina. Dignitatis simul et officii nomen est episcopus. . . Ordo autem episcoporum quadripartitus est, scilicet in patriarchis, archiepiscopis, metropolitis et episcopis."[93]

Bandinus (t 1163), *Sententiae,* l. 4, dist. 22, abbrevians Lombardum, scribit: "Est autem ordo signaculum, hoc est quoddam

[93] *Petri Lombardi libri IV Sententiarum* (Ad Claras Aquas 1916) II 893, 900-903.

sacrum quo spiritualis potestas et officium traditur ordinato. . . luxta praerogativam septiformis Spiritus, septem sunt hi ordines, scilicet ostiarius, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus et sacerdos. . . Septimus ordo presbyterorum est. . . Sunt et alia quaedam nomina non ordinum, sed dignitatum, velut episcopus. .. Episcoporum autem ordo quadripartitus est in patriarchas scilicet, metropolitanos, archiepiscopos, et simpliciter episcopos" *(ML* 192. 1103-1105).

Gandulphus Bononiensis (scripsit circa a. 1170), *Sententiae,* l. 4, § 198: "Septem autem sunt spiritualium officiorum sive ordinum gradus, ut ex dictis sanctorum patrum habetur, in sacramentum septiformis spiritus: ostiarii, lectores, exorcistae, acoliti, subdiaconi, diaconi, sacerdotes"; § 209: "Septimus est ordo presbyterorum"; §212: "Sunt et alia quaedam non ordinum, sed dignitatum vel officiorum nomina. Dignitatis simul et officii nomen est episcopus. . . Ipse summus etiam sacerdos nuncupatur; ipse enim sacerdotes et levitas efficit, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit."[94]

loannes Beleth (f 1182), *Rationale divinorum officiorum,* c. 13: "Ecclesiasticarum personarum genera duo sunt. Aliae namque sunt dignitatis, aliae ordinis. Dignitatis sunt, ut papa, patriarcha, cardinalis, primas, archiepiscopus sive metropolitanus, quod eiusdem est significationis, episcopus, archidiaconus, archipresbyter. . . Ordinis personae sunt sacerdos, diaconus, hypodiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius. Sunt autem in ordine septem gradus ad designandam septiformem gratiam Spiritus Sancti, cuius munere illorum ordinum officia exsequuntur" *(ML* 202. 27).

Sicardus Cremonensis (+ 1215): "Olim namque [episcopus et presbyter] in administratione dispares, in officio pares, et quodcumque sacramentum dabat Petrus, quilibet sacerdos conferre poterat. Sed hodie dispares in utroque, cum solis episcopis liceat confirmare et similia".[95]

Guilelmus Alverniensis (t 1249), *De sacramentis, De sacramento ordinis,* c. 3, refert duas sententias negantem nempe et affirmantem episcopatum esse distinctum ordinem, et priori favere videtur: "Post haec loquemur de numero ordinum et dicemus quod nonnulli posuerunt novenarium, ponentes clericatum, qui in prima tonsura confertur et summum sacerdotium sive episcopatum extremo. Alii vero cleri-

*** *Magistri Gandulphi Bononiensis Sententiarum libri quatuor* (critica editio I. De Walter, Vindobonae 1924) 498, 503, 505.**

MApud F. Gillmann, *Zur Lehre der Scholastik vom Spender der Firmung und des Weihesackraments* (Paderborn 1920) 28, in nota.

catum dixerunt non esse ordinem, sed tantum velut militiae simplicem titulum. . . Qui . . . septem ordines tantum ponunt, episcopatum dicunt non esse ordinem, sed honorem, ponentes sacerdotium ordinem esse, sed duos habentes gradus dignitatis. Et propter hoc secundi ordinis sacerdotes, idest secundae dignitatis in ordine sacerdotii, sacerdotes inferiores vocati sunt. . . Ratio septenarii in ordinibus status Ecclesiae primitivae fuit, rerumque sacrarum reverentia et veneratio. . . . Tres ordines . . . soli antonomastice sacri vocantur, scilicet subdiaconatus, diaconatus et presbyterium. . . Sacerdotalem . . . ordinem, ut diximus, alii in gradus [dignitatis], alii in species diviserunt."[98]

"Si quis autem dixerit, cum episcopatus ordo non sit, ad quid ergo consecrantur episcopi? Respondemus ad complendum et perficiendum atque ad summum perducendum ipsos non solum officii plenitudine et amplitudine potestatis, sed etiam ad cumulandum gratia et pinguedine sanctitatis. . . Summi sacerdotes sive episcopi in consecratione sua non novum ordinem, sed ipsius ordinis sacerdotalis, scilicet quem prius habebant, perfectionem et plenitudinem recipiunt, quantum ad potestatem et officia quae supra diximus. Si quis autem dicere voluerit episcopatum esse ordinem aliud a sacerdotio minori, non opponimus nos nec contradicimus; verum non effugiet facile quin oporteat eum dicere archiepiscopatum ordinem esse, et deinde primatum, postea patriarchatum, et novissime papatum."[97]

Rotandus Cremonensis, O.P. (primus ex sodalibus sui ordinis magister renuntiatus; † 1259), *Summa:* "Alii sunt qui dicunt, quod tot sunt [ordines] in ecclesia militanti, quot sunt in triumphanti et supra VII precedentes apponunt duos alios, scii, episcopatum et archidiaconatum, ut sint IX, sicut sunt IX ordines angelorum. Sed haec opinio nulla videtur michi."[98]

Alexander Halensis, O.F.M. († 1245), *Glossa in quatuor libros Sententiarum,* dist. 24 (ed. Quaracchi, IV [1957] 400, 401, 403, 410): "Si vero obicitur de episcopatu [quod sit ordo], solvendum est per hoc quod [in definitione Magistri de Ordine] dicitur 'signaculum.' Non enim novus character imprimitur [in episcopatu], sed gratia confertur ad quandam spiritualem potestatem, praeexistenti charactere sacerdotali. . . Cum potestas Ordinis sacramentalis sit ad sacramentum communionis, et hoc pertineat ad Ordinem sacerdotalem, in

[97] *Guilelmi Alvernii episcopi parisiensis opera omnia* (Parisiis 1674) I 530 sq.
[98] Ibid. 553. Cf. K. Ziesch6, "Die Sakramentenlehre des Wilhem von Auvergne," *Wieidenauer Studien* IV (Wien 1911) 149-226.
[99] Cod. Paris Mazar. lat. 795, fol. 127 v. Apud *A. M. Landgraf, Dogmengeschicte der Friihscholastik* III-2 (Regensburg 1955) 298.

eo debet stare omnis Ordo. Dignitas vero episcopalis, quae superadditur, est ratione causarum, et quia ibi suppletur potestas Domini in conferendo Ordinem sacerdotalem. . . Quod autem septem sint Ordines [nec novem, ut aliqui ponunt, addendo psalmistatum et episcopatum], videtur ex constitutione sanctorum Patrum, qui psalmistam et lectorem pro eodem Ordine accipiunt; episcopatum vero dicunt esse nomen dignitatis. . . Quod vero obicitur de officio episcopi solvendum est per hoc, quod in consecratione sacramentum abundantioris gratiae intelligitur. Chrisma enim, cum conficiatur ex oleo et balsamo, puritatem conscientiae et bonitatem famae figurat. . . Non sequitur, si non iteratur consecratio episcopalis, quod imprimatur character: character enim non sequitur ad naturam unctionis; sed in ea gratia figuratur. Character vero ad distinctionem pertinebat: quae distinctio principaliter in Ordine pertinet ad principale opus Characteris divini. Aeternus enim Character se ipsum characterizavit in cruce, praecipiens quod sacramentum Eucharistiae fieret in eius commemorationem. Unde in sacerdote imprimituf· character memoriae illius characterizationis."

Halensis sententia retinetur et aggravatur in doctrina eius discipuli ac continuatoris *Guilelmi de Melitona,* O.F.M. (t 1257), auctoris libri IV *Summae Theologiae* quae hucusque Halensi tribuebatur.[09] Guilelmus enim adstipulatur communi sententiae eorum qui dicunt simplices presbyteros eiusdem ordinis esse ac episcopos, imo episcopi dignitatem, ut distinctam a presbyterali, ad meram delebilemque iurisdictionem reducit; quaestionem enim an sacerdos degradatus consecrare possit, sic diversimode quoad presbyterum et episcopum resolvit: *'In ordine episcopali non imprimitur character,* sicut in sacerdotali, qui impressus in anima deleri non potest, unde solummodo aufertur illi officium consecrandi; non enim aufertur illi potestas sed executio potestatis. Sed quia in ordine episcopali non imprimitur character, in degradando aufertur ei potestas conferendi Ordines et officium executionis" *{Summa theologiae,* p. 4, q. 8, m. 5, a. 1, § 6).

Albertus M., O.P. (t 1280), *In 4 Sent.,* dist. 24, a. 39: "Deinde quaeritur de hoc quod dicit, ibi M[agister], 'Ordo autem episcoporum quadripartitus est, etc. . . ,' scilicet utrum sint ordines ea quae enumerat hic? . . . Responsio. Totum istud patet per antedicta: cum enim nullus possit esse actus excellentior, quam conficere corpus Christi, *nullus potest esse ordo post sacerdotium:* sed iurisdictionum officia sunt quae enumerat distincta super corpus mysticum, cui intendunt taliter officiati [scilicet patriarcha, archiepiscopus, metropolita et

[09] Cf. tractatum *De Extrema Unctione* I 222, in nota.

episcopus]: et quando consequuntur, accipiunt gratiam non ad ordinem sed ad exsecutionem iurisdictionis in Ecclesia si sunt digni."[1]

In Dionysium De ecclesiastica hierarchia 5, sibi obicit: "Secundum gradum actionum debet esse gradus ordinum, cum ordo sit pars potestatis quae determinatur ad actum: sed nullus actus potest esse nobilior, quam consecrare corpus Christi qui est actus sacerdotii: ergo non est aliquis ordo super sacerdotium: et sic episcopatus non est ordo." Respondet autem: "Dicendum est, quod si ordo dicatur sicut proprie dicitur ordo potestas spiritualis ad actus sacramentales, sic episcopatus non est ordo distinctus a sacerdotio, quia non potest in actum superiorem quam sacerdos. Si autem dicatur ordo potestas spiritualis ad actus qui pertinent ad unum dictorum, sic episcopatus dicetur ordo, supra sacerdotium: et secundum hoc loquitur Dionysius."[2]

Bonaventura, O.F.M. († 1274), *In 4 Sent.,* dist. 24, p. 2, a. 2, q. 3: "Quaeritur, utrum episcopatus sit ordo. . . . Respondeo: Dicendum quod, sicut tactum est, cum Ordinis potestas principaliter sit ordinata ad dispensationem sacramentorum et maxime illius Sacramenti nobilissimi, scilicet corporis Domini, quod ibi est status graduum et Ordinum ascendentium, et ita *ultra sacerdotium non est gradus Ordinis.* Sed tamen intra hunc gradum et Ordinem contingit esse distinctionem dignitatum et officiorum, quae tamen novum gradum vel Ordinem non constituunt, ut archipresbyter, episcopus, archiepiscopus, patriarcha, Pontifex Summus, quae ultra sacerdotium non addunt Ordinem nec gradum novum, sed solum dignitatem et officium. Et ita episcopatus, prout concernit Ordinem sacerdotii, bene potest dici Ordo; sed prout distinguitur contra sacerdotium, dicit dignitatem quamdam vel officium ipsi annexum, et non est proprie nomen Ordinis nec novus character imprimitur nec nova potestas datur, sed potestas data ampliatur. Unde sicut non recipit alias claves, sic nec alium Ordinem. —Et hoc sensit magister Hugo, hoc etiam sensit Magister Sententiarum, sicut patet per id quod dicit in littera, quod non sunt nomina Ordinum, sed dignitatum; hoc etiam tenet communis opinio, quod in episcopatu character novus non imprimitur, sed illi aliqua eminentia confertur, quae semper manet cum ipso charactere Ordinis, ablata omni iurisdictione. Hanc igitur opinionem sustinendo, dicamus quod *episcopatus, praecise loquendo, non est Ordo, sed Ordinis eminentia vel dignitas.*"[3]

[1] *Opera omnia XXX* (ed. S. C. A. Borgnet, Parisiis: Vivès 1894) 81.
[2] *Zöfd.* XIV (1892) 703 sq.
[3] *Opera theologica selecta,* IV: *Liber IV. Sententiarum* (editio minor, Ad Claras Aquas 1949) 620-622. Cf. *Breviloquium,* c. 12, *Tria opuscula ad theologiam spectantia* (ed. 5, Ad Claras Aquas 1938) 242-245.

S. Thomas, O.P. (t 1274), de hac materia tractat praecipue in quadruplici loco, scilicet *Suppi, 3ae partis,* qq. 37, 38, 40 (ex *Comm. in Sent.,* dist. 24 et 25), *C. Gent,* 4. 74-76, Opusculo *De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis,* et Opusculo *De perfectione vitae spiritualis,* c. 26, quos iuverit singillatim examinare, secundum logicum idearum ordinem, ut inde appareat vix cum quibusdam loqui posse de quadam evolutione in doctrina S. Thomae. Quatuor illa opera chronologice eodem ordine se succedunt, nam *Commentarius* exaratus est a. 1254-1256, *C. Gent.* a. 1258-1260 (iuxta Mandonnet) vel a. 1256-1264 (iuxta editores leoninos), Opusculum *De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis* a. 1261—1268 (iuxta Mandonnet) et Opusculum *De perfectione vitae spiritualis* a. 1269 (iuxta eundem).4

Doctrina Supplementi (sive Commentarii):

In Ecclesia sunt tantum *septem Ordines,* accepto Ordine ut sacramento, scilicet sacerdotium, diaconatus, subdiaconatus, acolythatus, exorcistatus, lectoratus et ostiariatus, quorum omnium ratio et numerus accipi debent immediate ex ipsa eorum relatione seu *ordinatione ad sacramentum Eucharistiae:*

Suppi., q. 37, a. 2: "Ordinis sacramentum ad sacramentum Eucharistiae ordinatur, quod est 'sacramentum sacramentorum/ ut Dionysius dicit. Sicut enim templum et altare, et vasa et vestes, ita et ministeria quae ad Eucharistiam ordinantur, consecratione indigent; et haec consecratio est ordinis sacramentum. Et ideo distinctio ordinis est accipienda secundum relationem ad Eucharistiam. Quia potestas ordinis aut est ad consecrationem Eucharistiae ipsius, aut ad aliquod ministerium ordinandum ad hoc. Si primo modo, sic est ordo sacerdotium. . . Cooperatio autem ministrorum est vel in ordine ad ipsum sacramentum [inde distinguuntur diaconus, subdiaconus et acolythus], vel in ordine ad suscipientes [inde distinguuntur exorcista, lector et ostiarius]

Propter hanc principalem ordinationem ad Eucharistiam, *Ordo secundarie ordinatur etiam ad alia sacramenta;* ita ordo sacerdotalis ordinatur principaliter ad consecrationem Eucharistiae, secundarie vero ad absolutionem peccatorum per Poenitentiam, imo generalius ad remissionem peccatorum per tria sacramenta Baptismi, Poenitentiae et Extremae Unctionis, per quam remissionem homo proxime disponitur ad susceptionem Eucharistiae; eiusdem enim agentis est, etiam

Hoc opusculum S. Doctor scripsit ut responsionem ad opusculum Gerardi de Abbatisvilla *Contra adversarium perfectionis Christianae,* in quo recoquebantur calumniae adversus Ordines Mendicantes, paulo ante prolatae a Guilelmo de S. Amore in libello *De periculis novissimorum temporum.

in naturalibus, producere et formam et ipsam proximam dispositionem ad formam.

Suppi., q. 37, a. 2, ad 3: "Ordines ordinantur principaliter ad sacramentum Eucharistiae, ad alia autem per consequens, quia etiam alia sacramenta ab eo quod in [hoc] sacramento continetur, derivantur."

Ibid., a. 4: "Cum consecratio quae fit in ordinis sacramento, ordinetur ad sacramentum Eucharistiae, ut dictum est, ille est principalis actus uniuscuiusque ordinis secundum quem magis proxime ordinatur ad Eucharistiae sacramentum. Et secundum hoc etiam unus ordo est alio eminentior, secundum quod unus actus magis de proximo ad praedictum sacramentum ordinatur. Sed quia ad Eucharistiae sacramentum, quasi dignissimum, multa ordinantur; ideo non est inconveniens ut praeter principalem actum, etiam multos actus unus ordo habeat; et tanto plures quanto est eminentior, quia virtus, quanto est superior, tanto ad plura se extendit."

Ibid., a. 4, ad 1: "Duplex est praeparatio suscipientium sacramentum. Quaedam remota, et haec per ministros efficitur. Quaedam proxima, qua statim efficiuntur idonei ad sacramentorum susceptionem. Et haec pertinet ad sacerdotes. Quia etiam in naturalibus ab eodem agente fit materia in ultima dispositione ad formam, et recipit formam. Et quia in proxima dispositione ad Eucharistiam fit aliquis per hoc quod a peccatis purgatur, ideo omnium sacramentorum quae sunt instituta principaliter ad purgationem peccatorum, est minister proprius sacerdos, scilicet baptismi, poenitentiae et extremae unctionis."

Ibid., q. 40, a. 4: "Sacerdos habet dubs actus: principalem, scilicet consecrare verum corpus Christi; et secundarium, scilicet praeparare populum ad susceptionem huius sacramenti, ut prius dictum est. Quantum autem ad primum actum, actus sacerdotis non dependet ab aliqua superiori potestate nisi divina. Sed quantum ad secundum, dependet ab aliqua superiori potestate et humana. Omnis enim potestas quae non potest exire in actum nisi praesuppositis quibusdam ordinationibus, dependet ab illa potestate quae illas ordinationes facit. Sacerdos autem non potest absolvere et ligare nisi praesupposita praelationis iurisdictione, qua sibi subdantur illi quos absolvit. Potest autem consecrare quamlibet materiam a Christo determinatam; nec aliud requiritur, quantum est de necessitate sacramenti, quamvis ex quadam congruitate praesupponatur actus episcopalis in consecratione altaris vel vestium et huiusmodi. Et ita patet quod oportet esse supra sacerdotalem potestatem episcopalem quantum ad actum secundarium sacerdotis, non quantum ad primum."

Episcopatus non est ordo sacramentalis, nec proinde imprimit characterem, nec ita ullatenus distinguitur a prebyteratu, quia nullam peculiarem dicit ordinationem ad Eucharistiam. *Non tamen est merus gradus iurisdictionis* sed ordo non sacramentalis, sive hierarchicus, qui ordinatur ad corpus mysticum Christi et quo confertur superior potestas respectu quorumdam sacramentorum. Haec potestas, utpote non ordinata directe ad Corpus Christi Eucharisticum, sed ad corpus mysticum, *non habet rationem characteris;* attamen, quamvis non sit character, datur per consecrationem et indelebiliter manet, sicut ipse character.

Suppi., q. 40, a. 5, corp. et ad 2–3: "Ordo potest accipi dupliciter. Uno modo, *secundum quod est sacramentum*. Et sic, ut prius dictum est, ordinatur omnis ordo ad Eucharistiae sacramentum. Unde cum episcopus non habeat potestatem superiorem sacerdote *quantum ad hoc, episcopatus non erit ordo.* Alio modo potest considerari ordo secundum quod est officium quoddam respectu quarundam actionum sacrarum. Et sic cum episcopus habeat potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici supra sacerdotem, episcopatus erit ordo. . . Ordo, prout est sacramentum imprimens characterem, ordinatur specialiter ad sacramentum Eucharistiae, in quo ipse Christus continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur. Et ideo licet detur aliqua potestas spiritualis episcopo in sui promotione respectu aliquorum sacramentorum, *non tamen illa potestas habet rationem characteris.* Et propter hoc episcopatus non est ordo, secundum quod ordo est sacramentum quoddam... *Potestas episcopalis non est tantum iurisdictionis, sed etiam ordinis,* ut ex dictis patet, secundum quod ordo communiter accipitur."

Ibid., q. 37, a. 2, ad 1: "Dionysius [distinguens tres ordines diae., presb. et episc., iuxta tres actus: 'purgare, illuminare et perficere'] loquitur de ordinibus, non secundum quod sunt sacramenta, sed secundum quod ad hierarchicas actiones ordinantur. Et ideo secundum illas tres ordines distinguit. Quorum primus habet omnes tres, scilicet episcopus; secundus habet duas, scilicet sacerdos; sed tertius habet unam, scilicet purgare, scilicet diaconus, qui minister dicitur, et sub hoc omnes inferiores ordines comprehenduntur. Sed ordines habent quod sint sacramenta ex relatione ad maximum sacramentorum. Et ideo secundum hoc debet numerus ordinum accipi."

Ibid., q. 38, a. 2, ad 2: "In promotione episcopi datur sibi potestas quae perpetuo manet in eo, quamvis dici non possit character, quia per eam non ordinatur homo directe ad Deum, sed ad corpus Christi mysticum. Et tamen *indelebiliter manet, sicut character,* et per consecrationem datur."

Talis potestas ordinis non sacramentalis, quae competit episcopo, est altior potestas socialis ordinis, qua ipsa potestas sacramentalis regitur. Quo sensu episcopus altiori ac perfectiori modo participat ac repraesentat Christum inquantum est fons et exemplar ecclesiasticae hierarchiae. Unde ex hoc quod presbyter possit conficere Eucharistiam, quae est maximum sacramentum, non sequitur quod possit, sicut episcopus, facere quidquid respicit mysticum corpus Christi, uti conferre sacramentum Ordinis, nam hoc pertinet ad *potestatem diversi atque altioris generis,* quae respicit hierarchicam constitutionem ac regulationem Ecclesiae. Dum potestas presbyteri exceditur a potestate episcopi tanquam a potestate alterius generis, haec ipsa episcopalis potestas exceditur a potestate Papae tanquam a potestate eiusdem generis, seu hierarchici ac pontificalis ordinis.

Suppi., q. 38, a. 1: "Potestas episcopalis habet se ad potestatem ordinum inferiorum sicut politica, quae coniectat bonum commune, ad inferiores artes et virtutes, quae coniectant aliquod bonum speciale, ut ex dictis patet. Politica autem, ut dicitur in I *Ethic.,* ponit legem inferioribus artibus, scilicet quis quam debeat exercere, et quantum et qualiter. Et ideo ad episcopum pertinet in omnibus divinis ministeriis alios collocare. Unde ipse solus confirmat, quia confirmati in quodam officio confitendi fidem constituuntur. Ideo etiam solus ipse virgines benedicit, quae figuram gerunt Ecclesiae Christo desponsatae, cuius cura ipsi principaliter committitur. Ipse etiam in ministeriis ordinum ordinandos consecrat, et vasa quibus debent uti eis determinat sua consecratione, sicut et officia saecularia in civitatibus distribuuntur ab eo qui habet excellentiorem potestatem, sicut a rege."

Ibid., q. 40, a. 4, ad 3: "Sicut omnium rerum naturalium perfectiones praeexistunt exemplariter in Deo, ita Christus fuit exemplar omnium officiorum ecclesiasticorum. Unde unusquisque minister Ecclesiae quantum ad aliquid gerit typum Christi . . . ; et tamen ille est superior qui secundum maiorem perfectionem Christum repraesentat. Sacerdos autem repraesentat Christum in hoc quod per seipsum aliquod ministerium implevit; sed episcopus in hoc quod alios ministros instituit et Ecclesiam fundavit. Unde ad episcopum pertinet mancipare aliquid divinis officiis, quasi cultum divinum ad similitudinem Christi statuens. Et propter hoc etiam episcopus specialiter sponsus dicitur ecclesiae, sicut et Christus."

Ibid., corp., supra cit., in p. 130.

Ibid., q. 38, a. 1, ad 4: "Quamvis sacramentum Eucharistiae sit maximum sacramentum in se, tamen non collocat in aliquo officio,

sicut ordinis sacramentum. Et ideo non est similis ratio [seu ex eo quod presbyter consecret, non sequitur quod ordinare possit]."

Ibid,, q, 40, a. 6, ad 3: "Potestas sacerdotis exceditur a potestate episcopi quasi a *potestate alterius generis.* Sed potestas episcopi exceditur a potestate Papae quasi a potestate eiusdem generis. Et ideo omnem actum hierarchicum quem potest facere Papa in ministratione sacramentorum, potest facere episcopus; non autem omnem actum quem potest facere episcopus, potest facere sacerdos in sacramentorum collatione. Et ideo quantum ad ea quae sunt episcopalis ordinis, omnes episcopi sunt aequales. Et propter hoc quilibet alium potest consecrare."

Ibid., q. 38, a. 1, ad 3: "Papa, qui habet plenitudinem potestatis pontificalis, potest committere non episcopo ea quae ad episcopalem dignitatem pertinent, dummodo illa non habeant immediatam relationem ad verum corpus Christi. Et ideo ex eius commissione aliquis sacerdos simplex potest conferre minores ordines et confirmare, non autem aliquis non sacerdos. Nec iterum sacerdos maiores ordines, qui habent immediatam relationem ad corpus Christi, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem quam simplex sacerdos." Idem extensius exponitur a S. Doctore in *Comm. in Sent.,* l. 4, dist. 7, q. 3, a. 1, q. 3; brevius vero in 3 p., q. 72, a. 11, ad 1.

Doctrina C. Gent. 4. 74—76:

In c. 74 S. Doctor ait quod, cum in quinque sacramentis de quibus praecedenter locutus est (cc. 59-73) quaeque respiciunt individualem sanctificationem subiecti (scilicet Bapt., Confirm., Euch., Poenit. et Extr.-Unct.), gratia conferatur sub signo sensibili, oportet ut ipsa sacramenta dispensentur per visibilem ministrum habentem spiritualem potestatem. Haec vicissim ipsa spiritualis potestas oportet ut sub sensibilibus signis tradatur, adeoque per aliquod sacramentum, nam "quandocumque ... aliquid spirituale sub signo corporali traditur hoc dicitur sacramentum." *Potestas autem Ordinis praecipue ordinatur ad Eucharistiam* et per comparationem ad hoc sacramentum principaliter consideranda est: "Quia [enim] . . . potestas Ordinis ad dispensationem sacramentorum ordinatur, inter sacramenta autem nobilissimum et consummativum aliorum est Eucharistiae sacramentum . . . , oportet quod potestas Ordinis consideretur praecipue secundum comparationem ad hoc sacramentum; nam 'unumquodque denominatur a fine' [2 *de Anima* 4]." Cum autem eiusdem agentis sit producere sive formam sive proximam dispositionem ad formam, potestas Ordinis quae principaliter ordinatur ad Eucharistiam, ordinatur secundarie etiam ad ea sacramenta quae ad Eucharistiae suscep-

tionem disponunt per remissionem peccatorum, scilicet Baptismum et Poenitentiam (cui accedit Extrema-Unctio).

In cap. 75, S. Doctor transiens ad distinctionem et numerum Ordinum, ait: "Potestas quae ordinatur ad aliquem principalem effectum, nata est habere sub se inferiores potestates sibi deservientes. Quod manifeste in artibus apparet. . . Quia igitur potestas Ordinis principaliter ordinatur ad Corpus Christi consecrandum et fidelibus dispensandum, et ad fideles a peccatis purgandos, oportet esse aliquem principalem ordinem, cuius potestas ad hoc principaliter se extendat, et hic est ordo sacerdotalis; alios autem qui eidem serviant aliqualiter materiam disponendo, et hi sunt ordines ministrantium." Nominantur sex consueti ordines ministrorum. Inde septem ordines, *tacito prorsus episcopatu.*

In cap. 76: S. Doctor tandem separatim aggreditur quaestionem de potestate episcopali, tamquam de aliqua re distincta ab ipsis ordinibus, sed ad ordines tamen ordinata ut eorum causa ministeriali; quam quidem apellat *"superiorem potestatem alicuius ditioris ministerii,"* quae qua parte respicit corpus mysticum, excedit simplicis presbyteri potestatem, tamquam summa fidelium regiminis. "Quia vero omnium horum ordinum collatio cum quodam sacramento perficitur, ut dictum est [c. 74], sacramenta vero Ecclesiae sunt per aliquos ministros Ecclesiae dispensanda, necesse est aliquam superiorem potestatem esse in Ecclesia alicuius altioris ministerii, quae Ordinis sacramentum dispenset. Et haec est episcopalis potestas, quae, etsi quidem quantum ad consecrationem corporis Christi non excedat sacerdotis potestatem, excedit tamen eam in his quae pertinent ad fideles. Nam et ipsa sacerdotalis potestas ab episcopali derivatur, et quidquid arduum circa populum fidelem est agendum episcopis reservatur, quorum auctoritate etiam sacerdotes possunt hoc quod eis egendum committitur. Unde et in his quae sacerdotes agunt, utuntur rebus per episcopum consecratis: ut in Eucharistiae consecratione utuntur consecratis per episcopum calice, altari et pallis. Sic igitur manifestum est quod summa regiminis fidelis populi ad episcopalem pertinet dignitatem."

Doctrina Opusculi de articulis fidei et Ecclesiae sacramentis: Sacramentum Ordinis dividitur in septem ordines, ab ostiariatu ad presbyteratum inclusive; a propria ratione Ordinis excluditur tum tonsura, quae non est ordo sed quaedam professio vitae, tum *episcopatus qui est magis dignitas quam ordo:* "Sextum est sacramentum Ordinis. Sunt autem septem ordines: scilicet presbyteratus, diaconatus, sub-

diaconatus, acolytatus, exorcistae, lectoris et ostiarii. Clericatus autem non est ordo, sed quaedam professio vitae dantium se divino ministerio. Episcopatus autem magis est dignitas quam ordo. . . Contra hoc sacramentum fuit error Arii, qui dicebat presbyterum ab episcopo non deberi secerni."

Doctrina Opusculi de perfectione vitae spiritualis: Episcopatus *non consistit in sola iurisdictione, sed in aliquo ordine* sive potestate ordinis, non quidem relate ad Corpus Christi verum seu Eucharisticum, sed relate ad corpus mysticum; quod quidem patet dupliciter: sive nempe ex eo quod episcopus plura quae facit non potest alteri committere, ut ordinare et confirmare, sive quia talis potestas iugiter remanet, sicut potestas aliorum ordinum; quae duo non conveniunt potestati iurisdictionis. S. Doctor hanc adversarii obiectionem proponit: "Episcopatus . . . non est novus ordo, sed gradus in ordine, alioquin essent plures ordines quam septem" (c. 23, circa finem). Respondet autem: "Quod vero quarto proponitur quod episcopatus non est ordo, hoc manifeste continet falsitatem, si absolute intelligatur. Expresse enim dicit Dionysius esse tres ordines hierarchiae, scilicet episcoporum, presbyterorum et diaconorum, et xxi dist., cap. *Cleros,* habetur quod ordo episcoporum quadripartitus est. Habet enim ordinem episcopus per comparationem ad corpus Christi mysticum, quod est Ecclesia, super quam principalem accipit curam et quasi regalem. Sed quantum ad Corpus Christi verum, quod in sacramento continetur, non habet ordinem supra presbyterum. *Quod autem habeat aliquem ordinem et non iurisdictionem solam,* sicut archidiaconus vel curatus presbyter, patet ex hoc quod episcopus potest multa facere quae non potest committere, sicut confirmare, ordinare et consecrare basilicas, et huiusmodi, quae vero iurisdictionis sunt, potest aliis committere. Idem etiam patet ex hoc quod si episcopus depositus restituatur, non iterum consecratur tamquam potestate ordinis remanente, sicut et in aliis contingit ordinibus" (c. 26, circa finem).

Itaque in quatuor his locis eadem est S. Doctoris doctrina,[5] quamvis in primo loco magis explicite ac signate proponatur. Scilicet: septem tantum sunt ordines sacramentales, ab ostiario nempe ad presbyterum, quia hi omnes et soli immediate referuntur ad Eucharistiam, ad quam ordinatur sacramentum Ordinis; episcopatus non est ordo sacramentalis, quia non immediate refertur ad Eucharistiam (hoc explicite

'Eius mentem ostendunt etiam alii loci, ubi potestas episcopalis uno vel alio modo tangitur, uti *Quodlib.* 3, a. 17, ad 15; Opuse. *Contra impugnantes Dei cultum et religionem,* c. 4, in priori parte et circa finem; i.e., § Item Dionysius dicit, et § Ad illud quod postea obicitur, quod monachus (ed. Spiazzi, pp. 26, 36); *In 4 Sent.,* dist. 7, q. 3, a. 1, q. 3; 3 p., q. 82, a. 1, ad 4; a. 8, c. et ad 2.

dicitur in primo loco, aequivalenter in tribus aliis); non est tamen merus gradus iurisdictionis *{Suppi.,* q. 40, a. 5, ad 3; Opusc. *De perfectione),* sed verus aliquis ordo, accepto ordine in latiori sensu quam sacramentali, prout nempe refertur etiam ad corpus mysticum et importat officium sive potestatem respectu quarumdam actionum sacrarum (hoc significatur in tribus locis); potestas episcopalis non est character (hoc dicitur in solo primo loco, in aliis vero S. Thomas characterem nequidem nominat, etiam cum in *C. Gent.* sermonem facit tam de Ordine in genere quam de septem ordinibus), sed est quaedam potestas hierarchica circa corpus mysticum *{Suppi.,* q. 40, a. 5), quaedam *"principalis et quasi regalis cura"* super Ecclesiam (Opusc. *De perfectione),** quaedam *"potestas alterius generis"* a potestate sacerdotali eamque excedens *{Suppi.,* q. 40, a. 6, ad 3), quaedam *"superior potestas alicuius altioris ministerii"* excedens, quoad ea quae sunt corporis mystici, potestatem sacerdotalem quae ab ipsa derivatur *{C. Gent.* 4. 76); est autem potestas indelebilis, non secus ac ipse character sacramentalis in aliis ordinibus *{Suppi.,* q. 38, a. 2, ad 2; Opusc. *De perfectione).*

Quidam moderni, nominatim *Journet, Bouëssé et Lécuyer,* concedunt S. Thomam in priori loco *{Suppl,* sive *Comm. in Sent.)* negare sacramentalitatem episcopatus, modo nuper explicato, sed in secundo et quarto loco *{C. Gent. et Opusc. de perfectione),* necnon in quibusdam aliis textibus, praecipue *Summae Theologicae,* vident quandam doctrinae evolutionem quae sufficienter ostendat S. Doctorem saltem probabiliter eam sacramentalitatem admisisse (inclusa impressione characteris, ut opinatur Journet, ea tamen exclusa, ut vult Bouëssé).

JOURNET: "Est-ce la position définitive de saint Thomas [celle qui est proposée dans son *Commentaire sur les Sentences'] ?* Va-t-il maintenir cette scission du pouvoir d'ordre en deux pouvoirs, tous deux conférés par une consécration non réitérable, tous deux indélébiles, l'un sacramentel du fait qu'il est ordonné au corps vrai du Christ, l'autre non sacramentel du fait qu'il est ordonné au corps mystique du Christ? Ce n'est pas sûr. Voici du moins comment nous croyons pouvoir l'interpréter. . ." Expositis textibus *C. Gent.* 4. 74 et 3 p., q. 63, asserit quod in hoc secundo loco "le caractère sacramentel de l'ordre est partout défini comme le pouvoir de dispenser les sacrements; il n'est nulle part restreint au pouvoir de consacrer l'eucharistie." Inde concludit: "Conformément à ces dernières vues, on dira que le pouvoir des évêques est une extension du pouvoir sacramentel d'ordre, du caractère sacramentel de l'ordre. L'acte suprême du pouvoir d'ordre concerne le corps vrai du Christ; son acte secondaire concerne le corps mystique du Christ. Le pouvoir des évêques est donc supérieur à celui des prêtres, non pas intensivement, par rapport au Christ sacramenté,

•In 3 p., q. 82, a. 1, ad 4, S. Doctor ait: "Episcopus accipit potestatem ut agat in persona Christi supra corpus eius mysticum . . . tamquam princeps totius ecclesiastici ordinis."

mais extensivement, par rapport au Christ mystique. Plus immédiatement encore que les pouvoirs de baptiser ou d'absoudre, qui disposent le peuple à recevoir l'eucharistie, le pouvoir de consacrer les prêtres destinés à perpétuer l'eucharistie elle-même, relève du pouvoir sacramentel d'ordre, du caractère d'ordre" *{art. cit.* [supra, in p. 116] 88 sq.).

BOUËSSÉ: "Il est hors de doute que le *Contra Gentiles* présente l'épiscopat dans une perspective nettement sacramentelle. . . [Citât c. 76, supra tel.] Si le presbytérat dérive de l'épiscopat, si le simple prêtre tient de l'évêque le pouvoir d'accomplir ce qui lui est donné à faire, et en premier lieu la confection du Corps du Christ, c'est que l'évêque jouit d'un ministère plus élevé. Et comme les ministères dans l'Eglise sont conférés par quelque sacrement, il faut ranger la consécration épiscopale dans l'ordre sacramentel: le plus ne sort pas du moins. . . . J'incline à penser que l'on confond souvent deux choses dans l'enseignement de saint Thomas sur l'épiscopat: l'épiscopat ne dit aucune supériorité sur le presbytérat par rapport à la confection de l'Eucharistie; il n'occupe pas à ce point de vue un ordre ou rang supérieur; il ne comprend de ce chef aucun caractère nouveau ou supérieur au caractère presbytéral, et en ce sens il n'est pas un ordre sacramentel supérieur au presbytérat. Saint Thomas là-dessus n'a jamais varié. Mais il n'a jamais pour autant nié que l'épiscopat comptât un pouvoir et une grâce d'ordre sacramentel, ni en termes d'aujourd'hui qu'il fût un sacrement" *{art. cit.* [supra, in p. 115] 380, 384 sq.).

LÉCUYER: "On comprendra . . . pourquoi saint Thomas, du moins dans ses premiers écrits [i.e. in *Commentario* sive *Supplemento],* ait refusé de considérer ¡'épiscopat comme un ordre au sens strict au-dessus du presbytérat: disons qu'il ne pouvait guère avoir une autre position sans s'inscrire contre une tradition quasi unanime des auteurs familiers aux théologiens d'Occident, et en particulier sans désavouer l'auteur dont il commentait le Livre des Sentences, Pierre Lombard. Que, plus tard, une connaissance plus approfondie des sources traditionnelles l'ait conduit à reviser sa première position, Ü n'y a rien là qui puisse nous étonner. Nous voudrions montrer dans notre conclusion que cette évolution était normale et que de nombreux signes nous indiquent que saint Thomas l'a faite. . .

"Saint Thomas ne dut pas tarder à se rendre compte qu'il se trouvait là devant une pseudo-tradition qui ne se fondait en fait que sur quelques rares textes indéfiniment répétés. Le contact, en particulier, avec le Pseudo-Denys, dont il commente le *De Divinis Nominibus* aux environs de 1260, lui fera comprendre qu'il existe une tradition toute différente, bien plus solide et plus universelle, qui voit dans l'épiscopat un ordre au sens strict, conférant une grâce sacramentelle et un caractère. Sans doute il ne peut pas connaître les nombreux représentants orientaux de cette tradition, mais à travers l'autorité, pour lui considérable, du Ps. Denys, il entre de fait en contact avec la théologie grecque de l'épiscopat. De plus, il ne manquait pas, parmi les latins eux-mêmes, au 13e siècle, de défenseurs de la sacramentalité: Guillaume d'Auxerre, Maître Simon et son groupe, etc. La célèbre *Glossa Ordinaria* lui enseignera de même que la consécration épiscopale confère une grâce nouvelle.

"En tout cas, dès son *Commentaire à l'Epître aux Ephésiens* (entre 1259 et 1265), saint Thomas affirmera que l'épiscopat est un ordre distinct du presbytérat, et qu'il en fut ainsi dès l'origine, bien que les noms aient été d'abord communs. Plus clairement encore, vers le même temps, les commentaires aux Epîtres à Timothée enseignent qu'une grâce a été conférée à Timothée par la consécration épiscopale. . . Quelques années plus tard, en 1269, nous aurons un véritable traité de l'épiscopat dans l'Opuscule *De Perfectione vitae spiritualis:* résumons les passages essentiel des chapitres 23 et 24 [Citât c. 23]. . . Le chapitre 24 à nouveau affirme que l'épiscopat est un ordre: toute cette page mérite d'être citée [Citât

c. 24]. . . Dans cette page nous obtenons quelques précisions nouvelles: a) L'épiscopat n'est pas un ordre à part si on le considère dans sa relation à l'Eucharistie; b) Il l'est par rapport au Corps Mystique, et il confère 'principalem curam et quasi regalem'; c) Ce n'est pas une simple juridiction, mais un vrai pouvoir d'ordre qui distingue l'évêque du prêtre; d) ü reçoit de plus un caractère, qui rend la consécration épiscopale non-réitérable; c'est du moins ce qui nous semble ressortir des dernières lignes citées. La deuxième partie de la Somme Théologique (vers 1271–1272) reproduit l'essentiel de cet enseignement [2-2, q. 184, a. 6, ad 1]. . . De nouveau, saint Thomas accepte de parler de la 'grâce épiscopale,' à la suite de la *Glossa Ordinaria* d'Anselme de Laon (ibid. a. 5). Cet enseignement se trouve jusque dans les derniers articles de la Somme (q. 67, a. 2; q. 82, a. 1 et 3). . .

"Ainsi saint Thomas, réagissant, comme il l'a fait tant de fois contre des positions apparemment établies, revient nettement, appuyé sur une documentation de plus en plus abondante, à l'enseignement véritablement traditionnel. Nous ne pouvons qu'admirer cette fidélité qui n'a pas été imitée par tous ses successeurs, et nous rallier à ses conclusions, confirmées à nouveau de nos jours par la Constitution Apostolique *Sacrorum Ordimim* du 30 Novembre 1947."[7]

Zubizarreta singulariter ac ingenue putat S. Thomam etîam in *Supplemento* (sive *Commentario}* docere sacramentalitatem episcopatus: "Plures dicunt Angelicum Doctorem adhaesisse sententiae negativae in verbis quae attulimus ex *Supplemento,* q. 40, a. 5, sed perperam puto S. Thomam pro hac sententia citari. Solum affirmat S. Doctor episcopatum non esse ordinem et sacramentum prout ordinatur ad eucharistiae sacramentum."[8] Generatim alii, sive inter extraneos sive inter paucos thomistas a communi suae scholae sententia recedentes, qui patrocinium S. Thomae amittere aegre ferunt, contenti sunt affirmare evolutionem mentis S. Doctoris ac provocant praecipue ad praefatum *Opusculum*. Ita iam *V. Contenson,* O.P. (fl674): "Eandem doctrinam [de sacramentante episcopatus] tradunt . . . e scholasticis Altissiodorensis, Maior, Eckius, Scotus, etc., imo et D. Thomas, qui quamvis in 4. Sent, docuerit episcopatum non esse ordinem, senior tamen factus sententiam mutavit; nam in opuscolo de perfectione vitae, cap. 24, haec habet. . ."[9] Quem citat et sequitur *Cappello,* S.J., scribens: "Quamvis S. Doctor (in IV Sent., D. 24, q. 3, art. 2) opinionem contrariam fuerit secutus vel, ut aliis placet, visus fuerit eidem favere, postea tamen certe vel sententiam mutavit vel mentem suam clarius significavit."[10] Magis indeterminate et ambigue *Seiterich* et *Congar* dicunt in principiis speculativis S. Thomae quaedam inveniri quae implicare possunt sacramentalitatem episcopatus (cf. infra, p. 169).

[7] **"Aux origines de la théologie thomiste de l'épiscopat," *Gregorianum XXXV* (1954) 83-86.**

[8] ***Theologia dogmatica scholastica* IV (ed. 3, Bilbao 1939) 393.**

[9] ***Theologia mentis et cordis,* l. 10, p. 4, diss. 2, c. 1.**

[10] ***Tractatus canonico moralis de sacramentis,* IV: *De sacra ordinatione* (ed. 3, Taurini 1951) 31.**

Attamen, quamvis negatio sacramentalitatis episcopatus magis explicite in priori loco a S. Thoma proponatur, ut supra concessum est, non videtur unde eius subsequens evolutio in contrarium sensum legitime deduci possit, nec solitariae quaedam expressiones praefatorum aut aliorum locorum infringere valent obvium sensum et logicam unitatem doctrinae Angelici de essentiali habitudine sacramenti Ordinis ad consecrationem Eucharistiae et de hierarchica nec sacramentali distinctione inter presbyteratum et episcopatum. En praecipuae expressiones ad quas recurrunt praefati aliique auctores:11

Opusc. de perfectione vitae spiritualis: "Quod vero quarto proponitur quod episcopatus non est ordo hoc manifeste continet falsitatem, si absolute intelligatur. . . Si episcopus depositus restituatur, non iterum consecratur tamquam potestate Ordinis remanente, sicut et in aliis contingit ordinibus." Manifesta ratio falsitatis quam S. Thomas reprehendit in adversarii assertione quod episcopatus non sit ordo, et praecipue assimilatio ordinis episcopatus cum aliis ordinibus in impressione indelebilis potestatis, suggerunt episcopatus sacramentalitatem (ita *Lécuyer,* ad mentem).

Attamen, huiusmodi illatio inepta videtur. Nam ex una parte S. Thomas non simpliciter reicit adversarii negationem, sed tantum in sensu absoluto ("si absolute intelligatur") quo negetur episcopatum esse ordinem sive sacramentalem sive non sacramentalem et episcopalis potestas reducatur ad meram iurisdictionem; ex alia vero parte S. Thomas assimilât episcopatum aliis ordinibus non simpliciter, sed sub ratione indelebilitatis potestatis, quam non dicit esse characterem. Horum utrumque S. Doctor pariter docet in priori loco *Supplementi* sive *Commentarii.* Unde inepte *Zubizarreta* (nuper relatus, in p. 138) ait S. Thomam in hoc loco "clarius et disertius" docere sacramentalitatem episcopatus, "imo [episcopatum] . . . characterem imprimere," et prorsus festinanter *Lécuyer* hanc interpretationem textus S. Thomae proponit: "[L'évêque] reçoit de plus un caractère, qui rend la consécration épiscopale non-réiterable; c'est du moins ce qui nous semble ressortir des dernières lignes citées" (cit. supra, in p. 138).

C. Gent. 4. 74: "Quandocumque aliquid spirituale sub signo corporali traditur, hoc dicitur sacramentum. Manifestum est igitur quod

"Genuinam ac immutatam S. Thomae sententiam, eiusque distinctionem ab indebitis interpretationibus, imo corruptionibus, plurium posteriorum ac praecipue modernorum thomistarum, aptissime exponit Bonetti, *art. cit.* [in p. 114] 136-145. Cf. etiam A. Panquera, *De ordinis potestate sacramentali et extrasacramentali secundam sanctum Thomam* [typis dactylographias], Romae, apud Athanaeum "Angelicum," 1957, et R. Tremblay, "Problèmes du sacerdoce et de l'ordre," *Angelicum XXXV* (1958) 197-201.

in collatione spiritualis potestatis quoddam sacramentum peragitur, quod dicitur Ordinis sacramentum." Inde concluditur consecrationem episcopalem esse sacramentum, cum in ea tradatur potestas spiritualis per signum corporale (ita *Journet,* ad mentem).

Attamen, imprimis si illud principium sic et simpliciter in tota sua amplitudine premeretur, sequeretur etiam Papatum esse sacramentum, cum sit spiritualis eaque suprema potestas, quae confertur per signum visibile, seu per visibilem electionem; nec sufficiens discrimen assignaretur dicendo hanc electionem esse meram conditionem, non causam, papalis potestatis, praecipue in systemate moralis causalitatis sacramentorum quae reapse ad conditionalem causalitatem reducitur. Secundo, S. Thomas immediate post illa verba dicit potestatem, quae traditur per sacramentum Ordinis, esse accipiendam per comparationem ad Eucharistiam, subinde in c. 75 dividit sacramentum Ordinis in septem ordines, omisso episcopatu, ac tandem in c. 76 inducit distinctam potestatem episcopalem, aiens hanc, qua parte refertur ad Eucharistiam, non excedere seu non distingui a potestate simplicis sacerdotis, qua parte vero refertur ad corpus mysticum esse "potestatem alicuius altioris ministerii," per quam ipsum sacramentum Ordinis conficitur; cum igitur haec potestas secundum se et praecisive sumpta, non inveniatur in ullo gradu sacramenti Ordinis, sed sit altioris cuiusdam ministerii, vel ipsa non est secundum se sacramentalis, vel secus pertinet ad aliud sacramentum supra Ordinem, quod esset octavum quoddam sacramentum Ecclesiae quodque alienum est a mente S. Thomae et totius Traditionis. Tertio, ad rectam intelligentiam tum praefati argumenti tum totius doctrinae S. Thomae in hac re, potestas episcopalis, quatenus excedit presbyteralem, consideranda est non ut aliquod totum, sed ut extensio potestatis Ordinis quae est sacramentalis ratione suae habitudinis ad Eucharistiam; si enim potestas episcopalis esset aliquod totum, seu aliqua potestas totalis ac per se stans, bene curreret praefatum argumentum ac sequeretur consecrationem episcopalem esse sacramentum; cum autem sit tantum aliqua extensio, utut superioris alicuius generis, supradictae potestatis relate ad Corpus Christi Eucharisticum quae exigit complementum potestatis relate ad corporus mysticum, non sequitur ipsam per sacramentum conferri sed tantum per aliquem ritum qui sit extensivus sacramenti, ac pro tanto solummodo praesuppositive ac extensive sacramentalis.

C. Gent. 4. 74: "Potestas [sacramenti] Ordinis ad dispensationem sacramentorum ordinatur." Ergo ordinatur etiam ad dispensationem ipsius sacramenti Ordinis, adeoque potestas episcopalis, quae hoc

sacramentum dispensat, est potestas sacramenti Ordinis seu per hoc sacramentum confertur (ita *Journet,* ad mentem).

Attamen, S. Doctor immediate postea significat potestatem sacramenti Ordinis directe respicere solam Eucharistiam nec nisi consequenter respicere alia sacramenta ob eorum dispositivam habitudinem ad Eucharistiam; nec ceteroquin inter haec refert ipsum Ordinem, sed nominat sola sacramenta remissiva peccatorum. Cum vero subinde in c. 76 considerat collationem ipsius sacramenti Ordinis per episcopum, nequaquam dicit eam fieri per potestatem sacramenti Ordinis sed per "aliquam superiorem potestatem alicuius altioris ministerii." Unde iuxta S. Thomam sacramentalis potestas, collata per sacramentum Ordinis, ordinatur ad ministranda sacramenta, non tamen ad ministrandum ipsum sacramentum Ordinis, quod ministratur per potestatem alterius generis, quae proinde, quamvis sit potestas Ordinis, non est tamen potestas Ordinis sacramenti, seu potestas sacramentalis.

C. Gent. 4. 74: "Eiusdem . . . virtutis esse videtur aliquam perfectionem tribuere et ad susceptionem illius materiam praeparare. . . Cum igitur potestas ordinis ad hoc se extendat ut sacramentum corporis Christi conficiat et fidelibus tradat, oportet quod eadem potestas ad hoc se extendat quod fideles aptos reddat et congruos ad huius sacramenti susceptionem." Aliis verbis eadem potestas sacramentalis quae directe ordinatur ad Corpus Christi Eucharisticum, ordinatur indirecte etiam ad corpus mysticum. Posito hoc principio (ait *Journet),* non amplius distingui potest in episcopo duplex potestas, alia sacramentalis, quae referatur ad Corpus Christi Eucharisticum, et alia non sacramentalis, quae referatur ad corpus mysticum.

Attamen, ut dictum est, S. Thomas ibi loquitur de solis sacramentis remissionis peccatorum ad quae dicit sese extendere potestatem sacramentalem Ordinis, cum vero posterius in c. 76 loquitur de collatione ipsius sacramenti Ordinis per episcopum, non amplius appellat ad sacramentalem potestatem Ordinis sed ad potestatem diversi generis et altioris ministerii. Ceterum, idem prorsus argumentum a S. Doctore affertur in *Suppi,* q. 37, a. 2, ad 3; a. 4, corp. et ad 1; q. 40, a. 4, (supra cit., p. 130), ubi nemo ambigit ipsum clare negare episcopatum esse ordinem sacramentalem. Notandum est potestatem circa corpus mysticum duplicem esse: aliam nempe quae ordinatur ad conficienda sacramenta, proprie ac immediate disponentia subiectum ad susceptionem Eucharistiae, et haec est sacramentalis ac confertur presbytero in sacramento Ordinis, et aliam quae ordinatur ad alias actiones hierarchicas, utut sacramentales, uti ipsam collationem sacramenti Ordinis, et haec non est sacramentalis, seu effectus sacramenti Ordinis,

ac confertur soli episcopo per hierarchicam consecrationem, qua constituitur princeps totius ecclesiastici ordinis. Quam distinctionem esse de mente S. Thomae eruitur ex collatione nuper citati textus *C. Geni.* 4. 74 cum sequentibus verbis 3 p., q. 82, a. 1, ad 4: "Episcopus accipit potestatem ut agat in persona Christi supra corpus eius mysticum, idest super Ecclesiam; quam quidem potestatem non accipit sacerdos in sua consecratione, licet possit eam habere ex episcopi commissione. Et ideo ea quae non pertinent ad dispositionem corporis mystici non reservantur episcopo, sicut consecratio huius sacramenti [Eucharistiae]. Ad episcopum vero pertinet tradere non solum populo, sed etiam sacerdotibus, ea ex quibus possunt propriis officiis uti. Et quia benedictio chrismatis et olei sancti et olei infirmorum et aliorum quae consecrantur, puta altaris, ecclesiae, vestium et vasorum, praestat quamdam idoneitatem ad sacramenta perficienda quae pertinent ad officium sacerdotis, ideo tales consecrationes episcopo reservantur, tamquam principi totius ecclesiastici ordinis."

C. Gent. 4. 76: "Omnium horum ordinum collatio cum quodam sacramento perficitur. . . Ipsa sacerdotalis potestas ab episcopali derivatur." Ergo (concludit *Bouessé)* potestas episcopalis quae tale sacramentum et talem potestatem producit, est et ipsa sacramentalis, cum minus non possit producere maius.

Attamen, S. Thomas ex eo principio nequaquam concludit potestatem, qua confertur sacramentum Ordinis et potestas sacerdotalis, esse sacramentalem, sed tantum eam esse "aliquam superiorem potestatem alicuius altioris ministerii," quasi appellando ad causam aequivocam altioris ordinis; ceterum quod ea non sit sacramentalis S. Doctor satis clare significat in praecedenti c. 75, ubi episcopatum inter sacramentales ordines non refert. Ceterum, notandum est ministrum in sacramentis conficiendis se habere ut merum instrumentum, agens virtute Dei principalis causae, unde non oportet quod ipse possideat characterem quem per sacramentum confert, ut patet de laico baptizante; quod si in ministro Ordinis convenienter exigatur ut ipse habeat aliquam hierarchicam dignitatem sive potestatem, non est necesse ut ea sit eiusdem generis ac potestas quam per· sacramentum communicat, scilicet sacramentalis ac characteristica, tum quia iterum ipse manet merum instrumentum (3 p., q. 82, a. 8, ad 2: "Episcopus non dat potestatem sacerdotalis ordinis propria virtute, sed instrumentaliter, sicut minister Dei"), tum quia aliunde potest habere, ac revera habet, potestatem alicuius altioris ordinis, utut non sacramentalis.

3 p., q. 65, a. 1: "Perficitur . . . homo in ordine ad totam communi-

tatem . . . per hoc quod accipit potestatem regendi multitudinem et exercendi actus publicos. Et loco huius in spirituali vita est sacramentum Ordinis, secundum illud *Hebr.* 7. 27, quod sacerdotes hostias offerunt non solum pro se, sed etiam pro populo." lamvero regere multitudinem et exercere actus publicos pertinet etiam, imo praecipue, ad episcopum. Ergo etiam, imo praecipue, episcopatus pertinet ad sacramentum Ordinis (ita *Bouess&,* ad mentem).

Attamen, illud multitudinis regimen et illud actuum publicorum exercitium S. Doctor explicite reducit ad oblationem sacrificii seu ad sacramentum Eucharistiae, in quo, ut ait ibidem, a. 3, ad 1, "bonum commune spirituale totius Ecclesiae continetur substantialiter" et ad quod "omnia alia sacramenta ordinari videntur ... sicut ad finem," ut ait in corpore eiusdem articuli. lamvero episcopatus, prout distinguitur a presbyteratu, non refertur proprie et immediate ad Eucharistiam, adeoque non pertinet secundum se ad sacramentum Ordinis, quo sacramentaliter sive eucharistice regitur ecclesiastica multitudo. Ceterum, omnis alia hierarchica functio ministrorum Ecclesiae, qualis est potestas episcopalis, fundatur ac supponit sacramentum Ordinis, sicut Eucharistia, ad quam hoc sacramentum refertur, supponitur ac finalizat omnia alia sacramenta, et hoc sensu omnis ecclesiastica functio, et nominatim episcopalis potestas, ad sacramentum Ordinis reducitur. Ex quo pariter intelligitur frustra obici (ab eodem Bouesse) sequentes expressiones eiusdem q. 65: "In actionibus hierarchicis considerantur et agentes, et recipientes, et actiones. Agentes autem sunt ministri Ecclesiae, ad quos pertinet ordinis sacramentum" (a. 1, ad 3); "Sacramento Ordinis . . . aliquis constituitur perfector aliorum" (a. 2, ad 2); "Sacramentum. . . Ordinis est necessarium Ecclesiae, quia 'ubi non est gubernator, populus corruet/ ut dicitur *Prov.* 11. 14" (a. 4).

3 *p., q. 63,* agens de charactere sacramentali, S. Thomas haec dicit: "Deputatur quisque fidelis ad recipiendum vel tradendum aliis ea quae pertinent ad cultum Dei, et ad hoc proprie deputatur character sacramentalis" (a. 3). "Per hoc sacramentum [Ordinis] deputantur homines ad sacramenta aliis tradenda" (a. 6). "Ad hoc quod sacramentum characterem imprimat" requiritur ut "aliquis deputetur ad agendum aliquid vel recipiendum quod pertineat ad cultum sacerdotii Christi" (ibid., ad 1). Addi possunt a. 1; a. 2; a. 4; a. 5. Ubi (concludit *Journet,* supra cit., p. 136) sacramentalis character Ordinis constanter definitur ut potestas ministrandi sacramenta, nec unquam restringitur ad solam potestatem consecrandi Eucharistiam; adeoque convenit etiam episcopatui, cuius proprium est ministrare Confirmationem et Ordinem.

Attamen, tota S. Thomae doctrina de Ordine ac de charactere ad hoc reducitur: Sacramentum Ordinis ordinatur ad tradenda ea quae sunt divini cultus, nominatim sacramenta; omnis autem divinus cultus et omnia, sacramenta consummantur in Eucharistia, tamquam in summa et fine ceterorum; unde sacramentum Ordinis, eiusque character ordinantur directe ac principaliter ad Eucharistiam nec proinde nisi indirecte ac secundarie ad alia sacramenta, iuxta eorum relationem ad Eucharistiam. Id S. Thomas compendiose ac clare significavit in *C. Gent.* 4. 74 (supra cit., p. 133), a quo loco nemo dicet discrepare hanc q. 63 *Summae Theologicae.* Eadem ceteroquin doctrina diffunditur ac permiscetur per totam hanc ipsam q. 63 necnon per sequentem q. 65 ubi agitur de numero sacramentorum; character continuo proponitur ut participatio sacerdotii Christi (q. 63, a. 5; a. 6, corp. et ad 3), Christi autem sacerdotium in sacrificio consistit quod in Eucharistia perpetuatur; praeterea in q. 63, a. 6 dicitur: "Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad divinum cultum Eucharistia, in qua principaliter divinus cultus consistit, inquantum est Ecclesiae sacrificium. Et per hoc idem sacramentum non imprimitur homini character, quia per hoc sacramentum non ordinatur homo ad aliquid aliud ulterius agendum vel recipiendum in sacramentis, cum potius sit finis et consummatio omnium sacramentorum, ut Dionysius dicit iii cap. *De ecclesiast. hier.* Continet tamen in seipso Christum, in quo non est character, sed tota sacertotii plenitudo"; item in q. 65, a. 3, corp. et ad 1: "Omnia alia sacramenta ordinari videntur ad hoc sacramentum [Eucharistiae] sicut ad finem. Manifestum est enim quod sacramentum Ordinis ordinatur ad Eucharistiae consecrationem . . . Bonum commune spirituale totius Ecclesiae continetur substantialiter in ipso Eucharistiae sacramento;" q. 73, a. 3: "Eucharistia . . . est quasi consummatio spiritualis vitae et omnium sacramentorum finis . . . ; per sanctificationes enim omnium sacramentorum fit praeparatio ad suscipiendam vel consecrandam Eucharistiam."

2-2, q. 39, a. 3: "Duplex est spiritualis potestas, una quidem sacramentalis, alia iurisdictionalis. Sacramentalis quidem potestas est quae per aliquam consecrationem confertur. Omnes autem consecrationes Ecclesiae sunt immobiles. . . Et ideo talis potestas secundum suam essentiam remanet in homine . . . , sive in schisma sive in heresim labatur. . . Potestas autem iurisdictionalis est quae ex simplici iniunctione hominis confertur. Et talis potestas non immobiliter adhaeret. Unde in schismaticis et haereticis non manet." S. Doctor nonnisi duas distinguit potestates, aliam iurisdictionalem et aliam sacramentalem, cum autem potestas episcopalis non sit mere iurisdictionalis, est sacramentalis; quod etiam ostenditur ex sub-

ducta definitione potestatis sacramentalis, scilicet: ea quae per consecrationem confertur (ita *Bouèssé,* ad mentem).

Attamen, ratio quare S. Doctor ibi non distinguat tria membra, scilicet potestatem iurisdictionis et potestatem Ordinis subdivisam in potestatem non sacramentalem et potestatem sacramentalem (ut fecerat in *Supplemento* sive *Commentario),* est quia ad suum scopum probandi schismaticos retinere aliquam potestatem, etsi non retineant iurisdictionem, non erat necesse invocare utrumque alterum membrum, sed sufficiebat unum invocare, scilicet potestatem Ordinis generice spectati vel potestatem Ordinis sacramentalis. Hanc autem postremam ideo S. Doctor retulit, quia est certior, facilior ac fundamentalior, cum etiam potestas Ordinis non sacramentalis, quam solam in *Supplemento* dixerat competere episcopo, sit quodammodo sacramentalis tum nempe suo fundamento, utpote characterem sacerdotalem supponens, tum sua destinatione, utpote ad ipsum sacramentum Ordinis conferendum ordinata; est quippe potestas altioris ordinis (ut docet S. Thomas in *C. Gent.* 4. 76), qui quidem suo influxu ac destinatione ambit ipsum ordinem sacramentalem.

3 p., q. 84, a. 4: "Impositio manuum in sacramentis Ecclesiae fit ad designandum aliquem copiosum gratiae effectum. . . Et ideo manus impositio fit . . . in sacramento Ordinis, in quo confertur quaedam excellentia potestatis in divinis mysteriis; unde et 2 ad *Tim.* 1. 6 dicitur: 'Resuscites gratiam Dei quae est in te per impositionem manuum mearum'." 2-2, q. 184, a. 5: "Adhibetur [in ordinatione episcopali] . . . quaedam solemnitas consecrationis . . . secundum illud 2 ad *Tim.* 1. 6: 'Resuscites gratiam Dei quae est in te per impositionem manuum mearum,' quod *Glossa* exponit de 'gratia episcopali.' Et Dionysius dicit, 5 cap. *De ecclesiast. hier.,* quod 'summus sacerdos,' idest episcopus, 'in sua ordinatione habet eloquiorum super caput sanctissimam superpositionem, ut significetur quod ipse est participativus integre totius hierarchiae virtutis, et quod ipse non solum sit illuminativus omnium, quod pertinet ad sanctas locutiones et actiones, sed quod etiam hoc aliis tradat'." *In 1 Tim. 4. 14:* "Et ideo ordinandis in episcopos imponuntur manus. . . Et haec impositio significat collationem gratiae, non quod ministri dent gratiam, sed quod significant gratiam datam a Christo." *In 2 Tim. 1. 6:* "Et ideo dicit: 'Ut resuscites gratiam' sopitam. . . Et addit: 'Quae est in te per impositionem manuum mearum,' a quo scilicet ordinatus erat episcopus. In qua manus impositione data est ei gratia Spiritus Sancti." S. Thomas igitur docet in consecratione episcopali (talis enim fuit Timothei ordinatio) conferri gratiam ex opere operato seu per impositionem manuum; ergo eam habet ut sacramentalem.

Attamen, praetermisso quod in duobus saltem prioribus locis gratia immediate accipiatur pro episcopali potestate (quod quidem ideo praetermittimus quia ipsa gratia sanctificans uno vel alio modo facile sequitur potestatem, iuxta principium a S. Thoma enuntiatum in *C. Gent.* 4. 74), ut argumentum probaret, oporteret ostendere S. Thomam considerare episcopalem consecrationem Timothei praecisive ab eius ordinatione presbyterali, et non potius ad modum unius cum ista, ita nempe ut collatio gratiae sanctificantis non referatur ad presbyteralem, sed praecisive ad episcopalem ordinationem; S. Thomas commentarium in epistolas ad Timotheum scripsit a. 1259-1265 (iuxta Mandonnet), scilicet eodem fere tempore ac *Summam Contra Gentiles* (a. 1258-1260, iuxta eumdem Mandonnet, vel a. 1256-1264, iuxta editores leoninos), iamvero, ut ostendimus supra (pp. 133-135), in hoc opere S. Doctor episcopalem potestatem secernit a sacramento Ordinis. Ceterum, etiam si dicatur S. Thomam tribuere collationem gratiae ipsi episcopali consecrationi, ut distinctae a presbyterali, nondum inde necessario sequeretur iuxta S. Thomam episcopatum esse sacramentum. Nam, primo dici potest ipsum loqui de collatione providentialis alicuius nec sacramentalis gratiae status, quae comitatur omnem sacram potestatem etiam iurisdictionis, et de qua bis ipse loquitur in ipso eodem *Commentario super Sententias* in quo explicite negat episcopatum esse sacramentum.[12] *In 4 Sent.,* dist. 2, q. 1, a. 2, ad 9: "Ad quamlibet eminentiam status datur aliqua sanctificatio, cum sit ibi necessarium speciale auxilium gratiae: sicut in consecratione regum et monachorum et monialium. Et ideo sunt actiones hierarchicae et propter hoc Dionysius de eis determinat. Non tamen habent rationem sacramenti; sed solum illa eminentia per quam homo efficitur sacrorum dispensator"; *ibid.* dist. 38, q. 1, a. 5, ad 2: "In consecratione virginum, sicut et in unctione regum, et in aliis huiusmodi benedictionibus, gratia datur, nisi sit impedimentum ex parte suscipientis; sed tamen huiusmodi sacramenta non dicuntur, quia non sunt instituta ad curationem morbi peccati, sicut alia sacramenta." Secundo, dici potest quod, iuxta principia S. Thomae de physica causalitate sacramentorum, episcopatus secum trahit gratiam tamquam mera conditio, non vero ut proprie dicta causa gratiam producens ex virtute sibi inexistente, ac proinde non est sacramentum. Tertio, etiam concedi posset S. Thomam habere episcopatum uti quamdam sacramentalem extensionem, seu integrativam partem, ipsius sacramenti Ordinis, iam secundum suam substantiam completi in presbyteratu, quae pro tanto secum ferret aliquam extensionem gratiae presbyteralis, quemadmodum in sacramento Poenitentiae satisfactio

[12] Cf. etiam *Albertum M.,* supra cit., pp. 127 sq.

in re est posterior pars integrativa illius, complens satisfactivum effectum iam collatum per absolutum sacramentum (cf. infra, pp. 286 sq.).

Guilelmus Durandus (+ 1296), *Pontificale,* l. 1, c. 10: "Sacri et maiores ordines sunt subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus. Episcopalis autem ordo sub appellatione sacrorum ordinum simpliciter non intelligitur quoniam illa summitas sacerdotii culmen et apex atque thronus dicitur dignitatis."[13]

Petrus Aureolus, O.F.M. (fl322): "Secundo dico, quod gradus episcopalis et sacerdotium non sunt distincta potestas. . . Tertia propositio est, quod ex his apparet, quod episcopatus non est gradus altior nec intensior sacerdotio, sed sicut dicit magister [Petrus Lombardus] est aliud officium. . . Sic dico, quod *episcopatus super sacerdotium non est forma sive ordo alius nec est intensio eiusdem ordinis,* sed est extensio sola ad plures actus, qui quidem, quantum est ex se deberentur sacerdoti non prohibito: sed nunc de facto Christus voluit, quod aliqui sacerdotes essent in quibusdam actibus impediti et quod non possent exire in usum omnis actus, respectu cuius tamen habent potestatem, inquantum sacerdotes sunt. Sic ergo episcopatus est ipsemet ordo sacerdotii. Et hinc est, quod nos distinguimus in episcopo ea, quae sunt ordinis ab iis, quae sunt iurisdictionis; et quidem illa, quae sunt ordinis, non sunt aliud quam illa, quae habent episcopi ex ordine sacerdotali et charactere ordinis eiusdem, sicut est audire confessiones, absolvere et alia huiusmodi. Et nota, quod aliter comparatur episcopus ad ordinem sacerdotalem et aliter ad gradum deinceps superiorem, quoniam inter episcopum et sacerdotem est differentia in ordine, non quidem in ordine sacro, sed in actu ordinis sacri, quia, ut dictum est, ordo sacramentum in episcopo habet usum respectu alicuius actus, cuius usus impeditus est in sacerdote."[14]

Unde Aureolus negat non solum episcopatum esse ordinem sacramentalem, sed etiam *simpliciter ordinem quemlibet* distinctum a presbyteratu; adeoque iuxta ipsum non datur proprie distinctio inter ordinem sacramentalem et ordinem non sacramentalem, ut in doctrina S. Thomae, sed tantum inter ordinem sacramentalem ligatum quoad aliquos actus et eundem ordinem ab ea ligatura solutum; consecratio autem episcopalis hanc solutionem efficit. Ita Aureolum

UM. Andrieu, *Le Pontifical Romain du moyen-âge,* III: *Le Pontifical de Guillaume Durand* ("Studi e testi," n. 88, Città dei Vaticano 1940) 348.

l*In 4 Sent.,* dist. 24, a. 2, *Commentarium in quartum librum Sententiarum* (Romae 1605), ff. 163-164.

intelligit ac impugnat Capreolus.[15] Ceterum ab hac Aureoli sententia non differt, nisi verbaliter, mox referenda expositio thomistae Petri de Palude.

Petrus de Palude, O.P. (t 1342), *In 4 Seni.,* dist. 24, q. 7: "Prout ordo est sacramentum in comparatione ad Eucharistiam, sex ordines [praeter ipsum presbyteratum] sunt sacramentum; non autem episcopatus; alias esset dignior quam sacerdos respectu huius, cum sit causa aequivoca; non est autem respectu eius dignior, quia nullus actus hierarchicus est isto dignior, qui debetur sacerdoti in ratione sacerdotii. . . Sed prout ordo dicit gradum superioritatis et spiritualem potestatem, episcopatus est ordo."[16]

Subinde tamen Paludanus aliquam mitigationem in sententiam sui magistri S. Thomae introducit, iuxta quam episcopatus dici possit sacramentum ac conferre characterem ad modum unius cum presbyteratu, quasi quaedam extensio istius, quatenus *idem character, iam semel ac tantum in presbyteratu collatus, ratione episcopalis consecrationis extenditur ex parte suae activitatis,* potens transire in novum actum (puta ordinandi) in quem prius non poterat. Ratione huius mitigationis Paludanus vivaciter impugnatur a Capreolo (cf. infra, p. 152), tanquam alienus a mente S. Thomae, et a pluribus posterioribus (Vasquez, Bellarmino, Silvio, Hallier, Frassen) refertur inter patronos contrariae sententiae de sacramentalitate episcopatus; potius dicendum est ipsum signare initium mediae alicuius sententiae, proveniens ex ipso agmine thomistarum negantium episcopatus sacramentalitatem.

Haec sunt ipsius verba: "Quidam dicunt quod episcopatus characterem imprimit, quia postestatem faciendi aliquid absolute. Sed verius dici potest quod per episcopatum ampliatur character sacerdotalis, ut sit unus et idem; et ideo *non imprimit characterem, sed impressum intendit ad aliud.* Et haec est necessitas quare supponit sacerdotalem, quia non est aliquid aliud, sed eius intensio et perfectio; alias, sicut unus ordo non de necessitate praesupponit alium, sic nec episcopalis dignitas sacerdotalem supponeret. Potest ergo dici quod episcopatus est ordo, sed non est distinctus a sacerdotio; et est sacramentum, sed non distinctum a sacramento ordinis; et imprimit characterem, sed non alium. Sicut enim acolythus, accipiendo candelabrum, accipit potestatem ad unum actum, et per consequens characterem, qui est potestas agendi, et, recipiendo urceum cum aquamanili,

"*In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1, a. 3, *Defensiones theologicae Divi Thomae Aquinatis* (ed. Paban et P^gues, Turonibus 1906) VI 484-487.

[14] Apud Capreolum, *ibid.* 481.

accipit potestatem ad alium actum, et per consequens characterem; sed quia unius et eiusdem est uterque actus, una est potestas, et per consequens character, habens hos duos actus subordinatos. Et similiter in subdiacono idem est character, et idem ordo, et idem sacramentum, cum accipit potestatem legendi epistolam, et calicem ministrandum altari. Et similiter sacerdotium, cum accipit potestatem celebrandi, et absolvendi, ut dictum est. Omnia haec sunt inter se unus ordo, unus character, et una pars sacramenti ordinis. Dicitur autem character imprimi in illo quod est principalius: sive quia illud est prius, et per sequentia non imprimitur novus, sed ampliatur prius impressus; sive quia illud est principalius. Et licet per primum, quo dicitur, 'Accipite potestatem/ etc., imprimatur character in quolibet ordine, et per consequentia non imprimatur, sed intendatur; tamen a principaliori denominatur. Sunt ergo septem ordines; sed septimus, scilicet sacerdotium, continet duplicem potestatem in generali, scilicet sacerdotalem proprie dictam, et episcopalem; et propter hoc aliquando vocantur episcopi presbyteri, et e converso; sicut differrent diaconi et levitae, si diaconus importaret potestatem legendi Evangelium tantum, levita potestatem dispensandi sanguinem vel ministrandi, et nihil aliud. Et propter hoc dicitur episcopatus non esse ordo in relatione ad corpus Christi verum, quia scilicet non est distinctus a sacerdotio. . .

"Sicut habitus scientiae aliquando augetur non intensive respectu eiusdem conclusionis, sed extensive respectu alterius (puta quia duo de eodem obiecto sub eadem ratione formali per novum exercitium acquirit homo notitiam novae conclusionis, tunc intenditur habitus scientiae: non sic quod possit limpidius speculari illud quod prius obscurius, et promptius, quia ponitur quod non plus frequentaverit conclusionem prius notam; sed quia per illum habitum per quem prius non poterat considerare prompte nisi unam conclusionem, quam solum frequentaverat, nunc potest aequaliter considerare secundam, quam sic prius non poterat); ita character sacerdotalis, qui prius non poterat ordinare vel confirmare, sed tantummodo inungere, conficere et absolvere, non potest plus conficere quam prius posset, sed ordinare et confirmare, quod prius non poterat; ita quod est alia ordinatio episcopalis, et alia sacerdotalis, et talis character imprimitur per primam, et perficitur per secundam. —Sed occurrit dubium: cum intensio potentiae non faciat eam posse quod prius non poterat, sed tantum intensius posse quod prius poterat, quomodo episcopus potest id quod sacerdos non poterat? et quare non plus potest conficere quam ille, si habet characterem intensiorem? Et dicendum quod quando effectus non est de se intensibilis, virtus intensa non plus potest in illum quam remissa; sed aliquando virtus visiva potest

videre aliquid quando est fortis, quod non poterat quando erat debilis, quia quanto est fortior, tanto ad plura se extendit. Sic ergo character sacerdotalis primo et principaliter est ad consecrandum corpus Christi, ita quod consecrare est eius actus; sed quando extenditur, tunc potest plura consecrare, quia non solum corpus Christi, sed hominem, et alia; sed non potest plus conficere quam ante, quia effectus ille non est intensibilis. Quod autem consecratio episcopalis possit intendere characterem sacerdotalem, nec possit eum de novo generare (cum alias forma per illud intendatur per quod generatur), est ex divina ordinatione, quae sic contulit virtutem istis consecrationibus, et non aliter: sicut si traditio urcei acolytho praecederet traditionem candelabri, nihil ageret; sed, illa praesupposita, eius effectum auget."[17]

Richardus Armachanus (Richardus Fitzralph, archiepiscopus armachanus in Hibernia; † 1360): "Videtur quod episcopi in consecratione nihil de novo recipiant quoad potestatem sacramentalem seu ordinis, et sic consequitur, quod nullus quantumcumque magnae dignitatis in regimine habet quidquam amplius de potestate ordinis sive potestate sacramentali quam ille, quem appellas, simplicem sacerdotem, sed *solam addit regiminis potestatem*. . . Item nullus ambigit, quin episcopi ipsis Christi apostolis in potestate ordinis successerunt, nec in scripturis evangelicis aut apostolicis invenitur aliqua distinctio inter episcopos et sacerdotes simplices, qui presbyteri appellantur. Unde consequitur, quod in omnibus est una potestas et aequalis ex ordine."[18]

Ceterum, inferius addit se non reprehendere contrariam aliorum sententiam quae videtur conformior usui Ecclesiae, imo se paratum esse ad eam amplectendam si confirmaretur ex Scriptura, cui tamen prima sententia conformior apparet: "Si vero cuiquam videatur contrarium, scilicet, quod soli episcopi habeant ex potestate sacramentali sacerdotali expressa in Evangelio aut litteris apostolicis ordines conferre, oleum, altaria et ecclesias consecrare et etiam confirmare aut quod episcopi in consecratione sacramentum a Deo seu potestatem spiritualem sacramentalem accipiunt, sicut plures sanctorum videntur sentire, eius sententiam nullatenus reprehendo, sed etiam libenter amplector, quoniam illi sententiae magis convenire videtur Ecclesiae usus, dum tamen ipsam sententiam ex sacra scriptura confirmet, quoniam mihi videtur, sine temeraria tamen actione, prior sententia, quam expressi, sacris litteris potius confirmari. Haec dico sicut et alia omnia sub correctione Ecclesiae et maiorum."[19]

[17] *Ibid.* 482 sq.
[18] *Summa in quaestionibus Armenorum,* l. 11, cc. 2 et 5 (Parisiis 1512) ff. 83-84.
[19] *Ibid.* c. 7, f. 85.

Capreolus, O.P. (t 1444): "Secunda conclusio est quod episcopatus est ordo, accipiendo ordinem large, prout ordo dicitur tam de sacramento quam de officio non sacramento; non autem proprie et stricte prout ordo est sacramentum. Hanc ponit sanctus Thomas, ubi supra (dist. 24, q. 3, a. 2). . . Ex quibus potest formari ratio, pro utraque parte conclusionis. Pro prima, arguitur sic: Omne officium habens potestatem exercendi sacras actiones, et conferendi aliqua sacramenta, quam non habent carentes tali officio, est ordo communiter dictus. Sed episcopatus est huiusmodi. Ergo, etc.—Pro secunda, arguitur sic: Ordo, prout est sacramentum, importat potestatem ordinatam ad Eucharistiae sacramentum. Sed talem potestatem non importat episcopatus superiorem sacerdotio. Ergo non est ordo, qui sit vere et proprie, vel stricte loquendo, sacramentum. . .

"[Contrarium autem argumentum Durandi, arguentis ad hominem a paritate cum ordinibus minoribus, non valet.] Quia potestas minorum ordinum est ad ministrandum actualiter consecranti, non autem potestas episcopalis; quia illa non ordinatur proxime ad actualem consecrationem, sed ad corpus mysticum confirmandum, vel ordinandum, vel benedicendum, vel aliquo modo regendum. Et licet consecrans Eucharistiam propinquiorem et nobiliorem habitudinem habeat ad Eucharistiam quam populus recipiens eam, non sequitur quod potestas episcopalis propinquius ordinetur ad Eucharistiam, quia est ad ordinandum ministrum ad consecrandum Eucharistiam, quam potestas minorum ordinum, quae est ad disponendum populum ad Eucharistiae susceptionem. Cuius ratio est: quia potestas episcopalis non est ad ordinandum sacerdotem ut est actu consecrans, vel absolvens, vel inungens infirmum; potestas autem minorum ordinum est ad disponendum populum ut est actu communicans, vel suscipiens Eucharistiam; nec proprie ordinatur ad populum ut populus est, sed ut communicans. Et ideo minores ordines sunt sacramenta, non autem episcopatus, proprie loquendo. . . Verumtamen ad istud argumentum aliter respondet Petrus de Palude (dist. 24, 2. 7), dicens quod 'illa pertinent ad sacramentum per se et directe, per quae efficitur, et per quae virtus efficiens in operando iuvatur: non autem illa per quae virtus illa acquiritur. Sicut non potest dare extremam unctionem nisi sacerdos, nec potest esse sacerdos nisi sit ab episcopo ordinatus; sed, supposito quod sit ordinatus, ad inungendum non plus requiritur episcopus, sed requiritur oleum sanctificatum, et verba, et quod in multis locis fiat, et huiusmodi. Unde ad unitatem sacramenti concurrunt illa quae ad executionem ministri requiruntur, non autem ea quae constituunt ministrum. Et sic est in proposito. Unde non est simile: quia episcopus nullum actum exercet, ut episcopus est, ad

hoc quod sacerdos celebret, licet prius exercuerit et in ipso et instrumentis et ministris eius; sed sex ordines presbytero subministrant in actu illo. Unde prout ordo est sacramentum in comparatione ad Eucharistiam, sex ordines [praeter ipsum presbyteratum] sunt sacramentum; non autem episcopatus; alias esset dignior quam sacerdos respectu huius, cum sit causa aequivoca; non est autem respectu eius dignior, quia nullus actus hierarchicus est isto dignior, qui debetur sacerdoti in ratione sacerdotii. . . Sed prout ordo dicit gradum superioritatis et spiritualem potestatem, episcopatus est ordo.' Haec Petrus, et bene...

"[Petrus de Palude plura dicit ad mitigandam sententiam S. Thomae, sed] male quoad multa. *Primo,* quia ponit potestatem episcopalem non distingui a charactere sacerdotali nisi sicut formam intensam a seipsa remissa. *Hoc enim est contra sanctum Thomam,* ut patet ex dictis eius allegatis. . . Et ulterius est in se falsum et improbabile: quia ubi est sola intensio formae vel potentiae activae, sine additione cuiuscumque novi absoluti intrinseci vel extrinseci ad priorem formam quae dicitur intendi, forma taliter intensa non potest in actum vel effectum alterius speciei quam prius posset; cuius oppositum est in proposito, de potestate episcopali respectu characteris sacerdotalis prius habiti. *Secundo,* quia nec valet similitudo de aiigmento habitus scientifici respectu novarum conclusionum: quia falsum supponit, scilicet quod tale augmentum extensivum possit fieri illo modo sine acquisitione alicuius novi absoluti, puta vel novarum specierum intelligibilium, aut novorum conceptuum, aut novorum syllogismorum, aut superadditione novi luminis supernaturalis, aut novorum phantasmatum, vel nova combinatione praecedentium, aut nova sensatione exteriori. Ideo illud quod dicitur de augmento habitus scientifici per solos novos respectus, cum sit in se falsum, nullo modo iuvat ad salvandum intensionem characteris sacerdotalis per consecrationem episcopalem sine additione cuiuscumque novi absoluti; sed videtur mera fictio. *Tertio,* quia ponit episcopatum esse sacramentum, non tamen distinctum a sacerdotio. *Hoc enim discordat a sancto Thoma et veritate.* Quia vel intelligit ista duo esse unum sacramentum, quia secundum est idem quod primum; vel quia primum et secundum sunt partes unius sacramenti completi. Si primo modo, manifeste dicit falsum: quia materia et forma unius differunt numero vel specie a materia et forma alterius; et, posito uno, non ponitur aliud. Si secundo modo, hoc non valet: quia illa duo non ordinantur directe ad unum finem, sed ad diversos. Similiter, quia illud tertium ex ambobus resultans, nullum actum habet perfectiorem actu consecrationis, qui competit simplici sacerdotio; et sic non videtur per-

fectius sacerdotio intensive, sed solum extensive. Similiter, quia character sacerdotalis nullo modo concurrit ad effectum superadditae potestatis episcopalis, nec virtute sacramenti, nec ex naturali concomitantia; nec econtra potestas secunda concurrit ad effectum primae aliquo modo. Et ulterius, quia Petrus intelligit primo modo, non secundo modo dicta sua. Nec obstat quod episcopus dicitur summus sacerdos: quia hoc non dicitur ex hoc quod habeat superius aut perfectius sacramentum quam simplex sacerdos, sed ideo quia habet superiorem potestatem, non solum iurisdictionis, sed ordinis et consecrationis...

"*Licet in episcopali consecratione conferatur gratia ex opere operato, non tamen habet rationem sacramenti vere et proprie dicti,* quia scilicet non habet completam rationem alicuius speciei sacramenti. Et quidem de sacramento baptismi, confirmationis, poenitentiae, Eucharistiae, extremae unctionis et matrimonii, constat. De sacramento vero ordinis, patet quod non habet perfectam rationem illius sacramenti, quia non ordinatur ad Eucharistiae sacramentum, sed ad corpus Christi mysticum. Non est ergo vere et proprie sacramentum, sed officium vel potestas superveniens sacramento ordinis et eius characteri, et complementum eius quoad actum secundarium sacerdotii, et perfectio accidentalis, et per accidens, non per se, consequens characterem sacerdotii: sicut species intelligibilis vel habitus scientificus superadditur potentiae intellectivae, vel habitus moralis potentiae appetitivae; licet similitudo non currat per omnia, quia ibi est potestas, hic habitus solum. *Si autem quis contendat episcopatum esse vere sacramentum, hoc erit aequivoce, vel analogice, et non univoce cum caeteris ordinibus. Et forte hoc intellexit sanctus Thomas*"[20]

Ex his patet quod, quamvis Capreolus reiciat mitigationem sententiae S. Thomae adductam a Paludano, qua parte nempe hic inducit aliquam episcopatus sacramentalitatem ex parte effectus characteris, qui extendatur saltem ex parte actus, ipse etiam *aliquam mitigationem ponit, ex parte nempe effectus gratiae,* quam dicit per episcopatum conferri, et quidem ex opere operato, et ratione cuius permittit ut dicatur episcopatus esse, secundum incompletam et extensivam quandam rationem "verum sacramentum . . . [quamvis] aequivoce, vel analogice, et non univoce cum ceteris ordinibus." Et continuo, veluti dubitanter, addit: "Et forte hoc intellexit S. Thomas." Praeterea Capreolus in alio loco (dist. 4, q. 1, a. 3, ad 4 Scoti), agens de charactere in genere, videtur docere potestatem quae confertur per

[20] *op. cit.* (supra, in p. 148) 478 sq., 481, 483 sq.

consecrationem episcopalem esse aliquam *physicam realitatem impressam in anima,* etsi non characterem: "Ordo episcopalis non imprimit characterem, tamen imprimit spiritualem potestatem, quae est principium aliquarum actionum hierarchicarum; et consequenter, secundum mentem sancti Thomae, illa potestas non est relatio rationis, nec realis, sed forma absoluta."[21]

Ferrariensis, O.P. (+ 1526), *Comm. in C. Gent.* 4. 76: "Considerandum est, ex doctrina Sancti Thomae . . . , quod aliud est dicere episcopatum, ut a sacerdotio distinguitur, esse ordinem: et aliud ipsum esse Ordinis sacramentum. Nam nomen ordinis dicitur et de Ordine quod est sacramentum; et de officio quodam respectu quarumcumque sacrarum actionum. Secundo enim modo episcopatus est ordo: quia habet potestatem in dictis actionibus respectu corporis mystici. Sed primo modo non est ordo. Quia Ordo sacramentum ordinatur ad sacramentum Eucharistiae secundum quod actu perficitur: aut scilicet ad praeparandum aliquid ad ipsum pertinens, sicut inferiores ordines; aut ad ipsum conficiendum, ut ordo sacerdotalis. Episcopatus autem, licet ordinetur ad collationem ordinum ad Eucharistiam ordinatorum, non tamen ad ipsam Eucharistiam ut actu perficitur, ordinatur. . . Non quaelibet potestas dispensandi sacramenta sub sensibilibus signis tradita, est Ordinis sacramentum: sed illa quae specialiter et directe ordinatur aut ad sacramentum Eucharistiae actualiter conficiendum, aut ad actuale ministerium circa actualem consecrationem Eucharistiae; et est character Christo configurans in Eucharistia contento. Potestas autem spiritualis in sua promotione episcopo data respectu quorundam sacramentorum, non est character; nec immediate et directe ordinatur ad corpus Christi verum, secundum quod actualiter consecratur; sed ad corpus Christi mysticum, scilicet ad fideles confirmandos et ordinandos atque benedicendos, et huiusmodi. . .

"Si autem instetur, quia sacramentum est invisibilis gratiae visibilis forma etc.: hoc autem videtur convenire episcopatui, cum in eo per sensibilia signa conferatur gratia; et sic videtur quod sit aliquod sacramentum, dato quod non sit sacramentum Ordinis: —potest dici quod, *licet conferatur gratia in collatione potestatis episcopalis,* non tamen tanquam per causam instrumentaliter agentem ex virtute ei inexistente, quod est de ratione sacramenti: sed sicut ex dispositione et causa sine qua non."[22]

Ut patet, Ferrariensis ad puriorem S. Thomae interpretationem

[21] *Ibid.* 95 sq.
[22] In editione leonina *Operum Omnium S, Thomae XV* 242.

accedit, supprimens utramque Paludani et Capreoli mitigationem; retinet tamen aliquam et ipse mitigationem iuxta lineam Capreoli, quatenus admittit in *episcopatu gratiam conferri,* quamvis, ingeniose recurrens ad thomisticam doctrinam de physica ac perfectiva causalitate sacramentorum, dicat episcopatum non esse proprie causam sed meram conditionem illius gratiae, ac proinde nullo modo habere rationem sacramenti.

Viguerius, O.P. (+ 1550): "Neque hoc faciendo [i.e. concedendo simplici presbytero ut administret Confirmationem et ordines minores] Papa mutat omnino ministrum, quia quando sacerdos simplex fit episcopus, non recipit alium characterem, sed *character eius extenditur.* Et illa extensio characteris in his quae pertinent ad Corpus Christi mysticum, pertinet ad Papam, et per solam commissionem absque consecratione fieri potest."[23]

Dom. Soto, O.P. (+ 1560), *In 4 Sent.,* dist. 24, q. 2, a. 3: "Nomen . . . ordinis usurpari uno modo pro eo proprie consuevit quod est sacramentum Ordinis, et altero modo ut est nomen officii, dignitatis et gradus. Sit ergo conclusio. Episcopatus non est sacramentum ordinis, est tamen ordo, hoc est dignitas altior sacerdotio, cui eminentiora officia sunt annexa. . . [Probatur.] Ordines omnes ad sacrosanctum eucharistiae sacramentum referuntur et in ordine ad ipsum distinguuntur; episcopatus autem neque est ordo ministrandi sacerdoti in eucharistia, quia est altior, neque vero quantum ad potestatem consecrandi est ei superior . . ., ergo non est sacramentum. . .

"Licet episcopo detur aliqua potestas non solum iurisdictionis, sed etiam ordinis, supra illam quam habet simplex sacerdos, nihilominus illa non habet rationem novi characteris, quia omnis character ordinis ad sacramentum eucharistiae ordinatur; episcopatus vero non tam ordinari dicitur ad illud sacramentum, quam eius facultates praesupponere. Et ideo licet diaconatus, quia per se potest esse diaconus antequam sit presbyter, characterem per se imprimat, tamen episcopatus, quia non est via ad sacerdotium sed illud praesupponit illudque perficit, *non imprimit characterem novum,* sed ipse idem character sacerdotalis, dum sacerdos in episcopum consecratur, *fit extensior et amplior;* extenditur, inquam, ad aliqua munera exequenda, quae antea nequiverat...

"[Ad obiectionem quod episcopatus confert gratiam, adeoque est sacramentum] posset quispiam dicere quod sicut character sacerdotalis extenditur in episcopo, ita et gratia per eius consecrationem augetur.

[23] *Institutiones theologicae,* c. 16, v. 3 (Parisiis 1558), f. 167. Cf. *ibid. De sacr. Ordinis, i.* 205.

Attamen hoc veritati non consonat, quoniam gratia non augetur nisi novus producatur intensionis gradus, qui si virtute operis producatur, necesse est illud opus esse sacramentum, veluti gratia baptismalis, augetur per confirmationem; *cum ergo consecratio episcopi non sit sacramentum, fit ut nec gratiam adaugeat.* Notandum ergo quod gratia in sacramento ordinis non confertur ad illa officia exercenda, quae spectant ad iurisdictionem et gubernationem, sed ad illa quae ad potestatem ordinis attinent: hoc enim sonat gratia sacramenti ordinis, quae ideo annexa est characteri, nisi opponatur obex. Alioqui dicendum esset copiosiorem gratiam conferri archiepiscopo, dum consecratur, quia ampliore fulget iurisdictione, ac longe ampliorem summo pontifici, cui amplissima competit gubernatio. Gratia vero, quae ad potestatem characteris ordinis attinet, complete per sacramentum ordinis sacerdotalis confertur ad omnia administranda sacramenta, quae quocumque tempore sacerdos administrare debuerit. Et ideo licet dum consecratur in episcopum, extendatur eius potestas ad alia tradenda sacramenta, scilicet confirmationem et ordinem, non tamen indiget nova gratia sacramental!, tametsi per morum meritorumque augmentum debeat conniti ut cumulatiori provehatur."[24]

Igitur Soto, reiecta mitigatione proposita a Capreolo et Ferrariensi quod attinet ad collationem novae gratiae in consecratione episcopali, redit ad mitigationem iampridem allatam a Paludano et ab illis duobus doctoribus reprobatam, iuxta quam consecratio episcopalis *extendit sacerdotalem characterem,* etsi abstineat a crudiori expressione Paludani, qui ait ob talem effectum dici posse episcopatum esse sacramentum ac imprimere characterem.

Catechismus Cone. Trid. (editus a. 1566), p. 2, c. 7, qq. 10, 12, 22, 25, 26: "Inter cetera Ecclesiae Sacramenta sacra Ordinatio numeranda est. . . Omnes ordines septenario numero continentur, semperque ita a Catholica Ecclesia traditum est: quorum nomina haec sunt, Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, Sacerdos. Hunc autem ministrorum numerum recte ita definitum esse, probari potest propter ea ministeria, quae ad sacrosanctum Missae Sacrificium, et Eucharistiam vel conficiendam vel administrandam, cuius causa praecipue sunt instituta, necessaria videntur. . . Tertius omniumque sacrorum Ordinum summus gradus est Sacerdotium. . . Sacerdotis ... munus est, Deo sacrificium facere et ecclesiastica sacramenta administrare. . . [Offerre sacrificium et remittere peccata] sunt sacerdotalis Ordinis propria et praecipua munera. Qui tametsi unus est ordo

[34] *In quartum {quem vocant) Sententiarum* (Venetiis: apud I. M. Lenum 1575) II 31-33.

sacerdotalis, varios tamen dignitatis et potestatis gradus habet. Primus est eorum, qui sacerdotes simpliciter vocantur, quorum functiones hactenus declaratae sunt. Secundus est episcoporum. . . Tertius gradus est archiepiscoporum . . . [qui] superiorem, quam episcopi, locum et ampliorem potestatem habent, tametsi ab episcopis ordinatione nil differunt. In quarto gradu Patriarchae collocantur."

Suarez, S.J. (t 1617), *In 3 p.,* q. 63, disp. 11, sect. 3, n. 10, nonnisi transeunter hanc quaestionem tangens, saltem significat se dubitare de sacramentalitate episcopatus et contrariam sententiam S. Thomae probabilem dicit: "Solum posset aliquis dubitare de charactere sacerdotali vel episcopali [quod nempe sit vera potentia physica], si verum est, episcopatum esse sacramentum et imprimere characterem." Et soluta hac obiectione, addit: "Atque idem argumentum sumi potest *iuxta probabilem opinionem D. Thomae,* quod episcopatus non est sacramentum nec imprimit characterem. Nam per solam extrinsecam consecrationem extenditur character sacerdotalis ut sit potestas consecrandi vel ordinandi; ergo signum est non esse proprie ac rigorose potentiam physicam sed moralem."[25]

Gonet, O.P. (t 1681): "Dico igitur, episcopatum non esse ordinem distinctum a sacerdotio, sed ipsius sacerdotii extensionem et excellentissimum eius complementum. . . Probatur . . . ratione D. Thomae: Tota ordinum distinctio sumitur penes habitudinem quam dicunt ad Eucharistiam, ad quam ut ad finem ordinantur, ut constat in sacerdotio, diaconatu et subdiaconatu et quatuor minoribus; sed episcopatus non aliam dicit habitudinem ad Eucharistiam, praeter eam quam importat sacerdotium, non enim potest eam magis consecrare episcopus quam simplex sacerdos; ergo episcopatus non est ordo distinctus a sacerdotio...

"Obiicies. . . : Consecratio episcopalis causat gratiam . . . , ergo est verum sacramentum. . . Respondet Soto, negando antecedens, existimat enim per consecrationem episcopalem non conferri gratiam. . . Verum haec solutio et doctrina repugnat SS. Patribus asserentibus in consecratione episcopali conferri gratiam. . . [Unde] respondeo, concesso antecedente, negando consequentiam, ut enim *consecratio Episcopalis causet gratiam,* non requiritur necessario quod sit Sacramentum, sed sufficit quod sit excellentissimum quoddam complementum Sacramenti, scilicet sacerdotii; ut patet in ceremonia illa qua confertur Sacerdoti iam ordinato potestas ad absolvendum a peccatis per impositionem manuum Episcopi, et verba illa, 'Accipe

"*Opera omnia XX* (ed. C. Berton, Parisiis: Vivis 1866) 201 sq. Suarez non scripsit de Ordine sed expositionem de sacramentis absolvit tractatu De Extrema Unctione.

Spiritum Sanctum,' etc. licet enim tunc Sacerdoti nova gratia conferatur, tamen ceremonia illa non est Sacramentum distinctum a consecratione sacerdotali, quae fit in contactu calicis, in quo character sacerdotalis imprimitur, sed tantum complementum et extensio Sacerdotii, in ordine ad actum, corpus Christi mysticum respicientem, nempe absolutionem a peccatis. Idem cum proportione de consecratione Episcopali dicendum est, ut magis constabit ex dicendis in solutione obiectionis sequentis.

"Obiicitur ergo secundo: Consecratio Episcopalis confert characterem distinctum ab eo qui imprimitur in collatione sacerdotii: ergo est Ordo distinctus a sacerdotio. . . Respondeo negando antecedens, consecratio enim Episcopalis non confert novum characterem, sed dumtaxat *characterem sacerdotalem complet et extendit, causando in eo novum modum realem et physicum* quem antea non habebat, ratione cuius extenditur ad ministrandum et conficiendum duo alia Sacramenta, quae non potest simplex Sacerdos, saltem ex vi praecise suae ordinationis, ministrare vel conficere: est autem modus ille indelebilis, sicut ipse character. Quod potest explicari exemplo supra adducto potestatis physicae ad absolvendum a peccatis, quam recipit Sacerdos in sua ordinatione; haec enim non habet rationem characteris, sed modi realis intrinseci et physici, characterem sacerdotalem, in contactu calicis antea impressum, extendentis ad corpus Christi mysticum, sive ad ipsius membra instrumentaliter physice mundanda a peccatis. Quare Episcopatus nihil aliud est praeter sacerdotium perfectum, et sicut puer et vir perfectus in eo differunt, quod puer in ratione hominis sit imperfectus, nec vim habeat gignendi sibi simile; vir autem in ratione hominis sit perfectus, et alios possit generare; ita etiam simplex Sacerdos suo modo est imperfectus, nec potest alios Sacerdotes spiritualiter gignere vel consecrare: Episcopus autem id potest."[20]

Igitur Gonet assumit et in unam colligit utramque mitigationem sententiae S. Thomae, seiunctim propositam a Capreolo et Ferrariensi, quantum ad collationem gratiae per episcopatum, et a Paludano et Soto, quantum ad extensionem characteris, imo hanc alteram mitigationem ulterius determinat ac corroborat, intelligens eam extensionem non solum ex parte actuum, ut Paludanus et Soto, sed etiam ex parte ipsius potestatis sive characteris in quo episcopalis consecratio produceret aliquem *"novum modum realem et physicum quem antea non habebat."* Et haec est ultima mitigatio, etiam ab aliis posterioribus thomistis adducta in sententiam sui magistri, qua vix videntur differre

[20] ***De sacramento Ordinis,*** **disp. 4, a. 2,** ***Clypeus theologiae thomisticae*** **VI (Parisiis: Vives 1876) 765 sq., 768 sq.**

a mitigata forma contrariae sententiae defendentis sacramentalitatem episcopatus, de qua infra dicetur.

Salmanticenses Morales, O. Carm. (scripserunt in altera medietate saec. 17),[27] Tractatus de Ordine, cap. 1, punctum 1, dub. *2:* "Respondeo dicendum: Neque primam tonsuram, neque episcopatum veram rationem sacramenti Ordinis sortiri; et ideo septem tantum esse in Ecclesia ordinationes. Haec conclusio est receptissima apud Thomistas. . . Probatur. . . Quia sacramentum Ordinis dicit specialem potestatem in ordine ad Eucharistiam . . . ; sed episcopatus non dicit specialem ordinem ad Eucharistiam praeter eum quem habet sacerdos. . .

"[Ad obiectionem quod episcopatus producit novam gratiam ac novum characterem], concedimus *novam gratiam per episcopatum recipi,* sed ad hoc sufficit quod sit Ordinis complementum perfectissimum et constituatur in gradu perfectissimo Ecclesiae, quamvis non sit sacramentum. Ita Nunnus tom. 2. in 3. p. in addit, qu. 40. art. 5. Negamus tamen cum eodem in consecratione episcopali imprimi novum characterem; sed dicimus *characterem Sacerdotii extendi per novum modum superadditum,* virtute cuius possit plura sacramenta conferre, quae non potest qui tali modo caret, tametsi characterem Sacerdotii receperit. Et hic novus modus additus characteri sufficit ad concurrendum physice ad illos effectus. Et quia in tali extensione characteris, ac proinde in consecratione episcopali, nova gratia confertur, eo quod licet non sit sacramentum, est tamen complementum perfectissimum excellentissimi sacramenti, propterea qui obicem illi ponit, peccat mortaliter, ac proinde, qui in peccato mortali illam suscipit, imo et omnes episcopi, qui in mortali ad talem consecrationem concurrerent, uti quilibet alius minister, qui ad sacramentum conficiendum accederet in peccato mortali."[28]

Billuart, O.P. (+ 1757), *Tractatus de sacramento Ordinis,* diss. 4, a. 2: "Episcopatus inadaequate sumptus pro eo quod addit simplici sacerdotio, probabilius non est ordo stricte sumptus seu sacramentum Ordinis, nec consequenter ordo distinctus a sacerdotio, sed est eius extensio et perfectissimum complementum. Praeter Auctorem, citantur pro ea sententia Magister, Albertus Magnus, S. Bonaventura . . . etc. et communiter Thomistae, exceptis paucis, contra plures praesertim

" Cursus theologiae moralis constat 6 tomis, quorum primum, complectentem materiam sacramentorum usque ad Extremam Unctionem inclusive, concinnavit Franciscus a Jesu Maria, secundum vero *de Ordine,* Matrimonio et censuris scripsit Andreas a Matre Dei (+ 1674), qui pariter est auctor tertii et quarti tomi; quintum tomum exaravit Sebastianus a loachim et sextum Alphonsus ab Angelis.

***n Cursus theologiae moralis* (Venetiis: Pezzana 1728) II 4sq.**

recentiores. . . *Prob.* . . . Distinctio ordinum accipitur secundum habitudinem quam habent ad Eucharistiam . . . ; atqui episcopatus non dicit specialem habitudinem ad Eucharistiam consecrandam, sed eam supponit completam et perfectam in sacerdotio. . . .

"*Obi.* 3°. Consecratio episcopi est ceremonia sensibilis, distincta a consecratione presbyteri; confert gratiam et characterem; ergo nihil ipsi deest quominus sit sacramentum et ordo distinctus a presbyteratu. . . *R.* concessa prima parte ant. ad secundam, sufficere quod episcopatus sit complementum intrinsecum sacramenti, ut *conferat gratiam*. . . Ad tertiam, nego conferri characterem distinctum a sacerdotali, sed *hunc extendi, non moraliter, sed per realem et physicum modum* ad ministeria ulteriora, sicut in ordinatione presbyteri character sacerdotalis ad consecrandum collatus in porrectione instrumentorum, extenditur ad absolvendum et ligandum, quando postea dicitur: 'Accipe Spiritum Sanctum; quorum remiseris peccata,' etc."[20]

BILLOT, S. J.: "Dicendum videtur novum characterem in consecratione episcopali non dari, sed praeexistentem ampliari ad eas sacrorum collationes quae complective ac veluti cumulative per legem Novi Testamenti sacerdotio adscribuntur. . . .

"Non sic accipienda est praeeminentia potestatis ordinis in episcopis, quasi episcopatus et presbyteratus essent duo ordines sive duae potestates adaequate distinctae. Immo vero nonnisi unus existit ordo sacerdotii in quo uno sunt presbyteri ut sacerdotes simplices, tum episcopi ut sacerdotes supremi. . . Nunc autem cum character et ordo convertantur, illud quoque consequens esse videtur: in consecratione episcopali novum characterem non dari, sed praeexistentem characterem presbyteralem ulterius determinari ac perfici, pro quanto ad eas sacrorum ministrationes ampliatur quas simplex sacerdotium in sui muneris ambitu non habet. Neque in hoc specialis difficultas occurrit, nam certe omnes illi theologi qui censent presbyteratum conferri tum traditione instrumentorum tum ultima illa manuum impositione quae fit post missam, debent ex consequenti admittere characterem presbyteralem prius imprimi quoad potestatem consecrandi Eucharistiam, et postea ampliari atque ulterius determinari per additionem potestatis remittendi et retinendi peccata fidelibus. . . Illud ergo quod praefati theologi dicunt de additione potestatis ad potestatem in una eademque ordinatione presbyteri . . . nos dicendum existimamus quantum ad additionem potestatis quam in sua consecratione accipit episcopus. . . Hinc tamen minime sequitur episcopalem consecrationem non esse collativam gratiae, imo vero contraria potius conclusio colligitur, quia plenum sacerdotium speciali indiget gratia qua non indiget sacerdotium simplex, maxime propter munus et officium regendi ad quod natura sua dicit habitudinem."[30]

HOLTUM, O.S.B.: "Ut consequens rigoris logici ex hac s. Thomae doctrina derivatur, ordines qui directam eamque specifice diversam ad s. Eucharistiam habitudinem important, esse ordines sacros specifice diversos; ordinem vero qui habitudinem licet gravissimam, ad corpus Christi mysticum dicit, Episcopatum, esse alienum a numero ordinum specifice diversorum. *Cave tamen credas ex doctrina s. Thomae talem ordinem nullo modo aut habere rationem sacramenti, aut nullo modo imprimere characterem.* Nam in sententia S. Thomae ordo Episcopatus

* ***Cursus theologiae*** **(ed. nova, Parisiis 1904) X 80-82.**
** ***De Ecclesiae sacramentis*** **II (ed. 7, Romae 1930) 301, 306-308.**

pertinet vere et proprie ad sacramentum ordinis, non tamen per se, ut Presbyteratus et alii ordines, sed propter aliud, id est, propter Presbyteratum et in ordine cum hoc: imprimit quoque characterem sacramenti indelebilem, non tamen ex se nec specifice diversum a charactere Presbyterali. Consequens est, ordinationem Episcopi non ex toto aequivalere ordinationi Presbyteri, sed esse sacram ordinationem ex ordine ad *characterem Presbyteratus extensi in Episcopatu.* . . .

"In sententia s. Thomae duplex . . . sacra potestas distinguitur: potestas ordinis in reale corpus Christi, et potestas ordinis in mysticum. Utramque ponit s. Thomas esse in subiecto illo affecto aliquid reale et indelebile: subordinat autem D. Angelicus illas duas potestates ad invicem ita, ut dicat, potestatem proprie Sacerdotalem esse absolute summam in Ecclesia, eaque constitui formaliter Sacerdotii Christi in Ecclesia continuationem ita, ut illa alia potestas sacris ministris competens et in se a prima essentialiter distincta [uti potestas remittendi peccata], continuationem dicat primae potestatis complementumque connaturale. . . Potestas Eucharistica intelligitur se extendere ad aliquam facultatem sacram, per quam potestas consecrandi in Ecclesia semper maneat, quae alia esse non potest quam potestas sacra ordinandi. Haec ab intrinseco ac proinde necessario susceptionem sacramenti Presbyteratus supponit, tum quia iam ceterae sacrae potestates, ut absolvendi etc., eumdem supponunt et Episcopatus ultimum complementum denotat, tum quia Episcopatus differenter a ceteris sacris facultatibus vere, licet indirecte, facultatem supra ipsum reale corpus Christi exhibet, et consequenter, cum respectus indirecti supponat quod in recto notatur, potestatem Presbyteratus supponit. . . . Impressio illa quae fit in collatione ordinis Episcopalis, in se sola inspecta, non dicit characterem, bene tamen in illa intrinseca connexione cum Presbyteratu eiusque continuatione ad quaedam munia sacra."[31]

PAQUET: "Probabilius . . . videtur quod episcopatus nec specialem ordinem stricte sumptum, nec partiale sacramentum, importet. . . . Rationem praecipuam [primi asserti, quod nempe episcopatus non sit stricte ordo] assignat S. Thomas (Q. XL, a. 5) et exponit Ferrariensis (in C. G. IV, 76): nimirum ordo stricte sumptus specialiter et immediate ordinatur ad sacramentum Eucharistiae secundum quod actu perficitur, aut scii, ad sacramentum illud actualiter conficiendum, ut ordo sacerdotii, aut ad actuale ministerium circa consecrationem eucharisticam, ut inferiores ordines. Atqui gradus episcopalis non immediate et directe ordinatur ad corpus Christi verum, secundum quod actu consecratur, sed ad corpus Christi mysticum, scii, ad fideles confirmandos, ordinandos, regendos, etc. Ergo. . . Quod episcopatus non sit per se sacramentum vel partiale, sequitur quasi partis praecedentis corollarium: Sacramentum enim ordinis praedicari nequit nisi de eo ritu qui stricte et proprie ordo nominetur et characterem, pro singulis ordinibus proprium, imprimat. . . Dicendum igitur manet per ritum, quo episcopus consecratur, non conferri novum characterem, sed *characterem sacerdotalem iam praeexistentem modalitate quadam ampliari et determinari* ad ulteriora ministeria. Item 'potest dici, quod *conferatur gratia in collatione potestatis episcopalis,* non tamen tamquam per causam instrumentaliter agentem, ex virtute ei inexistente, quod est de ratione sacramenti, sed sicut ex dispositione et causa sine qua non' (Ferrariensis, l. cit.).[32]

PIUS A LANGONIO (Pie de Langogne), O.M.C.: "Etsi . . . gravis ponderis afferantur rationes ad evincendum quod episcopatus sit vere, praeter sacerdotium, sacramentum, et non sacramentalis sacerdotii complementum; etsi consensio fortiter urgeat auctorum qui, a Thomassino usque ad praecitatum Boudinhon, disciplinas theologicas historicis perquisitionibus illustrare sategerunt, quique fere omnes sacramentum episcopatus admittunt, nihilo tamen minus gravis etiam momenti videntur

***nArt. cit.* (supra, in p. 115) 3 sq., 12 sq., 15.**
***K Commentaria in Summam theologicam D. Thomae, De sacramentis (prima pars)* (Quebed 1900) 275, 278 sq.**

rationes quas plerique Scholastici, post SS. Thomam et Bonaventuram, adducunt ad demonstrandum quod episcopatus sit presbyteratus complementum non autem sacramentum a presbyteratu distinctum. Ponunt utique episcopos esse certo certius presbyteris superiores, superioritate tum iurisdictionis seu regiminis, tum dignitatis gradus, necnon plenitudine potestatis quae, per se et ex se, omnes comprehendit benedicendi, sacrandi, sanctificandique actus, episcopo, eique soli, de officio competentes; item potestatem quam habent episcopi non esse illis cum presbyteris communem, quum isti, praeter consecrandi potestatem, nullam aliam habent, nequidem confessiones audiendi, expeditam ac validam sine ipsius episcopi delegatione; sed tamen hanc pleniorem et perfectam potestatem retinent esse ipsius sacramenti iam suscepti meram ad novos actus unius et eiusdem potestatis sacerdotalis ampliationem, nequaquam vero novam potestatem novo sacramento collatam. . .

"Posita episcoporum superioritate, cuique liberum est hanc superioritatem repetere vel ex sacerdotio sic dicti primi ordinis, quod distincto sacramento, in consecratione episcopali, confertur; vel, uno eodemque remanente in Episcopis et presbyteris sacerdotio quantum ad illud quod est in sacerdotio substantiale et specificum, ex ampliori et eminentiori munerum completione, qua plenior gratia pluraque faciendi regendique potestas solis Episcopis tribuitur. Haec porro posterior interpretatio paucitati meae magis arridet, ea potissimum de causa quod aegre concipitur Episcopos per distinctum sacramentum fieri sacerdotes primi ordinis, quin eo ipso sacerdotium suscipiant a sacerdotio secundi ordinis seu presbyterorum omnimode distinctum, quod si distinctum illud ponamus sacerdotium a sacramento collatum, quo Episcopus capax fit episcopalium munerum, et praecise sacrae chrismationis et ordinationis, difficilius et minus cohaerenter explicabitur, ni fallor, quomodo simplices presbyteri, absque illo episcopali sacramento, capacitatem ad praecipuos actus episcopales, confirmandi scilicet et ordinandi, ex solo privilegio suscipere possint."[33]

E. HOCEDEZ, S.J.: "L'opinion des modernes qui, à l'encontre de saint Thomas et de tous les anciens scolastiques, affirment que la consécration épiscopale est un sacrement, qu'elle confère un nouveau caractère et n'étend pas *{extendit}* simplement le caractère presbytéral, cette opinion me semblerait fort compromise [par la Bulle de Boniface IX]. Comment comprendre en effet qu'une simple délégation du Souverain Pontife puisse conférer un pouvoir, essentiellement dépendant du caractère sacramentel de l'Ordre, si ce pouvoir ne se trouve pas, radicalement au moins, dans le caractère sacerdotal? Une simple délégation ne peut donner le caractère sacramentel. Au contraire si, comme le veut saint Thomas, la consécration épiscopale n'est pas un sacrement nouveau et ne confère pas un caractère distinct, mais complète seulement l'ordination sacerdotale et étend pour ainsi dire, avec le caractère, le pouvoir reçu, il est peut-être moins difficile de comprendre comment une simple délégation pontificale peut remplacer jusqu'à un certain point, une cérémonie qui n'est pas un sacrement [Citat *Suppl.,* q. 40, a. 5, ad 2].. . Pour saint Thomas en effet le pouvoir sacerdotal s'étend 'supra corpus mysticum Christi' parce qu'il s'étend 'supra corpus eius reale': en d'autres termes le pouvoir de sanctification, auquel saint Thomas rapporte le pouvoir d'ordonner *{Suppl.,* q. 40, a. 5 et q. 37, a. 2), est fondé sur le pouvoir de consacrer l'Eucharistie; dès lors, puisque le simple prêtre possède le pouvoir de consacrer, fondement ontologique des autres pouvoirs, on entrevoit une explication possible."[34]

[33] "De Bulla Innocentiana seu de potestate Papae committendi simplici presbytero subdiaconatus et diaconatus collationem," *Analecta ecclesiastica* IX (1901) 473 sq., 475. Cf. Idem docet in praecedenti articulo "La Bulle d' Innocent VIII aux abbés de Citeaux pour les ordinations 'in sacris,'" *Etudes Franciscaines* V (1901) 147. Langonio videtur consentire. F. Fon, C. R. L., "Un singolare privilegio riguardante il ministro dell'ordine sacro," *La scuola cattolica,* a. 52 (1924) III 187 sq.

[34] "Une découverte théologique," *Nouvelle revue théologique* LTV (1924) 338sq.

PÈGUES, O.P.: "L'excellence de la dignité et du pouvoir de l'évêque ne se prend pas eu égard à l'acte principal de l'Ordre, qui est de consacrer le corps du Christ véritable. Elle se prend du côté de ce qui a trait à la formation et à l'organisation du corps mystique. Pour autant, bien qu'elle se rattache au sacrement de l'Ordre, elle n'implique pas un nouvel Ordre. Elle n'est que *Vépanouissement parfait du sacrement de l'Ordre déjà préexistant dans son degré suprême par l'ordination sacerdotale,* épanouissement qui lui permet de conférer même le sacrement de l'Ordre sans lequel ne saurait exister la consécration du corps du Christ véritable, centre et foyer de toute vie spirituelle chrétienne pour les membres du corps mystique dont la constitution et la garde est confiée proprement à l'évêque."[35]

HUGON, O.P., pro eadem sententia invocari potest, quamvis nihil décisive concludat: "Utrum vero [episcopatus] sit sacramentum distinctum: affirmant plerique recentiores; negant vero multi scholastici cum S. Thoma. . . Ceterum, differentia inter utramque sententiam non videtur tanti momenti, sed potius ad modum loquendi reducitur. Nam omnes theologi in his tribus essentialibus convenire debent: 1° per episcopalem ordinationem conferri gratiam sanctificantem, cum non frustra dicat ordinator: Accipe Spiritum Sanctum; 2° in hac ordinatione characterem imprimi, hac saltem ratione, ut per modum realem et physicum extendatur et amplietur; 3° vi ordinationis episcopos esse iure divino presbyteris superiores."[36]

HÉRIS, O.P.: "L'on pourrait . . . se demander si l'épiscopat ne doit pas être regardé comme un véritable sacrement, tout aussi bien que la prêtrise et les autres ordres inférieurs. L'on sait, en effet, que le sacrement de l'Ordre se divise en plusieurs ordres, tous synthétisés dans l'unité par leur rapport au culte eucharistique, et par ce fait que les ordres inférieurs sont des participations de l'ordre suprême. Cet ordre suprême ne serait-il pas précisément l'épiscopat? Nombre de théologiens modernes, à la suite de Pierre Soto, sont de cet avis. Telle n'est pas pourtant la pensée de saint Thomas: selon notre Docteur, le sacrement de l'Ordre a un rapport direct et immédiat avec l'Eucharistie; les pouvoirs qu'il confère ont trait premièrement au corps véritable du Christ offert sur nos autels; ce n'est que par dérivation que le sacrement de l'Ordre nous ordonne au corps mystique, en vue de disposer les âmes au culte divin. Or, par rapport à l'Eucharistie, l'évêque ne possède pas de pouvoirs plus étendus que ceux du prêtre: comme lui, il consacre et offre la divine victime et ne peut faire davantage. *L'épiscopat n'est donc pas, comme on pourrait le croire, le sacrement de l'Ordre en son degré suprême.*

"En retour l'épiscopat investit l'évêque d'une dignité qui l'ordonne directement à la régence du corps mystique. *Cette dignité est une consécration, toute différente néanmoins de celle que confère le caractère sacramentel.* Le caractère nous consacre immédiatement à Dieu, et nous unit à lui à la manière dont le Christ est uni personnellement au Verbe, en vue de nous permettre de prendre part aux actes de son sacerdoce. L'épiscopat voue l'évêque et le consacre au corps mystique, qui est bien aussi quelque chose de divin, puisque relié à Dieu par sa tête, c'est-à-dire par le Christ; mais l'appartenance de l'évêque à Dieu est indirecte, et c'est d'abord et avant tout vers le corps mystique que sa consécration l'oriente. Cette consécration lui donne évidemment un pouvoir hiérarchique, une dignité de régence de premier ordre. 'Par sa promotion à l'épiscopat, écrit saint Thomas, l'évêque reçoit un pouvoir qui demeure perpétuellement en lui. Mais on ne peut dire que ce soit un caractère; car, par le pouvoir épiscopal, l'homme n'est pas directement ordonné à Dieu, mais au corps mystique du Christ. Ce pouvoir n'en

• ***Commentaire français littéral de la Somme Théologique de Saint Thomas d'Aquin,*** **XX:** ***Les sacrements — Ordre, Mariage*** **(Toulouse 1931) 111 sq.**
MTractatus dogmatici **III (ed. 14, Parisiis 1948) 696 sq.**

est pas moins indélébile comme le caractère, et il est donné par le moyen d'une consécration' *[Suppl.,* q. 38, a. 2, ad 2].

"Par la consécration épiscopale, l'évêque est donc établi véritablement chef du corps mystique et des membres du culte chrétien. Et dès lors, il a l'autorité requise pour agir sur ces membres et les instituer dans les fonctions officielles se rapportant à ce culte. Il peut nommer les défenseurs de la religion du Christ, il peut choisir ses ministres et ses prêtres. Sans aucun doute, c'est en vertu de son caractère sacerdotal qu'il les consacrera et leur donnera sacramentellement les pouvoirs afférant à leur charge; mais il faudra auparavant que ce caractère ait été élevé de telle sorte qu'il soit un caractère de chef et de prince de l'Eglise. C'est la consécration épiscopale qui réalise cette sublimation. Ainsi la royauté du Christ élève-t-elle son sacerdoce au point de lui permettre d'en exercer les actes avec une autonomie et une maîtrise parfaites."[37]

In nova tamen editione sui operis, a. 1953, Héris suam opinionem reformavit, accedens ad contrariam sententiam (cf. infra, p. 217).

LÉPICIER, O.S.M.: "Ordo potest accipi dupliciter. Uno modo, secundum quod est sacramentum, et sic ordinatur omnis ordo ad Eucharistiae sacramentum, ut patet considerando singillatim omnes ordines, tum maiores, tum minores; unde cum episcopus non habeat, quantum ad hoc, potestatem superiorem potestate sacerdotis, hinc episcopatus non est ordo sacramentalis. Alio modo, potest considerari ordo, secundum quod est officium quoddam, respectu quarundam actionum sacrarum; et sic cum episcopus habeat potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici supra sacerdotem, puta, fideles confirmandi, ordinandi, regendi, hinc quantum ad hoc episcopatus est ordo, scilicet hierarchicus. . . .

"Ex hac vero doctrina rite sequitur, per ritum quo episcopus consecratur, novum characterem, a charactere scilicet sacerdotali distinctum, minime imprimi, sed *praeexistentem characterem sacerdotalem extendi quodammodo atque ampliari* per determinationem quamdam ad ulteriora ministeria; unde rite dicitur episcopatus plenitudo vel complementum sacerdotii. . . . Ex his sequitur, characterem episcopalem esse ipsummet characterem presbyteralem, sed ampliatum et extensum ad aliquas consecrationes ex parte corporis Christi mystici, vel potius characterem presbyteralem esse ipsum characterem episcopalem, sed restrictum et limitatum. Quapropter, episcopalis consecratio, ut est formaliter distincta ab ordinatione sacerdotali, hunc effectum habet, scilicet tollere hanc limitationem, ita ut deinceps totam suam virtutem character ille recipiat et exerat. Et hoc modo intelligendus est episcopatus conferre gratiam: scilicet, non ex opere operantis tantum, sed formaliter ex opere operato, seu virtute sacramenti Ordinis, qualis in sacerdotio habetur; et cum character sit res et sacramentum, hinc in sacerdote male disposito, seu ficte, ut dicitur, episcopatum suscipiente, fit titulus ad reviviscentiam gratiae sacramentalis."[38]

PÉRINELLE, O.P., sic resumit et approbat doctrinam S. Thomae: "Ordre hiérarchique [l'épiscopat], mais non ordre sacramentel. Il ne donne en effet aucun pouvoir nouveau sur la consécration eucharistique. Le rite par lequel un prêtre y est promut n'appartient donc pas au sacrement de l'Ordre, car le sacrement de l'Ordre habilite avant tout (c'est son effet premier et nécessaire),, à une fonction ayant pour object la consécration eucharistique. Ici rien de tel." Subinde de suo addit: "La notion thomiste de hiérarchie sacrée serait intéressante à approfondir. *Elle ne s'identifie ni avec la notion, plus étroite, de juridiction, ni avec celle de sacerdoce.* Se rattachant à la royauté spirituelle et sacrée du Christ, elle met en

[37] ***Le mystère du Christ* ("La pensée thomiste," n. 11, Paris 1928) 324-326; eadem fere ad verbum repetit in opella *L'Eglise du Christ* (Paris 1930) 71-73.**

[38] ***u Tractatus de sacramento Extremae Unctionis et de sacramento Ordinis* (Romae 1928) 186, 187, 190.**

relief la valeur de cette royauté dans la vie de l'Eglise et sa liaison avec le sacerdoce du Sauveur. L'ordre hiérarchique diffère de l'ordre sacramentel, tout en paraissant l'inclure."[39]

In posteriori vulgarizationis opella *Le sacerdoce* [Paris 1936] 75-93, Périnelle dignitatem episcopalem explicat in eodem sensu hierarchico non sacramentali, etsi theologorum controversiam directe non indicet; admittit tamen peculiarem gratiam per episcopalem consecrationem conferri (p. 89 sq.).

GERLAUD, O.P.: "Tandis que la consécration sacerdotale confère principalement un pouvoir sur le corps réel du Christ et dispose à recevoir autorité sur son corps mystique, la consécration épiscopale confère un pouvoir direct sur le corps mystique; la première est une participation à la grâce sacerdotale du Christ, la seconde à sa grâce royale. Dans l'évêque comme dans le Christ, sacerdoce et royauté sont unis; le Christ possède toute plénitude (3e partie, qu. 22, art. 1, sol. 3) pour tout son corps, l'évêque pareillement possède une plénitude participée dont doit bénéficier la portion du corps mystique à laquelle il commande; ainsi saint Thomas ne craint-il pas de reconnaître à l'évêque, en les délimitant, les prérogatives capitales. . . .

"Cependant cette participation à la Royauté du Christ, effet de la consécration épiscopale, présuppose le sacerdoce en son sujet. La même onction a consacré le Christ roi et prêtre en son Humanité sainte, mais à mesure que nous descendons les sphères inférieures, la multiplicité s'impose à nous: la royauté se divise d'avec le sacerdoce bien qu'elle en soit le couronnement. Le prêtre qui a pouvoir sur le corps réel du Seigneur, sanctifie le fidèle par l'Eucharistie et les sacrements qui l'y préparent, ainsi lui donne-t-il rang parmi les membres du corps mystique du Christ; il lui reste, de par son pouvoir royal, de présider aux évolutions de sa vie, celles-là même du Corps mystique; en ce sens on dira légitimement que l'épiscopat est l'épanouissement du sacerdoce, bien qu'il ne soit pas au-dessus de lui comme un huitième ordre, tel le sacerdoce qui élargit le pouvoir inférieur du diaconat: 'L'épiscopat n'est pas un nouvel ordre, mais une perfection dans l'ordre, autrement on compterait plus de sept ordres' (De perfectione vitae spiritualis, chap. 21). *L'épiscopat dépasse le sacrement;* si la consécration qui le confère produit dans l'élu une réalité permanente, cette réalité n'est pas au sens strict un caractère; le caractère — on s'en souvient — est une participation au sacerdoce du Christ, l'effet de la consécration épiscopale est de faire participer l'élu à la Royauté de Dieu, principe premier de son excellence. . . .

"La consécration sacerdotale, d'ordre strictement sacramentel, n'appelle pas d'elle-même quelque juridiction sur le corps mystique, bien qu'elle crée une aptitude à cette juridiction; ainsi dans les monastères, des moines sont ordonnés prêtres dont la vie solitaire exclut toute activité pastorale. La consécration épiscopale au contraire, d'un genre autre que la consécration sacerdotale, parce qu'elle confère sur le corps mystique le pouvoir de régence du Christ, crée une exigence à la juridiction; la juridiction est dès lors l'achèvement de la consécration:"[40]

Attamen, paulo ante scribit: "Les théologiens sont divisés sur ce problème. Saint Thomas avec la majorité des auteurs antérieurs au XVIIe nie que l'épiscopat soit une partie du sacrement de l'Ordre. Le pouvoir qu'il lui reconnaît est à la fois un pouvoir d'ordre et un pouvoir de régence ou de juridiction, l'un et l'autre pouvoirs réels dont l'âme est le sujet, comme elle l'est chez le prêtre du caractère sacerdotal. *L'épiscopat est certes un sacrement:* pouvoir spirituel, il est conféré par un symbole sensible; *mais sa notion déborde celle des autres sacrements,* il ne peut donc compter dans leur catégorie; ceux-ci ont comme fin les sanctifications individuelles plénières ou partielles, tandis que l'épiscopat est con-

39 *Art. cit.* (supra, in p. 116) 250.
40 *Op. cit.* (supra, in p. 115) 219, 220 sq., 226.

stitué pour la sanctification du corps mystique; les sept sacrements sont en vue d'un bien particulier, l'épiscopat en vue du bien général."[41]

Oppositio inter verba: "L'épiscopat est certes un sacrement" et alia quae habet in textu praecedenti: "L'épiscopat dépasse le sacrement. . . Cette réalité [qu'il confère] n'est pas au sens strict un caractère" nequit dissipari nisi dicendo cum Capreolo (supra, p. 153) episcopatum vocari posse sacramentum, sed in largiori quodam sensu, vel aequivoce; quod quidem videtur significare ipse Gerlaud, cum prioribus verbis addit: "Mais sa notion déborde celle des autres sacrements, il ne peut donc compter dans leur catégorie."

LAHITTON: "Ordo dupliciter sumi potest: lato sensu, pro potestate sacra ministrandi sacramenta; stricto sensu, pro potestate sacra relate ad Eucharistiam. In primo sensu, episcopatus est ordo; nam vere confert potestatem sacram, ut in secunda parte dicetur: sed in secundo sensu, non est ordo, quia episcopus nullam potestatem novam accipit relate ad eucharistiam. Porro solus ordo in stricto sensu sumptus, est ordo proprie dictus, ut patet ex doctrina Trid., sess. XXIII, cap. 1 et 2, ubi sacerdotium et alii ordines instituti dicuntur relate ad sacrificium eucharisticum. Hinc logice concluditur episcopatum non esse Ordinem (secus enim essent octo ordines; et Trid. septem tantum agnoscit), nec imprimere characterem, quia solum ordinis sacramentum characterem sacerdotii confert, nec esse vere et proprie sacramentum. Haec tria enim sunt, in praesenti, correlativa, et sese mutuo appellant. De quo confer Trid., sess. XXIII, cap. 2, cui titulus: de septem (et non de octo) ordinibus. Subaudi: "sacramentum Ordmis constituentibus'; seu: 'in sacramento Ordinis inclusis.'

"Doctrinae Cone. Tridentini omnino concordat S. Thomas, iuxta quem ordo, prout est sacramentum characterem imprimens, ordinatur specialiter ad eucharistiam, in quo Christus continetur: quia per characterem Christo configuramur. Sed episcopus, non habet respectu eucharistiae potestatem superiorem simplici sacerdoti. Ergo episcopatus non est ordo, secundum quod ordo est sacramentum quoddam N. Legis, nec ideo imprimit characterem (q. 40, a. 5, in Corp. et ad 2).

"Quaeris: Si episcopatus non est ordo, nec sacramentum, quid ergo est? Resp.: Est officium, vel *potestas superveniens sacramento ordinis eiusque characteri, ut characterem extendat* ad actum quemdam secundarium, actui proprie sacerdotali quasi accidentaliter annexum: scilicet, ordinare novos sacerdotes. *Si ergo contendat quis episcopatum esse verum sacramentum, loquetur per analogiam,* non univoce cum caeteris ordinibus. Attamen in episcopatu vera confertur consecratio, et *gratia ex opere operato.* Quod autem, his non obstantibus, sacramentum non sit, scias, praeter has conditiones, ad verum sacramentum requiri relationem ad ipsam eucharistiam (III, q. 65, a. 3) (Capreolus, VI, p. 484). Adde quod episcopatus, quamvis non sit ordo, qui sit sacramentum, est tamen ordo qui est officium seu potestas. Et quamvis potestas illa non sit character, 'tamen indelebiliter manet sicut character, quia per consecrationem datur.' *Suppi,* q. 38, a. 2, ad 2."[42]

FERLAND, P.S.S.: "Iuxta sententiam, cui libenter adhaeremus, episcopatus non est ordo sacramentalis, ideoque nullatenus dicit novum characterem adaequate distinctum a potentia sacerdotali. Secum fert tamen specialem *perfectionem sacram ad lineam characteris sacramentalis pertinentem,* qua completur atque intrinsece perficitur ipse character presbyteralis, sicut gratia habitualis communiter dicta intrinsece perficitur per modum specificum ipsius gratiae sacramentalis. Potestas igitur stricte episcopalis est *extensio ac consummatio characteris presbyteralis,* ideoque non est tantum jurisdictionis sed etiam ordinis."[43]

[41] *Ibid.* 190.
[42] *Theologiae dogmaticae theses* IV (Parisiis 1932) 245 sq.
[43] *Commentarius in Summam D. Thomae — De sacramentis in speciali, De Novissimis* (Montréal 1940) 450.

DAFFARA, O.P.: "Probabilius est episcopatum, per se et prout a presbyteratu distinguitur, non constituere specialem ordinem stricte sumptum. Haec sententia fere communis est apud theologos scholasticos contra canonistas coaevos, et contra recentiores theologos. . . Ordo stricte sumptus specialiter et immediate ad sacramentum Eucharistiae . . . ordinatur. Atqui gradus episcopalis, ut talis, non immediate et directe ordinatur ad corpus Christi verum, id est ad Eucharistiam, secundum quod est actu consecratum, sed ad corpus Christi mysticum . . . Ordo sacerdotalis plene habetur in episcopatu, cui non solum competit potestas consecrandi Eucharistiam, sed etiam potestas alios sacerdotes gignendi. . . *Cum ista potestate coniungitur semper gratia sanctificans; unde ordinatio episcopalis est vera ordinatio sacramentalis,* quae sicut complet potestatem sacerdotalem, ita perficit gratiam sanctificantem. . . Ceterum magni momenti controversia non est, cum omnes theologi in essentialibus conveniant, nempe: a) per episcopalem ordinationem conferri gratiam sanctificantem; b) characterem imprimi, saltem hoc sensu quod in collatione episcopatus character ampliatur realiter et physice; c) vi ordinationis episcopos esse iure divino presbyteris superiores."[44]

Haec verba valde ambigua, imo contradictoria, videntur. Nam ex una parte intendunt defendere sententiam antiquorum, qui dicebant episcopatum non esse specialem ordinem sacramentalem, et ex alia parte non solum affirmant consecrationem episcopalem producere gratiam et extensionem characteris, sed etiam explicite proferunt eam esse sacramentalem.

PHILIPON, O.P.: "L'évêque est voué tout entier et directement au gouvernement spirituel des fidèles. Il régit le corps mystique du Christ. *Sa consécration épiscopale n'imprime dans son âme aucun caractère sacramentel,* mais lui donne dans l'Eglise un pouvoir hiérarchique de chef." "Ce n'est pas le lieu d'entrer en discussion sur l'essence de l'épiscopat. Nous nous en tenons à la doctrine de saint Thomas qui nous paraît la plus profonde et la plus confonne à la constitution hiérarchique de l'Eglise, la plus féconde aussi dans ses conséquences pratiques sur le rôle social de l'évêque dans la vie de la communauté chrétienne et en particulier à la tête de nos mouvements d'Action catholique."[44bis]

THOMAS: "Notre conclusion est donc, que *l'épiscopat ne participe pas comme tel à la sacramentalité,* mais uniquement par le sacerdoce qu'il suppose et qu'en un sens il complète et couronne dans la ligne même du pouvoir d'ordre: sacerdoce que les évêques possèdent non seulement en perfection mais en plénitude et qui les place au faîte de la hiérarchie cultuelle; sacerdoce suprême qui en toute rigueur est le sacerdoce car, à vrai dire, les évêques sont les 'sacerdotes primi ordinis,' comme le suggère le Pontifical dans les rites d'ordination, continuateurs directs des premiers ordonnés, les prêtres n'étant qu'en 'sous-ordre' (secundi ordinis) quoique prêtres réellement et parfaitement. Le sacre n'est donc pas un sacrement, bien qu'il soit un peu du même genre et jouisse de certaines propriétés assez semblables, comme l'indélébilité."[45]

"Pour atteindre au sacerdoce il est plusieurs degrés, et tous sont sacramentels [etiam ordines minores] puisqu'ils confèrent une participation progressive au pouvoir d'ordre, qui essentiellement est le pouvoir sur le corps eucharistique du Sauveur. Et par delà le presbytérat, dans la ligne cultuelle, certes, et en couronnement du pouvoir sacerdotal parfait, il y a la plénitude du sacerdoce dans l'épiscopat, lequel cependant *n'est pas un sacrement, n'est plus le sacrement de l'Ordre.* Telles sont les conclusions auxquelles nous sommes parvenus, en considérant la notion même du sacerdoce et sa finalité."[46]

[44] *De sacramentis et novissimis* **(Taurini 1944) 603-605.**
[44bis] *Les sacrements dans la vie chrétienne* **[Bruges 1945] 301 sq., in textu et in nota.**
[45] **"Presbytérat et épiscopat,"** ***Revue diocésaine de Tournai*** **II (1947) 339.**
[46] **"L'Ordre et les ordres,"** ***ibid.*** **500.**

CONGAR, O.P.: "La question de fond qui se pose est évidemment celle des rapports entre le presbytérat et l'épiscopat: quelle est, entre les deux, l'unité, l'identité partielle qui explique la possibilité des faits invoqués [i.e. autorisation accordée à des simples prêtres d'ordonner des diacres et des prêtres]? N'y a-t-il pas, dans ces deux Ordres, une même réalité sous deux formes différentes dont l'une ne laisse pas d'être supérieure à l'autre? De quelle supériorité exactement? On sait les thèses qui, peut-être, se départagent moins selon les écoles et la couleur des robes, que selon les époques (moyen âge, modernes) et les compétences (canonistes ou historiens, théologiens spéculatifs). En réalité, quand on précise bien le vocabulaire et qu'on cherche, sous les différentes catégories, ce que les auteurs ont dans l'esprit, on s'aperçoit que les différents théoriciens ont pris la question par des côtés divers et que leurs explications sont réellement beaucoup plus concordantes que divergentes. L'épiscopat est-il le sacrement d'Ordre? Si on considère l'évêque *in facto esse,* la qualité épiscopale telle qu'elle est réalisée dans un évêque, il est bien évident que cet épiscopat est l'Ordre sacramentel en sa plénitude, et cela explique qu'il y ait eu souvent, jadis, des ordinations directes de diacres à l'épiscopat sans passer par le presbytérat (en particulier des papes). Mais si l'on envisage le cas d'un prêtre élevé du presbytérat à l'épiscopat, il est non moins évident qu'il n'a plus à recevoir un sacerdoce qu'il a déjà et que la consécration épiscopale ne fait que développer en lui la possibilité de certains actes de son sacerdoce liés dans le simple sacerdoce presbytéral.

"Saint Thomas appelle cette extension du sacerdoce 'Ordre hiérarchique': non le sacrement d'Ordre, mais une dignité et un degré dans le sacerdoce, dignité et degré qui sont conférés par une consécration. Il répugne à y voir une pure question de juridiction, car la juridiction: 1° est délégable; 2° se perd, tandis que la consécration épiscopale est inamissible; 3° peut être donnée aussi bien à un diacre. *L'esprit s'orienterait volontiers, tant pour l'évêque vis-à-vis du prêtre que pour le Souverain Pontife, vers l'idée d'un pouvoir liturgique: extension du pouvoir d'Ordre à des actes nouveaux,* impliquant autorité, effectuée par la consécration épiscopale (pontificale) et représentant la conséquence, dans le pouvoir d'Ordre lui-même, de la mission pastorale de l'évêque ou du pape, laquelle est non seulement juridictionnelle, mais aussi doctorale et sacerdotale.

"Dans ces conditions, on serait amené à envisager le sacerdoce presbytéral et le sacerdoce épiscopal comme foncièrement un, mais recevant, ici et là, une extension différente au point de vue de certaines actions sacrées autres que l'Action par excellence, qui est la célébration du Repas du Seigneur et qui constitue l'objet même du pouvoir sacerdotal essentiel. *On se situerait ainsi dans la perspective de la tradition la plus ancienne et la plus authentique,* qui tout entière et jusque dans le vocabulaire, affirme l'unité du *sacerdotiwn.* Aussi bien est-ce en ce sens que se sont orientés les auteurs qui, acceptant loyalement, au moins à titre d'hypothèses, les faits que nous avons évoqués, ont cherché à concevoir les choses d'une manière qui puisse en rendre compte: le P. Pie de Langogne, Mgr Boudinhon ---» Dom Fofi et, semble-t-il, le P. Gerlaud. Un sacerdoce existant sous deux formes et à deux degrés; complet dans celui des évêques, réduit à l'essentiel, limité et subordonné dans celui du presbytérat ('sacerdotes secundi ordinis')."[47]

Attamen, hic auctor quasdam transeuntes observationes addit quae incohaerentiam sonant et a quibusdam intelligi possent ut *aliquod ambiguum compromissum vel aliquam tendentiam in contrariant sententiam de sacramentalitate episcopatus.* Scribit enim: "La systématisation thomiste du sacrement d'Ordre par l'idée d'un rapport au corps vrai du Christ a, dans ses applications, quelque chose d'artificiel: elle reconnaît une valeur sacramentelle au sous-diaconat, alors que celui-ci ne

*** *Art. cit.* (supra, in p. 115) 115-117.**

confère, de toute évidence, aucun véritable 'pouvoir' et, à coup sûr, aucun 'pouvoir' sur le corps eucharistique du Christ; par contre, elle refuse la qualité d'Ordre sacramentel à l'épiscopat, sous prétexte qu'il n'ajoute pas au simple presbytérat un pouvoir sur l'Eucharistie, alors que l'épiscopat comporte la puissance de faire des prêtres, c'est-à-dire de transmettre le 'pouvoir' essentiel sur le corps eucharistique."[48] Quibus addit in nota: "Dans un article à la fois informé et raisonnable *(Ist der Episkopat ein Sakrament?* dans *Scholastik,* 1943, pp. 200-219), *M. E. Seiterich* fait une remarque de même sens pour montrer qu'il y a, dans les principes spéculatifs de saint Thomas, des données qui accueilleraient l'idée de la sacramentalité de l'épiscopat. L'intention de cet article est de montrer que le point de vue positif, celui de l'histoire et des faits, qui impose la sacramentalité de l'épiscopat, peut parfaitement s'articuler et s'harmoniser avec les principes systématiques de saint Thomas dans sa théologie du sacrement de l'Ordre. Je partage sur ce point les vues de l'auteur."[40]

HENRY, O.P.: "Cette esquisse nous invite, avec saint Thomas, à distinguer deux sortes d'ordres: l'ordre qui implique un pouvoir sacramentel — c'est-à-dire un pouvoir consistant à transmettre une vertu spirituelle ou une grâce par le moyen de quelque signe sensible — et qui, à cause de cela, est aussi un sacrement; et l'ordre qui est un office hiérarchique visant l'accomplissement de certaines fonctions sacrées, soit de magistère, soit de gouvernement.

"Au premier sens du mot, toute fonction ordonnée à la célébration de l'Eucharistie sera sacrement d'ordre. S'il est vrai que les ordres mineurs et majeurs ont été institués en vue de la célébration et qu'ils tirent leur raison d'être de leurs diverses références au sacrifice eucharistique, il faut admettre, avec saint Thomas, que ces divers ordres sont des sacrements ou du moins les parties potentielles ou subjectives d'un sacrement qui est le sacrement de l'ordre, et qu'ils donnent chacun un certain pouvoir près du corps eucharistique du Christ à ceux auxquels ils sont conférés. Par contre, tout office hiérarchique qui n'apporte pas de nouveau pouvoir concernant l'Eucharistie n'est pas un sacrement. Au second sens du mot, *l'ordre est un nom générique qui inclut tout office hiérarchique, qu'il soit sacramentel ou non.* Le pouvoir de consacrer relève de Dieu seul, comme cause principale; c'est pourquoi évêque et prêtre possèdent le même sacrement, bien que l'évêque le possède plus parfaitement puisqu'il a aussi pouvoir de le communiquer. Tandis que le pouvoir de gouverner, s'il dépend aussi de Dieu et du Christ, souverain Maître et Roi, n'est pas un simple pouvoir instrumental. La personnalité et la liberté de celui qui gouverne y jouent leur rôle.

"Voici donc une première précision sur le sacrement d'ordre. Si l'on se soucie peu au premier siècle de l'Eglise de distinguer les noms mêmes de pasteurs, presbytres ou épiscopes, nous pouvons néammoins discerner divers pouvoirs. Autre est le pouvoir de consacrer, autre celui de gouverner, autre celui d'enseigner. . . .

"Nous pouvons conclure en disant que le prêtre chrétien est ordonné pour consacrer l'eucharistie et pour être au service de l'Eglise en tout ce que l'eucharistie implique, que ce soit prêcher parce que ce sacrement est un mystère de foi, ou que ce soit gouverner parce que c'est de ce sacrifice qu'est née l'Eglise et c'est en lui qu'elle fonde toujours son unité."[50]

BOUËSSÉ, O.P.: "Le caractère dit ordre au culte sacramentel de la vie présente en la religion chrétienne. *Comme l'épiscopat, aux yeux de saint Thomas ainsi qu'aux nôtres, distingué du sacerdoce, n'est pas un sacrement,* n'ordonnant pas directement au culte sacramentel de la vie présente, ne donnant pas pouvoir sur le corps sacramentel du Christ, mais sur son corps mystique qui est l'Eglise, l'épiscopat

***"Ibid.* 109.** ***n Art. cit.* (supra, in p. 115) 186 sq., 192.**
***"Ibid,* in nota.**

n'est pas pouvoir d'ordre sacramentel mais pouvoir d'ordre hiérarchique. Il faut donc distinguer, ordre sacramentel et ordre hiérarchique."60bls Subinde tamen auctor *suam sententiam mutavit* vel potius peregrine reformavit (cf. infra, p. 218).

BEYER, S.J.: "Que ces trois ordres [diaconat, presbytérat et épiscopat] soient traités d'une façon uniforme, qu'ils se confèrent par l'imposition des mains et l'invocation du Saint-Esprit, qu'ils aient de ce fait 'une matière et une forme,' un geste significatif de la grâce implorée et concédée, tout cela ne peut suffire pour établir certainement que ces trois ordres soient sacramentels. Bien au contraire, toute une lignée de théologiens a maintenu la doctrine du Lombard et de saint Thomas et enseigne, de nos jours encore, que l'épiscopat n'est pas un sacrement mais une dignité, un office conféré d'une façon liturgique, c'est-à-dire par un sacramental. Ce qui entraîne une . . . conséquence: . . . le pouvoir sacerdotal est ontologiquement indentique chez les 'prêtres du premier ordre' et leurs auxiliaires 'du second ordre'. . .

"Les usages de l'Eglise apportent ici une solution plausible, qui rejoint d'ailleurs la thèse de saint Thomas. Les pouvoirs sacerdotaux essentiels — le pouvoir de consacrer et d'offrir le sacrifice Eucharistique, le pouvoir de remettre les péchés — sont les mêmes chez les évêques et les prêtres, tout comme le pouvoir d'administrer le sacrement des malades. Sur un point les évêques latins ont, dans la discipline actuelle, un pouvoir plus étendu: de droit, ils peuvent confirmer. Dans toutes les Eglises eux seuls sont autorisés à conférer aux clercs les ordres majeurs. Le Code de droit canonique, en reprenant d'ailleurs la discipline tridentine, a acté ces positions. Toutefois, en dehors des lois générales, il y a des droits particuliers, concessions pontificales, qui, tout étranges qu'elles puissent paraître à première vue, font exception et obligent à réfléchir. Ces faits ne sont nullement troublants [Refert documenta quibus confertur presbyteris facultas tum confirmandi tum ordinandi]. . . .

"Les théologiens s'inclinent devant ces faits. L'Eglise n'a pu se tromper en des questions aussi importantes, de façon répétée, pendant plusieurs siècles. Pour eux, il n'y a pas de doute possible; leur conclusion est nette: le Pape peut permettre qu'un simple prêtre confère les ordres majeurs. L'induit pontifical a ici le même effet, que ceux qui autorisent la confirmation: il délie un pouvoir dont l'Eglise ne permet pas aux simples prêtres de se servir. La validité de leur exercice dépend donc de la volonté de l'Eglise. Prêtres et évêques possèdent des pouvoirs égaux mais les prêtres voient l'exercice de ces pouvoirs limité par la volonté de l'Eglise. Ce que l'Eglise lie, elle peut le délier.

"Les évêques sont-ils également soumis à des restrictions pareilles? Certains prédicateurs magnifient chez eux la plénitude du sacerdoce. L'expression n'est peut-être pas aussi exacte qu'on le croit d'ordinaire. Les faits ne nous obligent-ils pas à revoir ce vocabulaire? Un évêque résidentiel a, dans son diocèse, le pouvoir d'absoudre tous les fidèles qui s'y trouvent, même s'ils n'y sont que de passage. En plus il peut, d'après le droit actuellement en vigueur, absoudre ses sujets partout où il les rencontre. Hors de son diocèse, dans un diocèse étranger ou sur un territoire soustrait à sa juridiction, il ne peut absoudre validement un autre pénitent, qui se confie à lui, sans demander au préalable, à l'évêque du lieu ou au supérieur compétent, la permission nécessaire. Un évêque titulaire ne peut conférer le sacrement de l'absolution sans autorisation préalable. Il faut donc conclure qu'un évêque consacré est formellement empêché d'exercer certains pouvoirs sacerdotaux. Son pouvoir sacramentel d'absoudre est lié. *On ne peut plus dire qu'il a, par sa consécration, la plénitude du sacerdoce.* La structure juridique de l'Eglise a si explicitement délimité l'exercice valide de son pouvoir d'absoudre qu'il peut être tout aussi bien limité que celui des prêtres. L'Eglise

***"b'* Le Sauveur de monde* IV (Chambéry-Leysse [1951]) 290, in nota.**

lie donc plusieurs pouvoirs d'ordre et en conditionne l'exercice, non seulement licite, mais valide. Plusieurs théologiens se demandent, non sans raison, pourquoi ceux qui détiennent la plus haute juridiction ecclésiastique ne pourraient pas les lier tous.

"Ces conclusions posent elles-mêmes un nouveau problème: celui de la valeur d'une consécration épiscopale. Celle-ci est-elle un sacrament? L'épiscopat est-il le degré supérieur du sacrement de l'ordre? *Au point de vue strictement sacramentel, les pouvoirs de Vévêque sont radicalement les mêmes que ceux des pretres;* les prêtres ne peuvent en exercer certains qu'avec le consentement préalable de l'Eglise: ce qui se vérifie pour la confirmation, la pénitence, l'ordination sacerdotale et l'extrême-onction. Elle non plus ne peut être valide que si l'évêque intervient. Dans l'Eglise latine, cette intervention est liturgique du fait que le sacrement n'est valide, que s'il est conféré avec les Saintes huiles bénites par un évêque, qui est normalement l'Ordinaire du lieu. En Orient, les simples prêtres bénissent l'huile avant la collation du sacrement. Ce que l'Eglise lie, elle peut le délier. Elle le fait en faveur des prêtres par induits pontificaux ou par pouvoir délégué; ce même effet est obtenu par la consécration épiscopale: *elle délie les pouvoirs sacerdotaux, reçus dans l'ordination presbytérale mais maintenus hors d'exercice par la volonté de l'Eglise. De ce fait, on peut conclure que cette consécration n'est pas un rite sacramentel mais un sacramental,* ou, si l'on veut, un acte de caractère juridictionnel posé dans une fonction liturgique. Cette conclusion rejoint l'enseignement de saint Thomas et des théologiens éminents qui ont maintenus son point de vue; l'usage de l'Eglise confirme irréfutablement leur doctrine.

"Il ne faut cependant pas conclure trop facilement: d'autres faits obligent le théologien à nuancer cette première conclusion. L'histoire nous révèle que plusieurs papes des premiers siècles de l'Eglise et du moyen âge étaient diacres au moment de leur élection. Us furent ordonnés papes sans recevoir le presbytérat: ils devenaient donc prêtres dans et par leur consécration épiscopale, qui fut donc vraiment sacramentelle. La consécration épiscopale est-elle encore sacramentelle aujourd'hui? L'Eglise n'a jamais traité explicitement cette question; elle ne s'est pas prononcée sur la valeur de ces rites, mais nous serions portés à croire que, du fait de cette ambivalence, les pouvoirs sacerdotaux ont été transmis avec plus de sécurité dans l'Eglise: *là où la consécration épiscopale se confère aux simples prêtres, elle leur assure une seconde fois la collation des pouvoirs sacerdotaux.* Le fait mérite certainement d'être pris en considération. Peut-être soulèvera-t-on un doute au sujet de la valeur ambivalente des rites de la consécration épiscopale depuis que le droit moderne de l'Eglise exige explicitement que seuls des prêtres soient élevés à cette dignité. Le canon 331 du Code a peut-être supprimé l'ambivalence de ce rite. C'est peu probable. Il faudrait une intervention formelle au sujet du rite lui-même pour obtenir cet effet.

"La conclusion ainsi établie au sujet de la consécration épiscopale, fait refluer ordinairement la collation du sacerdoce dans le presbytérat actuel. Elle pose, du fait même, le problème du diaconat, de sa valeur sacramentelle et de sa participation ontologique au sacerdoce hiérarchique [Auctor prosequitur, reiciens etiam sacramentalitatem diaconatus, rationibus quas citavimus in art. 3, tom. 1, pp. 621 sq.]. . . .

"L'ensemble de ces arguments permet de conclure que le diaconat n'est pas sacramentel. *Ainsi voit-on le sacrement d'ordre se centrer ontologiquement sur la collation du presbytérat actuel.* Cette simplicité de structure convenient mieux à une oeuvre divine, la dépouille des ajoutes et complexités humaines, assimile le sacrement d'ordre aux autres sacrements, qui eux non plus ne se dédoublent pas, et supprime du fait même le difficile problème d'une participation progressive au

caractère sacerdotal que ne recevrait complètement que l'évêque consacré. Une autre conclusion, tout aussi importante, s'impose maintenant: la dépendance des prêtres envers leur évêque diocésain ou même envers l'épiscopat, ne se fonde donc pas sur la collation du sacrement. Elle n'est pas due à une participation ontologique à ses pouvoirs. Ontologiquement il y a dans l'ordination sacerdotale une transmission de pouvoirs égaux à ceux du ministre qui confère le sacrement et non pas une participation incomplète à un sacerdoce supérieur. La dépendance des prêtres par rapport à l'ordre épiscopal se situe donc dans la structure juridictionnelle de l'Eglise, et, si l'on veut souligner une véritable participation ontologique du prêtre aux pouvoirs de l'Ordinaire, il faut la retrouver dans la mission pastorale que communique le chef du diocèse ou le Souverain Pontife."[51]

Sedulo adverte hunc auctorem, quamvis consentiat doctrinae S. Thomae in neganda sacramentalitate episcopatus, tamen *in tribus ab ea dissentire. Primo* enim, ipse reducit episcopatum ad meram iurisdictionem (in quo convenit cum quibusdam patronis ipsius sententiae de sacramentalitate episcopatus, signanter cum Dôlger et Baisi, de quibus infra, pp. 206, 262, 263), dum S. Thomas habet episcopatum ut verum ac distinctum ordinem etsi non sacramentalem. *Secundo,* ipse putat quod, quamvis episcopatus non sit sacramentum, tamen ipsa consecratio episcopalis, prout de facto confertur, est sacramentum, non quidem quatenus confert potestatem episcopalem (quae non est sacramentalis), sed quatenus simul importat sive ambit collationem ipsius potestatis presbyteralis, quamvis haec de facto non conferatur ubi iam in subiecto inveniatur, ut accidit in moderna praxi. *Tertio,* ipse negat etiam sacramentalitatem ipsius diaconatus, totum Ordinis sacramentum reducens ad solum presbyteratum.

BONETTI, C.P.S., disputans contra Mancini, S. d. B., per tres integros articulos apte exponit sententiam S. Thomae simulque ostendit soliditatem probabilitatis et actualitatis eius, in ipsam evidenter inclinans, etsi declaret suum scopum non esse decidere ipsam theologorum controversiam nec aliunde se velle negare probabilitatem contrariae sententiae. Auctor sincere etiam ostendit quomodo apud ipsos postridentinos thomistas, plures ab authentica positione Angelici deviaverint in quendam sacramentalismum episcopatus qui vix differt ab apparenter contraria positione modernorum, defendentium contra S. Thomam sacramentalitatem episcopatus. Satis erit pauca verba referre quae obiectum ac propositum auctoris summatim exibent:

"La distinzione di un potere di Ordine extrasacramentale da quello sacramentale pare non abbia grande importanza nella teologia moderna. . . Ben altro significato invece pare che la questione abbia in S. Tommaso. L'Angelico infatti . . . parla chiaramente di un potere di Ordine distinto da quello sacramentale . . . [e] attribuisce ad un potere extrasacramentale quelle funzioni che competono propriamente al vescovo, negando senzaltro che l'episcopato in quanto si distingue dal presbiterato sia Ordine sacramentale."[52]

"Ciò che distingue VEpiscopato dal Presbiterato, non è [secondo S. Tommaso] . . . una maggior pienezza del potere che compete a questo, ma qualche cosa che si trova in una linea diversa: nella linea del potere gerarchico. Se il Vescovo, in altre parole, può communicare ad altri il potere di consacrare l'Eucaristia, non è perché egli abbia quel potere in grado più elevato, ma solo perché ha ricevuto a questo scopo un nuovo apposito potere (pur sempre di Ordine) di natura diversa, gerarchica, avente per oggetto il Corpo mistico di Cristo. La diversità delle due linee era stata non soltanto affermata, ma anche percepita in tutta la sua portata, da S. Tommaso."[53]

***n Art. cit.* (supra, in p. 114) 358-373.**
***" Art. cit.* (supra, in p. 114), a. 1948, p. 136.**
***n Art. cit.* (supra, in p. 114), a. 1949, p. 74 sq.**

"Ma che avvenne poi di questa concezione di S. Tommaso? La narrazione delle vicende che ebbe ad attraversare sarebbe assai interessante, e meriterebbe uno studio a parte. Noi qui le toccheremo per quel tanto che è necessario a spiegare la genesi di *una interpretazione della dottrina tomista, che oggi è assai diffusa, ma che ci pare ben lontana dal pensiero del Maestro.* . . Da qualche tomista si cominciò ad esprimere il rapporto fra episcopato e presbiterato con una forinola nuova, in apparenza innocua e conforme a quelle tradizionali, ma, in realtà, equivoca e gravida di consequenze. Si disse, cioè, che l'episcopato perfeziona e completa il presbiterato 'estendendone il carattere': così Dom. Soto, più tardi il Billuart - - - ed in seguito la maggior parte dei Tomisti. Osserviamo che in questa forinola l'episcopato non è più soltanto un complemento del presbiterato, ma una estensione del 'carattere' presbiterale . . . , ossia del potere sacramentale, cosicché della nuova potestà conpetente all'episcopato si dovrà logicamente affermare: 'habet rationem characteris'. . . Dopo un simile passo, sarà ancora possibile sostenere la vecchia tesi tomista, che l'espicopato non è Ordine sacramentale? Da principio si credette di sì; cosicché Dom. Soto e il Billuart affermano insieme che l'episcopato estende il carattere sacerdotale, e che esso rimane Ordine non sacramentale. Ma la difficoltà di questa impresa appare evidente. . . D'altra parte, avendo intanto acquistato sempre maggior credito fra i Teologi la sentenza dei Canonisti che vedeva nell'episcopato un Ordine adeguatamente distinto dal presbiterato, passò in primo piano la necessità di difendere la distinzione inadeguata fra i due Ordini · nel che i Tomisti si trovarono a fianco non pochi Teologi che sostenevano l'indole sacramentale dell'episcopato. Avvenne così che il punto capitale della dottrina di S. Tommaso, ossia la negazione dell'indole sacramentale dell'episcopato, fu dapprima trascurato, mentre si accentuava sempre più come dottrina essenziale dell'Angelico quella della sua distinzione inadeguata dal presbiterato. In seguito poi, fu addirittura abbandonato espressamente, e fu accettato anche in campo tomista il punto di vista contrario."[54]

De momento et actualitate purae doctrinae S. Thomae, haec ait:

"Da queste semplici indicazioni ci pare risulti sufficientemente illustrata rimportanza del concetto di potere d'Ordine extrasacramentale nella teologia di S. Tommaso. Non sappiamo se da tutti sarà giudicato opportuno questo richiamo a concetti e dottrine che nella teologia moderna sembrano ormai sorpassate. Ma le difficoltà non lievi incontrate appunto in seguito all'abbandono di quelle dottrine, e, d'altra parte, l'autorità del Dottore Angelico che le sostenne, sembrano motivi sufficienti a giustificare un riesame delle posizioni."[55]

"Non vorremmo che . . . qualcuno ricevesse l'impressione che per conto nostro la posizione dei Moderni vada senz'altro scartata come inverosimile. Le nostre pretese non si spingono fino a questo punto. Noi comprendiamo che le due posizioni — quella dei Medioevali, e di S. Tommaso in particolare, e quella dei Moderni — partono ambedue da esigenze legittime, che dovrebbero trovare il punto giusto di incontro. S. Tommaso è portato a sistematizzare, a ridurre in sintesi i dati della rivelazione, e perciò anche nella teologia sacramentaria, che è la più difficile alla sintesi, egli vuol trovare dei capisaldi dottrinali e delle linee maestre, su cui impostare il suo edificio. Di qui, per esempio, la dottrina della centralità dell'Eucaristia e del rapporto di tutti i sacramenti ad essa: la quale dottrina, applicata all'Ordine, porta ¿'Angelico ad affermare che ognuno dei sette Ordini è sacramentale *(Suppl.* q. 35, a. 2; q. 37, a. 2); che la materia principale degli Ordini sacri é la 'traditio instrumentorum' *(Suppl.* q. 37, a. 5) ; oltre che alle conseguenze da noi illustrate circa la natura dell'Episcopato, ecc. I Moderni invece sentono maggiormente l'esigenza critica, e vogliono aderire più scrupolosamente ai dati storico-positivi. Di qui la negazione, ormai comune, delFindQk sacramentale

cit. **(supra, in p. 114), a. 1948, pp. 139-142.**
"Ibid. **145.**

degli Ordini inferiori al Diaconato, e l'affermazione che unica materia necessaria per gli Ordini sacramentali è la imposizione delle mani. Dovremmo dire che anche la dottrina tomista dell'Episcopato, con tutte le sue conseguenze, sia destinata a venir meno di fronte ad un approfondito esame storico-positivo? Noi non abbiamo l'idolatria di S. Tommaso, e non crederemmo di fargli torto se, constretti da validi argomenti, dovessimo abbandonare la sua posizione su questo punto. *Ma sinora non ci pare che gli argomenti addotti contro tale posizione siano sufficienti;* mentre rimangono in tutta la loro forza le difficoltà già accennate contro la sentenza dei Moderni."[56]

"Ripetiamo, per concludere, che non è mai stata nostra intenzione di negare la probabilità della concezione dei moderni: sappiamo bene che essa è la dominante. Ma di fronte alle innegabili difficoltà che essa presenta, abbiam creduto fosse cosa non inopportuna richiamare dal sepolcro di un troppo lungo ed ingiusto silenzio la sentenza che fu a sua volta dominante nell'età d'oro della teologia scolastica, e di mettere in luce i titoli di probabilità che competono a questa, specialmente se considerata in rapporto con la 'vexata quaestio' del ministro straordinario della confermazione e dell'ordine. . . Giudichino ora quei lettori che avranno avuto la pazienza di seguirci, quale delle due concezioni presenti maggiori probabilità e minori difficoltà. *Per conto nostro crediamo poter dire, almeno, che le obbiezioni mosse alla concezione di S. Tommaso non sono tali de mettere a repentaglio quei titoli di probabilità per i quali essa, presa nella sua integrità originale e sfrondata delle accomodanti interpretazioni posteriori, merita di essere ora più attentamente considerata ed apprezzata dagli studiosi."*[51]

Ex numero et auctoritate praefatorum doctorum, etiam modernorum, patet non levem exaggerationem redolere assertiones quorumdam patronorum contrariae sententiae, asserentium opinionem negantem sacramentalitatem episcopatus iam esse ab omnibus derelictam, eam esse prorsus "superatam," ac contrariam opinionem esse hodie communem. Ita Gasparri: "Haec doctrina, obscura, confusione idearum innixa, hodie ab omnibus derelicta et derelinquenda prorsus est."[*] Mancini: "Io credo che la teoria tomistica al riguardo dell'Episcopato - - - è da considerarsi ora del tutto superata."[69] Cappello: "Sententia quae tenet episcopatum esse verum sacramentum hodie communis aut saltem fere communis est."[80] Baisi: "Theologi posteriores, praesertim post errores Novatorum saec. XVI, unanimiter docent non solum sacramentalitatem presbyteratus et diaconatus . . . , sed etiam episcopatus."[81] Huarte: "Quoad recentiores theologos vix unum invenies qui huic sententiae non faveat."[62] Puig de la Bellacasa: "A pluribus iam saeculis communiter hoc stabilitur ut certum."[68] Inter auctores supra relatos (p. 122 sq.), fere triginta pertinent ad praesens saeculum, nec omnes sunt de schola thomistica stricte dicta, nec nisi

M *Art. cit.* (supra, p. 114), a. 1949, p. 75 sq.
***"Ibid.* 381.**
*** *Tractatus canonicus de sacra ordinatione* I (Parisiis 1893) 10.**
***n Art. cit.* (supra, in p. 116), a. 1949, p. 49.**
*** *Op. cit.* (supra, in p. 115) 23.**
" *Institutiones theologiae scholasticae* IV (Milano 1949) 589.
" *Tractatus de Ordine et Matrimonio* (ed. 3, Romae 1931) 35.
"Pe *sacramentis* I et II (Barcellona 1941) 654.

praecipuos eosque dogmaticos retulimus, nec maluimus minus apte inter eos referre quosdam modernos, ut Boudinhon et Baisi,[64] qui, quamvis dicant episcopatum esse sacramentum, tamen quamdam ambiguam ac mitigatam expositionem afferunt quae ex ipsa doctrina S. Thomae initium vel inspirationem capit. Imo haec doctrina recentiori praecise tempore novellum favorem acutioremque actualitatem obtinuit, ut fatetur unus ex eius mitigatis impugnatoribus, scilicet Boularand, scribens: "Cependant la thèse negative se maintient toujours, par la puissance de l'école thomiste, bien représenté au xviii siècle par Jean Baptiste Gonet et René Billuart, et tout près de nous par Louis Billot, S.J., et Edouard Hugon, O.P. Elle trouve même un regain de faveur des environs de 1900 à 1940, en raison des faits troublants concernant les origines de l'épiscopat monarchique et le ministre extraordinaire des ordinations majeures que certains expliquent en s'inspirant des vues de saint Thomas. Les travaux de Mgr. Pierre Batiffol, de Mgr. Auguste Boudinhon, de Corrado Baisi en sont la meilleure preuve."[65]

Ceterum jatendum ac deplorandum est sententiam S. Thomae indebitam aliquam evolutionem in sensu alicuius ambiguae sacramentalitatis episcopatus, in ipsa schola thomistica usque ad nostrum aevum, subiisse ac ita a non paucis exsiccatam fuisse ut apud eos non amplius genuinam suam originalemque naturam servaverit ac vix amplius dici possit a contraria opinione essentialiter differre, ut patebit et sequenti historica delineatione originis et evolutionis illius sententiae.

Antiqui scriptores Ecclesiae latinae, inde a tempore Hieronymi et dependenter praecipue ab hoc Patre, ita aequalitatem inter episcopum et presbyterum urgebant, ut quibusdam eruditis visi sint negare ipsam divinam originem episcopatus ut distincti a presbyteratu. Quamvis autem hoc immerito asseratur, ut late ostensum est in art. praec. (pp. 62 sqq.), tamen vere dici potest in ea Hieronymi aliorumque antiquorum sententia inveniri remotam originem sic dictae doctrinae thomisticae de propria indole episcopatus, seu de negatione sacramentalis distinctionis inter presbyteratum et episcopatum, et hanc esse illius legitimam evolutionem ac determinationem.[66]

[M] Cf. infra, pp. 2OS-2O7, 272 sq.

**Art. ât.* (supra, in p. 115) "La consécration épiscopale" 7.

"Hanc originem indïgitat J. Lécuyer, "Aux origines de la théologie thomiste de l'épiscopat," *Gregorianum* XXXV (1954) 56-89. Ut constat ex dictis in art. praec., pp. 65, 76, ab interpretatione dissentimus quam hic auctor affert de sententia Hieronymi aliorumque antiquorum latinorum, dicens ipsos negare divinam originem distinctionis episcopatus a presbyteratu; pariter ab eodem auctore dissentimus in sua interpretatione doctrinae S. Thomae, quem dicit suam mentem paulatim mutasse (cf. supra, pp. 137 sq.), dum e converso evolutio agnoscenda est non apud ipsum Angelicum sed apud plures posteriores eius discipulos.

Cum in tardiori medio aevo, signanter a medio saec. 12 ad initium saec. 13, theologi distinctius de habitudine episcopatus ad presbyteratum inquirere ceperunt, eorum communis assertio fuit episcopatum *non esse distinctum ordinem* a presbyteratu, seu non esse proprie ordinem sed dignitatem, officium, honorem in eodem ordine, quod quidem, ob adductam assimilationem cum archidiaconatu relate ad diaconatum vel cum archiepiscopatu et patriarchatu, intelligi ab eis videtur de mera iurisdictione, ut probabile facit ipsa explicita assertio ipsius *Alberti M.,* adhuc circa medium saec. 13 scribentis: "Nullus potest esse ordo post sacerdotium, sed iurisdictionum officia sunt [episcopatus, archiepiscopatus, patriarchatus]" *(In 4 Sent.,* supra cit., in p. 127). Nihilominus doctores huius aetatis vario modo suam negationem exprimunt ita ut, quidam saltem (ut Hugo a S. Victore), intelligi possint negare solam sacramentalitatem episcopatus nec excludere quod episcopatus sit plusquam mera iurisdictio, seu sit verus ordo, etsi non in sensu sacramentali quo tunc ista vox accipi solebat. *Petrus Damianus:* "Ab his non tam novus ordo suscipi quam in eodem ipsi sacerdotio videntur excellentius sublimari"; *Hugo a S. Victore:* "[Presbyter et episcopus] unus gradus in sacramento, diversa potestas in ministerio"; *Lombardus:* "[Episcopatus] non ordo sed dignitas et officium"; idemque fere repetunt *Bandinus* et *Beleth; Sicardus Cremonensis:* "Olim in officio [i.e. ordine] pares"; *Guilelmus Alverniensis,* referens suam et aliorum sententiam: "Episcopatus non est ordo, sed honor" (hic tamen doctor significat se non contradicere ei qui vellet tenere contrariam ac difficiliorem sententiam).

Saec. 13 maiores theologi introducunt distinctionem inter ordinem sacramentalem seu stricte dictum et *ordinem non sacramentalem* seu late dictum, ab ipsa iurisdictione distinctum, et negant episcopatum esse ordinem sacramentalem, concedentes ipsum esse ordinem non sacramentalem. Haec distinctio ac resolutio iam satis clare proponitur sive ab ipso *Alberto M. (In Dionysium De eccl. hier.* 5; qui nihilominus in altero opere eiusdem periodi [circa a. 1245-1250], seu *In Sent.,* episcopatum videtur considerare ut merum gradum iurisdictionis), sive ac clarius a *Bonaventura* ("In episcopatu character novus non imprimitur, sed illi aliqua eminentia confertur, quae semper manet cum ipso charactere Ordinis, ablata omni iurisdictione"), sed directe ac signate profertur a S. *Thoma,* qui in hac praecise distinctione fundat totum suum systema de indole episcopatus eiusque habitudine ad presbyteratum. Velle autem invenire in quibusdam textibus S. Doctoris aliquam evolutionem, qua ipse paulatim, implicite vel aequivalenter, illud systema reformaverit in sensum sacramentalitatis

episcopatus, vana spes ac frustraneus conatus nobis videtur, ut supra ostensum est (pp. 136-147).

Huiusmodi evolutio incepit paulo post in ipsa schola thomistica, quatenus paulatim episcopatui attributi sunt effectus gratiae et extensionis characteris, quibus mediantibus ipse conceptus sacramentalitatis pedetentim ex presbyteratu in ipsum episcopatum, illius complementum, logice utut indebite refluxit. Ipsi quidem S. Thomae coaevi doctores, Albertus et Bonaventura, quasdam ambiguas expressiones adhibuerunt, quae, quamvis in eorum contextu innocuae videantur nec sacramentalitatem importent, tamen apud posteriores auctores gravidans semen praefatae evolutionis subministrarunt; Albertus enim concedit in episcopatu peculiarem *gratiam conferri,* quamvis addat eam referri non ad ordinem sed ad rectum exercitium iurisdictionis ("Accipiunt gratiam non ad ordinem, sed ad exsecutionem iurisdictionis"), Bonaventura vero gravius ait in episcopatu "non *novum* characterem imprimi sed datam potestatem *ampliari,"* quae expressio ("Characteris extensio sive ampliatio") magnam in futuro fortunam sibi usurpavit, donec evaserit facile ostium per quod sacramentalitas in episcopatum furtim ingrederetur.

Primus evolutionis gressus apparet iam in priori parte saec. 14 apud *Paludanum* (t 1342), egregium aliunde thomistam, qui potestatem episcopalem concipit tamquam *veram extensionem characteris* ("Per episcopatum ampliatur character sacerdotalis"; S. Thomas vero dixerat: "Licet detur aliqua potestas spiritualis episcopo, non tamen illa potestas habet rationem characteris"), extensionem quidem non intrinsecam characteri, seu secundum ipsam potentiam sive essentiam, sed veluti extrinsecam et ex parte actuum, seu secundum novos actus in quos potentia characteris presbyteralis potest transire postquam presbyter susceperit episcopalem consecrationem. Propterea, ac logice quidem, iam Paludanus explicite concedit sub hac ratione episcopatum "esse sacramentum, sed non distinctum a sacramento ordinis [quasi nempe eius proprie dictum complementum], et imprimere characterem, sed non alium [quasi nempe proprie dictam extensionem eiusdem characteris]" (S. Thomas vero absolute pronuntiaverat: "Propter hoc [i.e. quia potestas episcopalis non habet rationem characteris] episcopatus non est ordo secundum quod ordo est sacramentum quoddam"). Ut notatum est supra (p. 148), eadem essentialiter est explicatio allata ab Aureolo, Paludani coaetaneo. Quod in hac Paludani explicatione haberetur vera deviatio a doctrina S. Thomae apparet ex vivaci reactione Capreoli (+ 1444), qui, relatis illius verbis, ait: "Haec Petrus [de Palude]; et male quoad multa . . . [praecipue] quia ponit

episcopatum esse sacramentum, non tamen distinctum a sacerdotio. Hoc enim discordat a S. Thoma." Ceterum et ipse *Capreolus,* reiecta alteratione Paludani, per aliam viam aliquam mitigationem, utut minoris momenti, in doctrinam S. Thomae introducit, ex parte nempe alterius *effectus gratiae,* quam dicit "in episcopali consecratione conferri ex opere operato," et quamvis immediate addat inde non sequi episcopatum "habere rationem sacramenti vere et proprie dicti, quia scilicet non habet completam rationem alicuius speciei sacramenti," ex hoc ipso tamen implicite concedit episcopatum habere incompletam rationem sacramenti seu esse vere sacramentalem partem sive extensionem sacramenti Ordinis, saltem qua parte causat gratiam ex opere operato, imo cogitur explicite significare se nolle contradicere ei qui contenderet episcopatum accipere ut verum sacramentum, dummodo ne dicatur tale secundum univocam rationem cum aliis ordinibus ("Si autem quis contendat episcopatum esse vere sacramentum, hoc erit aequivoce, vel analogice, et non univoce cum ceteris ordinibus"), imo addit ita fortasse intellexisse ipsum S. Thomam ("Et forte hoc intellexit S. Thomas"). Subinde ipse *Ferrariensis* (+ 1526), qui puriorem refert Angelici doctrinam, quamvis pariter respuat deviationem Paludani, adhuc tamen aliquid retinet de ea Capreoli mitigatione, quatenus concedit in episcopali consecratione *gratiam conferri* (S. Thomas vero, ut notavimus supra, in p. 146, loquitur tantum generaliter de sic dicta gratia status, quae confertur etiam in consecratione regum, monachorum et monialium), quamvis ingeniose recurrens ad thomisticam doctrinam de physica ac perfectiva sacramentorum causalitate, addat episcopatum non esse proprie causam sed meram conditionem illius gratiae effectus, ac proinde nullo modo habere rationem sacramenti.

Nihilominus porta aperta a Paludano maiorem favorem usurpare debebat, et, inde a saec. 16 ac praecipue post Cone. Trid., maiorem longe thomistarum numerum attraxit, qui commodam viam *"extensionis characteris"* sequi ampliusque determinare contenderunt, non attendentes ipsam sacramentalitatem episcopatus, quam verbis cum S. Thoma denegare videbantur, reapse secum pari passu procedere, multosque ex suis adversariis iam sibi comites habere. *Ioannes Viguerius* (t 1550) simpliciter pronuntiat quod "quando sacerdos simplex fit episcopus, non recipit alium characterem, sed character eius extenditur." *Dominicus Soto* (t 1560) idipsum magis emphatice proponit, inquiens: "Potestas [episcopalis] . . . non habet rationem *novi characteris.* . . Episcopatus. . . non imprimit characterem novum, sed ipse idem character sacerdotalis ... fit extensior et amplior; extenditur, inquam, ad aliqua munera exequenda, quae antea nequiverat"; Soto

tamen explicite reicit supradictam mitigationem Capreoli et Ferrariensis, negans in episcopali consecratione gratiam conferri.

Secundus ac decisivus gressus in hac evolutione apparet iam saec. 17, parecipue apud *Gonet* (t 1681), qui non solum in unam colligit utramque Capreoli ac Paludani mitigationem, sed hanc alteram ulterius determinans, extensionem characteris concipit non tantum extrinsece et ex parte actuum, sed etiam *intrinsece et ex parte ipsius potentiae,* docens episcopalem potestatem esse *realem ac physicum modum* quo afficitur et extenditur character presbyteralis ("Consecratio episcopalis non confert novum characterem, sed dumtaxat characterem sacerdotalem complet et extendit causando in eo novum modum realem et physicum quem antea non habebat, ratione cuius extenditur ad ministrandum et conficiendum duo alia sacramenta . . . : est autem modus ille indelebilis, sicut ipse character"). Et hic idem est modus dicendi ac concipiendi quem communius retinuerunt posteriores thomistae usque ad hodiernum diem, nominatim *Salmanticenses Morales, Billuart* (cf. expressiora eius verba supra, in p. 160), *BiUot* (qui tamen concipit characterem ut potentiam non physicam sed moralem), *Holtum, Paquet, Diekamp, Hugon, Lépicier, Merkelbach, Ferland, Daffara, Garrigou-Lagrange, Gigon, Dolan.*

Praecipua ratio huius ulterioris evolutionis apud moderniores thomistas videtur esse necessitas defendendi inadequatam distinctionem episcopatus a presbyteratu contra adversam sententiam canonistarum, quae post Cone. Trid. crescentem favorem apud ipsos theologos obtinuit, ita ut praecipua controversia a quaestione de sacramentalitate episcopatus, olim directius agitata, *ad ulteriorem ac secundariam quaestionem* de adaequata vel inadaequata distinctione episcopatus a presbyteratu converteretur; ab hac nova controversia distracti, doctores thomistae fundamentale punctum doctrinae S. Thomae, respiciens negationem sacramentalis indolis episcopatus, sive affirmationem alicuius Ordinis non sacramentalis supra presbyteratum, facile praetermiserunt, donec sensim sine sensu illud practice dereliquerint, vel sub mentita veste antiquarum thomisticarum formularum tamquam emortuum cadaver, ex domestico quodam scrupulo retinuerint.

Pura quippe ac fundamentalis S. Thomae doctrina est quod duplex datur Ordo, alter sacramentalis, quo confertur character, et alter non sacramentalis, quo confertur aliqua potestas sacra quae, utut ad conferenda quaedam sacramenta praeter Eucharistiam ordinata, "non habet rationem characteris" sed est *"potestas alterius generis."* Ad hunc autem diversi generis Ordinem et potestatem pertinet episcopatus,

qui proinde, quatenus superat presbyteratum in his quae respiciunt corpus mysticum Christi, importat "superiorem potestatem alicuius altioris ministerii," generis scilicet non sacramentalis sed pure hierarchici. Unde si potestas episcopalis dicatur extensio quaedam ac complementum characteris sacerdotalis, haec erit ambigua expressio, purificanda per conditiones minuentes, uti: extensio moralis, extrinseca, alterius generis, improprie dicta. Cum e contra a praefatis posterioribus thomistis dicitur explicite episcopatum esse "complementum intrinsecum sacramenti" (Billuart, idem fere Diekamp), per episcopalem consecrationem "ipsum eumdem characterem sacerdotalem fieri extensiorem et ampliorem" (Soto; idem' fere Billot), "hunc extendi, non moraliter, sed per realem et physicum modum" (Billuart aliique frequenter post Gonet), iam nihil obstat quominus dicatur huiusmodi intrinsecam, physicam ac modalem extensionem characteris, esse sacramentalem, cum sit ipsi characteri prorsus homogenea, ac propterea episcopatum esse ordinem sacramentalem et sacramentum, quamvis incomplete seu inadaequate distinctum a sacramento presbyteratus. *Quo quidem ipsa originalis doctrina S. Thomae essentialiter evacuatur.*

Ceterum, huiusmodi evacuationis authentica signa et effectus ex sequentibus quattuor apparent:

Primo, quidam ambigue, confuse aut contradictorie in tota hac quaestione loquuntur. Ita *Diekamp* prius asserit: "Ordinatio episcopalis est sacramentum a Christo institutum," subinde vero: "Episcopatus consideratus secundum speciales facultates episcopo reservatas est ordo in sensu latiori," tandem, iterum sacramentalitatem episcopatus statuit, magis explicite asserens: "Definitio Tridentina [de impressione characteris] refertur ad sacramentum ordinis in generali. Sed cum episcopatus, presbyteratus et diaconatus sint ordines sacramentales, iam patet quemlibet horum trium ordinum characterem conferre. Attamen character episcopalis non videtur esse nisi realis extensio characteris sacerdotalis, qua iste extenditur ad potestates episcopo proprias, scilicet confirmandi et ordinandi *(Suppi.* q. 40, a. 5, ad 2)."[107] *Dafiara* in uno loco asserit: "Probabilius est episcopatum per se et prout a presbyteratu distinguitur, non constituere specialem ordinem stricte sumptum. . . Ordo stricte sumptus specialiter et immediate ad sacramentum Eucharistiae . . . ordinatur. Atqui gradus episcopalis, ut talis, non immediate et directe ordinatur ad corpus Christi verum, id est ad Eucharistiam. . . Tamen

[107] *Theologiae dogmaticae manuale IN* (ed. A. Hoffman, O.P., Parisiis 1946) 407, 410, 421.

conceditur episcopatum esse ordinem, si ordo sensu latiori accipiatur, nempe consideretur ut est officium quoddam respectu quarumdam actionum sacrarum"; subinde vero asserit: "Unde ordinatio episcopalis est vera ordinatio sacramentalis, quae sicut complet potestatem sacerdotalem, ita perficit gratiam sanctificantem."[68] lamvero ordo stricte sumptus vel ab his doctoribus accipitur pro ordine sacramental!, iuxta terminologiam thomisticam fundatam in S. Thoma *(Suppi.,* q. 40, a. 5), et tunc manifeste contradictoria dicunt, vel accipitur strictius pro ordine sacramentali prout immediate refertur ad solam Eucharistiam, ita ut etiam ordo late dictus intelligatur sacramentalis, et tunc non solum ambiguae expressiones inducuntur sed etiam uno ictu eleganter supprimitur ipsa fundamentalis distinctio S. Thomae inter ordinem sacramentalem et ordinem non sacramentalem, atque asseritur ordinem et sacramentum simpliciter converti. Ceterum haec suppressio et haec assimilatio explicite proponitur a *Billot* scribente: "Character et ordo convertuntur" (cf. etiam nuper citata verba *Diekamp'),* scilicet sacramentum Ordinis et Ordo convertuntur, quod e diametro opponitur assertioni S. Thomae: "Ordo potest accipi dupliciter. Uno modo secundum quod est sacramentum. . . Alio modo . . . secundum quod est officium quoddam" *(Suppi.,* q. 40, a. 5).

Secundo, quidam non amplius vident ullum essentiale discrimen inter sententiam thomisticam et contrariam sententiam in hac re, ac dicunt controversiam reduci ad merum modum loquendi, cum omnes theologi admittant per episcopalem consecrationem conferri gratiam et saltem extendi characterem. Ita *Hugon* quem fere ad verbum repetit *Daffara* (cf. supra, pp. 163 et 167), qui logice quidem loquuntur, sed nullatenus advertunt in tali conceptione sententiam thomisticam non amplius existere sed silenter evaporatam esse. Inde non mirum est *Lépicier* ad confortandam suam thomisticam thesim qua statuit: "Episcopatus, in ratione sacramenti, non est ordo specialis, a sacerdotio distinctus," et suam conclusionem: "Hinc episcopatus non est ordo sacramentalis," ingenue afferre verba Boudinhon, patroni contrariae sententiae, inquiens: "Pulchre recens scriptor doctrinam praecedenter expositam de relatione episcopatus ad presbyteratum perstringit, cuius verba adduxisse non pigebit . . ."[69]; nec pariter cuiquam mirabile videri debet quod Morinus, patronus mitigatae contrariae sententiae iuxta quam episcopatus est tantum sacraméntale complementum quo characteri sacramentali nulla physica realitas sed novae tantum facultates adduntur, dicat hanc sententiam non

a Loc. cit. (supra, in p. 167). * *Op. cit.* (supra, in p. 164) 185 sq., 193.

differre ab ipsa sententia S. Thomae (cf. infra, p. 201), nam revera huiusmodi explicatio magis illi appropinquat quam opinio illorum thomistarum qui physicam characteris extensionem proponunt.[70]

Tertio, dum S. Thomas explicite negat episcopatum vocari posse sacramentum *{Suppi,* q. 40, a. 5, ad 2: "Episcopatus non est ordo, secundum quod ordo est sacramentum quoddam"), posteriores quidam thomistae illum explicite sacramentum appellant. Ita *Holtum:* "Cave tamen credas ex doctrina S. Thomae talem ordinem [i.e. episcopatum] nullo modo aut habere rationem sacramenti, aut nullo modo imprimere characterem"[71]; *Diekamp:* "Ordinatio episcopalis est sacramentum a Christo institutum"[72]; *Daÿara:* "Ordinatio episcopalis est vera ordinatio sacramentalis"[73]; *Gerlaud:* "L'épiscopat est certes un sacrement."[74] Ceterum etiam apud aliquos antiquiores, nominatim *Paludanum* et ipsum *Capreolum,* non defuerunt similes expressiones, ut supra notatum est (pp. 177 sq.).

Quarto, quidam recentiores thomistae ipsam positionem thomisticam explicite, utut logice, deseruerunt. Ita *Zubizarreta,* O.Carm., *Ch. Journet* (a. 1953), *H. Bouëssé,* O.P. (a. 1954), *P.-M. Gy,* O.P. (a. 1954), quorum primus putat S. Thomam nec in *Suppi.,* q. 40, a. 5, negare sacramentalitatem episcopatus, secundus et tertius admittunt S. Thomam in eo loco negasse sacramentalitatem sed arbitrantur eum in aliis locis mentem suam probabiliter mutasse (cf. supra, pp. 136-138), quartus, agnoscens S. Thomam negasse sacramentalitatem in eo loco nec quidquam dicens de aliqua mutatione S. Doctoris in aliis locis, mere recedit a S. Thoma; Bouëssé tamen conatur aliquod ligamen retinere cum sententia thomistica, peregrinam quandam introducens distinctionem cum supradicta Capreoli mitigatione connexam, iuxta quam episcopatus est verum sacramentum, utpote productivum distinctae ac peculiaris gratiae, et nihilominus nullatenus producit aut extendit characterem cum hic ad solam Eucharistiam ordinetur.

Horum doctorum textus extensius referentur infra (p. 212, 218, 220), nam ipsi pertinent ad partem affirmativam nostri articuli; intérim haec pauca verba audiantur. *Zubizarreta:* "Ordinatio Episcopi

nL. I. Fanfani, OP., in suo recenti *Manuali theologiae moralis* IV (Romae 1951) 616, nullam prorsus controversiam de sacramentalitate episcopatus suspicari videtur, cum, commemoratis tantum controversia et diversis opinionibus circa septenarium vd octonarium numerum ordinum, concludit: "Haec tamen controversia magni momenti, praecipue in praxi, non est, cum omnes theologi in hoc conveniant, nempe tum Presbyteratum, tum Episcopatum esse Ordinem et Sacramentum, atque supremos gradus hierarchiae ecclesiasticae constituere."

***Loc. cit.* (supra, in p. 160).**

***" Op. cit.* (supra, in p. 180) 407.**

***n Loc. cit.* (supra, in p. 167).**

w Cf. supra, in p. 165.

... est verus ordo et verum sacramentum". *Journet:* "Nous tiendrons donc que l'épiscopat est un ordre au sens strict, qu'il est le tout dont le presbytérat est partie. . . Conformément à ces dernières vues [de S. Thomas], on dira que le pouvoir des évêques est une extension du pouvoir sacramentel de l'ordre, du caractère sacramentel de l'ordre. . . On rejoint ainsi le texte de la Constitution apostolique sur les ordres sacrés du diaconat, du presbytérat et de l'épiscopat, du 30 novembre 1947." *Bouèssé:* "Avec saint Thomas, semble-t-il, et d'accord avec l'opinion opposée à l'enseignement de saint Thomas dans son Commentaire des Sentences comme l'ont entendu les scolastiques, je pense que le pouvoir épiscopal est d'ordre sacramentel. Mais avec saint Thomas, contre ses opposants, je tiens que ce pouvoir épiscopal, d'ordre sacramentel, n'est pas un caractère. La raison en est qu'un tel pouvoir n'est pas immédiatement d'ordre cultuel; il n'ordonne pas directement à l'eucharistie, mais au corps mystique du Christ. . . Je pense . . . , comme l'Orient l'enseigne unanimement, que l'épiscopat est un sacrement. C'est la partie forte de l'opinion dite des canonistes". *Gy:* "L'épiscopat est la plénitude du sacerdoce, 'un ordre au sens strict,' c'est-à-dire au sens sacramentel; 'il est le tout dont le presbytérat est partie' (Ch. Journet). L'ordre sacramentel du presbytérat participe à la substance même du sacerdoce, mais non à sa plénitude. . . Selon saint Thomas . . . l'épiscopat n'est pas un ordre sacramentel [Suppl., q. 40, a. 5, ad 2]. .. La sacramentalité strictement dite de cette ordination [épiscopale] est . . . impliquée dans son parallélisme avec les ordinations diaconale et presbytérale, parallélisme constant 'dans tous le rites en usages dans l'Eglise universelle, aux diverses époques et dans les différents pays,' comme le proclame la constitution *Sacramentum Ordinis* de Pie XII. . . Le tout du sacrement [de l'Ordre] est réalisé selon sa pleine définition dans l'épiscopat et d'une façon participée dans les autres ordres." Hos très postremos doctores videtur perterruisse Constitutio Pii XII de sacramento Ordinis.

Ceterum, ne ex dictis videamur ad nihil fere reducere sententiam ac traditionem thomisticam, duo sedulo animadvertenda sunt. Primo nempe, non defuerunt nec desunt doctores qui genuinam sententiam S. Thomae fidelius exposuerint; ita, inter antiquiores, *Capreolus* et praesertim *Ferrariensis,* inter moderniores vero, *Pius a Langonio, Pègues, Connell, Périnelle, Gerlaud*™ *Lahitton, Henry, Congar*™ quitus accensendi sunt jBone/^,7Cbls *Dolan, Vermeer, Beyer*™ *Brosnan*

w Cf. tamen dicta supra, in p. 166.
''Cf. pariter supra, in p. 123.
Mb'· Cui recenter consenserunt Panquera et Trembl ay, *loc. cit.* (supra, in p. 168).
''In sua recensione operis Beyer: *Les instituts séculiers* (Paris 1954), R. Carpentier,

(Bonetti tamen contendit tantum probare legitimitatem, probabilitatem et actualitatem sententiae S. Thomae, Beyer vero procedit ex diversis principiis vel rationibus, indolis potius positivae, quibus etiam conatur probare non sacramentalitatem diaconatus)[78]; consensus horum quinque doctorum eo maiorem vim habet quod ipsi ex una parte non pertineant (quod sciamus) ad scholam stricte thomisticam et ex alia parte scripserint post latam Constitutionem Pii XII De Sacramento Ordinis in qua plures adversarii viderunt suam sententiam evidenter confirmatam. Secundo, omnes thomistae aliique ipsis consentientes, fideliter retinuerunt traditionalem saltem vestem thomisticarum formularum ac iugiter invocarunt fundamentale principium S. Thomae de petenda distinctione episcopatus a presbyteratu, et de iudicanda ordinum sacramentalitate, ex directa relatione ad sacramentum Eucharistiae; quae quidem formulae ac principium facile assumi possunt ut media resipiscentiae et instrumenta purgationis quibus, resecatis indebitis superfluitatibus, fieri possit logicus regressus ad puram formam doctrinae S. Thomae.

PARS AFFIRMATIVA

Sententia affirmans sacramentalitatem episcopatus, ante Cone. Trid. satis communis apud canonistas (inde *opinio canonistarum* vocata), rara vero apud theologos, post saec. 16 usque ad nostrum aevum longe communior apud utrosque doctores facta est, ob rationes infra indicandas. Ceterum et ipsa, sicut contraria negativa sententia (cf. supra, p. 175), suas vicissitudines et evolutionem passa est, in sensu nempe talis oscillantis ac confusae mitigationis, ut apud aliquos suos defensores vix essentialiter differat a mitigata forma in quam contraria ipsa sententia declinavit. Quod quidem patebit ex dicendis inferius post exhibita nomina ac verba praecipuorum patronorum.

Usque ad Cone. Trid. huic sententiae adstipulantur: Magister Simon (scribens probabiliter inter 1145 et 1160),[70] Gratianus (cano-

S.J., approbat negationem sacramentalitatis episcopatus, scribens: "L'auteur démontre facilement que cette conception [selon la quelle l'épiscopat est un état de perfection] n'est justifiée ni au sens de perfection du sacrement de l'ordre, l'épiscopat n'ajoutant pas, du point de vue sacramentel, au presbytérat reçu antérieurement, ni au sens d'exercise public de la perfection chrétienne. Faut-il faire remarquer que cette position ne déroge en rien à la dignité éminente de l'évêque, mais rattache seulement cette dignité à une autre source?" ("Les instituts séculiers," *Nouvelle revue théologique* LXXVII [1955] 410).

" Cf. supra, pp. 170-172.

70 Hic aliique auctores, usque ad saec. 19, quorum opera in hoc elencho non referuntur, mox explicite citabuntur. Ex religiosis distinguimus tantummodo Dominicanos (0?.), cum admodum rari sint qui inter eos communem ac contrariam sententiam scholae thomisticae deseruerint.

nista; f circa 1158; ante 1160), Huguccio (canonista; 1 1210), Guido de Orchellis (+ circa 1230; non post 1233), Guilelmus Altissiodorensis (+1231), Scotus (t 1308), Guilelmus Parisiensis, O.P. (+1314), Durandus a S. Porciano, O.P. (+ 1334), Petrus de Aquila (alias Scotellus; + 1370), Antonius de Butrio (canonista; + 1408; *In primum librum Decretalium,* de consuet., c. Quanto, n. 6), loannes de Imola (canonista; discipulus A. de Butrio; f 1436), Nicolaus de Tudeschis (alias Panormitanus; canonista; + circa 1445), Gabriel Biel (+ 1495), Caietanus, O.P. (+ 1534), loannes Maior (+ 1540; *In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1), Caspar Contarini (+ 1542), I. Eck (t 1543; *Homiliae sive sermones adversus quoscumque nostri temporis haereticos,* hom. 67; *De primatu Petri,* l. 1, c. 21), Petrus Soto, O.P. (theologus conciliaris; 1 1563), Michael Medina (theologus conciliaris; 1 1578). His addendi sunt plerique ex ceteris canonistis, quorum tamen plures ambigue vel perfunctorie loquuntur; hanc fuisse communem canonistarum sententiam testantur inter alios Huguccio, Scotus, Petrus de Aquila, loannes de Imola, Nicolaus de Tudeschis, Michael Medina, infra citandi.[80]

Post Cone. Trid. usque ad finem saec. 19: Maldonatus (t 1583; vel Pseudo-Maldonatus), Michael Palacios (t circa 1585; *In 4 Sent.,* dist. 24, disp. 2), Navarrus (t 1586), I. Angles (t 1587; *Flores theologicarum quaestionum,* pars 1, De sacr. Ordinis), Gregorius de Valentia (t 1603), Vasquez (+ 1604), Thomas Sanchez (t 1610; *Consilia seu opuscula moralia,* l. 7, c. 1, dub. 9); Estius (t 1613, *In 4 Sent.,* dist. 24, § 28); Bellarminus (t 1621), Lessius (+ 1623, *De Ordine,* c. 3, dub. 1, n. 24), Becanus (t 1624; *Summa theologiae scholasticae,* c. 26, q. 3), Ph. Gamacheus (+ 1625; *De Ordine,* c. 9, assertio 3), A. Tanner (+ 1632; *Theologia scholastica,* t. 4, disp. 7, q. 2, dub. 2, ass. 2, 4, 5), Hyquaeus (+ 1641; *Commentarius* in mox citandum textum Scoti in opere Oxoniensi), Ysambertus (+ 1642; *In 3 partem S. Thomae,* De sacr. Ordinis, disp. 4, a. 8), Fr. Silvius (t 1649; *In 3 part.,* q. 40, a. 5, conci. 2), A. Barbosa (canonista; 1 1649; *Collectanea doctorum in ius pontificium* [Venetiis 1718] IV 1), Petavius (+ 1652), Hallier (+ 1659), Morinus (+ 1659), Pirhing (canonista; t 1670; l. 1, tit. 11, n. 3), Mastrius (+ 1673), Contenson, O.P. (+ 1674), Fagnanus (canonista; t 1678; in cap. *Requisivit,* n. 33), Brancatius de Laurea (+ 1693; *In 4 Sent.,* disp. 7, aa. 2-3), Thomassinus (f 1695), Reiffenstuel (canonista; t 1703; l. 1, tit. 11,

"Inde patet deceptum fuisse Baisi cum scripsit: "Doctores iuris praetridentini fere omnes sicut et plurimi ac maiores Scholastici . . . negarunt episcopatum praecisive sumptum esse sacramentum, asserentes illum nihil aliud esse, quam ecclesiasticam dignitatem" *(Institutiones theologiae scholasticae* IV [Milano 1949] 589).

n. 26), Frassen (t 1711; *Scotus academicus,* De Ordine, disp. 1, a. 1, q. 4, §3), L. Habert (t 1718; *De sacr. Ord.,* p. 1, c. 4), Natalis Alexander, O.P. (t 1724; *Theologia dogmatico-moralis,* l. 2, c. 1, a. 8), Hieronymus de Montefortino (t 1728, *Suppi.,* q. 40, a. 5), Tournely (t 1729; *De Ordine,* q. 7, a. 1: de episcopatu), Benedictus XIV (canonista; 1 1758), L. Berti (+ 1766; *De theologicis disciplinis,* l. 36, c. 9, prop. 1 et 2), C. Chardon (t 1771; *Histoire des sacrements —De VOrdre,* p. 1, chap. 5, circa finem), Wirceburgenses (Th. Holtzclau, 1 1783; *De Ordine et Matrimonio,* diss. 1, c. 2, a. 6), S. Alphonsus (+1781), A. Knoll (+ 1863; *Instit, theol. theor.* v. 2, n. 434), D. Bouix (canonista; + 1870; *Tractatus de episcopo,* tom. 1, p. 1, c. 2, c. 1), I. Perrone (+ 1876; *De Ordine,* c. 2, Scholia), G. B. Tepe (t 1894; *Instit. theol.,* vol. 4, n. 715), I. B. Sasse (+ 1897; *De sacramentis,* vol. 2, p. 298), De Augustinis (+ 1899; *De re sacramentaría,* l. 4: *De Ordine,* a. 3), A. Kurz (+ 1900; *Der Episkopat,* Wien 1877).

Saec. 20, copiosissima facta est turba patronorum. Ut omittamus notos moralistas, necnon canonistas (inter hos nota praecipue Gasparri, Many, Wernz, Ojetti, et Cappello),[81] satis erit haec nomina recolere: Hurter, Palmieri, Einig, Pesch, Boudinhon, Tanquerey, uterque C. et H. Mazzella, Del Val, Pohle, Mendive, Otten, MacGuinness, Hervé, Huarte, Van Noort-Verhaar, C. De Clercq, Larnicol, Zubizarreta, Verhamme, Umberg, Lercher-Umberg, Tymczak, Puig de la Bellacasa, Denis, Baisi, Lennerz, Masure, Abárzuza, Piolanti, Mancini, Piault, Hurth-Abellán, Sola, Bozzola, Journet, Lécuyer, Boularand, Michel, Héris, O.P. (a. 1955), Bouéssé, O.P. (ut dictum est in p. 122 sq., Héris et Bouéssé antea contrariam sententiam sustinuerant), Gy, O.P., Dander, Ott, D. Fernandez.

Magister Simón (scribens probabiliter inter 1145 et 1160), *Tractatus de sacramentis,* § De sacris ordinibus: "Septem in novo testamento graduum, sive ordinum distinctiones . . . memorantur . . . [Refert ordinatim ostiarium, lectorem, exorcistam, acolytum, subdiaconum, diaconum, presbyterum]. . . Sicut autem septem sunt diversae beatitudines, octava est quae idem cum prima repromittit, sic septem sunt gradus, quos diximus; octavus est pontificalis apex. Sicut enim ignis persecutionis qui inter beatitudines octavo loco ponitur, praemissas beatitudines probat et exornat, sic octavus gradus, id est

w Opera plurium modernorum, qui de hac re peculiariter scripserunt, allata sunt supra, in pp. 114-117. Quidam ex his doctoribus, ut Gasparri, Wernz, Hurter, Palmieri, Pesch, opera sua primo ediderunt circa finem saec. 19, sed tamen ad saec. 20 eos referimus, in quo defuncti sunt.

pontificalis dignitas, omnes praemissos ordines et instruit et consecrat. *Pontificalem vero dignitatem etiam sacramentum esse nemo ambigat.* Ultra hunc quicumque fuerit, id est sive archiepiscopi sive primatis etiam ipsius apostolici dignitatis, honor quidem esse poterit, sed sacramentum non erit."[82]

Gratianus (monachus camaldulensis; canonista, imo fundator scientiae canonicae; + circa 1158, saltem ante 1160), *Decretum* (exaratum circa a. 1140), pars 1, dist. 21, cap. 1 *("Cleros")*. "Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in Ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus et nomina sunt haec: Ostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. Ordo episcoporum quadripartitus est, id est in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis atque episcopis."[83] *Ibid.,* dist. 25, cap. 1 *("Perlectis"),* exponens propria officia singulorum horum novem ordinum, de episcopo ait: "Ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, unctio altaris et confectio chrismatis. Ipse praedicta officia et ordines ecclesiasticos distribuit, ipse sacras virgines benedicit, et, dum praecessit unusquisque in singulis, ipse tamen est praeordinator in cunctis."[84] Gratianus quaestionem de habitudine episcopatus ad presbyteratum directe non agitat nec de episcopatus sacramentalitate quidquam dicit, sed mere refert episcopatum inter ordines clericorum, enumerans novem ordines (i.e. psalmistam et episcopum, praeter consuetos septem ordines, enumeratos a Lombardo circa idem tempus). Nihilominus talis peculiaris enumeratio et episcopatus inclusio inter ordines, origo fuit sic dictae *sententiae canonistarum* de proprie dicta ratione Ordinis in episcopatu, et consequenter de istius sacramentalitate. Hanc sententiam fuisse longe communiorem inter canonistas, constat ex Huguccione, Scoto, Durando, loanne de Imola et Nicolao de Tudeschis, mox referendis. Canonistae suam opinionem proferunt dum commentantur nuper citata capita "Cleros" et "Perlectis" *Decreti Gratiani.*

Huguccio (celebris canonista, professor bononiensis, praecipuus inter priores Commentatores Gratiani; f1210): "Item posset papa similiter concedere simplicibus presbyteris, ut conferrent omnes ordines? Credo, quod sic, preter episcopalem. Nam ordinem, quem non habet, nemo potest conferre, set quem habet, potest. Cum ergo presbyter non habeat ordinem episcopalem, qualiter posset eum conferre?

[82] H. Weisweiler, *Maitre Simón et son groupe De Sacramentis, Textes inédits* ("Spicilegium sacrum lovaniense," fase. 17, Louvain 1937) 65 sq.; cf. pp. ccxsq.
[83] *Corpus luris Canonici,* ed. Friedberg, I 67.
[84] *Ibid.* 90.

Qualiter ergo posset ordinare episcopum, *nisi velis dicere, quod ultra sacerdotium non sit ordo?"*[**]

Guido de Orchellis (magister parisiensis; scripsit inter 1215 et 1220 suam *Summam* quae influxum habuit in opus Guilelmi Altissiodorensis, de quo infra; + circa 1230, non post 1233), *Summa de sacramentis et officiis Ecclesiae, Tractatus de sacramentis,* c. 8 De Ordine: "Sed prius discutiendum est an episcopatus sit ordo. Videtur enim quod imprimitur character in consecratione episcopi, cum ibi fit chrismatis in vertice inunctio: qua ratione enim in confirmatione et baptismo, eadem ratione et in episcopi consecratione. Item, numquid ministerium episcopi opus est excellentiae? Ergo ad distinguendum illud imprimitur character, cum excellentia sint opera ordines dare, virgines consecrare. Ad quod dicimus quod, quamvis ab altero aliquo aliter sentiatur, quod *episcopatus est ordo* et quod non sunt tantum septem ordines ministrorum; sed propter septiformem Spiritus Sancti gratiam sub hoc numero distinguuntur. Dicimus ergo, sine praeiudicio melioris sententiae, quod *sunt novem ordines ministrorum* Ecclesiae, respondentes in numero novem angelorum ordinibus, videlicet septem praesignati, et episcopatus octavus, archiepiscopatus nonus vel patriarchatus. Archiepiscopus tamen et patriarcha non differunt nisi in minori potestate et maiori . . . , unde pro uno accipiuntur ordine. Papa autem non est in ordine, sed est super cunctos ordines ministrorum. . . Notandum tamen quod dicunt quidam quod ista nomina, papa, patriarcha, archiepiscopus, episcopus, archidiaconus, decanus, cantor, thesaurarius, primicerius, et similia, nomina sunt dignitatum, non ordinum. Nos autem priori sententiae concordamus.[80]

Guilelmus Altissiodorensis (magister parisiensis; +1231) in sua *Summa aurea super quattuor libros Sententiarum* (exarata inter 1220 et 1227), l. 4, tr. 8, q. 1, sequitur opinionem Guidonis de Orchellis, enumerans eodem modo *novem ordines* [1]

Scotus, O.F.M. (1308): "Innitentes dictis Dionysii et Isidori . .. canonistae dicunt Episcopatum esse proprie Ordinem. Ad quod videtur esse ratio, cum Episcopo conveniat quaedam potestas specialis, inquantum Episcopus, aut illa erit Ordinis, et tunc propositum; aut

"Apud Fr. Gillmann, *Zur Lehre der Scholastik vom Spender der Firmung und des Weihesakraments* (Paderborn 1920) 7, in nota.

80 *Guidonis de Orchellis Tractatus de sacramentis ex eius Summa de sacramentis et officiis Ecclesiae* (ed. D. et O. Van den Eynde, "Francisean Institute Publications," Text Series, n. 4, St. Bonaventure, N. Y. 1953) 176 sq. Eadem brevius dicuntur in *Summano* eiusdem tractatus, *ibid.* 311.

•TCf. Strake, *Die Sakramentenlehre des Wilhelm von Auxerre* (Paderborn 1917) 110-112, 197.

jurisdictionis, et tunc posset auferri per superiorem, quod videtur inconveniens, quia consecratio alia multo minor consecratione Episcopi, non potest auferri, quin semel consecratum semper maneat consecratum. . . Ista via posset dupliciter teneri, comparando Episcopatum ad Sacerdotium. Uno modo sic, quod gradus potest dici eminens vel propter universalitatem actuum, quos respicit, vel propter nobilitatem actus, quem respicit. Ista distinctio patet in aliis politiis, ubi alicui competunt plures actus, et alicui pauciores, tamen nobilior potest sibi competere; ut iudex potest sententiare, qui est actus nobilior, quam multi alii, qui conveniunt personae inferiori. Sed cui competit universalitas ad actus, ei competit etiam actus nobilior, quia in universalitate actuum comprehenditur ille actus nobilior; et ex hoc videretur, quod gradus ille, qui respicit universalitatem actuum, sit simpliciter superior quam ille qui respicit praecise actum nobilissimum; et sic diceretur Episcopatus simpliciter superior Ordo, quia habet Ordinem ad omnes actus Ecclesiasticos; Sacerdos non ad omnes, licet ad nobilissimum. . . Posset adhuc dici quod [Episcopatus] non esset nobilior, quia etsi includendo Sacerdotium et Episcopatum, sit eminentia gradus, quia ad plures actus quam per alterum solum, tamen illud quod praecise addit Episcopatus supra Sacerdotium, non est ita excellens gradus sicut Sacerdotium, quia per illud quod sibi superadditur, non conveniunt sibi actus ita nobiles, sicut conveniunt Sacerdoti per Sacerdotium...

"Alii contradicunt conclusioni, quam tenent illae duae viae, quia negant Episcopatum esse Ordinem proprie dictum, et ideo nec Ordinem superiorem Sacerdotio, ut dicit prima via, nec eo inferiorem, ut dicit secunda. Nec dicit ibi characterem imprimi; sed an sit delebilis a Papa deponente Episcopum, vel non delebilis propter consecrationem, cum qua confertur, altercantur inter se; sed vana videtur altercatio, negando Episcopatum esse Ordinem. Quaecumque enim iurisdictio in Ecclesia, vel per superiorem suspendi potest, ita quod si tempore suspensionis attentet aliquid facere, nihil facit; vel potest totaliter pro omni tempore tolli.

"Saltem *quidquid sit de ista controversia de Episcopatu, actus nobilissimus in Ecclesia simpliciter est consecratio Eucharistiae,* et ita supremus gradus sive nobilissimus propter nobilitatem actus ad quem disponit, est Sacerdotium, et per consequens *isto modo accipiendo descriptionem Ordinis* iuxta primam descriptionem positam in primo articulo, et distinctionem Ordinis in Ecclesia, tantum sunt septem Ordines."[88]

nln 4 Sent. **[Opus Oxoniense], dist. 24, q. unica, *Opera omnia* XIX (Parisiis: Vivfcs 1894) 49 sq.**

"Ordo est gradus eminens disponens ad exequendum actus excellentes, cui coniungitur auctoritas, et potestas spiritualis respectu talium actuum in Ecclesia. Illa autem praeeminentia gradus in ordine ad actus excellentes, vel potest attendi penes multitudinem talium graduum excellentium in aliquo, ut quia aliquis potest in omnes actus tales, quia talem praeeminentiam in eo concomitatur auctoritas, et potestas exequendi omnem talem actum; vel potest attendi penes excellentiam in dignitate inter omnes actus ordinis in Ecclesia. Primo modo Episcopatus est ordo, quia Episcopus habet gradum eminentiorem in Ecclesia, cui coniungitur omnis alius gradus inferior, et per consequens auctoritas et potestas exequendi omnem actum pertinentem ad quemcumque gradum in Ecclesia, quia nullus est Episcopus, qui non sit Sacerdos et Diaconus, et sic de aliis, quia Episcopatus praesupponit in aliquo omnes Ordines Sacros et alios quatuor. . .

"Ad hoc quod Episcopatus sit Ordo, est ratio talis: Omnis potestas vel gradus spiritualis praeeminendae, cui annectitur auctoritas exequendi aliquem actum specialem, *vel est Ordinis, vel iurisdictionis.* Non secundum, quia non potest ab Episcopo auferri huiusmodi potestas, quamdiu manet Episcopus, ut patet, quia Episcopus suspensus et irregularis potest confirmare, et conferre Ordines, et de facto si facit, factum est; nec est sacramentum Confirmationis, vel collationis ab ipso collatum ab alio iterandum; ergo illa *praeeminentia gradus Episcopalis est Ordinis...*

"Si autem attendatur Ordo penes actum nobilissimum in dignitate in Hierarchia Ecclesiae, cum *actus nobilissimus in Ecclesia respiciat corpus Christi verum,* et confectionem eius sacramentalem, tunc quia Sacerdotium respicit immediate illum actum, et mediante illo alium actum respectu corporis Christi mystici, erit Ordo dignissimus; et ultra istum Ordinem nullus est tunc alius Ordo, quia nullus actus potest esse nobilior in Ecclesia actu confectionis corporis Christi veri. Et ut sic si dignitas et eminentia aliorum Ordinum et actuum illorum attendatur maior vel minor, secundum maiorem accessum vel recessum ad Ordinem sacerdotii et consecrationem corporis Christi veri, *sic restringenda est ratio Ordinis,* ut tantum dicatur gradus eminens in Hierarchia Ecclesiae, cui deversimode coniungitur auctoritas exequendi aliquem actum in Ecclesia pertinentem secundum aliquem ordinem ad actum excellentissimum consecrationis corporis Christi; et *illo modo sunt septem Ordines in Ecclesia.* . .

"Si autem conficere non sit simpliciter excellentissimus actus in Ecclesia, sed posse constituere aliquem in illa eminentia, cui competit talis actus, tunc non sunt tantum septem Ordines, sed octo, quia *Episcopatus tunc est specialis gradus et ordo* in Ecclesia, cuius est

Ordines omnes conferre, et per consequens omnes in istis eminentibus constituere."[80]

Ob manifestam ambiguitatem et hypotheticam indolem totius discursus, Scotus a quibusdam (ut ab eius scholiaste L. Wadding, O.F.M.) pro hac, ab aliis vero (ut a scholiaste Hugone Cavelli, O.F.M.) pro contraria opinione citatur. Discursus alterius loci (ex opere parisiensi) quo clarificatur obscurior forma prioris, ad hunc tandem reducitur: Cum Ordo dicat aliquem gradum eminentiae in executione actuum ministerialium, puta in administratione sacramentorum, eatenus dici potest episcopatus esse verus ac distinctus ordo praeter presbyteratum, quatenus ostendatur habere aliquam huiusmodi eminentiam supra presbyteratum. Haec autem eminentia, sive potestas ad excellentiores actus, dupliciter attendi potest: vel penes numerum actuum, et sic *episcopatus est Ordo,* quia episcopus plura potest quam presbyter, incluso ipso praecipuo actu istius qui est consecrare Eucharistiam; vel penes nobilitatem actus, et secundum hanc strictiorem acceptionem *episcopatus non est Ordo,* quia actus presbyteri consecrandi Eucharistiam est nobilior quam quilibet alius actus quem potestas episcopalis ei superaddit; quod si dicatur actum ordinandi ipsos consecratores Eucharistiae esse nobiliorem quam ipsum actum consecrandi Eucharistiam, tunc episcopatus est simpliciter et sub utroque respectu distinctus ordo, ita ut non septem sed octo ordines numerari debeant.

In priori loco (oxoniensi), clare commemorata theologorum et canonistarum controversia de hac re, eam dirimere non audet ("Quidquid sit de ista controversia ..."), et contentus est affirmare actum simpliciter nobilissimum in Ecclesia esse consecrationem Eucharistiae; ex quo sequitur episcopatum simpliciter loquendo non esse ordinem cum non addat simpliciter loquendo aliquid excellentius. Tamen in altero loco, ut ostensum est, etiam de hac eucharisticae consecrationis altiori eminentia dubitare videtur ac rationem Ordinis simpliciter episcopatui tribui posse insinuat.

Videtur igitur Scotus *nolle clare resolvere quaestionem,* tum ob reverentiam aut timorem communis theologorum sententiae, tum ob ipsas confusas ideas quibus eius discursus illaqueatur (S. Thomas clare distinxerat inter Ordinem proprie dictum seu sacramentalem, ordinem late dictum, et iurisdictionem, Scotus vero inter ordinem qui sit eminentia ad plures actus, ordinem qui sit eminentia ad excellentiorem actum, et iurisdictionem), simul tamen inclinare in affirmativam sententiam canonistarum qua episcopatus dicatur simpliciter

[80] *In 4 Sent.* [Opus Parisiense], dist. 24, q. unica, *ibid.* XXIV 352-354.

distinctus ordo, sive quia plures actus importat quam presbyteratus, sive quia aliquid addit ad ipsum excellentissimum actum consecrandi Eucharistiam, sive quia fortasse hic ipse actus cedit in eminentia alteri actui qui est ordinare ipsos Eucharistiae consecratores. Hanc *Scoti inclinationem in sententiam de sacramentalitate episcopatus* agnoscunt ac vindicant eius discipuli ac expositores, notanter Wadding (scholiastes), Hyquaeus (commentator), Mastrius, Frassen et recenter Minges. Hyquaeus in suo commentario[00] ait Scotum negativam ac communem sententiam "primum ... ex theologis posterioribus ... vocasse in dubium ... [eam] in neutram partem resolvens." Vidimus supra iam initio praecedentis saeculi Guidonem de Orchellis et Guilelmum Altissiodorensem illi sententiae firmius obstitisse et ipso tempore Petri Lombardi, praecipui illius defensoris, Magistrum Simonem contrariam sententiam docuisse. Verum tamen est paulo post Scotum incepisse apud theologos decisiorem aliquem recessum a communi sententia, quam, apud ipsos Dominicanos, Durandus (+ 1334) impugnavit, Paludanus vero (f 1342) indebito modo mitigavit (cf. supra, p. 148).

Durandus a S. Pordano, O.P. (assiduus doctrinae S. Thomae impugnator; f 1334): "Dicendum est ergo aliter quod episcopatus seu ordinatio episcopalis est ordo et sacramentum non quidem praecise distinctum a sacerdotio simplici sed est unum sacramentum cum ipso, sicut perfectum et imperfectum. luxta quod sciendum est quod sicut consecratio panis et vini, constituunt unum sacramentum tamquam partes eius integrales, sic ordinatio sacerdotis simplicis et ordinatio summi sacerdotis (id est episcopi) *constituunt unum sacramentum sicut perfectum et imperfectum:* cum enim perfectum sit quod potest facere sibi simile, illud sacerdotium non est completum per quod sacerdos non recipit potestatem ordinandi alium in sacerdotem, et tale est sacerdotium simplex. Sacerdotium autem summum (id est episcopatus) est perfectum sacerdotium, quia per ipsum recipitur potestas ordinandi alium in sacerdotem summum, vel simplicem, et sic ordinatio simplicis sacerdotis et ordinatio episcopalis constituunt unum sacramentum. *Imprimit autem episcopatus characterem,* quum per ordinationem episcopalem conferatur potestas per quam ordinatus potest in spirituales actus in quos prius non poterat, secundum opinionem communiorem."[01]

Petrus de Aquila, O.F.M. (alias Scotellus, abbreviator Scoti;

wZd/d. XIX 51.

***In 4 Seni.,* dist. 24, q. 6, n. 8, *In Petri Lombardi sententias theologicas commentariorum libri IIII* (Venetiis: G. Bindoni 1586) 363 v. Durandi argumenta exponit ac refutat Capreolus, *op. cit.* (supra, in p. 148) 479-483.**

1 1370), iuxta mentem sui magistri sic refert nec reprobat canonistarum sententiam: "Canonistae dicunt sive computant episcopatum inter ordines. Et istud confirmant auctoritate Dion. 5 *ecclesiasticae Hierarchiae,* qui ponit tantum tres ordines, episcopatum, sacerdotium et diaconatum. Item auctoritate Isidori 7 *Ethimologiarum* c. 12, qui ponit episcopatum esse ordinem. Item auctoritate canonis qui ponitur dist. 21 c. *Cleros,* Probant autem ratione, quia cum Episcopo conveniat quaedam potestas in quantum est Episcopus, aut ista erit ordinis, et tunc habetur propositum, aut iurisdictionis, et tunc posset auferri per Superiorem."[92]

Ioannes de Imola (canonista; 1 1436): "Item potes notare secundum do. Anto[nium] de Bu[trio], quod licet *secundum theologos* non sit dare ordinem ultra presbyteralem, et sic volunt, quod episcopatus non sit ordo, *canonistae tamen communiter contra,* . . Tamen supposita opinione theologorum character ordinis presbyteralis iunctus dignitati pontificali est maioris virtutis, et potentiae quam ille, qui est penes simplicem sacerdotem. Et nota etiam, quod ex ritu apostolorum restricta fuit virtus characteris: nam olim tempore primitivae Ecclesiae presbyteri ordinabant et consecrabant omnia sacramenta . . . , sed postea restricta fuit potestas et virtus characteris per ritum apostolorum, ut solum episcopi conferant ordines et sacr. confirmationis in fronte."[93]

Nicolaus de Tudeschis, O.S.B. (alias Panormitanus; celebris canonista; t 1445): "Item nota, quod ritus apostolorum secundum certa sacramenta habent impedire characteris impressionem. Nam immediate post mortem Christi omnes presbyteri in communi regebant Ecclesiam nec sic erant inter eos episcopi, sed idem presbyter quod episcopus et pariter conferebant omnia sacramenta. . . Sed postmodum ad scismata sedanda fecerunt seu ordinaverunt apostoli, ut crearentur episcopi, et certa sacramenta eis reservarentur illa interdicendo simplicibus presbyteris. Et vides hic, quod talis ordinatio habet impedire etiam impressionem characteris, quia si presbyteri illa de facto conferunt, nihil conferunt. . . Nota *pro opinione canonistarum contra opinionem theologorum* quod est dare ordinem episcopalem et sic, quod *novem sunt ordines* - - - et si vis tenere opinionem theologorum, ut non sit ordo, dic, quod hoc operatur ordo presbyteratus iunctus cum dignitate episcopali et intercedente ordinatione ecclesiae."[94]

[92] *In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1.
[93] *In primum Decretalium,* De consuet., c. "Quanto," n. 5 (Venetiis 1575), f. 106, coi. 3.
[94] *Lectura super primum Decretalium librum,* De consuet., c. "Quanto," nn. 2-3 (Lugduni 1566), f. 95, coi. 1.

Gabriel Biel (1 1495): "Qua ratione ordines alii a sacerdotio possunt dici veri ordines ecclesiae, eadem et *a fortiori, episcopatus potest dici vere ordo* etiam respectus corporis Christi veri. Non potest dari ratio diversitatis cogens: hi ministrant panem et vinum et calicem etc., hic ministrum separat et ordinat."[96] "Conclusive dicendum videtur, omissa supervacanea praemissorum verborum multiplicatione, episcopatus vere est ordo, dicuntur autem tantum septem ordines, quia episcopatus necessario praesupponit sacerdotium."[00]

Caietanus, O.P. (1 1534): "Si collecta fuerint quae pontificales codices quaeque ratio auctoritasque doctrinae tradidit, incerta valde apparebit, presbyteratu excepto, reliquorum natura ordinum. Et de minoribus quidem ordinibus et subdiaconatu Magister Sententiarum . . . dicit institutos esse ab Ecclesia. De Diaconatu vero ambiguum magis est . . . [Sequuntur verba de incertitudine sacramentalitatis diaconatus, quae retulimus in art. 3, tom. 1, pp. 618 sq.] Taceo de minoribus ordinibus: in quibus varietas multiplex invenitur etiam inter antiqua pontificalia. Ex quibus apparet quod huiusmodi ordines sacramentalia quaedam videntur, magis quam sacramenta. Et ad hoc ducit ratio. Quia per nullum dictorum ordinum potest ordinatus actum aliquem qui, si sine illo ordine fieret, esset nullus; ut patet discurrendo per singulos actus diaconi et inferiorum. Et per hanc rationem *episcopatus videtur ordo:* quia aliquem actum potest episcopus qui, a non-episcopo factus, nullus est, ut confirmare."[07]

Ob aliquam ambiguitatem et haesitationem, quam eius verba redolent, Caietanus solet citari pro utraque sententia affirmante vel negante episcopatus sacramentalitatem. Eius tamen mens ad hoc reducitur: divina origo et sacramentalitas de solo presbyteratu est certa, de reliquis vero ordinibus incerta; probabiliter autem ea neganda est de ordinibus minoribus, subdiaconatu et ipso diaconatu, affirmanda vero de episcopatu, cum huic soli competat aliquis actus qui a nullo qui non sit episcopus valide exequi possit.

Caspar Contarini (+ 1542): "Verum, ut reor, Durandus in quarto, optime eam [difficultatem de validitate episcopalis ordinationis collatae diacono] solvit. Putat ipse episcopatum esse ordinem, non tamen distinctum a sacerdotio, sicut sacerdotium distinguitur a diaconatu, sed sicut perfectum in eodem genere differt ab imperfecto, sicut in genere humano puer a viro, nam sacerdos est imperfectus episcopus, et

[96] ***In 4 Sent.,*** **dist. 24, q. 1, a. 3, prop. tertia.**
[00] ***Ibid.,*** **nonum dubium.**
[07] ***Opuscula,*** **tr. 11:** ***De modo tradendi aut recipiendi Ordines,*** **art. unie., in ed. leonina** ***Operum Omnium S. Thomae*** **XII 369.**

episcopus perfectus sacerdos. Haec *Dzvrandi sententia mihi summopere probatur*."[TM]

"De episcopatu magna est quaestio, an sit ordo necne: Magister sententiarum in quarto ponit tantum septem ordines, sacerdotemque summum facit, deinde, numerat quasdam in Ecclesia dignitates, ut Episcopatum, Archiepiscopatum, Primatem, etc. beatus Thomas, item, in quarto, tenet quod proprie capiendo ordinem, Episcopatus non sit ordo, quia potestas ordinis primo respicit corpus Christi verum, supra quod Episcopus non habet quapiam in parte maiorem potestatem simplici sacerdote; si vero ordo capiatur pro officio supra mysticum corpus, sic Episcopatus dici potest ordo, sed improprie. Attamen contra magnam dubitationem faciunt, quia *potestas spiritualis, si non est ordinis est iurisdictionis:* Episcopalis ergo potestas esset iurisdictionis: ex quo sequitur quod munera Episcopi possent committi exequenda non Episcopo. Superius diximus de unctione chrismatis, quod presbyter ex commissione Papae potest conferre chrisma; de minoribus ordinibus diximus, quod conferri possunt ab Abbatibus, quamobrem potestas Episcopi in ea re non est ordinis sed potius iurisdictionis, verum, quia committi non potest nisi sacerdotibus, non autem diaconis, sicuti ea, quae sunt tantum iurisdictionis, ut excommunicatio, indulgentiae etc. idcirco superius diximus huiusmodi facultatem mediam inter iurisdictionis facultates, et ordinis. Verum quia potestas illa Episcopi conferendi sacros ordines, nulli potest committi, neque ab alio, quam ab Episcopo possunt conferri quia propinquissime respiciunt corpus Christi . . . sequi videtur quod potestas haec sit ordinis et non iurisdictionis."[90]

Michael Medina, O.F.M.Obs. (+ 1578): "Illud apud scholasticos theologos in controversia est, an praeter ordinem sacerdotalem, quo quis in presbyteri gradu constituitur, episcopi ordinem sacrum distinctum in ordinatione accipiant. . . Episcopos enimvero ordinem distinctum a sacerdotibus non accipere Alexander Alensis, Sanctus Bonaventura, Ricardus Mediavillanus, Sanctus Thomas, Ricardus Armachanus, Lombardum secuti docuerunt. Contra, episcopatum ordinem distinctum esse a sacerdotali Guilliel. Altisiodoren., Durandus, inter recentiores loannes Ekius, loannes Maior, et Thomas Caietanus probarunt. Scotus et Paludanus, cum utramque sententiam probabilem arbitrentur, magis esse distinctos ordines consentire videntur. *Canonistae omnes eandem sententiam uno eodemque consensu sequuntur* . . . [Recitatis huius sententiae argumentis, prosequitur] Atque haec sunt potissima huius sententiae fundamenta, quibus ego profecto dissentire

nDe sacramentis christianae legis et catholicae Ecclesiae, l. 4, c. 1 (Florentiae 1553) 127.
**Ibid.* 135.

non possum. Imo vero adeo his rationibus commoveor, ut priorem *illam opinionem his potissimum temporibus periculosissimam existimem,* neque aliunde exortam puto, quam ex eorum patrum, qui episcopum a simplici presbytero iure dumtaxat humano distare docuerunt scriptis, quae tamen ut diximus,[1] hodie in theologicis scholis non sunt admittenda. Itaque theologi illi, qui ei opinioni adhaeserunt, non aliud mihi fecisse videntur, quam Hieronymi et Graecorum (ne propter tantorum virorum reverentiam Aerii et Wiclefi dicam) sententiam personatam in theologicas scholas revocasse. Atque id illi non ex animi sententia fecerunt (absit) sed quod in veteres patres eximia quadam pietate essent, et quod vellent omnia eorum scripta absquè defectu sequi et imitari . . . Est autem haec sententia non modo rationi adversa, sed doctrinae sanctorum patrum, quam in Aerium et alios, qui distingui sacerdotes ab episcopis iure divino negabant, produximus, prorsus contraria."[2]

Petrus Soto, O.P. (+ 1563): "Ex ipsa Scriptura Sacra et universalis Ecclesiae consensu ab ipsis Apostolis usque ad nos, tres ordines, Episcoporum scilicet, presbyterorum et diaconorum semper fuisse et necessarios esse in Ecclesia, certissima fide tenendum. . . Revera minus tuta est sententia [negans episcopatum esse verum ordinem et sacramentum], minus consentanea sensui Ecclesiae; et ut specialius dicamus, certum est episcopatus, presbyterii et diaconii ordines verissima esse sacramenta. Itaque *episcopatus censendus est verus ordo, et vero sacramento tradi.* Quod maxime confirmant Pauli verba: 'Noli negligere' etc. Et hoc antiqua omnia Concilia et Patres testantur."[3]

Maldonatus, S.J. (+ 1583; vel potius Pseudo-Maldonatus[4]): "In hac re videntur mihi iuris pontificii periti melius sentire, quam scholastici theologi, quod dicant, plures esse ordines quam septem. Tota enim antiquitas plena est testimoniis, et episcopatum quidem esse ordinem distinctum, adeo perspicuum est ex omnibus Conciliis vetustissimis, et ex canonibus Apostolorum, ut *nemo negare possit, nisi qui non legerit.* Passim enim occurrit haec forma loquendi, Episcopus, presbyter et ceteri ordines."[5]

Navarrus (t 1586): "Advertendum est, quod praedictum Concilium [Trid.] non definit utra *opinio theologorum vel canonistarum* de ordinum numero sit tenenda, quod sperabamus, quando haec scrip-

[1] Cf. eius verba citata in art. praec., p. 64 sq.
[2] *De sacrorum hominum continentia,* c. 16 sq. (Venetiis: I. Ziletus 1569) 13-15. De episcopatu Medina loquitur in cc. 1, 3, 4, 15, 16, 17, 18, 19.
[3] *De institutione sacerdotum, De sacramento Ordinis,* lect. 1 et 4.
[4] Cf. dicta in tractatu *De Extrema Unctione* II 465 sq., in nota.
[5] *De sacramentis,* t. 2, De Ordine, q. 4.

simus: licet can. 2, 3, 4 et 7 canonistis videantur aliqua ex parte favere. . . Mea tamen, salva seniori, est . . . episcopatum esse *vere et proprie sacramentum*^

Gregorius de Valentia, S.J. (+ 1603): "Altera sententia est Altissiodorensis . . . Durandi . . . Paludani . . . loannis Maioris . . . Michaelis Medinae . . . Navarri . . . Petri de Soto . . . , qui affirmant episcopatum esse per se sacramentum. Imo dicit Petrus de Soto, certa fide id esse tenendum. Neque ego certe dubito quin haec sententia sit vera: imo opinor etiam cum Petro de Soto, eam revera esse de fide, quamvis id non sit quidem ab Ecclesia explicatum.

"Probatur . . . quia [episcopatus] habet peculiarem functionem, quam nullus aliorum ordinum praestare potest. Ergo in illo *datur peculiaris potestas sive character:* et consequenter *non minus est sacramentum, quam alius quilibet ordo,* Quod enim Dominicus Soto in 4. dist. 24. quaest. 2. articulo 3. et alii, qui contrarium tenent, respondere solent, non dari in episcopatus ordine novam potestatem, sive characterem, sed extendi potestatem, sive characterem priorem in sacerdotio antea susceptum, ut etiam possit episcopus quosdam actus exercere, quos antea non poterat, suspicor vix satis ab aliquo intelligi. Et puto si D. Thomas in Summa Theologica hanc quaestionem tractare potuisset, aliter fuisse sensurum.

"Recte tamen in hac sententia notat ubi supra Durandus, episcopatus ordinem non esse specie diversum sacramentum a sacerdotio, sed differre ab illo ad eum modum, quo Eucharistia in una specie differt ab Eucharistia in specie altera, idest, individuali quodam modo...

"Atque ex hac doctrina consequens est primo, episcopum non per solam potestatem, quam in episcopatus ordine accipit, sed per illam et simul per sacerdotalem potestatem ordinare sacerdotes. Quia tantummodo secundum utramque simul potestatem est simpliciter Sacerdote superior, quatenus id ipse facere potest, cum sacerdos simplex non possit. Alios tamen actus ordinationis per characterem episcopalem per se potest exercere; ut ordinare alios ministros sacerdote inferiores, consecrare templa, administrare confirmationem, etc.

"Secundo, ex eadem doctrina consequitur, ordinem Sacerdotii et Episcopatus ita se habere, ut singuli isti ordines per se possint censeri sacramentum, et etiam uterque simul unum sacramentum completum. Quemadmodum species vini et panis, in Eucharistia, et seorsim et etiam simul habent rationem illius sacramenti, ut supra in materia de Eucharistia docuimus. Patet autem hoc ex dictis. Nam ut utriusque

* ***Manuale sive enchiridion conjessariorum et poenitentium,*** **c. 52; cf. c. 27.**

ordinis, videlicet episcopalis et sacerdotalis potestas simul destinatur ad unum quemdam actum, qui est ordinatio sacerdotum, uterque ordo simul habet rationem unius sacramenti completi, ut recte attigit Durandus loco citato. Quatenus autem potestas cuiuslibet etiam istorum ordinum, seorsim et per se destinatur ad suos quosdam actus (ut sacerdotii, ad consecrationem corporis Domini, et episcopatus, ad creandos alios ministros inferiores, et ad confirmationem administrandam, etc.) sic quilibet ordo istorum per se est sacramentum. Quemadmodum etiam utraque species per se Eucharistiae, quatenus ordinatur ad completam significationem refectionis spiritualis, unicum sunt sacramentum Eucharistiae completum: quatenus autem quaelibet etiam species per se habet utcumque illam eamdem significationem, sic quaelibet etiam seorsim est sacramentum Eucharistiae."[7]

Vasquez, SJ. (t 1604): "Mihi vero semper placuit sententia eorum, qui affirmant, primum episcopatum esse a Christo institutum, deinde sacramentum, et ordinem esse, quam quidem nec pauciores, nec inferioris notae auctores sequuntur. . . Posteriorem partem nostrae sententiae ... ita ... veram existimamus, ut sicut a nobis pronunciata est, *sine gravi nota hoc tempore negari non possit.* Et sane Petrus de Soto . . . expresse affirmat, ut minimum certa fide credendum esse, quemlibet horum duorum ordinum (sic enim ipse loquitur) nempe sacerdotium et episcopatum, verum esse sacramentum et vero sacramento tradi. Michael autem Medina ... ita huic sententiae adhaeret, ut oppositam hoc tempore periculosam existimet. Et enim licet ab Ecclesia expresse definita non sit, ex definitione tamen Concilii Tridentini non obscure deducitur...

"Ceterum quamvis doctores omnes pro hac nostra sententia allegati in hoc unum conspirent, ut affirment episcopatum ordinem esse et sacramentum, tamen inter eos non convenit utrum sit ordo et sacramentum diversum a sacerdotio, an non, et utrum eius consecratio imprimat characterem diversum, an extendat sacerdotalem, vel certe solum conferat potestatem, non characterem. . . Ego vero in hac re ita censeo philosophandum, sicut disp. praecedente cap. 6 de ordine sacerdotali ad absolvendum a peccatis philosophatus sum, ut neque in tali ordinatione imprimatur character omnino distinctus a praecedente, nec extendatur praecedens, sed permanente eodem charactere, conferatur alia potestas distincta a praecedente, ob eamdem prorsus rationem, quam hoc loco repetere opus non est."[8]

[7] *In 3 partem S. Thomae,* disp. 9, q. 1: de Ordine, punct. 4, *Commentarii theologia* (Ingolstadii: A. Sartori 1603) IV 2074 sq.

[8] Disp. 240, cc. 3-5, *Commentariorum ac disputationum in tertiam partem S. Thomae* (Lugduni: I. Cardon 1631) III 563, 565, 567, 568.

In eo vero loco haec habet: "Quaeret aliquis, utrum iuxta nostram sententiam character, qui sacerdotibus imprimitur in traditione illa calicis et patenae, saltem extendatur per impositionem manuum et verba illa: 'Accipite Spiritum Sanctum,' etc. tametsi diversus non imprimatur character, ut diximus. Respondeo, iuxta diversas sententias de charactere diverso modd philosophandum esse: nam si character est in specie naturalis potentiae, ut censet Dominicus Soto, et alii quos allegavimus tom. 2. disp. 134. c. 3. necessario dicendum est, fieri extensionem eiusdem characteris, qui antea ad consecrandum fuerat impressus, sicut 1. 2. disp. 80. c. 3. notavimus, habitum adquisitum circa primam conclusionem alicuius scientiae extendi circa alias, et habitum distinctum non adquirí. . .

"Verum quia, ut diximus in ea quaestione, character non potest esse in specie naturalis potentiae, neque principium operandi, ac proinde debet esse in specie habitus et dispositionis, non ad aliud, hoc est, ad operationem, sed ad se, hoc est qua subiectum bene se habeat: ideo existimo, necessarium non esse distinctum characterem per impositionem manuum, et verba illa: 'Accipite Spiritum Sanctum,' etc. produci, neque eumdem extendi, sed satis esse ei, qui talem characterem habet, et priorem potestatem, nempe consecrandi, ei annexam, conferri aliam ad absolvendum, haec autem potestas, sicut et prior, supra characterem nihil aliud addit nisi relationem destinationis divinae ad hoc aut illud ministerium, quae est extrínseca denominatio, ac proinde in re denominata relatio rationis ex fundamento reali, tamquam a forma extrínseca proveniens, sicut in aliis etiam accidit."[8]

Ob hanc determinationem de *extrínseca characteris extensione in episcopatu,* quidam, ut Morinus, dicunt Vasquesii opinionem vix differre a sententia S. Thomae; at non advertunt hanc apparentem similitudinem provenire ex peculiari sententia Vasquesii de natura characteris sacramentalis, quae ceteroquin est opposita conceptioni S. Thomae de eodem charactere, ac iugiter subsistere fundamentale discrimen in eo quod pro S. Thoma potestas episcopalis est ordo non sacramentalis, pro Vasquesio vero est verus ordo sacramentalis, quidquid ceteroquin putet de essentia illius potestatis.

Bellarminus, S.J. (+1621): *"Ordinatio episcopalis, sacramentum est vere ac proprie dictum. . . Mihi . . . [haec] assertio certissima videtur. . .* Episcopalis ordinatio est caeremonia imprimens characterem spiritualem et conferens gratiam, ergo est verissimum sacramentum. Probatur antecedens: ac primum de charactere, ex eo, quod

[8] Disp. 239, c. 6, *ibid.* 589.

episcopalis Ordinatio, non potest repeti. Et praeterea: Episcopus potest duo sacramenta conferre, nimirum Confirmationem et Ordines sacros, quae non possunt ulli alii Ordines inferiores conferre; et si tentent id facere, nihil prorsus efficiunt; ergo habet episcopus ex sua ordinatione spiritualem potestatem, et proinde *novum characterem*.

"Dicent: Non esse opus novo charactere, sed satis esse si extendatur character presbyteralis. Sed aut volunt reipsa extendi characterem illum, aut solum significatione, quod videlicet in episcopo signum sit plurium potestatum, in presbytero pauciorum. Si dixerint primum, eandem vim habebit argumentum nostrum: nam eadem efficacia requiritur ad characterem reipsa extendendum et ad imprimendum novum, proinde caeremonia, quae habet effectum istum spiritualem et supernaturalem, idest, realem extensionem characteris, sine dubio sacramentum erit. Si dixerint secundum, facile revincentur. Nam licet character non agat reipsa, sed sit solum signum pacti Dei cum homine de concursu divino in actionibus illis sacramentalibus: tamen hoc signum reale est, et ideo sicut ubi est spiritualis potestas, colligimus realem esse in anima characterem, ita quoque ubi est additio novae potestatis, oportet colligere realem additionem characteris, aut novum characterem, quod est probabilius."[10]

Bellarminus valde clare sententiam, eamque extremam, eiusque argumenta proponit, satisfaciens contrariis rationibus. Eius tamen influxus aliquatenus exaggeratur cum dici solet hanc sententiam post Bellarminum evasisse communem apud theologos.

Petavius, S.J. (t 1652): "Ordinum illorum trium [i.e. episcopatus, presbyteratus et diaconatus] primos duos a se mutuo distinctos esse, praeter antiquitatis expressa testimonia, quae partim in conciliorum decretis et canonibus, partim in libris sanctorum Patrum innumerabilia continentur, vincit hoc etiam argumentum, quod Ordinis sacramenta pro sacrae functionis discrimine distingui debeant, cum est aliqua scilicet, quae ab uno geri administrarique potest, ab altero non potest. Quamobrem cum episcopatui hierarchica quaedam attributa sint officia, quae presbyteratui attingere nullo modo licet, ut si haec usurpatio audeat, non modo nefarie agat, sed nihil agat omnino, perspicuum est, ambos illos ordines, ut genere conveniant, specie esse diversos."[11]

Haliter (t 1659): "Quod spectat ad episcopatum, Albertus Magnus, Alensis, SS. Thomas, Bonaventura, Richardus, Dominicus Soto et alii

[10] *De controversiis Christianae fidei, Controv.* 5, l. 2: *De sacramento Ordinis,* c. 5, *Opera omnia III* (Mediolani 1859) 767.

[11] *De ecclesiastica hierarchia,* l. 4, c. 2, n. 5, *Dogmata theologica* VIII (ed. J.-B. Fournials, Parisiis: Vives 1867) 101.

catholici doctores negant episcopatum proprie dictum esse Sacramentum; contra vero Altissiodorensis, loannes Maior, Durandus, Paludanus, canonistae et *recentiores theologi pene omnes* episcopatum Sacramentum esse affirmant. Hanc autem affirmantem sententiam Bellarminus certissimam, Petrus Soto certa fide tenendam censent; Michael de Medina contrariam huic sententiae esse periculosam, Vasques similiter quod huic sententiae contrarium sit sine gravi nota non posse teneri arbitrantur. *Ego ita censeo certissimam habendam esse* affirmantem istam sententiam, nec antiquos auctores, qui pro contraria sententia citantur, mihi videri omnino ei repugnasse: sed id forte tantum defendisse, episcopatum nempe non esse distinctum ordinem diversumque Sacramentum a presbyteratu; quia tamen eorum auctoritas a recentioribus praetendi potest, nollem contrariam opinionem haeresis aut erroris nota afficere, quamvis mihi falsa et allatis superiori capite probationibus contraria videatur."[12]

Morinus, congr. Orat. (+ 1659): "Quarta sententia inter primam [S. Thomae et aliorum simpliciter negantium distinctionem Ordinis inter episcopatum et presbyteratum] et secundam [Altissiodorensis, P. Soto, Medinae etc. simpliciter eam affirmantium] alia ratione media intercedit, seu potius alia ratione characteris extensionem explicat [ac tertia sententia loquens de propria et intrinseca characteris extensione]. Eam tradit Gabriel Vasquez, in 3. partem disput. 240. c. 5. n. 54. Censet igitur per consecrationem episcopalem alium characterem a sacerdotali non imprimi, nec sacerdotalem iam susceptum proprie extendi, sed eo permanente novam et distinctam a praecedente potestatem conferri. Interrogatus autem quae sit illa potestas characteri sacerdotali per episcopatum superaddita, respondet nihil aliud esse nisi relationem destinationis divinae ad hoc aut illud ministerium, quae est *extrinseca denominatio.* Sic ille disput. 239. c. 6. n. 57. istam potestatem explicat, et eo lectorem remiserat disput. 240. ut quid esset illa potestas, intelligeret, ne idem repetere teneretur...

"Haec sententia mihi videtur proxime ad multorum antiquorum Patrum mentem accedere, et cum eorum verbis optime consentire, quae cum aliis sententiis nequidem obtorto collo convenire possunt, ut ex iis quae referemus evidenter constabit. Deinde ista sententia nihil aliud est quam prima, sive antiquorum omnium Scholasticorum sententia, paulo aliter, et ut ita dicam augustius explicata. Omnem enim illam potestatem et auctoritatem qua episcopus presbyteris eminet, divinae tribuit voluntati, quae per consecrationem deputat

uDe sacris electionibus et ordinationibus, **p. 2, sect. 2, c. 1, a. 2, § 2, in Migne,** ***Theologiae cursus completus*** **XXIV (Parisiis 1841) 711.**

e presbyteris unum ut sit aliis superior, multaque agere possit virtute illius deputationis et consecrationis, quae non poterat dum esset tantum presbyter. Quod sane optime convenit cum antiquorum Scholasticorum iam a nobis explicata doctrina. Quid enim aliud contendebat S. Thomas, ut Hugonem a S. Victore et Magistrum praeteream, cum ait in 4. dist. 24. q. 3. art. 2. resp. ad 2. quod reperitur in supplemento q. 40. art. 5. 'Licet detur aliqua potestas spiritalis episcopo in sui promotione respectu aliquorum sacramentorum, non tamen illa potestas habet rationem characteris, et propter hoc episcopatus non est ordo secundum quod ordo est quoddam sacramentum.' "[13]

Morinus, *sequens doctrinam Vasquesii* de mera morali sive extrínseca extensione characteris sacerdotalis per episcopatum, non modice certe elongatur a pura forma sententiae canonistarum aliorumque theologorum ac inde sese convincit vix suam opinionem differre ab ipsa sententia S. Thomae. Non advertit tamen fundamentale discrimen de natura potestatis episcopalis integrum persistere, donec admittat hanc esse alterius prorsus generis a potestate presbyterali, scilicet non sacramentalem sed mere hierarchicam.

Mastrius, O.F.M. Conv. (+ 1673): "Dicendum est, episcopatum quoque esse ordinem proprie dictum ab omnibus enumeratis distinctum, etiam a sacerdotio. Ita statuimus cum *communiori in Scholis* ... in quam etiam magis Doctor [Scotus] inclinare videtur. . . [Ad obiectionem de septenario ordinum numero] respondetur . . . optime in Ecclesia assignari et retineri numerum ordinum septenarium, quorum septimus, supremus et ultimus dicatur ordo Sacerdotii; ita tamen, ut hic ultimus ordo ample sumatur, et nomen sacerdotii, non tantum pro potestate consecrandi, sed etiam valide conferendi illa sacramenta, quae requirunt ministrum consecratum; ac deinde hoc tamquam genus dividatur in duas species, hoc est, in duos sacerdotii gradus, unum ad conficienda sacramenta Eucharistiae, Absolutionis et Extremae Unctionis, alterum ad sacramenta Confirmationis et Ordinationis, ita ut episcopatus et presbyteratus faciant *unum ordinem unitate genérica, qui in duas species dividatur,* quarum una includit vel praesupponit aliam, et uni quidem relictum est idem commune nomen sacerdotii, alteri vero attributum est nomen proprium episcopatus."[14]

Contenson, O.P. (+ 1674): "Affirmamus sacramentum Ordinis convenire episcopis sub illa ratione sub qua episcopi sunt, sive episco-

[13] ***De sacris ordinationibus,*** **p. 3, exercit. 3, c. 1, nn. 11-14 (Parisiis 1655) 35 sq.**
[14] ***Theologia moralis,*** **disp. 19 de sacr. Ordinis, q. 1, a. 1, nn. 7 et 9 (Venetiis 1671) 609.**

patum ex propria et interna ratione esse sacramentum ideoque ordinem proprie dictum."[16] Supra (in p. 138) vidimus quomodo hic thomista conetur interpretar! mentem S. Thomae.

Thomassinus, Congr. Orat (+ 1695): "Ceux qui ont considéré le sacerdoce en montant depuis les plus bas degrés jusqu'aux plus éminents, sont embarrassés pour expliquer ce que l'episcopat ajoute au caractère de la prêtrise. Car les deux pouvoirs admirables de consacrer le Corps du Fils de Dieu et remettre les péchés ayant été accordés aux prêtres, que peut-on attribuer de plus relevé et de plus divin à l'épiscopat? De là, plusieurs théologiens, célèbres dans l'Ecole, en sont arrivés à penser que l'épiscopat n'est qu'une extension du caractère de la prêtrise, et (ce qu'on ne peut dire qu'avec étonnement) qu'il ne s'agit ici que d'une extension morale. Il était difficile de rien imaginer qui ravalât et obscurcit davantage le plus haut et le plus éclatant de tous les Ordres et de tous les divins ministères établis par Jésus-Christ dans son Eglise. La première origine et la plénitude de l'épiscopat se trouve, en effet, en Jésus-Christ, F'évêque de nos âmes'. . . Quand le Fils de Dieu donna à ses apôtres cet ordre et ce ministère divin, et quand il le conféra par eux aux évêques qui sont leurs successeurs, *il leur donna la plénitude de tout le sacerdoce et non une simple extension de Vordre des prêtres:* il leur donna la souveraine autorité et la puissance en quelque façon infinie de toutes les fonctions sacerdotales et tout le gouvernement de son Eglise. De cette divine fontaine émanèrent ces admirables ruisseaux que sont tous les ordres et toutes les dignités ecclésiastiques inférieures à l'épiscopat. . . Ainsi, lors même qu'un prêtre reçoit la consécration épiscopale, il faut concevoir qu'il reçoit la plénitude du sacerdoce, dont il n'avait auparavant qu'un écoulement; il devient comme le tronc de cet arbre divin dont il n'était préalablement qu'une branche."[18]

Benedictus XIV (canonista; + 1758) videtur huic sententiae favere: "[Inter theologos] communiter convenit veram sacramenti rationem participare episcopatum et diaconatum; quinimmo de episcopatu, etiamsi ab aliquibus non censeatur ordo diversus a sacerdotio, cuius tamen iuxta omnes, est extensio, perfectio et complementum, id esse pariter ex fide affirmât Petrus Soto . . . , aut saltem non posse sine periculo et gravi erroris nota hoc tempore negari, asserunt Medina . . . et Vasquez."[17] "Nemo prohibeat disceptare num epis-

[16] *Theologia mentis et cordis,* l. 11, p. 4, diss. 2, c. 1.
[17] *Ancienne et nouvelle discipline de VEglise touchant les bénéfices et les bénéficiers* (Paris 1725) I 3 sq.
[18] *De synodo diocesana,* l. 8, c. 9, n. 2, in Migne, *Theologiae cursus XXV* (Parisiis 1841) 1110.

copatus sit ordo a presbyteratu distinctus, an character in episcopali consecratione impressus differat, vel potius sit ampliatio quaedam characteris in collatione presbyteralis Ordinis impressi, itidemque an vetustioribus temporibus, a diaconatu factus sit transitus ad episcopatum, ordine presbyterali non antea suscepto."[18]

Hi duo textus aliquatenus ambigue sonant; prima fronte enim Benedictus videtur non suspicari adesse inter theologos aliam ac profundiorem controversiam, scilicet de ipsa sacramentalitate episcopatus, hancque ut aliquid certum et ab omnibus admissum habere; cum tamen ipse sese referat ad theologorum controversiam modo generali ac indistincto, *eius iudicium de libertate discussionis referri potest ad integram controversiam prout agitabatur apud theologos,* quae quidem duo respiciebat, scilicet tum adaequatam distinctionem episcopatus a presbyteratu tum ipsam episcopatus propriam sacramentalitatem; unde, cum ait convenire apud theologos episcopatum participare rationem sacramenti, intelligi debet de episcopatu modo indistincto ac complexivo; item cum ait omnes admittere episcopatum esse extensionem sacerdotii, id intelligi debet generaliter, seu etiam in sensu doctrinae S. Thomae, talem extensionem alio modo intelligentis ac de intrinseca ac sacramentali extensione. Hic sensus confirmari potest ex sequenti textu S. Alphonsi, fere coaetanei Benedicto.

S. *Alphonsus* (f1787): "Quaeritur deinde: An episcopatus sit ordo distinctus a presbyteratu? Negant S. Thomas, S. Bonaventura et alii: qui dicunt esse extensionem ordinis presbyteratus. —Sed communius affirmant Bellarminus, Tournely, Habert, Sanchez, Valentia, Aversa, etc.: tum quia in ipso traditur distinctus character et specialis potestas ad Eucharistiam, nempe constituendi huius sacramenti ministros; tum quia ordo episcopatus confertur per manuum impositionem et per formam 'Accipe Spiritum sanctum/ etc. Nec valet dicere quod, si episcopatus esset distinctus ordo, posset episcopus valide saltem ordinari, licet non esset sacerdos; nam respondetur quod hoc ordinatione divina requiritur, sicut requiritur ut sit baptizatus qui vult confirmari aut ordinari."[19]

GASPARRI: "Plerique scholastici putant episcopatum non esse ordinem proprie dictum, distinctum a presbyteratu. . . Sed salva tot ac tantorum theologorum auctoritate, haec doctrina, obscura, confusioni idearum innixa, hodie *ab omnibus derelicta et derelinquenda prorsus est* ac firmiter tenendum episcopatum esse ordinem proprie dictum distinctum a presbyteratu. Sane cum episcopatus sit ritus quo confertur potestas sacra perficiendi functiones praesertim ad altaris ministerium, patet manifeste esse ordinationem et ordinem proprie dictum. Cumque

n Epist. **"In postremo," 20 oct. 1766, n. 17, *Bullarium* III-2 (Prati 1847) 394.**
" Theologia moralis **(ed. L. Gaude, Romae 1909) III 748.**

tum ritus, tum potestas eodem collata toto coelo distet a ritu et potestate presbyteratus, patet manifeste episcopatus ordinationem et ordinem omnino distingui ab ordinatione et ordine presbyteratus."[20]

A. BOUDINHON: "Les anciens théologiens, dont nous avons rappelé plus haut les opinions, n'admettaient pas que l'épiscopat fût un sacrement; à peine méritait-il le nom d'ordre. La principale raison qu'ils en donnaient était que l'évêque n'avait pas sur le corps de Jésus-Christ plus de pouvoir que le simple prêtre. La raison est discutable, sinon fausse, parce que le critère mis en avant comme constitutif du sacrement de l'ordre est à tout le moins incomplet. *Aujourd'hui, en effet, la presque totalité des théologiens regardent l'épiscopat comme un sacrement,* tandis qu'ils n'admettent comme tels ni le sous-diaconat, ni les ordres mineurs, ni à plus forte raison la tonsure. Mais il y a dans la théorie des scolastiques une part de vérité qu'il est important de dégager. C'est qu'en effet l'épiscopat et la prêtrise ne sont qu'un seul et même sacerdoce; sans doute ils participent inégalement à cet unique sacerdoce: l'évêque est le "summus sacerdos," le prêtre est "secundi ordinis sacerdos," suivant les expressions bien connues des Pères. Mais comme le plus et le moins ne changent past l'espèce, pour me servir de l'axiome scolastique, *l'épiscopat et la prêtrise ne sont que deux modes inégaux du même sacerdoce, du même ordre sacerdotal, du même sacrement.* Et c'est ainsi que tous les théologiens ont pu continuer, même après le concile de Trente et avec lui, à parler des sept ordres, le dernier et le plus élevé se subdivisant en deux: le sacerdoce complet, total, qui est l'épiscopat, et le sacerdoce incomplet, restreint, qui est la prêtrise. C'est d'ailleurs le pendant de ce qui se passe pour l'ordre ministériel: celui-ci comprend l'ordre ministériel intégral et complet qui est le diaconat, et des participations inégales à ce ministère qui sont tous les ordres inferieurs.

"Il arrivera nécessairement que Tunique. sacerdoce sera conféré en deux fois lorsqu'un diacre sera d'abord ordonné prêtre et que plus tard le prêtre sera consacré évêque; dans ce dernier cas, l'épiscopat ne pourrat donner au prêtre que le complètement du sacerdoce, c'est-à-dire les pouvoirs strictement épiscopaux. Mais quand, au contraire, un diacre *était* (car je dois reconnaître que la pratique s'est modifiée sur ce point) élu et sacré évêque, la consécration épiscopale lui donnait en une seule fois le sacerdoce total. Telle était la pratique générale pendant de longs siècles: de nombreux archidiacres de l'Eglise romaine ont été ainsi sacrés évêques de Rome par une seule ordination, et le premier archidiacre qui ait reçu après son élection la prêtrise et l'épiscopat en deux ordinations distinctes fut, autant que je puis le savoir, saint Grégoire VII. Je m'abstiens à dessein de rechercher quelle serait aujourd'hui la valeur d'une ordination accomplie dans ces conditions, la solution n'est pas nécessaire à mon raisonnement. Tout ce que je veux conclure de ces observations, c'est que *l'épiscopat n'est qu'accidentellement le complément de la prêtrise, et qu'il est de sa nature, aussi bien et plus que la prêtrise, le véritable sacerdoce complet et intégral.* Quant à la prêtrise, il est inutile, je pense, de démontrer qu'elle est aussi le sacerdoce; mais elle est le sacerdoce incomplet et restreint, puisqu'elle peut recevoir un complément et qu'elle le reçoit en effet, mais cependant in *eodem genere.*

"Mais ce qui est parfait et complet précède régulièrement ce qui est incomplet et imparfait: l'épiscopat est antérieur à la prêtrise. Il ne faut pas se représenter l'épiscopat comme un développement historique de la prêtrise; au contraire, il faut voir dans la prêtrise une participation diminuée et restreinte à l'épiscopat, c'est-à-dire à l'unique sacerdoce primitif. C'est la prêtrise qui procède de l'épiscopat par voie de restriction. Notre Seigneur, pour commencer par lui, n'a pas ordonné ses apôtres par deux ordinations distinctes; il les a fait d'un seul coup pleinement *sacerdotes* (pourquoi n'avons-nous pas en français l'équivalent du

[20] *Tractatus canonicus de sacra ordinatione* I (Parisiis 1893) 10sq.

mot *sacerdos?),* nous dirions évêques, si ce mot n'impliquait une opposition aux *sacerdotes secundi ordinis,* qui n'existaient pas encore. Et les apôtres eux-mêmes, s'ils 'ont établi dans les diverses églises un chef du collège presbytéral, du *presbyterium,* ne semblent pas avoir distingué, dans les rites et les effets de l'ordination, deux degrés du sacerdoce. Les Actes des Apôtres nous montrent Saul et Bamabé directement ordonnés *sacerdotes* et le Nouveau Testament emploie à plusieurs reprises les mots *presbyteri* et *episcopi* pour désigner les mêmes personnes."[21]

"Aujourd'hui, je ne sais s'il est un seul théologien digne de ce nom qui refuse à l'épiscopat le caractère sacramentel. . . D'autre part, d'irrécusables témoignages de l'antiquité démontrent qu'autrefois les diacres élus évêques — et le cas était fréquent — ne recevaient pas une ordination presbytérale distincte, mais seulement la consécration épiscopale. Cette pratique s'explique et se justifie si l'on admet l'existence d'un unique sacerdoce, mais à deux degrés, non successifs, mais dont le plus élevé renferme le moindre: en sorte que la consécration épiscopale conférait le sacerdoce intégral à qui n'en avait pas reçu la forme inférieure, et seulement les pouvoirs complémentaires à qui était déjà prêtre."[22]

C. BAISI: "Disputabatur . . . utrum episcopatus, praecisive sumptus, verum sit sacramentum. Scholastici, duce S. Thoma, negabant; posteriores theologi communiter affirmant. . . *Post decisiones Pu XII* (cfr. *Acta S. Sedis,* Feb. 1948) *haec altera sententia unice est vera* . . . Verior . . . videtur . . . tertia quaedam explicatio, docens episcopatum esse utique sacramentum a presbyteratu distinctum, *hanc tamen distinctionem repetendam esse a potestate iurisdictionis,* quam episcopi in sua ordinatione ordinariam accipiunt, presbyteri autem non item. Haec autem distinctio proxime repetenda est a voluntate Ecclesiae seu Summi Pontificis, cui competit dominium in potestatem cunctam iurisdictionalem."[23]

"Ordinatio episcopalis est verum sacramentum. Hanc partem ita inscribimus, ut affirmetur *episcopatum, etiam praecisive sumptum, esse sacramentum. . .* Attende autem argumenta ex theologicis quibusdam rationibus, quae saepe a theologis afferuntur ad assertum huius partis probandum, nullo modo viden evincentia. Et re quidem vera ratiocinationes ex eo deductae quod episcopatus sit iuris divini; quod solis episcopis competat potestas confirmandi et ordinandi; quod in ordinatione episcopali ea cuncta adsint, quae sunt propria signi sacramentalis, materia videlicet et forma, nullam vel fere nullam possident vim probativam, cum in illis aut nutet fundamentum, aut conclusio amplius pateat, quam praemissae. Nullo namque modo certum est episcopatum praecisive sumptum esse iuris divini; verum non est potestatem confirmandi et ordinandi ita exclusive reservari episcopis, ut iure extraordinario nequeat a Summo Pontifice concedi simplicibus presbyteris; si tandem verum esset sacramentum semper adesse, ubicumque adest caeremonia quae signi sacramentalis exprimat similitudinem, verum quoque esset omnes ordines minores et sacramentalia plura esse sacramentum. Veniamus igitur ad firmiora argumenta. . ,[24]

"Episcopi, secundum definitionem Ecclesiae, possident potestatem confirmandi et ordinandi, quae illis non est cum presbyteris communis (D. 960, 967). Et tamen, potest Ecclesia hanc potestatem iure extraordinario demandare simplicibus presbyteris. Cum autem presbyteri ex vi suae ordinationis eadem, ac episcopi, iam gaudeant potestate quoad corpus Christi reale, cumque per simplex mandatum seu concessionem Ecclesiae (quae operatur etiam in distans, et potest respicere eos,

« "L'ordination au sous-diaconat et au diaconat faite par un simple prêtre," ***Le canoniste contemporain*** **XXIV (1901) 390-392; cf. 330-332.**

» "Chronique de droit canonique," ***Revue du clergé français*** **XLV (1906) 183.**

»*Institutiones theologiae scholasticae* I (Milano 1948) 386 sq.

» *Ibid.* IV (Milano 1949) 591.

qui nondum nati sunt), nequeat conferri potestas ordinis, concludendum videtur *quoad talem ordinis potestatem nullam intercedere distinctionem inter presbyteros et episcopos; simplices videlicet presbyteri ex vi suae ordinationis eam totam possident ordinis potestatem, quae requiritur ad exercenda munera iure ordinario episcopis reservata.*

"Quomodo igitur distinguitur episcopatus a presbyteratu? Qua ratione est ordo per sacramentum ministrandus? Attende ad ea quae dicebamus in tractatu de sacramentis in genere. Ad ea conferenda sacramenta quae respiciunt fideles, cuius igitur subiectum subditur iurisdictionali Ecclesiae auctoritati, requiritur potestas quaedam jurisdictionis. Recole sacramentum confirmationis, quod de potestate Ecclesiae simplex sacerdos valide confert, absque vero hac potestate invalide; poenitentiam, quam solum cum debita jurisdictione presbyter valide ministrat: extremam unctionem, ad quam valide dandam in Ecclesia Latina requiritur conditio consecrationis olei ex parte episcopi; matrimonium, relate ad quod Ecclesia statuere potest impedimenta dirimentia, quae impediunt quominus valide contrahatur; sacramentum ordinis, cuius validam ministrationem Ecclesia etiam simplici presbytero concedere potest. Excipiuntur baptismus, qui respicit infideles qui non subduntur iurisdictionali potestati Ecclesiae, et Eucharistia, quae est sacramentum corporis Domini Ecclesiae capitis. Nonne logice ex. his omnibus inferre possumus penes Ecclesiam residere potestatem invalidandi haec sacramenta per denegationem iurisdictionalis potestatis requisitae ad ea valide ministranda, per quam denegationem fidelis positive subtrahitur iurisdictioni ministrantis? Argumentum confirmatorium pro sacramento ordinis sume ex reordinationibus.

"Ex quibus concludere possumus: *Sacramentum episcopatus distinguitur a presbyteratu, quia in ordinatione episcopali confertur ordinaria potestas iurisdictionis requisita ad ministrationem quorumdam sacramentorum.* Quae tamen potestas Ecclesia iure extraordinario potest demandare etiam simplici presbytero. Cum tamen a presbyteris ipsa ordinatione non possideatur, verum manet presbyterum ex vi ipsius nullam habere potestatem confirmandi et ordinandi. *Episcopatus vero est sacramentum praecise quia in eius collatione talis ordinaria potestas confertur per signum efficax gratiae.*

"In hac nostra sententia, quam a posteriori, ex praxi scilicet Ecclesiae inferimus, inverso nunc itinere procedentes, bene explicare possumus graviores omnes difficultates, quae in tractatione de sacramentis occurrunt: a) Quomodo in initio Ecclesiae nulla fuerit distinctio inter episcopos et simplices sacerdotes; b) Quomodo Ecclesia concedere possit simplici presbytero ut confirmet; c) Cur ad validam ministrationem poenitentiae requiratur iurisdictio; d) Quomodo Ecclesiae competat ius invalidandi extremam unctionem collatam cum oleo non consecrato ab episcopo: negans, scilicet, requisitam iurisdictionem; e) Cur Ecclesia possit auferre episcopis, v.g. haereticis et schismaticis, validum usum potestatis ordinandi, et cur e contra non possit auferre sacerdotibus potestatem baptizandi atque valide conficiendi Eucharistiam; f) Quomodo possit concedere simplicibus sacerdotibus ut valide conferant omnes ordines; g) Cur épiscopi potestatem jurisdictionis immediate a Summo Pontifice accipiant; h) Cur contractus ipse matrimonii sit sacramentum, et tamen Ecclesia possit circa illum statuere impedimenta dirimentia, etc."[25]

H. LENNERZ, S.J., relatis quibusdam testimoniis Scripturae et Traditionis, concludit: "Et ita videtur his argumentis probatum *sacerdotium sive primi sive secundi ordinis sacramento conferri.* Huic autem sententiae, in quantum dicit, etiam ordinationem episcopalem esse sacramentum, opponitur opinio multorum

^*Ibid.* 624-626. Eandem doctrinam auctor exposuerat in anteriori opere *II ministro straordinario degli ordini sacramentan* (Roma 1935), 134-139, 156-158.

scholasticorum, qui putabant episcopatum non esse ordinem proprie dictum, sed dignitatem, et ordinationem episcopalem non esse sacramentalem."

Discussis argumentis huius sententiae, iterum concludit: "Ergo cum ex una parte argumenta positiva ex S. Scriptura et Traditione eodem modo sacramentalitatem ordinationis episcopalis et presbyteralis probent, immo forte magis sacramentalitatem ordinationis episcopalis, et cum ex altera parte nulla habeantur argumenta, quae ostendant, ordinationem episcopalem non esse sacramentum, dicimus in thesi, tum ordinationem episcopalem, tum ordinationem presbyteralem esse sacramentum. Quod autem ad qualificationem huius thesis attinet, propter auctoritatem externam illorum theologorum, qui tenent vel tenebant ordinationem episcopalem non esse sacramentum, distinguendum est. Quod ordinatio presbyteralis sacramentum sit, certo est de fide, et de hac re numquam erat dubium aut controversia inter theologos; et id quod concilium tridentinum dicit de sacramento ordinis, saltem de ordine presbyterali intelligendum est. . . Quoad ordinationem vero episcopalem *statuimus thesim ut certam* et nunc communiorem."[26]

E. MASURE: "Il existe en théologie deux méthodes différentes de présentation et de démonstration, qui supposent, à l'intérieur de la doctrine enseignée par le concile de Trente, deux définitions du sacerdoce un peu dissemblables, et par extension, deux vues divergentes des rapports sacramentels de l'épiscopat et du presbytérat ou prêtrise. L'une de ces visions est moins favorable à l'idée communautaire; l'autre bien davantage. Tous les auteurs sont bien d'accord avec le concile de Trente, pour dire que Notre Seigneur a ordonné prêtres ses apôtres lorsqu'il leur a dit: 'Faites ceci en mémoire de moi'; mais les uns considèrent ce geste eucharistique comme la conclusion et le signe efficace d'une réalité depuis longtemps préfigurée à l'avance dans l'âme des apôtres, un peu comme te baptême de catéchumènes adultes ne fait que fixer et régulariser une vie de grâce et de foi déjà accordée invisiblement à ces néophytes au cours de leur longue préparation. Pour d'autres théologiens au contraire, ce geste et cette parole de Jésus au soir du Jeudi-Saint suffiraient à épuiser à eux seuls la définition du sacerdoce: ils marqueraient le commencement aussi bien que le point final de l'oeuvre d'institution. Et comme il n'est pas question dans ce texte de l'épiscopat, celui-ci aurait été probablement institué d'une autre manière et en d'autres temps. *Ces auteurs font ainsi partir leur conception du sacerdoce de la simple prêtrise et du pouvoir de célébrer VEucharistie, Au contraire, dans la position plus communautaire, c'est l'épiscopat, comme nous allons le voir, qui vient premier dans la définition du sacerdoce, comme il est premier dans la hiérarchie.*

"Nous allons reprendre en détails l'exposé de ces deux opinions, en commençant par la plus individualiste.

"Parmi tes théologiens, tes uns se souviennent à juste titre que la célébration de l'Eucharistie est le signe sacramentel du sacrifice de la croix, lequel est l'unique sacrifice chrétien; et ils en profitent pour ramener et même réduire essentiellement le sacerdoce au pouvoir de consacrer l'Eucharistie et d'administrer tes autres sacrements qui préparent ou prolongent celle-ci. Et voici dès lors comment se présente l'histoire de l'institution de l'Ordre. Les apôtres furent ordonnés prêtres au Cénacle, lorsque le Sauveur leur permit et leur commanda de renouveler en souvenir de lui la fraction du pain ou la cène, plus exactement lorsqu'il leur dit: 'hoc facite in meam commemorationem.' Plus tôt et surtout plus tard, par example en *Joan.* XX. 23, ils reçurent d'autres pouvoirs, ceux qui firent d'eux en plus tes chefs de l'Eglise. Poussée à bout, cette position suppose que tes évêques et tes prêtres sont égaux quant au pouvoir sacerdotal essentiel, et que tes fonctions hiérarchiques des évêques s'ajoutent du dehors à ce premier pouvoir sans sortir de lui. Aussi tes partisans de cette opinion sont-ils amenés à ne pas considérer l'épiscopat comme un Ordre. 'Episcopatus magis est dignitas quam ordo,' dit

*** *De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 108-110.**

l'opuscule IV de saint Thomas *De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis.* Et le *Commentaire sur les Sentences* . . . dit nettement: 'Episcopatus non est ordo'. . .

"Quoi qu'il en soit de la pensée et de l'autorité de saint Thomas en cette affaire délicate, nous laissons à la théologie que nous critiquons le rigorisme qu'elle n'a pas chez lui, añn avouons-le, de la critiquer plus facilement, mais aussi sans l'attribuer nommément à personne. Et nous disons que cette conception entraîne les conséquences suivantes: le sacrement de l'Ordre imprime un caractère, c'est-à-dire donne des pouvoirs, plutôt qu'il ne communique une grâce, c'est-à-dire une participation à la sainteté du Christ; ou plus exactement il ne donne une grâce que parce que les pouvoirs qu'il confère réclament le sainteté. N'y a-t-il pas là une édulcoration de la définition du sacrement, — signe efficace de la grâce, — qui ne s'appliquerait à l'Ordre qu'indirectement, *in obliquo.* . . On peu d'ailleurs continuer le procès de tendence contre l'opinion ici discutée. Poussée à bout dans ses retranchements théologiques plus ou moins avoués, elle refoule derrière elle pour les supprimer une partie des doctrines qui nous avait semblé dans les chapitres antérieurs solidement établies. Non seulement le sacerdoce des évêques et des prêtres,, égal chez les uns et les autres, se réduit à la célébration du sacrifice eucharistique; mais par voie de conséquence ou de principe, le sacerdoce du Christ lui-même, au lieu de soutenir et d'animer tout son ministère évangélique et sa vie tout entière, ne s'exerce plus que sur le Calvaire et tout au plus aussi à la Cène. Certains auteurs ne semblent pas hésiter devant cette extrême réduction, qui est malheuresement logique avec leur point de départ, et qui a l'inconvénient d'exiger dans la contemplation du mystère du Christ un tout autre classement des idées, une séparation beaucoup plus tranchée, des noms et des titres du Sauveur. On va, dans cette voie, jusqu'à distinguer entre le Christ-prêtre, principe du sacerdoce, et le Christ-pontife, principe de l'épiscopat. Jésus n'exerce pas sa prêtrise en tout temps: à certains moments il se contente d'exercer ses fonctions de docteur, ou de fondateur ou de législateur: comme si le christianisme en sa personne cessait quelquefois d'être une religion, comme si cette doctrine, cette fondation, ces lois et cette morale, cette société de l'Eglise enfin, n'étaient pas toujours et essentiellement religieuses, c'est-à-dire accrochées au sacerdoce du Chef, lui-même défini par l'Incarnation du Fils de Dieu. . . .

"L'autre théologie se souvient aussi, —et davantage encore, si possible, — que la célébration de l'Eucharistie est un signe, le signe d'une réalité plus profonde, à savoir de la Rédemption. Elle n'oublie pas que celle-ci n'est possible que parce que Jésus-Christ est le Fils de Dieu fait homme, c'est-à-dire notre médiateur, et en cette qualité le prêtre par excellence. Cette médiation, qui est en face de Dieu une religion d'amour et une adoration, et vis-à-vis des hommes un apostolat et un salut, le Christ l'a exercée toute sa vie. . . .

"'[L'Eucharistie] est . . . donc dans le Christ le signe sensible de la fonction médiatrice exercée, — et chez nous le signe efficace de notre participation à sa sainte religion. La célébration de l'Eucharistie ne constitue pas seule l'exercice du sacerdoce; elle le suppose, elle en est le sacrement visible, rituel, et fécond. On apparaît prêtre et on est prêtre, sous la loi nouvelle, dans la mesure ou l'on a le pouvoir de célébrer l'Eucharistie. Le Christ lui-même n'a-t-il pas révélé définitivement et fait voir son sacerdoce dans le geste même par lequel il instituait le sacrifice sacramentel? Mais pas plus que son sacerdoce ne se limitait à ce geste, le sacerdoce de ses prêtres ne se borne à ce pouvoir qui les institue prêtres, mais ne constitue pas à lui seul le sacerdoce.

"Celui-ci, chez les successeurs et les mandataires du Christ, est défini aussi, à son exemple, par l'exercice incessant de cette fonction médiatrice multiforme que nous admirions tout à l'heure en Jésus et à la quelle participent par grâce ses successeurs. . . *Cette conception du sacerdoce chrétien, ou l'épiscopat vient premier et constitue le principe historique et sacramentel de tous les Ordres, sup-*

pose une démonstration toute différente, autrement large, autrement solide, de l'institution par le Christ. . . De même que ¡'Eucharistie est le sacrement de la Rédemption, mais n'est pas la Rédemption et ne la constitue pas, de même le pouvoir de célébrer l'Eucharistie est le sacrement du sacerdoce qu'il confère, mais dont il n'épuise pas la notion. Notre-Seigneur a institué prêtres ses apôtres en disant: 'Hoc facite in meam commemorationem,' mais en réalité *leur sacerdoce est défini par leur participation au sacerdoce du Christ, c'est-à-dire à son universelle fonction de médiateur.* Dans ces conditions, ce sont les apôtres comme tels qui ont été ordonnés prêtres, et voilà pourquoi *le véritable sacerdoce sacramentel, le sacerdoce sacramentel complet et intégral, c'est celui des apôtres, et non pas celui des prêtres.*[21] L'expression si souvent laissée indécise et inexpliquée, qui attribue à l'épiscopat la plénitude du sacerdoce, prend ici toute sa force et toute sa clarté. L'épiscopat est non seulement un Ordre, mais il est l'Ordre par excellence."[28]

Ut apte observât *Piault*[22] plura in hoc textu et in tota eius opella a Masure dicuntur, quae exaggerationem redolent, sive in se sive in interpretatione doctrinae S. Thomae.

B. PIAULT: "Mais alors que sera donc le sacrement de l'Ordre? et quelle différence pourra-t-on établir entre le sacerdoce de l'évêque et celui du prêtre? Ce que nous mettons donc en question ici se résume en ceci: l'épiscopat est-il un ordre adéquatement distinct du presbytérat? Comment est-il possession totale du sacrement de l'ordre, comment le presbytérat n'en serait-il que possession imparfaite, se distinguant qualitativement de l'épiscopat? . . . Qu'est donc la hiérarchie, ce pouvoir sacré dans l'Eglise, et comment décrire les relations qui existent entre le prêtre et l'évêque ou mieux, peut être, entre le Christ, l'évêque et le prêtre.

"a) *Les bases du Sacrement de l'Ordre.* . . .

"H y a dans l'Eglise une participation absolument indispensable aux pouvoirs royaux du Christ. Et c'est pourquoi *nous ne tentons pas de définir rOrdre sacerdotal hiérarchique par rapport au corps eucharistique du Christ* — ce que l'on fait habituellement. Mais nous voudrions décrire l'Ordre par rapport à son corps mystique. Car — et en cela *nous nous séparons de saint Thomas [Suppl.,* q. 40, a. 4–6] — *nous subordonnons le pouvoir eucharistique donné par le Sacrement de l'Ordre au pouvoir sur le corps mystique.* En effet le Docteur angélique fait de l'épiscopat comme du presbytérat un service de l'Eucharistie. C'est là, pour lui, l'acte primaire du sacerdoce, envers lequel prêtre et évêque sont égaux. L'évêque n'est alors supérieur au prêtre que par rapport à l'acte secondaire qui est relatif à la juridiction (40, 4). D'où S. Thomas conclut (40, 5) que l'épiscopat n'est pas un ordre sacramentel, car la juridiction ne comporte pas une configuration sacerdotale au Christ. Nous pensons, au contraire, que l'Eucharistie elle-même, n'étant que moyen par rapport au Corps mystique, doit s'effacer devant la réalité totale de l'Eglise, celle qui se construit actuellement et celle qui ne

'"Réduite à ces proportions, à savoir que l'Episcopat est un Ordre et qu'il constitue la plénitude du sacerdoce et du sacrement de l'Ordre, cette opinion est dite celle des 'modernes,' c'est-à-dire, dans le cas présent, *de la plupart des théologiens à partir de Bellarmin inclus.* Les O.P. eux-mêmes tendent de plus en plus à l'accepter: L'épiscopat, déclare le R. P. Périnelle, est vraiment premier. Tout a été donné aux apôtres, et l'évêque se présente comme leur héritier. Le presbytérat dérive de l'apostolat-épiscopat, il apparaît même après le diaconat, et avec un aspect moins original que lui.' *(Revue des Sciences philosophiques et theologiques* [de Kain], 1930, p. 250). Plus tard, le R. P. Périnelle a publié aux Editions du Cerf en 1935, une curieuse plaquette intitulée *Le Sacerdoce* qui, dans l'ensemble, est écrite dans les perspectives de l'opinion des 'anciens'."

***n Prêtres diocésains* (Lillè 1947) 55-63.**

**** Art.* mox *citand.* 1030-1036.**

passera pas en tant qu'étemelle, et qui est bien l'Epouse du Christ-Roi *(Apoc.* XXI. 9-11). Car c'est bien ainsi, historiquement et théologiquement, que doit nous apparaître l'Eucharistie. Elle est la Rédemption qui se continue sur cette terre. La 'res' opérée par elle c'est, nous a dit saint Thomas, de réaliser l'unité de l'Eglise et de préparer la gloire des élus. Ce qui explique que l'Eucharistie n'a pas en elle-même sa propre fin, mais qu'elle réalise sacramentellement la formation de l'Eglise. . . L'Eucharistie se subordonne donc toutes choses — toute activité apostolique doit être sacrale — en même temps qu'elle-même est moyen par rapport à la formation du Corps mystique.

"Or, les chefs de ce Corps mystique, ce sont indubitablement les évêques. Mais nous ne pensons pas qu'ils le sont en vertu d'un pouvoir de juridiction qui viendrait couronner, comme de l'extérieur, ce qu'on appelle le pouvoir d'ordre. Nous pensons qu'il faut aller plus profond. Et il faut reprendre ici l'idée de Scheeben à propos de la maternité de l'Eglise. Puisque celle-ci a à engendrer des chrétiens, des 'fils de Dieu,' elle doit avoir le pouvoir suprême qui synthétise tous les autres et qui se résume en ce mot: *'pouvoir pastoral.'* Reçoit ce pouvoir pastoral tout homme élevé à la dignité épiscopale. De droit divin, il doit paître l'Eglise de Dieu a lui confiée par l'Esprit Saint *(Act.* XX. 28) pour un territoire déterminé. Il y a là une fonction royale qui se subordonne toutes les autres: juridiction, enseignement, ordre comme on dit souvent en rendant équivoque ce mot par lequel on veut entendre la puissance sacramentelle, surtout eucharistique. Ainsi l'évêque doit participer à toute la plénitude de la consécration sacerdotale du Christ. . . .

"b) *L'épiscopat doit apparaître comme un ordre adéquatement distinct du presbytérat.*

"Ses fonctions le requièrent: nous l'avons vu de par son rôle de chef d'Eglise. Sa consécration le laisse entendre. Il doit juger, interpréter, consacrer, ordonner, offrir, baptiser, confirmer. Les quatre premières fonctions sont spécifiquement épiscopales, les autres subordonnées. Ensuite le consécrateur demande 'de répandre l'effusion de la grâce sacerdotale sur son serviteur.' Dans la préface consécratoire, il parle du 'ministère du suprême sacerdoce.' Et la constitution *Sacramentum Ordinis* de Pie XII déclare que le rite consécratoire est l'imposition des mains et les paroles 'Comple in sacerdote tuo ministerii summam'. . . . Pouvoir pastoral qui utilise gouvernement, sacrifice, enseignement, voilà l'épiscopat, voilà, pouvons-nous conclure, ce que cet ordre suprême vient conférer à l'évêque. Et s'il fallait encore de cela un *confirmatur,* nous pourrions le trouver dans ce fait qu'il y eut, de la fin du IIe siècle jusqu'au IXe au moins, 34 papes qui ont été certainement ou en certains cas très probablement élevés directement du diaconat au souverain pontificat. Cela montrerait alors *que l'épiscopat est bien un ordre, même qu'il est le sacrement d'Ordre lui-même en son état de plénitude.*

"c) *Le sacerdoce du prêtre.*

"Sa relation au Christ est autre. Non plus avec la dignité royale du Christ, donc au pouvoir suprême dans le Corps mystique, mais dans un rapport à ce sacerdoce sacramentel qui donne au prêtre la fonction de ministre de l'Eucharistie. Du même coup nous le voyons *subordonné à l'évêque, puisque l'Eucharistie l'est elle-même par rapport au corps mystique dont l'évêque est le ministre en tant que pasteur et roi.* Le prêtre n'aura donc aucune fonction de chef d'Eglise, mais deux fonctions dépendentes de celle-ci: pouvoir d'offrir le sacrifice, pouvoir prophétique par le ministère de la parole, toujours en dépendance de l'évêque. Le prêtre est ordonné pour être son collaborateur, et en cela il lui est lié, et non pas parce qu'il reçoit de lui son sacerdoce — il n'est de sacerdoce, redisons-le, que celui de Jésus Christ—. Les fonctions sacrificielle et prophétique qui sont siennes lui sont départies pour un service dans l'Eglise, Eglise dont il n'a pas la charge, mais pour laquelle il doit oeuvrer avec son évêque, le seul époux d'une

Eglise. . . Toutefois il faut dire que ce qui charactérise bien le prêtre, c'est son pouvoir sacrificiel. Personne ne peut le lui enlever, et, quand il l'exerce, il l'exerce en vertu de cette mission générale que l'Eglise lui a confiée à son ordination par l'instrument que fut l'évêque....

"*Conclusion,*

"Ces idées sont émises à titre d'hypothèses. Elles sont certainement très imparfaitement formulées. Mais elles voudraient pouvoir servir de jalons dans l'élaboration d'un traité théologique de l'Ordre. La spiritualité du sacerdoce du prêtre a été faite et bien faite par le XVIIe siècle. Mais ceci dit, il reste à aller encore plus à fond puisqu'on a pu penser que s'arrêter là, c'était tronquer ce sacrement et confondre épiscopat et presbytérat. Nous croyons que, même en partant de la Cène, et d'elle seule, il y a possibilité de bâtir une théologie du pouvoir suprême dans l'Eglise, mais à condition de replacer la Cène elle-même en face du Corps mystique dont elle est le sacrement laissé par Jésus à son Eglise. Dans cette Eucharistie, il y a l'Epouse sans taches ni rides pour qui Jésus a versé son sang."[30]

Etiam Piault in hoc suo tentamine construendi novum modum theologiae de sacramento Ordinis, in quo episcopatus occupet centralem partem, non paucis exaggerationibus indulget. Et ut omittamus voluntariam rationem qua suggerit principalitatem corporis mystici supra Corpus Christi Eucharisticum, adeoque supra ipsum Corpus physicum substantialiter unitum Divinitati, ac tam facile eligit se separare a S. Thoma ("Et en cela nous nous séparons de saint Thomas"), ex una parte confundit ipsam essentialem doctrinam S. Doctoris de natura potestatis episcopalis, ac si ab ipso dicatur esse mera iurisdictio, dum S. Thomas explicite statuit eam non esse meram iurisdictionem sed veram potestatem Ordinis, etsi non sacramentalis, et ex alia parte non attendit S. Doctorem hanc vocare "superiorem potestatem alicuius altioris ministerii" (C. *Gent.* 4. 76), qua "episcopus . . . agit in persona Christi supra corpus eius mysticum . . . tanquam princeps totius ecclesiastici ordinis" (3 p., q. 82, a. 1, ad 4; cf. supra, p. 135 sq.).

CH. JOURNET: "Nous tiendrons donc que l'épiscopat est un ordre au sens strict, qu'il est le tout dont le presbytérat est partie. Que pense saint Thomas du pouvoir conféré par la consécration épiscopale?" Exposita sententia S. Thomae, concludit potestatem episcopalem esse *extensionem sacramentalis characteris Ordinis;* eius verba citavimus supra, in p. 136 sq., post quae sic immediate prosequitur: "On rejoint ainsi le texte de la Constitution apostolique sur les ordres sacrés du diaconat, du presbytérat et de l'épiscopat, du 30 novembre 1947: 'Le sacrement de l'ordre, dit-elle, institué par le Christ Seigneur, sacrement qui confère un pouvoir spirituel et la grâce d'accomplir saintement les fonctions ecclésiastiques, est un et le même pour l'Eglise universelle,' n° 1. Il ne fait aucun doute que le pouvoir spirituel et la grâce dont il est question dès le début de la Constitution sont d'ordre sacramentel. Plus loin, on lit: 'Tout le monde admet que les sacrements de la loi nouvelle, étant des signes sensibles et producteurs de la grâce invisible, doivent signifier la grâce qu'ils produisent, et produire la grâce qu'ils signifient. Or les effets que doit produire et donc signifier l'ordination sacrée du diaconat, du presbytérat et de l'épiscopat, à savoir le pouvoir et la grâce, se trouvent dans tous les rites en usage dans l'Eglise universelle, aux diverses époques et dans les différents pays, suffisamment indiqués par l'imposition des mains et les paroles qui la déterminent,' n° 3. *Il résulte à l'évidence de ce texte que l'ordination est un sacrement, dans le cas non seulement du diaconat et du presbytérat, mais aussi de l'épiscopat;* que le pouvoir qu'elle confère est sacramentel, dans le cas non seulement du diaconat et du presbytérat, mais aussi de l'épiscopat."[31]

[30] "Le sacrement de l'Ordre," *Nouvelle revue théologique* LXXI (1949) 1036-1044.
[31] "Vues récentes sur le sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* LUI (1953) 87, 89 sq.

Praefatam autem extensionem sacramentalis characteris auctor explicat plus minusve ad mentem Paludani (cf. supra, in p. 148), scilicet non ab intrinseco et ex parte ipsius potentiae sed ab extrinseco et ex parte actuum; presbyter scilicet in suo charactere habet quidquid ex parte potentiae requiritur ad ponendos actus qui sunt proprii episcopo, nempe ordinare et confirmare, sed relate ad hos habet potentiam ligatam; quae quidem ligatio solvitur, vel modo stabili ac ordinario per consecrationem episcopalem, vel retractabiliter et extraordinarie per iurisdictionalem concessionem Papae:

"Entre le pouvoir ordinaire et le pouvoir extraordinaire de conférer la confirmation et certains ordres, quelle différence y a-t-il? En nous inspirant de Jean de Saint-Thomas, nous répondons que *le pouvoir physique de confirmer et conférer certains ordres se trouve soit dans l'évêque soit dans le prêtre.* Dans l'évêque, ministre ordinaire de ces sacrements, ce pouvoir est toujours délié, il n'est jamais liable; quant à la validité, il peut s'exercer immédiatement, inconditionellement. Dans le prêtre, ministre extraordinaire de ces sacrements, ce pouvoir est toujours liable et ordinairement lié: quant à la validité, il ne peut s'exercer qu'en dépendance d'une concession, autorisation, délégation juridictionelle du souverain pontife. *Il se produit quelque chose d'analogue pour le sacrement de pénitence:* le prêtre a le pouvoir physique de l'administrer, mais il ne peut exercer ce pouvoir que dépendamment d'une condition morale, à savoir s'il a juridiction. Ce qu'on rencontre chez le ministre ordinaire de la pénitence, on ne s'étonnera pas de le recontrer chez le ministre extraordinaire de la confirmation et de certains ordres. Quand le concile de Trente enseigne que les évêques ont un pouvoir de confirmer et d'ordonner qui ne leur est 'commun avec les prêtres,' et qu'ils exercent des fonctions sur lesquelles les prêtres n'ont 'aucun pouvoir,' il faut entendre qu'à la différence des évêques, les prêtres n'ont, sur la confirmation et certains ordres, qu'un pouvoir extraordinaire, liable quant à sa validité; ils n'ont aucun pouvoir ordinaire, non liable et toujours délié quant à sa validité.

"La distinction ici proposée se tient-elle vraiment dans la ligne de l'ordre? Sans nul doute. Il s'agit de l'exercice valide d'un pouvoir d'ordre, du pouvoir physique de confirmer et d'ordonner. *Que ce pouvoir physique puisse librement s'exercer chez les évêques et qu'il soit entravé chez les prêtres, en qui son exercice est conditionné, cela crée bien une différence entre évêques et prêtres dans la ligne même d'ordre.* S'il fallait dire — mais on peut hésiter à s'engager dans cette voie — qu'un prêtre n'a pas le pouvoir physique d'ordonner un autre prêtre, que seul l'évêque a ce pouvoir physique, alors la distinction entre prêtres et évêques serait assurément plus radicale: elle porterait non plus seulement sur l'exercice du pouvoir d'ordre mais encore sur sa nature."[32]

J. LÉCUYER, C.S.Sp., per quatuor successivos articulos mentem suam aperuit circa veram sacramentalitatem episcopatus, quam considerat praecipue *ex parte effectus gratiae,* reliquens in umbra alterum characteris effectum. Episcopatum autem accipere videtur ut *sacramentum inadéquate distinctum* a presbyteratu.

In primo articulo, qui est de gratia consecrationis episcopalis, notat imprimis maiores scholasticos negasse ipsam existentiam huiusmodi gratiae et sacramentalitatis episcopatus (haec verba citavimus supra, in p. 118). Recitatis testimoniis Traditionis, ait: "De ces témoignages ... un enseignement se dégage que nous pouvons résumer en cette proposition: comme dans le sacerdoce de Jésus, comme dans le sacerdoce de tous les fidèles, il y a aussi dans le sacerdoce institutionnel conféré aux Apôtres et perpétué par le Sacrement de l'Ordre, deux degrés complémentaires, dont le premier est ordonné à l'Eucharistie, et *le second à l'Apostolat.* L'évêque est donc le successeur des Apôtres: par sa consécration *(dont nous ne saurions douter qu'elle soit un rite sacramentel'),* il reçoit la grâce

[32] *Ibid.* 91 sq.; cf. 101 sq.

que reçurent les douze. . . . Nous avons donc décelé dans le sacerdoce chrétien deux degrés nettement distincts. . . S'est-on rendu parfaitement compte toujours de ce double degré de Sacrement de l'Ordre? . . . Pour nous, nous tiendrons donc pour certain que l'épiscopat, conféré après le presbytérat, confère une nouvelle grâce. Et cette grâce, nous l'avons dit, est *une, grâce d'apostolat,* dans le sens le plus précis de ce mot: l'évêque est le successeur des Apôtres. . . L'object précis de la grâce épiscopale, en ce qu'elle a de particulier, n'est donc pas le sacrifice eucharistique, ni même l'entretien du troupeau, mais son expansion, sa croissance jamais achevée."[33]

In secundo articulo, agens de episcopatu et presbyteratu iuxta Hippolytum Romanum, scribit: "Nous croyons donc qu'on peut mettre en lumière chez Hippolyte de Rome les éléments d'une théologie de l'épiscopat et du presbytérat, dont nous voudrions en terminant résumer les principaux traits. L'épiscopat est conféré par un rite de consécration qui confère un 'pneuma' spécial, une grâce spirituelle propre à cet ordre, et qui est donc *un sacrement au sens actuel du terme;* en effet, selon le Concile de Trente, le signe distinctif de la sacramentalité, c'est qu'un rite sensible, paroles, et signes extérieurs, confère une grâce.^ Cette grâce distinctive de l'épiscopat est, avant tout, selon Hippolyte, une grâce de chef. . . . Il y a . . . deux degrés du sacerdoce, nettement distingués par Hippolyte; et il ne s'agit pas d'une différence seulement dans ce que nous nommons aujourd'hui la juridiction, mais dans le sacrement lui-même. Cette conclusion ne peut manquer de paraître très importante, si l'on se rappelle que la sacramentalité de l'épiscopat a été mise en doute par nombre de théologiens dans l'Eglise latine."[34]

In tertio articulo in quo agit de origine theologiae thomisticae circa episcopatum, exposita sua interpretatione doctrinae ipsius S. Thomae (cit. supra, in pp. 137 sq.), haec dicit: "On devine dès lors qu'elle eût été la position de saint Thomas devant les faits que nous avons appris depuis, nous voulons dire devant les trois Bulles pontificales de Boniface IX, de Martin V et d'Innocent VIII, concédant à de simples prêtres le pouvoir d'ordonner aux Ordres Sacrés. Nous ne croyons pas que notre Docteur eût hésité à s'incliner devant les faits, et à les intégrer dans sa théologie. Qu'on ne pense pas, d'ailleurs qu'il y ait là quelque chose dont on ait lieu de s'effaroucher, la supériorité de l'Ordre épiscopal ne s'en trouvant nullement atteinte. Si on admet, en effet, que l'Episcopat est bien un Ordre *conférant la grâce et imprimant un caractère distinct du presbytérat,* le pouvoir de conférer ce degré suprême du sacerdoce demeurera toujours comme une prérogative inaliénable du Corps épiscopal. Le principe posé par saint Jérôme[36] et mille fois répété sous les formes les plus diverses par la théologie latine, joue, dans le cas présent, en faveur de l'épiscopat: 'Ut enim accipit quis, ita et dare potest.' Mais surtout, l'évêque demeure le successeur des Apôtres, un 'envoyé,' chargé avant tout d'être un Témoin de la Parole. . . La grâce de la consécration épiscopale est donc avant tout *une grâce d'apostolat,* de missionaire, de prédicateur. Elle est aussi une grâce de chef."[30]

Obiectum huius articuli recenter complevit per peculiare studium ipsius doctrinae S. Thomae in variis eius operibus, sed nihil novi obtinet nec aliud ostendere conatur nisi quod "il semble bien que saint Thomas a, sinon évolué, du moins nuancé

M,*La grâce de la consécration épiscopale," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XXXVI (1952) 406 sq., 411 sq.

M "Episcopat et presbytérat dans les écrits d'Hippolyte de Rome," *Recherches de science religieuse* XLI (1953) 47 sq., 50.

***M Dial, contr. Lucif.* 9, *ML* 23. 105.**

M"Aux origines de la théologie thomiste de l'épiscopat," *Gregorianum XXXV* (1954) 87-89.

et précisé sa pensée, depuis ses premiers ouvrages jusqu'aux derniers chapitres de la *Somme théologique."*[3]*™*

In quarto ac recentiori articulo directe ponit quaestionem de sacramentalitate episcopatus, quam affirmative ac confidenter resolvit, nihil aliud certeroquin afferens quam trita argumenta infra in nostra Conclusione referenda. Haec inter alia affirmât, quae, praecipue in verbis italicis typis a nobis notatis, ambigua vel exaggerata videri possunt: "La question que nous voulons considérer ici n'est pas, de soi, liée à celle des pouvoirs sacramentels propres qui seraient donnés aux Evêques par leur consécration épiscopale; nous dirons, en fait, que ces pouvoirs existent; mais à supposer même qu'on ne puisse pas le démontrer, la sacramentalité de la consécration épiscopale ne serait pas compromise pour autant. En effet, selon le Concile de Trente, le signe qui nous permet d'affirmer qu'un rite liturgique est un sacrement, c'est que ce rite confère une grâce. . . Si donc nous avons un rite liturgique sensible, comprenant gestes et paroles, et conférant une grâce, nous pouvons affirmer qu'il y a Sacrement: même si — ce qui n'est pas — la consécration épiscopale ne conférait aucun autre pouvoir sacramentel que ceux du simple prêtre, si elle donne au nouvel Evêque une grâce nouvelle, nous ne pouvons pas douter qu'il y ait Sacrement. Telle est donc la première question que nous devons nous poser; ainsi limitée, il semble qu'on puisse y répondre par l'affirmative, et cela *d'une façon absolument certaine,* avant même de considérer le problème des pouvoirs sacramentels conférés. . .

"[Exposito cursorio modo Traditionis argumente tam doctrinal! quam liturgico, confidenter concludit:] Nous sommes ainsi amenés à la conclusion que l'Eglise a toujours, de bien des manières, manifesté *sa foi dans la sacramentalité de l'Episcopat,* non seulement par l'enseignement de ses théologiens, qui a subi en Occident une certaine éclipse, mais encore et surtout dans sa yie liturgique, dans sa prière, dans sa législation canonique. Si l'on ajoute, *ce qui n'a pas besoin de démonstration, que cette conviction, depuis le Concile de Trente, est devenue celle de presque tous les théologiens,* et que les arguments apportés par ceux qui font exception, de l'avis d'un théologien aussi prudent que le P. Lennerz, sont sans valeur, on doit penser que *nous sommes ici devant une des vérités les plus solidement attestées par la Tradition Catholique; et celle-ci l'a toujours attestée comme étant une vérité de foi,* appuyée sur l'Ecriture elle-même, car elle a toujours vu dans le charisme conféré à Timothée, une grâce épiscopale."[3Gter]

E. BOULARAND, SJ., ampliori ac robustiori calamo hanc quaestionem pertractans, scribit: "La thèse négative [i.e. qui nie la sacramentalité de l'épiscopat] se maintient toujours, par la puissance de l'école thomiste. . . Elle trouve même un regain de faveur des environs de 1900 à 1940. . . Quels arguments fait-elle donc valoir pour résister aussi brillamment à *la thèse positive, en passe de devenir une doctrine catholique?"*[31] Allatis ac discussis huius sententiae argumentis, ait: "Ainsi les arguments allégués pour dénier à l'épiscopat toute valeur sacramentelle ne résistent pas à l'examen."[38]

Thesim positivam, quam défendit, sequenti modo explicat:

"La marque indélébile que l'ordination imprime dans l'âme de l'évêque, lui confère une si haute dignité, *une ressemblance si parfaite avec le Christ médiateur,* qu'il le représente par état et agit en son nom comme fondateur et époux de l'Eglise. Ce caractère implique et met à sa disposition des pouvoirs inamissibles très étendus, correspondant aux fonctions de docteur, de pasteur et de grand

Mb„«Les étapes de l'enseignement thomiste sur l'épiscopat," *Revue thomiste* LVII (1957) 29-52.

'•''"«Le sacrement de l'Episcopat," *Divinitas* I (1957) 222 sq., 245sq.

'''"La consécration épiscopale est-elle sacramentelle?," *Bulletin de littérature ecclésiastique* LIV (1953) 7.

***''Ibid.* 26.**

prêtre auxquelles il le consacre. Il contient, entre autres, ceux de confirmer et d'ordonner, pouvoirs d'ordre que l'évêque pourra toujours exercer validement, même s'il passe au schisme et tombe dans l'hérésie, car ils sont essentiels à son office, constitutifs de l'épiscopat. Le caractère sacerdotal, lui, ne comporte pas une telle puissance spirituelle. Certes, il configure au Christ, notre Pontife étemel, et donne d'agir en sa personne comme juge des péchés et surtout comme ministre de son Eucharistie. On peut même dire qu'il confère une aptitude éloignée à communiquer au corps mystique cette pleine lumière, cette souveraine liberté intérieure et toute l'abondance des grâces sacramentelles que lui a méritées la mort de son Chef. Mais, pour ce faire, le simple prêtre a besoin d'un complément de pouvoir. Et s'il ne tient pas celui-ci de l'ordination à l'épiscopat, mais d'une concession du Pontife romain, il ne sera que le ministre extraordinaire de certaines fonctions de l'évêque incapable de les exercer validement en dehors des limites de la commission reçue.

"Dès lors, comment comprendre cette puissance de surcroît qui, sans l'élever jusqu'à la dignité et à l'indépendance d'un ministre ordinaire, lui permet cependant d'accomplir des rites sacrés dépassant son pouvoir propre? [Affert varias aliorum explicationes]. . . Toutes ces explications se révélant insuffisantes, nous préférons voir dans cette délégation une certaine communication de ce *'pouvoir d'excellence** que le Christ en tant qu'homme, possède sur les sacrements. Saint Thomas s'enseigne-t-il pas qu'il pouvait donner à ses ministres une telle plénitude de grâce qu'ils auraient pu eux-même instituer des sacrements et conférer, par leur seul commandement et sans les rites, leurs effets? Certes, il ajoute qu'il ne l'a point fait, pour l'utilité des fidèles. Pourtant, les concessions que nous ayons constatées [i.e. de presbytero, extraordinario ministro Confirmationis et Ordinis] ne sont-elles pas la preuve que *l'Eglise possède quelque chose de cette 'potestas excellentiae* de Jésus-Christ? et que le Souverain Pontife, nonobstant son incompétence sur la substance des sacrements, déterminée par le Christ lui-même, peut transmettre, sans rite consécratoire, un certain pouvoir liturgique, ressortissant à la juridiction par son origine et à Vordre par sa fin, mais ne répondant exactement ni à Pun ni à Vautre?**[39]*

Adductis argumentis pro hac positiva thesi, sic concludit, iterum suam explicationem proponens:

"S'il fallait maintenant chercher une excuse au sentiment de tant et de si grands théologiens qui ont refusé au sacre de l'évêque *cette valeur de sacrement que Pie XII lui reconnaît,* nous la trouverions en dernier lieu, au delà des raisons alléguées plus haut, *dans le choix d*un point de vue trop étroit,* A considérer les ordres dans l'homme qui les reçoit l'un après l'autre, en s'élevant par degrés vers le sacerdoce, on voit mal le pourquoi d'une ordination sacramentelle supérieure à celle qui donne d'offrir l'Eucharistie et de remettre les péchés. L'épiscopat apparaît alors comme une simple dignité de l'ordre sacerdotal.

"Mais à les pénétrer dans leur source, le Christ médiateur, transmettant à son Eglise, par ses Apôtres, le pouvoir de le représenter visiblement parmi les hommes et d'exercer jusqu'à la fin des temps ses fonctions de docteur, de pasteur et de prêtre souverain, on saisit la raison et le caractère premier de l'ordre épiscopal. Les évêques figurent dans l'Eglise Jésus-Christ. Ils tiennent sa place, et par là même celle de Dieu. . . Mais ils ne peuvent ainsi représenter le Christ, image du Père, qu'en *perpétuant son action médiatrice dans Vensemble de ses formes.* Aussi tous les offices de la hiérarchie ecclésiastique leur sont-ils propres. Ce qui spécifie le caractère épiscopal, c'est à la fois l'universalité de la charge à laquelle il députe et la plénitude des pouvoirs spirituels qu'il contient. . .

"Ainsi apparaît le véritable rapport de l'épiscopat avec le presbytérat. La

"Ibid. **23-25.**

puissance épiscopale vise le bien commun de l'Eglise, par le maintien de sa forme hiérarchique constitutive et par l'accomplissement de 'tous les ministères divins,' sagement répartis, comme la puissance politique poursuit le bien commun de la société civile, par le bon fonctionnement des institutions et la juste distribution des charges publiques. De là son ampleur et la surabondance de grâce qui assure son fécond exercice. *La puissance sacerdotale a un but plus particulier:* l'offrande en tous lieux du sacrifice eucharistique et la sanctification personnelle des fidèles, ministère, certes, le plus élevé de l'Eglise et le plus essentiel à sa mission, mais qui offre une signification moins riche que *la médiation totale assurée par l'épiscopat.* Aussi l'évêque représente-t-il le Christ plus parfaitement que le prêtre."[40]

A. MICHEL: "Les Sententiaires, jusqu'à Scot et surtout Durand de Saint-Pourçain, tiennent que l'épiscopat n'est pas, à proprement parler, un ordre. . . Quant à la raison théologique de cette doctrine, elle est exposée par Saint Thomas en ces termes. . . [Recitat argumentum S. Thomae de necessaria habitudine sacramenti Ordinis ad Eucharistiam] Le raisonnement est faible; les prémisses sont contestables. Rien d'étonnant que l'opinion ait été de plus en plus contredite."[41]

"Nombre d'anciens théologiens, tout en admettant que l'ordination épiscopale étend et accroît le caractère sacerdotal en conférant à l'évêque des pouvoirs que n'a pas le prêtre, nient cependant que l'épiscopat soit *un ordre distinct du sacerdoce.* . . Mais les théologiens et canonistes modernes, surtout après Bellarmin, ont pris une position nettement opposée. . . Tout en laissant à chacun une liberté ici fort légitime, il est permis de remarquer la solidité des arguments apportés en faveur de l'opinion récente."[42]

In recentiori articulo, in quo rem directe exagitat, sed ultra modum commiscere videtur quaestionem de immediata divina institutione episcopatus cum quaestione de eius sacramentalitate, sic concludit: "La doctrine qui tient pour *la sacramentalité spéciale de l'épiscopat* semble suffisamment établie par les considérations précédentes. Le P. Boularand ajoute cependant encore d'autres preuves tirées du rite de la consécration épiscopale. Sans nous arrêter aux détails, il suffira de résumer sa conclusion. La consécration épiscopale apparaît dans les documents liturgiques comme plus solennelle, plus riche de grâces et pouvoirs que l'ordination sacerdotale. On ne saurait donc lui refuser qu'elle constitue au premier chef le sacrement de l'ordre; donc que l'épiscopat est de droit divin distinct du simple presbytérat. C'est la conclusion à laquelle nous-même, très nettement, nous nous sommes rallié dans l'article *Ordre* (col 1383-84)."[43]

CH. V. HÉRIS, O.P., reformans priorem negativam opinionem (cf. supra, p. 163): *"Il est difficile désormais de ne pas regarder [l'épiscopat] comme un véritable sacrement, après la Constitution dogmatique du Souverain Pontife Pie XII sur les ordres sacrés (novembre 1947).* . .

"Le sacrement de l'Ordre se divise . . . en plusieurs ordres différents, dont le sacerdoce, en sa plénitude qui est l'épiscopat, constitue l'ordre suprême. . .

"L'on pourrait . . . se demander si l'épiscopat ne doit pas être regardé comme un véritable sacrement, tout aussi bien que la prêtrise et les autres ordres inférieurs. L'on sait en effet, que le sacrement de l'Ordre se divise en plusieurs ordres, tous synthétisés dans l'unité par leur rapport au culte eucharistique, et par ce fait que les ordres inférieurs sont des participations de l'ordre suprême. Cet ordre suprême

[40] *Ibid.* 34sq.
[41] "Ordres," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1311 sq.
[42] *Ibid.* 1383 sq.
[43] "Episcopat et sacerdoce: N'y a-t-il qu'une différence d'exercice et non de nature?," *L'ami du clergé* LXIII (1953) 725.

ne serait-il pas précisément l'épiscopat? Nombre de théologiens modernes, à h suite de Pierre Soto, sont de cet avis. *Il semble difficile désormais de ne pas les suivres,* depuis qu'est parue (novembre 1947) la Constitution apostolique 'De Sacris Ordinibus' de Pie XII sur les Ordres sacrés. Sans doute l'enseignement dogmatique du Souverain Pontife ne porte pas directement sur la question de savoir si l'épiscopat est un sacrement; mais, en usant de sa suprême autorité pour définir la forme et la matière de l'épiscopat, tout comme il le fait au sujet de la prêtrise et du diaconat, le Pape paraît bien rattacher l'épiscopat au sacrement lui-même de l'Ordre et en faire le degré le plus élevé."43bI®

H. BOUÉSSÉ, O.P., directe ac diffuse hanc quaestionem pertractans, mediam quandam assumit positionem qua mitigatur utraque negativa et affirmativa sententia. Episcopatus scilicet *producit peculiarem et ampliorem gratiam, ac proinde est verum sacramentum,* iuxta communiorem sententiam modernorum; attamen *non producit nec extendit characterem,* quippe qui ordinetur ad Eucharistiam, sed confert potestatem diversi generis, sive hierarchicam, iuxta explicitam doctrinam S. Thomae, potestatem nempe quae, *quamvis non sit character, est tamen vere sacramentalis.* In hoc sensu auctor interpretatur ipsam sententiam S. Thomae, saltem in duplici loco C. *Gent.* et Opusc. *De perfectione vitae spiritualis* (cf. supra, p. 137). Expositionem suam sic concludendo perstringit:

"1) Avec saint Thomas, semble-t-il, et d'accord avec l'opinion opposée à l'enseignement de saint Thomas dans son Commentaire des Sentences comme l'ont entendu les scolastiques, je pense que *le pouvoir épiscopal est d'ordre sacramentel.* Mais avec saint Thomas, contre ses opposants, je tiens que *ce pouvoir épiscopal, d'ordre sacramentel, n'est pas un caractère.* La raison en est qu'un tel pouvoir n'est pas immédiatement d'ordre cultuel; il n'ordonne pas directement à l'eucharistie, mais au corps mystique du Christ; il ne consacre pas au culte de Dieu, mais au service de l'Eglise. C'est *un pouvoir d'ordre royal,* participation à la royauté du Christ sur son Eglise. Il suppose antérieurement, ou du moins inclut nécessairement le caractère sacerdotal, car la royauté du Christ sur son Eglise est essentiellement sacerdotale. En conséquence, conférer l'épiscopat *per saltum,* à un simple baptisé, fait sans doute primitif, en tout cas maintes fois réitéré dans l'Eglise, et dans l'église de Rome, mère et maîtresse de toutes les églises, c'est donner le sacerdoce de premier rang, le sacerdoce épiscopal; et ce sacerdoce-là comporte cumulativement les deux pouvoirs de sanctifier et de régir, ou n'existe pas. Le pouvoir de régir l'Eglise du Christ inclut en effet le devoir de pourvoir aux offices ecclésiastiques afin d'assurer l'expansion universelle, à travers l'espace et le temps, de la foi et des sacrements de la foi: or, cette expansion suppose l'expansion et la perpétuité du sacrifice eucharistique, *mysterium fidei* et source de toutes grâces, ce qui implique l'expansion et perpétuité du sacerdoce.

"2) *Ce pouvoir proprement épiscopal de régence n'est pas un caractère.* On le prouve doublement: du fait que *le caractère est ordonné immédiatement à l'Eucharistie,* et du fait que le Souverain Pontife a historiquement délégué à de simples prêtres le pouvoir d'ordonner des prêtres, *a)* Il est vrai que les théologiens ont jugé sans fondement, simple affirmation gratuite et a priori, cette ordination essentielle et spécifique du caractère à l'Eucharistie. Il est pourtant certain que le sacerdoce se définit d'abord et avant tout en fonction du sacrifice. Ainsi l'entend d'ailleurs le Concile de Trente, *b)* Les théologiens qui attribuent à l'épiscopat l'impression d'un caractère nouveau, ou l'amplification du caractère sacerdotal en caractère épiscopal l'ont reconnu parfaitement: il est impossible de penser qu'une délégation pontificale relevant du pouvoir de juridiction puisse jamais suppléer à l'impression d'un caractère sacramentel, ou à une extension

'"“•Le *mystère du Christ* (nouvelle édition revue et corrigée, Paris [1953]) vii, 232, 264 sq.

quelconque du caractère en tant que tel, c'est-à-dire en tant que pouvoir de sanctification.

"3) Le pouvoir épiscopal est pourtant suppléable, les faits nous l'enseignent, par le pouvoir d'une juridiction déléguée par le Souverain Pontife à un simple prêtre, sous l'aspect précis du pouvoir de régence. Il l'est en raison d'une part du caractère sacerdotal qui y dispose et le soutient comme son assise nécessaire, et d'autre part de la juridiction qui, déléguée par l'évêque de Rome, détenteur dans l'Eglise du suprême pouvoir de juridiction, peut dans la mesure où le Pape l'entend, donner pouvoir de régir à un simple prêtre. Un simple prêtre peut donc recevoir un pouvoir de juridiction qui lui permette de confirmer et d'ordonner, tout comme un simple prêtre peut recevoir, par délégation épiscopale ou pontificale, pouvoir et mission de prêcher les plus hauts mystères de la foi et les voies de la perfection chrétienne. En fait le plus grand nombre des prédicateurs de ce genre dans l'Eglise d'aujourd'tui est constitué de simples prêtres, non d'évêques. Cette juridiction, ces missions, supposent toujours et nécessairement le caractère sacerdotal: le mystère de l'Eucharistie est la fin de l'Eglise de la terre. Tout comme la généreuse confession de la foi, par mission officielle, encore, suppose chez le baptisé le «caractère de la confirmation. Tout comme le pouvoir et la mission de prêcher chez le diacre supposent le caractère qui l'ordonne directement au service du prêtre à l'autel.

"4) *La grâce épiscopale est sacramentelle.* Le caractère sacerdotal, qui la précède ontologiquement, lui sert de disposition lointaine, tandis que le pouvoir de régence lui sert de disposition prochaine exigitive. C'est la *grâce de Pasteur,* grâce de prudence, de sagesse, de charité parfaite, surtout, à l'égard de Dieu et du prochain, de don de soi dans l'oubli de soi en faveur du troupeau, jusqu'au don de sa vie pour lui. Cette grâce est plénière lorsque ce pouvoir est reçu, sans obex moral, dans la consécration épiscopale. Quelque chose d'elle est reçu, sans nouvelle intervention sacramentelle externe, en raison du caractère sacerdotal, sacrement intérieur, qui y dispose comme nous avons dit, lorsque mission est donnée au prêtre de prendre en charge un troupeau pour l'évangélisation, ou de conférer la confirmation et l'ordre. Avec l'obligation d'être plus saint que le prêtre seulement ordonné *ad missam,* en est accordé le secours.

"5) Comme *le sacerdoce du Christ est royal, et sa royauté sacerdotale,* on peut dire que, seul dans l'Eglise, le sacerdoce de l'évêque est plénier et parfait. On entend dire alors, non que le sacerdoce du simple prêtre soit partiel ou déficitaire dans la ligne proprement sacerdotale du culte et de l'Eucharistie, mais que dans sa perfection plénière et totale le sacerdoce communiqué par le Christ à ses ministres sur terre comporte le pouvoir épiscopal: régir les hommes baptisés en vue de l'Eucharistie. C'est un point vivement perçu par l'opinion courante, dite des canonistes, que la perfection d'un vivant se marque à la possibilité pour lui de se reproduire, de se répandre, de se perpétuer. L'erreur des opposants à saint Thomas fut de croire que cette perfection était d'ordre proprement sacerdotal; diminuant le sacerdoce comme tel, *ils ont supposé à tort un nouveau caractère chez l'évêque.* C'était ne pas voir que cette perfection propre à l'évêque relève d'un pouvoir d'un autre ordre que l'ordre strictement sacerdotal, pouvoir d'un autre genre, dit saint Thomas. L'erreur encore de ces théologiens aura été de faire de l'épiscopat un sacrement adéquatement distinct du sacerdoce presbytéral. Mais, plus n'est besoin de réfuter pareille position, maintenant que nous sommes en possession de documents d'histoire liturgique irréfutables, établissant que des consécrations épiscopales ont été conférées validement à de simples diacres.

"6) Je pense enfin, comme l'Orient l'enseigne unanimement, que *l'épiscopat est un sacrement. C'est la partie forte de l'opinion dite des canonistes.* La consécration épiscopale possède en effet toutes les exigences du sacrement: institution par le

Seigneur, rite sensible et paroles, grâce ex opéré operato. Comment attribuer au Seigneur l'institution d'un simple sacramentel? N'est-ce pas là le propre des rites institués par l'Eglise? Le sacrement d'épiscopat comporte de soi, comme sacrement intérieur, *sacramentum et resf* le caractère sacerdotal avec le pouvoir de régir; l'un et l'autre pouvoir disposent à la grâce pastorale plénière. Le sacrement du sacerdoce presbytéral est une partie intégrale de ce sacerdoce plénier, du sacrement épiscopal; il se limite comme sacrement intérieur au caractère, disposition à la grâce proprement sacerdotale, pouvoir de ministre du culte et de la sanctification sacramentels, non de gouvernement ou de pastorat.

"7) S'il en est ainsi, Thomassin l'a perçu, c'est d'après l'épiscopat qu'il faut juger des autres ordres hiérarchiques, ceux-ci n'étant que *des parties du sacrement de la plénitude sacerdotale propre à l'évêque:* participation à un tout intégral dans le cas du presbytérat vis-à-vis de l'épiscopat, participation à un tout potestatif et intégral dans la participation du diaconat à l'épiscopat, à un tout potestatif dans la participation du diaconat au presbytérat. L'institution divine de ces trois ordres dont, selon les expressions de la Constitution de S.S. Pie XII, est constitué le sacrement de l'Ordre, pourrait parfaitement s'expliquer dans la perspective où le sacerdoce épiscopal seul aurait été immédiatement institué par le Seigneur en personne."44

Attamen, ut vidimus supra (p. 170), in priori suo opéré *Le Sauveur du monde* a. 1951 auctor aliter interpretatus fuerat sententiam S. Thomae negaveratque cum Angelico sacramentalitatem episcopatus.

P.-M. GYf O.P., sequitur essentialiter expositionem traditam a Journet, quin tamen attentet trahere S. Thomam ad hanc opinionem, ut conatur Journet, quinimmosatis date significat se in hac re a doctrina Magistri recedere:

"L'institution divine qui distingue trois degrés dans le sacrement de l'Ordre leur donne également des rapports de structure, invariables à travers la grande diversité historique des équilibres d'exercice et des engagements sociologiques du sacerdoce: l'épiscopat est la plénitude du sacerdoce, '*un ordre au sens stricte** c'est-à-dire au sens sacramentel;* 'il est le tout dont le presbytérat est partie' (Ch. Journet). L'ordre sacramentel du presbytérat participe à la substance même du sacerdoce, mais non à sa plénitude: le prêtre est radicalement *sacerdos,* mais *sacerdos secundi ordinis.* L'ordre sacramentel du diaconat est au service de la plénitude du sacerdoce et secondairement au service des prêtres. Enfin le sous-diaconat et les autres ordres inférieurs constituent des sacramentaux.

"*Selon saint Thomas* 'nul ne peut recevoir le pouvoir épiscopal s'il n'a d'abord le pouvoir sacerdotal' (4 Sent. d. 24, q. 3, art. 2, qa. 2, sed contra), et *l'épiscopal n'est pas un ordre sacramentel* (même art., sol. 2). Une connaissance plus approfondie de la Tradition ancienne de l'Eglise, particulièrement de la Tradition romaine, nous oblige à renoncer à la première de ces affirmations: jusqu'au Xe siècle des diacres romains ont souvent reçu directement l'ordination épiscopale. La sacramentalité strictement dite de cette ordination est d'ailleurs impliquée dans son parallélisme avec les ordinations diaconale et presbytérale, parallélisme constant 'dans tous les rites en usage dans l'Eglise universelle, aux diverses époques et dans les différents pays,' comme le proclame la constitution *Sacramentum Ordinis* de Pie XII (30 novembre 1947).

"Mais la sacramentalité de l'ordination épiscopale n'est-elle pas infirmée par les concessions du pouvoir d'ordonner — le pouvoir épiscopal par excellence — accordées au Moyen âge à de simples prêtres? ... A supposer que le pape puisse, par un acte qui ne soit ni sacramentel ni consécratoire, donner à un simple prêtre

** **"Episcopat et sacerdoce. II. L'opinion de saint Thomas,"** ***Revue des sciences religieuses*** **XXVIII (1954) 385-389.**

la capacité d'ordonner d'autres prêtres, la distinction de droit divin entre évêques et prêtres subsisterait: à la différence de l'évêque le simple prêtre aurait un pouvoir d'ordonner essentiellement liable quant à sa validité, comme son pouvoir de confirmer.

"C'est chez l'évêque, avons-nous dit, que réside la plénitude du sacerdoce chrétien. Sans posséder cette plénitude, le simple prêtre et le diacre participent au sacrement de l'ordre, chacun d'une façon originale; les ordres inférieurs y participent aussi, mais selon un mode extérieur et seulement sacramental. Aux uns et aux autres on peut appliquer la notion de tout potestatif proposée par saint Albert et saint Thomas: le tout du sacrement est réalisé selon sa pleine définition dans l'épiscopat et d'une façon participée dans les autres ordres. Toutefois le mode de participation des différents ordres au sacrement est plus divers que saint Thomas ne pouvait le connaître. Plus essentiellement qu'une succession de degrés dont chacun ouvre l'accès au degré supérieur, les ordres sont des fonctions organiques différenciées dans le corps de l'Eglise, des charismes sacramentels, et le chrétien appelé à recevoir tel charisme n'est pas nécessairement apte à en recevoir d'autres. . .

"L'exercice du sacerdoce (épiscopal et presbytéral) . . . comporte par essence une fonction cultuelle et une fonction d'évangélisation. La fonction cultuelle, c'est-à-dire la fonction de célébrer le culte et plus spécialement les sacrements, présuppose le pouvoir de l'ordre: sans ce pouvoir les sacrements autres que le baptême et le mariage ne pourraient être célébrés. La fonction d'évangélisation . . . présuppose une juridiction ou un mandat qui distinguent l'office des prêtres du rayonnement évangélique qui doit leur être commun avec les laïcs. . . Il faut bien voir ici — on l'oublie souvent — que la fonction cultuelle et la fonction d'évangélisation sont absolument connaturelles l'une à l'autre, encore que le pouvoir d'ordre soit seul sacramentel, parce qu'il porte sur les sacrements, prémices des réalités eschatologiques, et non sur la préparation à celles-ci. . . Si l'on considère les fonctions sacerdotales en elles-mêmes, la fonction cultuelle est la plus importante, parce qu'elle concerne les réalités les plus saintes, les sacrements et surtout le Corps et le Sang du Christ, et que l'Eglise est toute ordonnée à la communion eucharistique, qui l'unit à son Epoux, Mais la fonction d'évangélisation est celle qui requiert le plus de sainteté de la part de celui qui l'exerce: la valeur évangélique du ministre est intrinsèquement nécessaire à la diffusion de l'Evangile...

"La fonction cultuelle . . . a pour objet la communication des biens eschatologiques dans les sacrements: elle doit donc être elle-même conférée par un sacrement, qu'on appelle ordination. Le chrétien ordonné évêque ou prêtre est marqué en son âme d'un pouvoir spirituel inamissible, ou caractère du Christ, qui lui permet de célébrer les sacrements, fait de lui le sacrement vivant du Christ-Prêtre dans leur célébration. . . Tout comme l'office plénier de l'évêque repose sur un caractère sacramentel, l'office participé des prêtres du second ordre repose sur un caractère reçu à l'ordination. En vertu de leur caractère, ils peuvent célébrer l'eucharistie, baptiser, oindre les malades, absoudre les pénitents moyennant juridiction; de façon extraordinaire ils peuvent confirmer, consacrer les saintes huiles, conférer les ordres inférieurs au diaconat. Mais, à la différence du pouvoir de consacrer l'eucharistie, qui de soi n'est pas liable, le pouvoir presbytéral de confirmer est de soi extraordinaire et liable dans sa validité."[45]

Ut patet ex suffícienti hac, utut incompleta, expositione nominum ac textuum patronorum, haec sententia enata est saec. 12-13 *praecipue apud canonistas* ex innocua quadam novenaria enumeratione ordinum allata a Gratiano in suo decreto (circa a. 1140); subinde valde com-

"'"L'Ordre," *Initiation théologique* IV (Paris 1954) 709-715.

munis evasit apud commentatores Gratiani *{Huguccionem, Antonium de Butrio, loannem de Imola, Nicolaum de Tudeschis}* usque ad Cone. Trid., ita ut vocaretur "opinio canonistarum" in oppositione ad "opinionem theologorum." Notandum tamen est antiquiorum canonistarum sententiam minime claram esse. Quod ipsi directe contendebant, erat sustinere distinctionem episcopatus a presbyteratu in ratione Ordinis, non tam sollicite curando de episcopatus sacramentalitate aut de ipsa divina eius institutione (cf. Gratianum, Huguccionem, loannem de Imola et Nicolaum de Tudeschis, supra citatos), imo plures eorum visi sunt divinam ipsam institutionem, alii cum theologis sacramentalitatem episcopatus negare (cf. Sicardum Cremonensem, Richardum Armachanum et Turrecremata, supra relatos, pp. 121, 125, 150). Nonnisi posterius distincta consideratio sacramentalitatis episcopatus accessit et, una cum ratione Ordinis, connaturaliter contra theologos a iuristis affirmata est.[40]

Mature autem *aliqui etiam theologi,* tamquam rarae aves, ad hanc opinionem convolarunt. lam obscurus ille *Magister Simon,* cuius tractatus de sacramentis ab eius primo editore Weisweiler dicitur exaratus inter 1145 et 1160 (imo circa 1145) ac proinde probabiliter antecessit opus ipsius Petri Lombardi (exaratum circa 1150-1151), explicite et absque dubitatione proponit episcopatum esse sacramentum. Subinde circa initium saec. 13, *Guido de Orchellis,* commemorata contraria opinione, eidem sententiae adstipulatur, explicite docens episcopatum imprimere characterem et numerans novem ordines, addens consueto numero tum episcopatum tum archiepiscopatum, tamquam distinctos ordines; Guidonem paulo post secutus est *Guilelmus Altissiodorensis;* circa idem tempus ipse Guilelmus Alverniensis, quamvis eligat contrariam sententiam, non audet tamen huic simpliciter contradicere (cf. supra, p. 125). Circa initium saec. 14, *Scotus* franciscanus significat se huic sententiae non contradicere. Paulo post *Durandus a S. Porciano* magis decisive eam amplectitur ac defendit, introducens tamen aliquam mitigationem, iuxta quam episcopatus et presbyteratus sunt duo ordines non undequaque distincti sed se habentes tamquam perfectum et imperfectum in eodem ordine, ita ut episcopatus sit veluti complementum et extensio presbyteratus per novum characterem quem imprimit. Eamdem sententiam secuti sunt, saec. 15 *Gabriel Biel,* saec. 16 usque ad Cone. Trid. praecipue *Caietanus,* qui tamen satis

"Ex hac confusa sententia antiquiorum canonistarum fortasse explicari potest sequens curiosum iudicium Baisi: "Hinc facile intelligitur cur Doctores iuris praetridentini fere omnes sicut et plurimi ac maiores scholastici (Petrus Lombardus, S. Albertus M., S. Bonaventura, S. Thomas, Scoto et multi ex eorum discipulis) negaverint episcopatum praecisive sumptum esse sacramentum, asserentes illum nihil aliud esse, quam ecclesiasticam dignitatem" *{Institutiones theologiae scholasticae* IV [Milano 1949] 589).

ambigue nec decisive loquitur, *Contarini,* qui praefert expositionem Durandi, *Petrus Soto* et *Michael Medina* (theologi tridentini) qui tam decisive iam loquuntur ut non cunctentur contrariam sententiam gravi censura mulctare.

Post Cone, Trid. ea sententia latissime ipsum campum theologorum invadere coepit ac sensim sine sensu longe communior evasit, ita ut non tam "opinio canonistarum" quam *"opinio recentiorum theologorum"* dici possit; Cardinalis Capisucchi, O.P. (t 1691), patronus sententiae thomisticae, enumeratis octoginta huius defensoribus (cf. supra, p. 122), miratur quam facile alii theologi ad contrariam sententiam iam convolarent: "Mira est autem concordia qua plures recentiores, ad modum avium post alias evolantium, adversus negativam sententiam conspirent." Probabiles rationes huiusmodi mutationis apud theologos fuerunt: controversia Protestantium sive necessitas firmius stabiliendi contra illos divinam institutionem et superioritatem episcopatus, quae signanter commovit *Bellarminum*™ unum ex praecipuis defensoribus huius sententiae; minus accurata interpretatio decretorum Cone. Trid. in hac materia, ob defectum notitiae quam nobis suppeditavit recentior publicatio *Actorum* sive praeliminarium discussionum Patrum et theologorum conciliarium; magis directa aliunde notitia et investigatio monumentorum Christianae antiquitatis, quam prosecuti sunt theologi positivi uti *Petavius, Morinus* et *Thomassinus,* qui huic sententiae libenter suum calculum dederunt. Praecipuum impulsum illi sententiae dederunt, vel saltem tamquam characteristici eius repraesentantes considerari possunt, *Bellarminus, Valentia* et *Vasquez,* qui peculiariter exhibent tres diversas formas sive explicationes sub quibus eadem sententia a variis theologis praesentata est: primus enim simpliciter cum canonistis docet adaequatam distinctionem episcopatus a presbyteratu, alter sequitur sententiam Durandi de inadaequata distinctione, indolis tamen intrinsecae, tertius vero hanc inadaequatam distinctionem intelligit potius modo extrínseco et morali, ut infra explicabitur; praeterea hi tres doctores sententiam suam tam asseveranter proponunt, ut Valentia post Petrum Soto dicat eam esse de fide, Vasquez sine gravi nota negari non posse, Bellarminus vero certissimam. Etiam ex schola thomistica quidam pauci, ut *Contenson* et *Natalis Alexander,* post duos antiquiores doctores Caietanum et Petrum Soto, eidem sententiae

4T"Si Ordinatio episcopalis non est sacramentum, non possumus ex Scriptura aperte probare Ordinationem esse sacramentum. . . Amittemus etiam loca Patrum pro controversia principali, si episcopalis Ordinatio non est sacramentum. . . Si episcopatus sit sacramentum a presbyteratu distinctum, facile erit defendere episcopum iure divino maiorem esse presbytero, tam ordine quam jurisdictione, quod hoc tempore omnes heretici negant; alioquin aegre id defendi poterit" *(op. dt.* [supra, in p. 200] 767 sq.).

adstipulati sunt, cum ceteroquin eodem tempore in ipsam contrariam sententiam, quam haec schola haereditaverat a S. Thoma, talis mitigatio introducebatur qua vix amplius originale sententiarum discrimen servaretur (cf. dicta in pp. 175-179).

Recentiori tempore, fortuna huius sententiae continenter crevit, ita ut quidam auctores, numero suffragiorum facile confisi, contra adversam opinionem explícitas aut velatas censuras conficere attentarent, lam *Perrone* (+ 1876), iudicata priori sententia ut "nunc temporis communi et omnino tenenda," addebat de altera: "Nedum probabilis nunc haec sententia censetur, sed iam a nonnullis censura notatur"[48]; paulo post, Card. *Gasparri* simpliciter pronuntiabat hanc negativam sententiam "hodie ab omnibus derelictam et derelinquendam prorsus esse"[49]; aliorum velatas censuras referemus infra (pp. *228-231).* Haec modernorum adversus antiquorum doctrinam confidentia, per resurgentem recentius istius fortunam aliquatenus concussa (cf. supra, p. 174 sq.), iterum suum robur assumere visa est post latam a. 1947 Constitutionem Pii XII "De Sacramento Ordinis," ita ut non leviter commovisse videtur aliquos thomistas, nominatim *Journet, Gy, Héris et Bouéssé* (hi duo postremi priorem sententiam mutarunt), qui ad thesim de sacramentalitate episcopatus sollicite convolarunt, eam ad thomistica ipsa principia pro posse rimare contendentes.

Ceterum, huic generali affirmationi sacramentalitatis episcopatus tot a variis auctoribus adduntur fluctuantes explicationes, ut vix ad determinatam classificationem reduci queant. Attentari autem potest sequens triplex generalis divisio, quae videtur satis propinque accedere ad mentem plurium saltem ex auctoribus quos referemus: quidam nempe docent *adaequatam distinctionem* ordinum episcopatus et presbyteratus, ita ut episcopatus addat novum ac specifice distinctum characterem; alii vero admittunt tantum *inadaequatam distinctionem,* sed iterum hanc quidam intelligunt *intrinsecam,* seu ex parte ipsius characteris sive potestatis, ita ut episcopatus compleat sive extendat ipsum characterem sacerdotalem, alii vero eam intelligunt *modo extrínseco,* seu ex parte actuum, ita ut, manente eodem charactere sive potestate, per episcopalem consecrationem haec potestas extendatur ad novos actus, seu fiat libera ut possit novos actus producere.

Prima explicatio: Adaequata distinctio. Sacerdotium concipitur ut *totum universale* (proprius: totum potestativum universale).[80] Est

[48] *Loc. cit.* (supra, in p. 122).
[49] *Loc. cit.* (supra, in p. 204).
[80] De distinctione totius in totum universale, potentiale, intégrale, confer dicta in tractatu *De Poenitentia* I 199 sq.

nempe unus ordo genericus, qui dividitur in duas species, episcopatum scilicet et presbyteratum, cum duobus specifice distinctis characteribus, etsi ceteroquin una species (episcopatus) sit nobilior altera, eo fere modo quo animal dividitur in hominem et brutum. Ita episcopatus qua talis non proprie continet presbyteratum, nisi dicatur virtualiter, ob suam perfectionem; aliunde tamen illum ordinem necessario in subiecto praesupponit.

Haec fuit et est communior explicatio *canonistarum,* eamque inter modernos canonistas satis clare proponunt *Gasparri* et *Cappello*™ Inter theologos nominandi sunt signanter *Guido de Orchellis, Michael Medina, Maldonatus, Navarrus, Estius, Bellarminus*™ *Petavius, Mastrius, Tournely, Wirceburgenses, Perrone, De Augustinus, Hurter, Pesch, Huarte, Michel* (ut videtur), *Verhamme.*

Secunda explicatio: Inadaequata distinctio intrinseca, sive ex parte ipsius characteris. Sacerdotium consideratur ut unus specifice ordo, cum uno specifice charactere, habens duas partes sive gradus, quorum unus (episcopatus) est intrinsecum complementum sive extensio alterius, extendens scilicet ipsum characterem presbyteralem. Duplex tamen proponitur satis diversus modus, quo episcopatus concipitur complere presbyteratum:

Primo modo, episcopatus *complet includendo.* Sacerdotium scilicet accipitur ut *totum potentiale* (proprius: totum potestativum potentiale; quod nempe continetur in singulis partibus perfecte quoad essentiam, sed non perfecte quoad virtutem, quae dividitur iuxta partes). Hoc autem totum est ipse episcopatus; presbyteratus vero est prima pars potentialis huius sacerdotalis ac episcopalis totius. Hinc recte dici potest episcopatum continere eminenter formaliter presbyteratum; potiusquam presbyteratum extendi per episcopatum, proprius diceretur episcopatum restringi per presbyteratum. Hanc acceptionem, quam primus, ut videtur, invexit *Thomassinus,* ac secutus est *Chardon,* favorem obtinet apud plures modernos, signanter *Boudinhon, Larnicol, Masure, Piault, Journet* (ut videtur; cf. tamen infra), *Boularand, Gy, Bouesse* (ut videtur; cf. tamen infra).

Secundo modo, episcopatus *complet tantum perficiendo.* Sacerdotium scilicet accipitur ut *totum integrate* (proprius: totum integrale quan-

"Horum aliorumque auctorum verba vel referentias dedimus supra.

nIta intelligendus videtur S. Doctor. Nam, quamvis dicat "episcopatum esse ordinem unum cum presbyteratu, sed gradus esse diversos" et "episcopatum includere in sua ratione et essentia sacerdotium," tamen characterem episcopalem intelligit ut novum ac distinctum characterem a charactere presbyterali: "Ubi est additio novae potestatis, oportet colligere realem additionem characteris, aut novum characterem, quod est probabilius," "Character episcopalis, integer et perfectus, non est una simplex qualitas, sed quid compositum ex duplici charactere" *(op. cit.* [supra, in p. 200] 767 sq.).

titativum; quod nempe non continetur perfecte in singulis partibus, nec quoad essentiam nec quoad virtutem). Huiusmodi totius perfectior pars sive gradus est episcopatus, imperfecta vero integralis pars est presbyteratus; episcopatus igitur et presbyteratus se habent ut perfectum et imperfectum in eodem ordine, quemadmodum caput et collum in corpore humano, vel adultus et puer in homine. Hanc acceptionem invexit *Durandus,* quem explicite sequuntur *Contarini* et *Valentia;* eandem satis clare proponunt etiam *Frassen* et *Montefortino* et, inter moderniores, *Zubizarreta* et *Lécuyer.*

Tertia explicatio: Inadaequata distinctio extrínseca, sive ex parte non ipsius potentiae, sed actuum ad quos ipsa potentia, in se quidem iam completa, fit proxime habilis per extrinsecam divinam destinationem ad novos actus, vel per remotionem impedimenti quo ipsa alligatur. Ut patet hic nequit amplius sermo esse de aliquo proprie dicto toto, sive universali, sive potentiali, sive integrali, quemadmodum in praecedentibus explicationibus, sed de mera extrínseca et accidentali extensione aut totalitate. Hanc explicationem (non confundendam cum ea quam olim Paludanus introduxit in ipsam contrariam sententiam thomisticam; cf. supra, pp. 148-150) primus, ut videtur, invexit *Vasquez,* quem uno vel alio modo secuti sunt *Gamachaeus, Tanner, Morinus,* et inter modernos *Journet;* Vasquez loquitur de "additione relationis destinationis divinae ad hoc aut illud ministerium, quae est extrínseca denominatio," quam amplius explicant Gamachaeus et Morinus; Tanner loquitur de additione moralis potestatis et novae extrinsecae denominationis; Journet loquitur de solutione alligamenti potestatis.[88]

Ad hanc tertiam explicationem apparenter accedit, sed aliunde ab ea funditus separatur, *peregrina quaedam explicatio sacramentalitatis episcopatus, allata a duobus modernis, scilicet Baisi et Bouèssé,* qui docent potestatem episcopalem esse *sacramentalem* extensionem characteris presbyteralis, *non tamen homogeneam* ipsi characteri, sed eterogeneam sive alterius naturae. Et quidem Baisi ait eam esse meram potestatem *hirisdictionis,* collatam una cum gratia sanctificante per ritum sacramentalem agentem ex opere operato,[84] Bouëssé vero docet

[83] **"Le pouvoir physique de confirmer et conférer certains ordre se trouve soit dans l'évêque soit dans le prêtre. Dans l'évêque, ministre ordinaire de ces sacrements, ce pouvoir est toujours délié, il n'est jamais liable. . . Dans le prêtre, ministre extraordinaire de ces sacrements, ce pouvoir est toujours liable et ordinairement lié: quant à la validité, il ne peut s'exercer qu'en dépendence d'une concession, autorisation, délégation juridictionnelle du souverain pontife." *(loc. cit.* [supra, in p. 213]).**

[84] **"Sacramentum episcopatus distinguitur a presbyteratu, quia in ordinatione episcopali confertur ordinaria potestas iurisdictionis requisita ad ministrationem quorumdam sacramentorum. . . Episcopatus vero est sacramentum praecise quia in eius collatione talis ordinaria potestas confertur per signum efficax gratiae" *(loc. cit.* [supra, in p. 207]).**

eam esse veram potestatem Ordinis, non tamen de genere characteris, sed *mere hierarchicam,* collatam tamen per ritum vere sacramentalem sive gratiae collativum.[58] Ut patet, opinio Baisi est quidam reditus ad doctrinam priorum illorum theologorum medii aevi, qui ante S. Thomam visi sunt denegare episcopatui ipsam rationem Ordinis, illum assimilando merae iurisdictioni (cf. supra, p. 176); opinio vero Bouëssé est reditus ad ipsam doctrinam S. Thomae negantis potestati episcopali propriam rationem characteris, retenta tamen ratione Ordinis. Utraque tamen opinio discrepat a doctrina illorum antiquorum, *quatenus illi coniungit ipsam rationem sacramentalitatis,* haereditatam a doctrina modernorum, ita ex utraque copulata doctrina generans hybridam quandam potestatem, quae sit simul sacramentalis et mere iurisdictionalis (Baisi), vel saltem sacramentalis sed non characteristica (Bouëssé); quae quam longe sint a mente S. Thomae, identificantis characterem cum sacramento, nemo est qui non videat. Ceterum, in hoc ipso partiali reditu ad doctrinam antiquorum, qui, sub paulo diversa ratione continetur etiam in praefata opinione Vasquesii, Morini et Journet, videri potest non ambiguum signum soliditatis illius doctrinae, quae, etsi sub mentita veste sacramentalitatis, novellum favorem apud hos theologos obtinuit, necnon cuiusdam intestinae fragilitatis sic dictae sententiae canonistarum vel modernorum, quae post tot fluctuantes explicationes, ita tandem a quibusdam exsiccata est ut vix in eorum ore ab ipsa sententia S. Thomae differre videatur, si tamen usurpata illa veste sacramentalitatis expolietur. Quo pacto, minus miranda apparet facilis ingenuitas qua Morinus et Bouëssé sibi persuasum habent se ipsam S. Thomae sententiam sequi et explicare,[86] cum, seposita thomistica aequatione: sacramentum = character, hunc reiecerunt, illud illegitime retinuerunt.

Attende tamen Baisi nequaquam docere quod potestas, per quam episcopus confirmat vel ordinat, est potestas iurisdictionis, sed tantum quod id per quod potestas episcopi differt a potestate presbyteri est sola iurisdictio. Docet enim presbyterum in sua ordinatione accipere omnem potestatem in linea ordinis, etiam quoad Confirmationem et Ordinationem, non tamen accipere iurisdictionem, quae, ut putat, requiritur ad ministranda alia sacramenta, cum haec exerceantur erga subditos; episcopus autem in sua ordinatione hanc, et hanc tantum, iurisdictionem accipit, ac ideo ex hac tantum parte distinguitur a presbytero. Ipse ceteroquin presbyter eamdem iurisdictionem accipere potest immediate a papa, absque ordinatione, ac ita explicatur ratio ministri extraordinarii Confirmationis et Ordinis.

[57]"Avec saint Thomas --- je tiens que ce pouvoir épiscopal, d'ordre sacramentel, n'est pas un caractère. La raison en est qu'un tel pouvoir n'est pas immédiatement d'ordre cultuel; il n'ordonne pas directement à l'eucharistie. . . C'est un pouvoir d'ordre royal. --- Je pense . . . que l'épiscopat est un sacrement . . . c'est la partie forte de l'opinion dite des canonistes. La consécration épiscopale possède an effet toutes les exigences du sacrement: institution par le Seigneur, rite sensible et paroles, grâce ex opere operato" *(loc. cit.* [supra, in p. 218]).

[86]*Morinus:* "Ista sententia nihil aliud est quam prima, sive antiquorum omnium Scholasticorum sententia, paulo aliter et ut ita dicam augustius explicata. . . Quid enim aliud contendebat S. Thomas . . ., cum ait --- in supplemento q. 40. art. 5 . . ." *(loc.*

CONCLUSIO

Episcopatus, qua parte distinguitur a presbyteratu, probabilius non est directe et secundum se sacramentum, tam adaequate quam inadaequate; nihilominus ipse "ad sacramentum Ordinis verissime pertinet"[57] tamquam illius extensio et, qua talis, dici potest vere, etsi non homogenee, sacramentalis.

Probatur.

Hac conclusione seponimus, tanquam minus probabilem, sententiam affirmantem sacramentalitatem episcopatus praecisive sumpti, qualiter proponitur in triplici praefata forma adaequatae distinctionis episcopatus a presbyteratu, inadaequatae distinctionis intrinsecae et inadaequatae distinctionis extrinsecae (cf. pp. 224-227), necnon in supradicto compromisso quorundam thomistarum qui, etsi dicant episcopatum non esse sacramentum, tamen docent vel significant episcopatum proprie, intrinsece ac homogenee, extendere characterem presbyteralem (cf. pp. 178-183). Addimus autem, hac negatione non obstante, episcopatum vere pertinere ad sacramentum Ordinis tanquam huius extensionem, utut non homogeneam, et qua talem vere dici posse sacramentalem; quod qualiter intelligendum sit, explicabitur infra (pp. 308-310).

Interim ex ordine percurremus varias rationes, deductas ex Documentis Ecclesiae, Scriptura, Traditione et ratione theologica, ut inde ad modum unius ac veluti parallelo processu ostendatur quid pro probabilitate sententiae affirmativae quidque pro probabilioritate negativae ex eis erui possit.

I. *AB ECCLESIAE DOCUMENTIS* autem exordium capimus, quia in his quidam patroni contrariae sententiae, tam antiquiores quam moderni, praecipuum robur sui argumenti assumere videntur, ita ut exinde plures ex eis sententiam suam ut certam proponere et alteri aliquam explicitam vel velatam censuram tribuere non cunctentur. En praecipuae censurae:

De fide. Valentia ("Opinor id esse de fide, quamvis non sit ab Ecclesia explicatum"; eodem modo Valentia interpretatur mentem Petri Soto, de quo infra.), Tanquerey ("De fide est episcopatum et

cit. [supra, in p. 202]). Bouëssé: "Avec saint Thomas, semble-t-il, et d'accord avec l'opinion opposée à l'enseignement de saint Thomas dans son Commentaire des Sentences comme l'ont entendu les scolastiques, je pense que le pouvoir épiscopal est d'ordre sacramentel. Mais avec saint Thomas, contre ses opposants, je tiens que ce pouvoir épiscopal, d'ordre sacramentel, n'est pas un caractère" (loc. cit. [supra, in p. 218]).

[57] Leo XIII, Ep. "Apostolicae curae" (*Denz.* 1965).

presbyteratum rationem habere sacramenti"; non clare apparet utrum loquatur de episcopatu inadaequate an adaequate spectato) Tymczak ("Episcopatum tamquam sacerdotium plenum et presbyteratum rationem sacramenti participare fide credendum est. Sic enim definivit Concilium Tridentinum can. 6"; eadem ambiguitas subsistit, aggravata ex inepto recursu ad can. 6 Trid., in quo non agitur de sacramentalitate sed de divina institutione hierarchiae, quae ceteroquin de ipsis gradibus hierarchiae non definitur).

Proximum fidei. Hoc videntur sonare verba Medinae loquentis de contraria sententia ut "periculosissima" et "doctrinae sanctorum Patrum prorsus contraria."

Doctrina catholica (adeoque cuius contraria est error in doctrina directe a magisterio Ecclesiae proposita). Michel ("Doctrine catholique," in *Ami du clergé* 1948, p. 346), Boularand ("La thèse positive [est] en passe de devenir une doctrine catholique," "En présence d'un tel enseignement [i.e. de la Const. de Pie XII], la thèse négative devient insoutenable et celle que nous défendons apparaît comme une 'doctrine catholique' "; in hoc ultimo inciso sese refert ad praefatum iudicium Michel). In hoc eodem saltem sensu intelligenda sunt verba Vasquesii: "Sine gravi nota negari non potest."

Theologice certum. Pesch ("Episcopatus est sacramentum. Theologice certum"; non omnino clare apparet utrum loquatur de episcopatu inadaequate sumpto), Hürth-Abellân ("Theologice certum"), Dander ("Theologice certum"), Michel ("Saltem theologice certum").

Doctrina tenenda (i.e. a qua aut temerarie aut non tuto receditur). P. Soto (contraria doctrina est "minus tuta et minus consentanea sensui Ecclesiae"), Perrone ("sententia omnino tenenda"), Gasparri (Sententia "firmiter tenenda" et contraria "derelinquenda prorsus"), Cappello ("Uti omnino certa habenda").

Doctrina certa. Hanc notam non pauci auctores, praecipue inter modernos, assignant, quin tamen significent quid sibi velint, utrum scilicet assignare notam stricte theologicam, an notam mere logicam sive scientificam, quod probabilius videtur, etsi quidam suum iudicium proferant sub titulo: censura, vel valor, vel valor theologicus (cf. Huarte, Puig de la Bellacasa, Lercher, Umberg, Solà). Ceterum hanc suam certitudinem alii aliter premunt: Fere certum (Baisi, Lécuyer[58]), Certum (Mazzella, De Clercq, Lercher-Umberg, Larnicol, Lennerz, Solà), Saltem certum (Puig de la Bellacasa), Omnino certum (Huarte, Cappello [cf. supra]), Certissimum (Bellarminus, Hallier, Bozzola).

"Ita intelligenda videntur haec mitiora eius verba: "Nous ne saurions douter qu'elle [i.e. la consécration épiscopale] soit un rite sacramentel," "[Elle] ne saurait être que pour de grave raisons considérée comme non-sacramentelle." Nihilominus in ultimo loco supra relato (p. 21S) rem habere videtur ut "absolute certam."

Exaggeratio et labilitas priorum quinque censurarum (nam de sensu sextae non constat, ut dictum est) patet ex sequentibus considerationibus. Medina et Soto qui primi censuram confecerunt quique ab aliis saepe in hac re invocantur (Hallier, Tournely, Benedictus XIV, Pesch), nullum determinatum Ecclesiae documentum afferunt, sed generaliter appellant Patres et Concilia (Soto: "Hoc antiqua omnia Concilia et Patres testantur"); ceterum ipsi scripserunt ante sess. 23 Cone. Trid. Ex posterioribus doctoribus usque ad *Constitutionem Pii XII* De Sacramento Ordinis (a. 1947) plures invocant Cone. Trid., et unus vel alter recentior etiam verba Leonis XIII ex epistola de ordinationibus anglicanis; iamvero Navarrus fatetur Concilium non definisse utram opinionem theologorum vel canonistarum esse tenendam, etsi quidam canones videantur alteri opinioni faveri; Valentia opinatur suam sententiam esse de fide et tamen simul fatetur eam ab Ecclesia non esse explicatam; Benedictus XIV declarat de hac re libere controvertí posse; Bouix declarat "dubitare se, an sufficienti fundamento nitatur assertio haec [prolata a Perroñe], esse praedictam sententiam hodie omnino tenendam"; Many ait "opiniones [negantes sacramentalitatem episcopatus] nihil detrahere concilio Tridentino"; Lennerz fatetur verba Concilii in cap. 2 ita concinnata esse ut consulto abstraheretur a controversia inter theologos et canonistas de sacramental!tate episcopatus; Baisi fatetur "Patres Tridentinos, quamquam ad id inclinabant, omnino definire noluisse ordinationem episcopalem esse ordinationem sacram"; Dander agnoscit "Tridentinum de hac re nihil definivisse." Quod attinet documentum Leonis XIII, nonnisi unus vel alter (ut Dander) ad illud provocat, cum Papa declaret de hac re libere disputari, etsi asserat episcopatum ad sacramentum Ordinis pertinere (cf. infra). Plures recentiores theologi confidenter appellant *Constitutionem Pii XII* (cf. infra), cum eadem quidem confidentia qua plures antiquiores appellabant Cone. Trid., et tamen alii (ut Lennerz) de ea Constitutione prorsus silent, Baisi vero ait in ea non doceri expresse episcopatum esse sacramentum, quamvis ostendatur talem esse mentem Ecclesiae. Praeterea notandum est quosdam, dum assignant suam censuram, confundere vel indebite commiscere quaestionem de divina institutione cum ulteriori quaestione de ipsa sacramentalitate; alios non satis clare distinguere in hac re inter episcopatum adaequate et inadaequate spectatum; alios proferre censuram contra ipsam mitigatam sententiam de inadaequata distinctione episcopatus a presbyteratu in ratione sacramenti.

Ex quibus patet adversarios nec cum solido fundamento suas censuras proferre nec satis inter se convenire utrum et undenam censura

conficienda sit. Ceterum de sensu et vi praefatorum documentorum Ecclesiae iamiam sermo venit.

CONC. FLORENTINUM in *Decreto pro Armenis,* loquens de sacramento Ordinis, refert omnes ordines (a presbyteratu ad minores), omittens episcopatum, quem proinde non considerat ut ordinem sacramentalem.

Si quis admittat doctrinalem ac decisivum valorem illius Decreti (ut inter alios admittunt etiam quidam ex nostris adversariis, i.e. Van Noort-Verhaar, Umberg, Michel, Baisi et Journet), negare non potest ipsum decisive favere nostrae sententiae, eo vel magis quod in eo reproducitur generalis doctrina ipsius S. Thomae ex opusculo *De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis.* Cui non obstat quod in eo omittantur ipsa explicita verba opusculi S. Thomae respicientia negationem sacramentalitatis episcopatus ("Episcopatus autem magis est dignitas quam ordo"; cf. supra, p. 134), nam id nonnisi brevitatis gratia factum est, ut patet ex eo quod ibidem suppressa est etiam explicita enumeratio septem ordinum et tonsurae, ita ut integra pericope, inter mentionem sacramenti Ordinis et mentionem materiae sacramenti, simpliciter conciderit, tanquam aliquid non necessarium. Nihilominus, cum de valore illius Decreti non constet, imo acriter disputetur inter theologos, nequit exinde solida confirmatio peti pro nostra sententia, imo nobis cum aliis theologis negantibus decisivum Decreti valorem, ab eo invocando abstinendum est, ita ut negationi sacramentalitatis episcopatus, in eo implicite contentae, non maiorem tribuamus pondus quam ipsi doctrinae S. Thomae, cui Concilium tanquam communiori conformatur (cf. dicenda de valore illius Decreti infra, pp. 722—728).

CONC. TRIDENTINUM.

Pro nostra sententia sequens argumentum ex tota littera Concilii confici solet. In cap. 2 qui est de numero ordinum ("De septem ordinibus"[60]) nonnisi septem ordines numerantur ac pro septimo ac supremo nominatur sacerdotium absque ulla mentione episcopatus; sub nomine autem sacerdotii intelligitur aut solus presbyteratus, ut in cap. 4 ubi sacerdotes opponuntur episcopis ("in ordinatione episcoporum, sacerdotum et ceterorum ordinum"), aut simul presbyteratus et episcopatus; ex quibus sequitur Concilium non habere episcopatum

"Hic tamen titulus non est originalis, sed additus est a Chiffletio. Cf. *Concilium Tridentinum* (editio Goerresiana), IX: *Actorum pars sexta* (Curante St. Ehses, Friburgi Brisgoviae 1924) 620, nota 1-3.

ut distinctum ordinem a presbyteratu, secus debuisset prae ceteris nominare episcopatum, tamquam supremum ordinem. Conclusio amplius confirmatur ex eo quod Concilium distincte et tamquam supremum ordinem nominat episcopatum in subsequenti cap. 4 ubi non amplius agit directe de sacramento sed generalius de hierarchia, de "hierarchico ordine" et de "ecclesiasticis gradibus", distinguens "episcopos, sacerdotes ceterosque ordines" et opponens episcopos "reliquis [viris] inferioris ordinis." Eodem modo Concilium procedit in canonibus; nam in can. 2, tacito episcopatu, nominat tantum sacerdotium, quod opponit aliis ordinibus maioribus et minoribus; in can. 6 vero, agens generalius de hierarchia, nominat distincte episcopatum cum aliis duobus gradibus presbyteratus et ministerii. Quod autem Concilium in cap. 4 et can. 6 non amplius directe agat de Ordine tamquam sacramento sed abstractive tamquam hierarchia, ostendit etiam clarior forma quam cap. 4 habebat in primo et altero schemate, in quibus fit mentio supremi gradus R. Pontificatus: "In s. catholica Ecclesia . . . hierarchia succedentium ordinum aptissimam distributionem sub uno summo hierarcha Christi in terris vicario romano pontifice constituta est. . . Quare s. synodus declarat praeter ceteras ecclesiasticas potestates, episcopos etiam ad hunc hierarchicum ordinem pertinere, qui non solum a presbyteris differunt, sed illis etiam superiores sunt"; "Verum praeter iam commemoratos diversos ordinum gradus et spirituales potestates docet s. synodus episcopos in Ecclesia Catholica sub uno Christo in terris vicario, romano pontifice, per quem sunt in partem sollicitudinis non autem in plenitudinem potestatis vocati, praecipuum locum obtinere, atque ita ad similitudinem coelestis Hierusalem, ecclesiasticam hierarchiam per succedentium ordinum aptissimam dispositionem a Christo Domino constitutam esse."[00]

Huic argumento nequit sua vis denegari. Nam si Concilium habuisset episcopatum tamquam sacramentum, sive adaquate sive etiam inadaequate distinctum a presbyterato, mirabile prorsus esset quod ex una parte de summo sacramento taceat praecise dum distincte enumerat varios Ordinis gradus et ex alia parte illum distincte nominet et quidem tamquam praecipuum ("Episcopi ad hunc hierarchicum ordinem praecipue pertinent") dum agit de gradibus hierarchiae, eo vel magis quod id bis (tum in capitibus tum in canonibus), adeoque intentionaliter, ut conicere licet, factum est. Ex hoc tamen argumento (et haec est debilitas eius prout assumitur a pluribus patronis nostrae

***Apud A. Theiner, *Acta genuina ss, oecumenici Concilii Tridentini* (Zagabriae in Croatia [1874]) II 152 sq., 155.**

sententiae) non necessario sequitur Concilium negare sacramentalitatem episcopatus, nam praeter affirmare et negare, utpote contraria, datur tertium, scilicet abstrahere (sive nec affirmare nec negare). Videtur igitur dicendum Concilium favere quidem nostrae sententiae, tum negative, quatenus non docet sacramentalitatem episcopatus, tum aliquomodo positive, quatenus assumit modum loquendi, septenariam ordinum enumerationem, et separatam tractationem episcopatus, iuxta tunc communiorem sententiam theologorum, sed tamen quoad rem ipsam abstrahere tum a nostra tum a contraria sententia. Idque ostendunt tum *Acta* Concilii, tum variae ipsae latiores expressiones quas patroni contrariae sententiae assumunt in suum favorem uti indicia sacramentalitatis episcopatus.

Ut constat ex *Actis,* in primo schemate cap. 2 loco verborum "Plures et diversi essent ministrorum ordines, qui ex officio deservirent, ita distributi, ut, qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent" habebatur: "Plures et diversi essent ministrorum ordines, ita distributi, ut minores per medios in maiores ascenderent, ab eisque continerentur, donec in sacerdotio consummarentur."[61] Iamvero haec ultima verba quibusdam Patribus displicuerunt, tum ob omissam mentionem episcopatus, tum quia consummatio ordinum est in episcopatu; patriarcha Venetiarum cum tribus aliis episcopis petiit: "Addatur episcopatum esse ordinem et sacramentum"[62]; episcopus Nicosiensis cum tribus aliis declaravit: "Non placet, quod dicitur, donec in sacerdotio consummarentur, quia consummatio est in episcopatu, ut ait Dionysius, et ideo dicatur, donec in sacerdotio, quod in episcopo nobilissimo modo inexistet consummarentur, vel dicatur, donec in sacerdotio, quod in episcopo supremum consequitur robur consummarentur."[63] Consequens suppressio illorum verborum ("Donec in sacerdotio consummarentur") ostendit Patres in ultimo schemate voluisse abstrahere a sacramentali ratione episcopatus eiusque habitudine ad presbyteratum sub ea ratione.

Pro contraria sententia, affirmante episcopatus sacramentalitatem, sequentes rationes adducuntur.

1. In cap. 2 episcopatus refertur inter ordines una cum presbyteratu sub nomine sacerdotii, cuius est una species vel extensio.

Attamen, contra stat vis supradicti nostri argumenti, quod scilicet, si episcopatus esset distinctus ordo sacramentalis aut saltem vera extensio sacramentalis, non intelligeretur quare ibi explicite non nominetur, sicut nominatur in cap. 4 ubi agitur generaliter de hier-

[61] *Ibid.* 152.
[62] *Ibid.* 153.
[63] *Ibid.* 154. Cf. etiam *Actorum* editionem Goerresianam IX 47, 68, 71, 73, 84.

archia. Praeterea, contra patronos adaequatae distinctionis episcopatus a presbyteratu dicendum est quod, si episcopatus esset distincta species a presbyteratu, non intelligeretur quare solum genus sacerdotii nominetur et non potius eius duplex species, sicut fit pro singulis speciebus generis ministerii; debuisset enim concilium nominare vel octo species vel tantummodo duo genera, scilicet sacerdotium et ministerium, tacitis pariformiter utriusque generis speciebus.

Nec valet contra supra allatum nostrum argumentum obicere quod ex exclusione episcopatus a numero ordinum nequaquam sequitur ipsum non esse sacramentum, sicut vicissim ex inclusione ordinum minorum non sequitur hos esse sacramenta; nam antitheticus parallelismus valorem hic non habet, quoniam, posito quod sacramentum Ordinis invenitur intra ambitum ordinum qui a Concilio enumerantur, ex hoc quod episcopatus excluditur ab illo ambitu, eo ipso excluditur a ratione sacramenti, dum ex hoc quod ordines minores in illo ambitu includuntur non necessario sequitur eos esse sacramentales, cum sufficiat ut unus vel alter ex enumeratis ordinibus sit sacramentum; etiam si ipse episcopatus numeraretur inter ordines, non sequeretur necessario ipsum esse sacramentum, quamvis ex hoc quod inter eos non numeratur, sequitur ipsum non esse sacramentum.

2. In cap. 2 Concilium ad probandum Ordinem esse vere et proprie sacramentum provocat ad textum 2 *Tim*. 1. 6 sq., in quo agitur de episcopali consecratione Timothei; ergo iuxta Concilium episcopalis ordinatio est sacramentum.

Attamen, Timothei ordinatio potest inspici cumulative et adaequate, prout importat tam episcopalem quam presbyteralem ordinationem, et hoc quidem sufficit ut Concilium provocet ad illum textum ad probandam sacramentalitatem Ordinis, quin inde sequatur ipsam ordinationem episcopalem, quatenus distinctam a presbyterali, esse sacramentum. Propterea etiam aliqui patroni sacramentalitatis episcopatus, ut Bouix, Denis, Bouéssé, valedicunt huic argumento ex Scriptura deducto (cf. infra, p. 246).

3. In cap. 4, agens de sacramento Ordinis quo imprimitur indelebilis character, distinctivus sacerdotum a communi coetu ac constitutivus ecclesiasticae hierarchiae, Concilium immediate subiungit ad hanc hierarchiam et ad hunc ecclesiasticum ordinem praecipue episcopos pertinere, eos esse presbyteris superiores praesertim in hoc quod possint confirmare et ordinare, in eorum ordinatione sicut et in ordinatione sacerdotum et ceterorum ordinum non requiri populi aut civilis magistratus consensum. Unde episcopatus nequaquam consideratur ut quidam gradus iurisdictionalis hierarchiae, sed, non secus

ac sacerdotium, ut verus ordo, vera ordinatio, verum sacramentum.®4

Attamen, imprimis ex hoc quod Concilium consideret episcopatum ut verum ordinem, nec ut merum gradum iurisdictionis, non sequitur illum considerare ut sacramentum; nam, in sententia S. Thomae, inter ordinem sacramentum et meram iurisdictionem mediat verus ordo non sacramentalis. Nec episcopatus sacramentalitatem ostendit initium cap. 4 ubi Concilium loquitur de Ordine ut sacramento characterem imprimente; nam, quamvis Concilium exordiatur a sacramento tamquam a principali et evidentiori fundamento hierarchiae in Ecclesia, subinde extendit conceptum hierarchiae ad includendum omnem gradum etiam non sacramentalem, qualem dicimus esse episcopatum, idque patet ex ipsa discrepantia inter cap. 2, ubi episcopatus non nominatur, et hoc cap. 4, qui explicite distinguit episcopatum a ceteris ordinibus et in quo primum et alterum schema referebat etiam supremum gradum Romani Pontificatus, ut ostensum est in nostro argumento (p. 232). Ceterum, ratio adversariorum nimis probat ac regeri potest contra ipsos; nam, si ex eo quod in eodem contextu fit sermo de sacramento Ordinis et de episcopatu sequeretur episcopatum esse ordinem sacramentalem, pari ratione sequeretur etiam ordines minores et subdiaconatum esse sacramenta, quod quidem a modernis saltem adversariis non admittitur. A fortiori nihil valet insistere in hoc quod episcopatus vocatur ordo et ordinatio et quod ei tribuitur potestas administrandi sacramenta Confirmationis et Ordinis, nam ex his tantum sequitur episcopatum esse ordinem, non vero ordinem sacramentalem.

4. In can. 4 Concilium definit per sacram ordinationem conferri characterem et dari Spiritum S., nec frustra episcopum ordinantem proferre verba "Accipite Spiritum S."®8 lamvero haec verba proferuntur etiam ac praecipue in ordinatione episcopali. Ergo haec est vere sacramentalis, gratiam et characterem conferens.®9

Attamen, imprimis in can. 4 non asseritur dari Spiritum Sanctum in ipsa ordinatione episcopali, sed generaliter in ordinatione; praeterea, paulo post in eodem canone fit mentio solius sacerdotii; tandem, iuxta *Epistolam* Leonis XIII de ordinationibus Anglicanis verba "Accipe Spiritum S." non ostendunt sacramentalitatem sive presbyteratus sive episcopatus, cum sint nimis generalia nec significent propriam illorum ordinum potestatem, imo iuxta recentiorem *Constitutionem*

"Ita plures, nominatim Boularand, *art. cit.* (supra, in p. 215) 16, 32 sq.

""Si quis dixerit per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra episcopos dicere: 'Accipite Spiritum Sanctum'; aut per eam non imprimi characterem; vel eum, qui sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse: A.S." *(Denz.* 964).

"Ita Boularand, *art. cit.* 32, et alii.

Pii XII, ea verba "Accipe Spiritum S." non pertinent ad essentialem formam neque presbyteratus neque episcopatus et in sola forma diaconatus invenitur aliquid aequivalens ("Emitte in eum, quaesumus, Domine, Spiritum S...").

Inde non mirum est plures inter ipsos adversarios abstinere ab invocando Concilio Trid. in hac quaestione, etsi videantur sentire Patres Tridentinos inclinasse in sacramentalitatem episcopatus. Lercher-Umberg: "[Patres trid.] definire hanc quaestionem noluerunt"; Lennerz: "Secundum Concilium tridentinum saltem ordinatio presbyterorum est sacramentum novae legis," "Quod concilium tridentinum dicit de sacramento ordinis, saltem de ordine presbyterali intelligendum est"; Dander: "Trident, de hac re nihil definivit. Nihilominus . . . [Provocat ad Leonem XIII et Pium XII, de quibus infra]"; Baisi: "Patres tridentini, quamquam ad id inclinabant, omnino definire nolebant ordinationem episcopalem esse ordinationem sacram; et reapse ipse tenor canonis (can. 4), qui in ultima sua parte est explicite de sacerdotibus, excludit quamlibet absolutam definitionem quoad episcopos. Ceterum, ad veritatem canonis servandam sufficeret ut in quadam ordinatione, v.g. in ordinatione presbyterali, per verba in canone relata daretur Spiritus Sanctus."

CATECHISMUS CONC. TRID. (supra cit., in p. 156), explanans doctrinam Concilii, loquitur omnino *in sensu doctrinae S. Thomae,* dicens "unum esse ordinem sacerdotalem, varios . . . dignitatis et potestatis gradus habentem," ac significans episcopatum a presbyteratu differre non ordine sed ordinatione, archiepiscopatum vero differre ab episcopatu nec ordine nec ordinatione, sed sola dignitate. Praterea, Catechismus (cit. ibid.) septem tantum enumerat ordines, secluso episcopatu.

LEO XIII, Epist. "Apostolicae curae," 18 sept. 1896, de ordinationibus anglicanis: "Sane nihil huc attinet explorare, utrum episcopatus complementum sit sacerdotii, an ordo ab illo distinctus: aut collatus, ut aiunt, 'per saltum/ scilicet homini non sacerdoti, utrum effectum habeat necne. At ipse procul dubio, ex institutione Christi, ad sacramentum ordinis verissime pertinet, atque est praecellenti gradu sacerdotium; quod nimirum et voce sanctorum Patrum et rituali nostra consuetudine 'summum sacerdotium, sacri ministerii summa' nuncupatur. Inde fit ut, quoniam sacramentum ordinis verumque Christi sacerdotium a ritu Anglicano penitus extrusum est, atque adeo in consecratione episcopali eiusdem ritus nullo modo sacerdotium confertur, nullo item modo episcopatus vere ac iure possit conferri:

eoque id magis, quia in primis episcopatus muniis illud scilicet est, ministros ordinandi in sanctam Eucharistiam et sacrificium" *(Denz.* 1965).

Hoc documentum prima fronte *videtur favere sententiae adversariorum* de sacramentalitate episcopatus, quatenus asserit episcopatum *verissime pertinere ad sacramentum Ordinis* et esse summum ipsum sacerdotium.

Attamen, imprimis aliud est vere pertinere ad sacramentum et aliud vere et proprie ac secundum se esse sacramentum, et pariter aliud est esse summitatem sacerdotii et aliud esse talem sacramentaliter. Praeterea, Papa asserit libere disputari utrum episcopatus sit distinctus ordo a sacerdotio an sit tantummodo complementum sacerdotii; quae quidem verba, etsi minus clara, intelligi debent de tota controversia quae de facto agitabatur inter theologos, ut explicatum est supra de similibus verbis Benedicti XIV (p. 204). Inde est quod ipsi adversarii ad hoc documentum provocare non soleant, si excipiatur unus vel alter (ut Dander).

CODEX I. C. saepe loquitur de *"charactere episcopali."* Can. 239, §20: "Si Cardinalis charactere episcopali careat"; can. 323, § 2: "Si [abbas vel praelatus nullius] charactere episcopali non sit ornatus"; can. 951: "Licet charactere episcopali careat"; can. 957, § 1: "Si charactere episcopali polleant," § 2: "Si episcopali charactere careant"; can. 958, §4: "Licet episcopali charactere careant"; can. 966, §2: "Qui charactere episcopali polleat"; can. 1147, § 1: "Nemo qui charactere episcopali careat." In canone autem 732, § 1, character a Codice intelligitur proprie pro noto effectu sacramentali: "Sacramenta baptismi, confirmationis et ordinis, quae characterem imprimunt, iterari nequeunt."

Attamen, ipsa tam frequens repetitio expressionis "character episcopalis" ostendere videtur vocem characteris accipi in latiori sensu dignitatis episcopalis, nec ulla apparet ratio quare Codex velit propriam rationem stricte dicti characteris et propriam indolem sacramentalem in episcopatu exaltare aut indigitare. Ceterum dici etiam potest Codicem mere usurpare currentem terminologiam, usitatam apud canonistas et illos frequentes theologos modernos qui docent episcopatum conferre sacramentalem characterem, quin eo ipso assumat aut supponat veritatem huius doctrinae, quemadmodum ex hoc quod Scriptura loquatur, secundum currentem opinionem, de motu solis circa terram, non sequitur eam supponere veritatem sic dicti systematis ptolemaici.[67] Ipsum *Pontificale Romanum* in intro-

[K] Ad rem Bonetti (contra Mancini qui praefatam expressionem Codicis invocat): "É sufficiente il fatto che il Codice usi l'espressione 'carattere episcopale/ per inferiré

ductoriis ac generalibus rubricis "De Ordinibus conferendis," loquens de ordinibus in genere, etiam minoribus, tribuebat impressionem characteris omnibus ordinibus, iuxta currentem terminologiam vel opinionem: "[Episcopus] moneat ordinandos quod instrumenta, in quorum traditione character imprimitur, tangant." Aliunde ipse Codex in can. 949 sequitur traditionalem enumerationem septem ordinum usque ad presbyteratum, nec nisi in sequenti can. 950 addit voces "ordinare, ordo, ordinatio, sacra ordinatio" referri ad episcopatum sicut et ad ipsam primam tonsuram.

PIUS XII, Constitutio "Sacramentum Ordinis," 30 nov. 1947: "Constat autem inter omnes Sacramenta Novae Legis, utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficientia, debere gratiam et significare quam efficiunt et efficere quam significant. lamvero effectus, qui Sacra Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinatione produci ideoque significari debent, potestas scilicet et gratia, in omnibus Ecclesiae universalis diversorum temporum et regionum ritibus sufficienter significati inveniuntur manuum impositione et verbis eam determinantibus. . . Quae cum ita sint . . . , decernimus et disponimus: Sacrorum Ordinum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus materiam eamque unam esse manuum impositionem; formam vero itemque unam esse verba applicationem huius materiae determinantia, quibus univoce significantur effectus sacramentales, scilicet potestas ordinis et gratia Spiritus Sancti, quaeque ab Ecclesia qua talia accipiuntur et usurpantur" *(Denz.* 3001; item *AAS* XL [1948] 6).

Negari non potest, hoc documentum, *prima saltem fronte, non modicum favorem afferre sententiae de sacramentalitate episcopatus;* nam in priori parte, inducta generali definitione sacramenti, videtur immediate fieri illius applicatio ad tres distinctos gradus diaconatus, presbyteratus et episcopatus, quibus tribuuntur effectus potestatis et gratiae, idque adhuc directius videtur significari in altera parte, ubi dicitur formam trium illorum ordinum esse verba significantia effectus sacramentales, scilicet potestatem et gratiam.

Hinc plures patroni illius sententiae rem suam *ut iam fere ab Ecclesia iudicatam,* aut saltem evidenter suppositam, confidenti voce

che esso suppone la sacramentalità dell'Episcopato? A noi pare che con questo stesso criterio ragionavano i giudici di Galileo, allorché affermavano che la Sacra Scrittura suppone il sistema tolemaico, perchè parla del sole che gira attorno alla terra. In realtà il Codice non suppone che l'Episcopato sia sacramento, giacché tutte le sue prescrizioni mantengono immutato il loro senso ed il loro valore, anche se si supponga la non sacramentalità di esso. E' vero soltanto che il Codice si esprime nei termini della teoria affermante la sacramentalità dell'Episcopato, perchè questa è di fatto comune tra i Moderni, e soprattutto, fin dal Medio Evo, fra i Canonisti. Ma questo fatto non ha alcun peso dotrinale per la questione che ci occupa" ("Ancora sul potere extra-sacramentale," *Divus Thomas* (Piacenza) LII (1949) 73 sq.).

proclamant.[08] Ceterum id alii aliter exprimunt, adhibendo fortiores aut molliores expressiones, qualiter: Episcopatus sacramentalitas in ea Constitutione expresse dicitur, aequivalenter continetur, evidenter infertur, evidenter supponitur, de mente Ecclesiae esse patet. *Lercher-Umberg:* "Pius XII . . . *expressis verbis* Ordinationibus episcoporum, presbyterorum, diaconorum tribuit indolem vere et stricte sacramentalem." *Boularand:* "En présence d'un tel enseignement, la thèse négative devient insoutenable et celle que nous défendons apparaît comme une 'doctrine catholique' [In hoc ultimo inciso refertur iudicium *Michel* ex *Ami du Clergé* (1948) 346]"; tamen in eodem articulo Boularand minus absolute loquitur de "la thèse positive en passe de devenir une doctrine catholique." *Bouèssé* incidenter significat Pium XII docere sacramentum Ordinis constitui diaconatu, presbyteratu et episcopatu tanquam tribus partibus: "L'institution divine de ces trois ordres dont, selon les expressions de la Constitution de S. S. Pie XII, est constitué le sacrement de l'Ordre. . ." *Dander:* "Pius XII.. . *evidenter supponit* Ordinationem episcopalem esse N. L. sacramentum." *Journet:* "'Il résulte à Vévidence de ce texte que l'ordination est un sacrement, dans le cas non seulement du diaconat et du presbytérat, mais aussi de l'épiscopat; que le pouvoir qu'elle confère est sacramentel, dans le cas non seulement du diaconat et du presbytérat, mais aussi de l'épiscopat." *Gy:* "La sacramentalité strictement dite de cette ordination [épiscopale] *est . . . impliqziée* dans son parallélisme avec les ordinations diaconale et presbytérale, parallélisme constant 'dans tous les rites en usage dans l'Eglise universelle, aux diverses époques et dans les différents pays,' comme le proclame la constitution *Sacramentum Ordinis* de Pis XII." *Baisi* quidem fatetur: "Recens *Constitutio Apostolica* Pii XII, die 30 nov. 1947, nihil quoad hoc caput [de sacramentalitate episcopatus] decernit"; nihilominus subinde haec addit quae minus convenire videntur cum tali generali concessione: "Plura documenta ecclesiastica, quae *huc inclinant,* talia sunt ut non solum probabilem, sed, praesertim post praelaudatam Pii XII Constitutionem, fere certam reddant doctrinam de episcopatus sacramentalitate" et inferius: "Praecipua . . . documenta de hac re sunt Constitutiones Apostolicae Pii XII 'Episcopalis consecrationis,' die 30 nov. 1944, et 'Sacramentum Ordinis', die 30 nov. 1947. Quamquam ibi expresse episcopalis consecratio non docetur sacramentum, annumeratio episcopatus cum diaconatu et presbyteratu, qui certo sunt sacramentum, sicut tam minutiosa deter-

"Quidam, ut Baisi, invocant etiam praecedentem *Constitutionem* Pii XII "Episcopalis consecrationis," 30 nov. 1944 *(AAS* XXXVII [1945] 131 sq.), in qua tamen nihil prorsus habetur quod ad rem faciat.

minatio materiae, formae, ministri optimum constituunt argumentum *de mente Ecclesiae* quoad sacramentalitatem istius ordinis." *Corrà,* omnino decisive: "Riguardo all'Episcopato l'opinione di S. Tommaso e di altri dottori scolastici che non ne riconoscono la sacramentalità ... [è] non più sostenibile dopo il Conc. di Trento (D. 966; 960). Se però qualche dubbio ci fosse potuto rimanere, esso verrebbe eliminato dalla Cost. 'Sacramentum Ordinis.' La sacramentalità è infatti riconosciuta da Pio XII all'Episcopato, e al Diaconato allo stesso modo che al Presbiterato, ed è inscindibilmente connessa con la decisione ivi pronunciata dal Papa 'Suprema Apostolica Auctoritate'. . . . Riteniamo pertanto che la sacramentalità dell'Episcopato e del Diaconato risulta, anche da questo documento, come *verità almeno teologicamente certa* in quanto inscindibilmente connessa con un atto solenne del Papa avente per oggetto una verità di fede ecclesiastica. Non si può quindi più tornare all'opinione, un tempo propugnata da grandi dottori come S. Alberto Magno, S. Tommaso, S. Bonaventura, secondo la quale l'Episcopato non sarebbe ordine sacramentale: *tale opinione oggi deve essere giudicata erronea*"[TM]

Attamen, attenta lectio et stricta interpretatio huius documenti ostendere videtur sacramentalitatem episcopatus in eo nec doceri, nec necessario supponi aut implicari, et adversarios nimis celeriter ac confidenter illud ad suum sensum trahere.

Primo enim, nullibi in eo dicitur episcopatum esse sacramentum, idque ceteroquin fatentur ipsi adversarii, nec ipsa emphatica verba Lercher-Umberg contrarium necessario exprimunt.

Secundo, in eo directe non agitur de natura episcopatus, nec de sacramentalitate trium graduum hierarchiae. Scopus est declarare ac determinare propriam uniuscuiusque gradus materiam et formam, ut inde omnibus facile constet de validitate ordinationum ac cessent anxietates, quae olim exurgebant ex variis ac incertis theologorum opinionibus de materia et forma ordinationis.

Tertio, ex hoc quod in forma ordinationis episcopalis invocatur sanctificatio subiecti[70] non sequitur hanc formam esse sacramentalem; etiam concessio potestatis absolvendi in fine ordinationis presbyteralis fit per aliquam formulam exprimentem collationem Spiritus Sancti et gratiae[71] et tamen, iuxta eandem Constitutionem Pii XII, haec verba non sunt sacramentalia. Pariter ex hoc quod episcopatui, sicut

"Solenni decisioni di Pio XII intorno al sacramento dell'Ordine," *Studia patavina* I (1954) 366, 368.

[70] "Comple in Sacerdote tuo ministerii tui summam et ornamentis totius glorificationis instructum coelestis unguenti rore sanctifica."

[71] "Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata, remittuntur eis, et quorum retinueris, retenta sunt. Stola innocentiae induat te Dominus."

et diaconatui ac presbyteratui, assignatur effectus potestatis et gratiae, non necessario sequitur in ordinatione episcopali talem effectum conferri sacramentaliter, sicut in duabus aliis ordinationibus, eo vel magis quod Papa in tota Constitutione numquam loquitur de charactere sed generaliter de potestate. Ceterum etiam ordinationibus subdiaconatus et minorum ordinum tribuitur effectus potestatis et invocatur gratia divina, qui tamen iuxta communiorem sententiam modernorum non sunt sacramenta.

Quarto, parallelismus trium ordinationum, quatenus in eis pariformiter assignatur materia et forma, non probat singulas ordinationes esse sacramentales, sicut ex hoc quod ordinibus minoribus et subdiaconatui soleat idem duplex elementum, sub eodem nomine ac parallelo conceptu materiae et formae, assignari, non sequitur hos ordines esse sacramentales.

Quinto, in altera parte supracitati textus (p. 238), quae, ut notavimus, maiorem difficultatem facere videtur, non dicitur distincte et individualiter ipsam formam episcopalis ordinationis significare effectus sacramentales, sed globatim et ad modum unius dicitur formam diaconatus, presbyteratus et episcopatus esse verba materiam determinantia, quibus significantur effectus sacramentales, scilicet potestas et gratia; ex quo sequitur quod forma unius saltem ex illis tribus gradibus significet effectus sacramentales, non vero quod forma singulorum sacramentales effectus significet, etsi significet effectus potestatis et gratiae. Unde ea pericope sic glossari potest: Diaconatus, presbyteratus et episcopatus forma sunt verba materiam determinantia, quibus significantur effectus, et quidem sacramentales ubi agitur de sacramento, scilicet potestas et gratia. Haec ratio signanter confirmatur ex novis rubricis quas, iubente ipsa hac Constitutione Pii XII, S. C. Rituum a. 1950 apposuit Pontificali Romano, ut antiquae rubricae congruerent illius declarationibus (cf. infra, p. 755); nam rubrica praecedens formam tum presbyteratus tum diaconatus habet: "Dicit verba formae sacramentalis," ea vero quae praecedit formam episcopatus omittit verbum "sacramentalis" et habet: "Dicit verba formae consecrationis episcopalis"; cuius omissionis non alia conveniens ratio assignari potest nisi quia Constitutio Pii XII abstrahit a questione de sacramentalitate episcopatus.

Sexto, totus igitur parallelismus inter episcopatum et alios duos ordines, sive quoad eorum coniunctionem in eadem Constitutione sub communi titulo de sacris ordinibus vel de sacramento Ordinis, sive quoad communia constitutiva materiae et formae, sive quoad communes effectus gratiae et potestatis, non necessario ostendit sacramentalitatem episcopatus; id unum ex ea Constitutione necessario

sequitur, scilicet unum saltem ex illis tribus ordinibus esse sacramentum, quod aliunde scimus de presbyteratu negari non posse.

Res confirmari potest ex ipso illogico modo quo quidam adversarii procedunt in sua contraria interpretatione. Quamvis enim Cone. Trid. in eadem sessione et sub eodem titulo De sacramento Ordinis agat et de sacerdotio ac diaconatu et de subdiaconatu ac ordinibus minoribus, atque immediate doceat ac definiat Ordinem sive sacram ordinationem esse verum sacramentum (capp. 2-3, cann. 2-3), illi auctores renuunt inde inferre subdiaconatum et ordines minores esse sacramenta, et tamen huiusmodi illatione uti videntur in interpretatione Constitutionis Pii XII. Pariter, quamvis Cone. Trid. definiat "in Ecclesia catholica esse hierarchiam, divina ordinatione institutam, quae constat ex episcopis, presbyteris et ministris" (can. 6), tamen quidam auctores dicunt inde quidem sequi unum ex illis gradibus esse immediate divinae institutionis, non tamen sequi talem esse omnem et singulum gradum, et nominatim episcopatum; cur ergo eamdem interpretationem non applicant Constitutioni Pii XII ita ut ex ea sequatur tantum, unum saltem ex tribus gradibus esse sacramentalem, non vero ipsum episcopatum? Ceterum duo auctores, scilicet *Bouèssé* et *Baisi,* qui sacramentalitatem episcopatus ex ea Constitutione utut minus confidenter, deducunt, talem exsiccatam sacramentalitatem episcopatui concedunt quae non satis conveniat conceptui sacramentalitatis; nam Baisi docet episcopatum addere presbyteratui meram potestatem iurisdictionis, Pius XII vero ait effectum sacramentalem esse potestatem Ordinis, Bouèssé concedit episcopatui hanc potestatem Ordinis non tamen characterem, Pius XII vero, etsi explicite non loquatur de charactere, supponit cum Cone. Trid. sacramentalem effectum Ordinis esse characterem.

His omnibus consideratis, dici potest eatenus tantum Constitutionem Pii XII favere sententiae de sacramentalitate episcopatus, quatenus assumit modum loquendi vel considerandi communioris adhuc sententiae doctorum, quin tamen ipsam quaestionem ullatenus dirimere intendat aut tangere, eo fere modo quo Cone. Trid. favet sententiae de sacramentalitate subdiaconatus et ordinum minorum, quae tamen pedetentim a maiori longe numero theologorum derelicta est. Inde mirandum non est si quidam inter ipsos defensores sacramentalitatis episcopatus (ut Lennerz, Solà, Piolanti) Constitutionem Pii XII nequidem commemorent, et quidam fautores negativae sententiae nullam veram difficultatem in ea Constitutione inveniant.

Ita *Bonetti,* disputans cum Mancini, scribit: "Il M[ancini] . . . afferma che la Chiesa stessa considera l'Episcopato come sacramento,

appellandosi al Codice di Diritto Canonico, ed alla Constituzione 'Sacramentum Ordinis' di Pio XII. Il primo parla constantemente di 'carattere episcopale'; l'altra tratta l'Episcopato alla stregua del presbiterato e del diaconato, ossia come sacramento, determinando per esso pure la materia e la forma. Ma intanto si osservi che né l'uno né l'altro dei due documenti citati tocca di proposito la questione della natura dell'Episcopato, né contiene alcuna affermazione esplicita della sua sacramentalità. Se perciò il M. crede di poter trovare in essi un appoggio alla propria tesi, ciò sarà soltanto in quanto essi mostrino di supporla. Ora, è sufficiente il fatto che il Codice usi l'espressione 'carattere episcopale,' per inferire che esso suppone la sacramentalità dell'Episcopato? [Prosequitur verbis citatis supra, in p. 237]. . . Per quanto riguarda poi la Costituzione 'Sacramentum Ordinis', il preteso nesso che essa presenta con la dottrina della sacramentalità dell'Episcopato ci sembra anche più tenue. Che infatti il Sommo Pontefice determini in modo definitivo la materia e la forma dell'Episcopato, alla stregua del Presbiterato e del Diaconato, non prova che quello sia supposto essere sacramento, più di quanto l'uso comune di parlare di materia e forma del Suddiaconato e degli Ordini Minori, dimostri, in chi lo segue, la persuasione della sacramentalità di questi: sacramentalità che è negata dai più.'"[72]

Beyer: "Que ces trois ordres soient traités d'une façon uniforme, qu'ils se confèrent par l'imposition des mains et l'invocation du Saint-Esprit, qu'ils aient de ce fait 'une matière et une forme,' un, geste significatif de la grâce implorée et concédée, tout cela ne peut suffire pour établir certainement que ces trois ordres soient sacramentels. . . Ce raisonnement est repris plusieurs fois par le Père *Boularand, art. cit.,* p. 26; 29-30; 33-34. Commentant la Constitution *Sacramentum Ordinis,* l'auteur conclut: 'L'autorité suprême de l'Eglise assigne donc à la consécration épiscopale, donnée au prêtre au moins après cinq ans de sacerdoce, tout comme au Diaconat et Prebytérat, tous les éléments du sacrement de l'Ordre: une matière, une forme, la signification et la collation d'un pouvoir d'ordre et la grâce du Saint-Esprit. En présence d'un tel enseignement, la thèse négative devient insoutenable et celle que nous défendons apparaît comme une doctrine "catholique." ' Ces conclusions nous semblent hâtives, car Sa Sainteté Pie XII, en déterminant la matière et la forme des ordres sacrés ne s'engage pas pour autant à trancher la question de la sacramentalité de ces rites. S'il en avait eu l'intention, vu les divergences d'écoles, il faudrait qu'elle soit marquée plus explicitement dans les textes. L'intention du Souverain Pontife est nettement

***Loc. cit.* (supra, in p. 238).**

énoncée: mettre fin aux doutes que provoquent les rites supplémentaires au rite essentiel et déterminer clairement ce qui est nécessaire pour que ces ordinations soient valides. S'il y est question des effets sacramentels de ces rites, il est à remarquer qu'il n'en est jamais traité que de façon générale; il n'est jamais mentionné, qu'un de ces trois ordres soit sacramentel. *Baisi* reconnaît qu'on ne peut conclure de cette Constitution que l'épiscopat soit sacrement. *Institutiones Theologiae scholasticae,* vol. IV, Milan, 1949, p. 592."[78]

IL SCRIPTURA.

Si ex documentis Ecclesiae vix quidquam in favorem alterutrius sententiae deduci potest, minus adhuc ex Scriptura confici videtur.

Pro nostra ac negativa sententia adducitur a quibusdam postapostolica origo episcopatus monarchici vel melius originalis existentia solius duplicis gradus ministrorum, presbyterorum nempe et diaconorum, ex quo concluditur episcopatum non essentialiter differre a presbyteratu.

Attamen, haec ratio inepta est. Nam imprimis ipsum antecedens reiectum est in art. praec., ubi, abstrahendo ab ipsa peculiari ratione episcopatus monarchici, quae satis ambigua est ac ceteroquin respicit praecipue potestatem iurisdictionis, demonstravimus divinam ac immediatam institutionem distinctions episcopatus a presbyteratu in ratione potestatis Ordinis. Secundo, dato nec concesso antecedente, conclusio ipsa nimis ampla est ac falsa, quoniam ex ea sequitur episcopatum non differre a presbyteratu non solum in ratione ordinis sacramentalis sed etiam in ratione ordinis simpliciter. Tertio, eadem conclusio falsa esset in sententia eorum qui dicunt Christum instituisse sacerdotium modo generali aut globali, ac subinde Ecclesiam, vi potestatis a Christo acceptae, illud divisisse in duos sacramentales gradus episcopatus et presbyteratus.

Frustra autem hic invocaretur identitas biblicorum "episcoporum" et "presbyterorum," seu sententia quae asserit omnes bíblicos episcopos et presbyteros fuisse simplices presbyteros, tum quia haec sententia, utut defensa a pluribus modernis, incerta est, ac minus probabilis apparet ex dictis in art. 3 (tom. I, pp. 778—784), tum quia ad rem non facit, quoniam illius patroni aliunde asserunt adfuisse eo tempore veros episcopos in aliis categoriis ministrorum, peculiariter inter delegatos Apostoli, quales erant imprimis Timotheus et Titus.

Pro contraria et affirmativa sententia solent afferri duo textus

[78] «Nature et position du sacerdoce," *Nouvelle revue théologique* LXXVI (1954) 358, in textu et in nota.

paulini, 1 *Tim*. 4. 14 et 2 *Tim*. 1. 6, ex quibus, tamquam certioribus ac insignioribus, probatur a theologis ipsa sacramentalitas Ordinis generice spectati et quorum alter ab ipso Cone. Trid. (sess. 23, cap. 2) ad hunc eumdem scopum contra Protestantes invocatur. Unde sic arguitur. Teste ipso Cone. Trid., in *2 Tim*. 1.6 (et consequenter etiam in textu parallelo 1 *Tim*. 4. 14) agitur de sacramento Ordinis. Atqui, ex consensu plurium Patrum et theologorum, ibidem agitur de episcopali ordinatione Timothei. Ergo episcopalis ordinatio est sacramentum; imo cum illi duo textus sint, iuxta theologos, certiores loci unde probatur sacramentalitas Ordinis in genere spectati, si denegatur sacramentalitas episcopatus, corruit totum aut praecipuum argumentum scripturisticum ex quo sacramentalitas Ordinis solide probari possit.

Sub hac crudiori ac sinceriori forma, quam illi dederunt *Vasquez* et *Bellarminus,* argumentum communiter proponi solet a theologis, uti Tournely, Pesch, Hervé, Van-Noort-Verhaar, Otten, Zubizarreta, Puig de la Bellacasa, Cappello, Lercher-Umberg, Boularand. Quidam tamen moderni idem argumentum proponunt sub hac molliori et ambigua forma: Verba Scripturae (sicut etiam Traditionis) aequo modo referuntur tam ad presbyteros quam ad episcopos, imo magis ad episcopos, adeoque utrorumque sacramentalitatem ostendunt, imo magis episcoporum; *Lennerz:* "Argumenta positiva ex s. Scriptura et traditione eodem modo sacramentalitatem ordinationis episcopalis et presbyteralis probant, imo forte magis sacramentalitatem ordinationis episcopalis"; *Baisi:* "Quamquam in S. Scriptura nullus est locus, in quo explicite sermo sit de sacramentalitate episcopatus praecisive sumpti, affirmare possumus textus S. Pauli, quibus probatur ordinem esse sacramentum, aeque respicere presbyteratum atque episcopatum"; *Sola:* "Textus . . . allati, tum ex Scriptura, tum ex Traditione, referuntur ad Sacerdotium, nulla distinctione facta inter episcopos et presbyteros. Imo, textus aliquando potius ad episcopatum directe, quam ad presbyteratum possunt applicari, eo quod ad episcopos directe referantur. Ergo in eadem linea sacramentalitatis debet poni episcopatus atque presbyteratus"; *Dander:* "In testimoniis biblicis et patristicis non distinguuntur sacerdotes primi et secundi ordinis; intelligenda videntur [quod attinet sacramentalitatem] de sacerdotio ut tali, sive primi sive secundi ordinis."

Defectus autem praefati argumenti latet in ipsa minori. Nam, ut iam notavimus supra (p. 234), agentes de Cone. Trid., ordinatio Timothei potest cumulative accipi prout refertur ad collationem utriusque gradus presbyteralis et episcopalis, ac proinde, ratione prioris, dici potest sacramentalis, quin inde sequatur ipsam ordinationem epis-

copalem, separatim aut praecisive a presbyterali, esse sacramentalem. Idque valet sive dicatur Timothei elevatio ad utrumque gradum facta fuisse in deversis temporibus, sive eodem tempore ac eadem generali caeremonia successive cumulante duos ritus, sive in eodem ritu qui esset materialiter idem et formaliter duplex, sive eodem prorsus formaliter ritu ipsius episcopalis consecrationis conferentis utramque presbyteralem et episcopalem potestatem (iuxta quorundam opinionem de validitate proprie dictae ordinationis per saltum[74]). Propterea praefati recentiores suum argumentum ita emolliunt ac ambiguum reddunt ut vix intelligatur quid sibi velint et alii explicite ipsi argumento valedicunt; ita iam canonista *Bouix:* "Fateor tamen eiusmodi argumentum non mihi videtur omnino peremptorium. Possunt enim adversarii dicere: Timotheum ordinavit simul S. Paulus presbyterum et episcopum; quem modum conferendi simul presbyteratum et episcopatum apostolicis temporibus viguisse, tenent Petavius, Mamachius aliique eruditi. Quatenus ergo illa Timothei ordinatio fuit collatio presbyteratus, verus ordo fuit et verum sacramentum; proinde potuerunt illam ordinationem citare Patres tridentini tamquam exemplum sacramenti ordinis quin ideo sequatur admissum ab ipsis fuisse episcopatum tamquam ordinem et sacramentum distinctum a presbyteratu"[73]; *Denis:* "Non attulimus probationem ex Scriptura quae ab auctoribus saepe affertur, quia non nobis videtur probare characterem sacramentalem consecrationis episcopalis, prout distinguitur a presbyteratu"[76]; *Boùessé:* "L' argumentation [i.e. le dilemme: ou l'ordination épiscopale est un sacrement, ou on ne peut démontrer par l'Ecriture que l'Ordre est un sacrement] est bien rapide. . . De deux choses l'une! A merveille, à moins qu'il n'y en ait une troisième? Pourquoi ne s'agirait-il pas ici de l'ordination sacerdotale et épiscopale, cumulativement prise? N'est-ce pas l'interprétation des exégètes? Et ne serait-ce pas une explication largement suffisante de l'évocation tridentine?"[77]

III . TRADITIO.

Hic invenitur, ac legitime urgetur, praecipuum robur utriusque oppositae sententiae.

Pro nostra sententia negativa urgetur *unitas presbyteri et episcopi in eodem sacerdotio,* quae ostenditur in Traditione tum theoretica

" Hic proinde abstrahimus ab huiusmodi opinionis veritate, quam exponemus ac impugnabimus in art. 22 (in tom. 3).

[TM] *Tractatus de episcopo* I (Parisiis 1859) 100.

***n Tractatus de sacramentis,* secunda pars (Braine-le-Comte 1947) 107.**

" "Episcopat et sacerdoce, I. L'opinion moderne," *Revue des sciences religieuses* XXVIII (1954) 243 sq.

tum practica, et in hac sub aspectu tum liturgico tum ministeriali.

Congar apte observat quod, adhaerendo vestigiis S. Thomae in hac quaestione de habitudine episcopatus ad presbyteratum, "on se situerait . . . dans la perspective de la tradition la plus ancienne et la plus authentique, qui toute entière et jusque dans le vocabulaire, affirme l'unité du 'sacerdotium'."[78] *Morinus* de sententia S. Thomae, prout saltem excludit episcopatum esse distinctum ordinem a presbyteratu per collationem novi characteris aut per veram et intrinsecam extensionem characteris presbyteralis (sic enim eam intelligit ac sequitur, non satis attendens ad ulteriorem negationem sacramentalitatis), ait: "Haec sententia mihi videtur proxime ad multorum antiquorum Patrum mentem accedere, et cum eorum verbis optime consentire, quae cum aliis sententiis nequidem obtorto collo convenire possunt."[70]

Traditio theoretica explicite proponit essentialem unitatem presbyteri et episcopi in eodem sacerdotio, idque sub sequenti quadruplici forma:

Primo nempe Patres asserunt presbyteratum et episcopatum esse *eumdem vel fere eumdem ordinem* sive gradum. Huc faciunt quaecumque, sub forma obiectionis contra divinam ipsam institutionem distinctionis episcopatus a presbyteratus, dicta sunt in art. praec. (pp. 49-51, 55-60). Quamvis enim ea inepte ibi invocarentur ad hanc divinam institutionem negandam, aptissime hic afferuntur ad ostendendam essentialem identitatem presbyteratus et episcopatus in ratione sacerdotii. Recolantur praecipue haec testimonia: Ambrosiaster: "Episcopi et presbyteri una ordinatio est. Uterque enim sacerdos est, sed episcopus primus est"; Pelagius: "Secundus, immo pene unus est gradus [presbyteratus cum episcopatu]"; Hieronymus: "Idem est . . . presbyter qui et episcopus"; "Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non faciat?"; Pseudo-Hieronymus: "Intelligis ergo in presbytero summam sacerdotii collocari?" Hanc doctrinam posteriores doctores unanimiter assumpserunt et inculcarunt usque ad medium aevum et ex ea subinde legitime nata est sententia S. Thomae et aliorum antiquorum theologorum negantium sacramentalitatem episcopatus, seu potius sacramentalem distinctionem episcopatus a presbyteratu.

Anglicanus *T. G. Jalland* hanc Patrum doctrinam assumit ut quandam evolutionem sive deviationem ab antiquiori sensu expresso in *Traditione Apostolica* Hyppoliti et in *Didascalia Apostolorum* (saec.

" Cf. integrum textum citatum supra, in p. 168.
***nOp. cit.* (supra, in p. 202) 36.**

3), iuxta quam conceptus et momentum presbyteratus excrevit in detrimentum episcopatus, ita ut in medio aevo originem dederit sententiae de identitate utriusque ordinis ac subinde degeneraverit in ipsum protestanticum presbyterianismum.[80] Illi ex parte concinit inter catholicos *J. Lécuyer,* significans praefatam evolutionem enatam esse in ecclesia latina ex personali opinione Hieronymi ac propagatam esse per totum medium aevum ab apocryphis quibusdam operibus sub patrocinio nominum Ambrosii et Augustini (Ambrosiastri), donec, decisive influens in theologiam Occidentis et fere in oblivionem relegans orientalem traditionem, originem dederit sic dictae thomisticae doctrinae de sacramentali identitate episcopatus et presbyteratus.[81]

Ad haec observa: Imprimis, si id verum esset, sequeretur maiorem partem Ecclesiae inde ab initio saec. 5 amisisse per saecula verum ac traditionalem conceptum de habitudine episcopatus ad presbyteratum. Praeterea, ea latina traditio, quomodocumque et undecumque originem habuerit, ob suam antiquitatem, constantiam et universalitatem, vim propriam habet quae nullatenus seponi, et multo minus sperni, potest. Tandem, haec traditio nullatenus essentialiter discrepat ab orientali ipsa traditione, quod quidem concedit praefatus Jalland saltem quod attinet ad finem saec. 4 ac deinceps.[82] Profecto, Epiphanius, ad refutandam haeresim Aërii de absoluta aequalitate episcopi et presbyteri, concessa implicite eorum aequalitate quoad cetera, non ad aliud recurrit discrimen quam ad potestatem ordinandi (cf. supra, p. 46) et similiter Chrysostomus explicite eamdem aequalitatem concedit, salva potestate ordinationis, inquiens: "Non multum spatii est inter presbyteros et episcopos. . . Sola namque ordinatione [episcopi] superiores sunt, et hinc tantum videntur presbyteris praestare" (cf. supra, p. 57), quod quidem prorsus concordat cum verbis Hieronymi: "Quid enim facit excepta ordinatione episcopus quod presbyter non faciat?" (cf. in pp. 47 et 60). Ad antiquiorem Traditionem quod attinet, in ipsa *Traditione Apostolica* invenitur satis

[80] "The doctrine of the parity of ministers," *The apostolic ministry* (prepared under the direction of K. E. Kirk, London 1947) 305-349, peculiariter 311, 314, 319, 339, 340.

[81] "Nous nous trouvons, en effet, devant une histoire assez curieuse dans les annales de la théologie: une opinion personnelle, celle de saint Jérôme, s'imposant à toute une ligne de théologiens, à la faveur de controverses locales et de documents apocryphes, et faisant force de loi dans la théologie d'Occident, jusq'à faire presqu'oublier pour une longue période une tradition ininterrompue de l'Eglise d'Orient" ("Aux origines de la théologie thomiste de l'épiscopat," *Gregorianum XXXV* [1954] 56).

[82] "If it is true that in certain respects the East remained more faithful than the West to the more primitive conception, it should not escape notice that by the conclusion of the fourth century East and West alike had adopted the view that the Christian presbyter, no less than the bishop, is a *sacerdos (hiereus).* . . They did so at almost exactly the same point in time" *(art. cit.* 340). Ad id ostendendum auctor adducit testimonia Chrysostomi et Mopsuesteni.

suggestivum signum essentialis unitatis presbyteri et episcopi quantum ad sacerdotium; ibi enim est sermo de "communi presbyterii spiritu" et de "communi et simili cleri spiritu" quem episcopus presbyteris confert in eorum ordinatione (cf. in art. 3, tom. 1, p. 839), et probabiliter etiam significatur eamdem orationem, quae dicebatur in ordinatione episcopi, dicendam fuisse quoad priorem eius partem, etiam in ordinatione presbyteri (cf. in art. 1, tom. 1, p. 310); nec improbabiliter quis videret eumdem sacerdotalis unitatis conceptum involutum in illa metaphora ipsius Ignatii Antiocheni: "Presbyterium ita coaptatum est episcopo, ut chordae citarae" *(Ephes.* 4. 1, cit. ibid., p. 236).

Secundo, eadem essentialis unitas alio modo exprimitur in classica illa distinctione *sacerdotis primi ordinis et sacerdotis secundi ordinis,* quae inde saltem ab initio saec. 5 post Innocentium I invaluit in ecclesia latina; in ea enim significatur presbyteratum et episcopatum distingui non tam ut duos ordines quam ut diversos gradus eiusdem ordinis sacerdotalis. Imo gradualis evolutio, quae observatur in attributione nominis "sacerdos" presbytero, videtur significare in ipso essentialiter contineri totum sacerdotium, ita ut episcopatus sit merus quidam apex ac complementum sacerdotii; dum enim saec. 3 solus episcopus vocaretur sacerdos tamquam nomine proprio, iam saec. 4 vox extenditur ad ipsum presbyterum, facta distinctione inter summum sacerdotem et sacerdotem simpliciter, et subinde inter primum sacerdotem et sacerdotem secundum, donec recentiori tempore, in satis communi usu, presbyter illud nomen simpliciter sibi usurpaverit (cf. in art. 1 et 3, tom. 1, pp. 90 sq. et 961). Idem sensus continetur in cognata expressione "Apex pontificatus" quae inde ab eodem Innocentio I tribuitur episcopatui in oppositione ad presbyteratum qui vocatur sacerdotium. Utramque expressionem in unam colligit Innocentius inquiens: "Presbyteri licet secundi sint sacerdotes, pontificatus tamen apicem non habent" (Ep. 25. 6);[83] paulo post Zosimus R. P. idem sequenti modo exprimebat: "Benedictio diaconatus, presbyterii sacerdotium, summus pontificatus", *(Ep.* 9; ibid. sermo est de "diacono . . . , presbyterii fastigio . . . summo pontifice").

Tertio, eadem essentialis unitas suggestive manifestatur in ipsa *septenaria enumeratione ordinum* quae inde a medio aevo apud theologos invaluit et ab ipso Cone. Trid. assumpta est (cf. supra, p. 231); in ea enim episcopatus non includitur, adeoque ut distinctus

"De hac expressione confer dicta in art. 3, p. 909, in nota.

ordo non consideratur, quod attinet nempe ad ipsam sacerdotalem ac sacramentalem rationem, ut fusius explicatum est supra (p. 231 sq.).

Ut autem haec ratio purgetur a suspicione levitatis, quam ei facile affigunt adversarii,[84] notandum est vim huius rationis non reponi in ipso numero septenario, praecise ut numero aut ut septenario, nam nemo est qui nesciat in ecclesia orientali adesse quinque tantum ordines et in ipsa ecclesia latina olim diversimode ordines numeratos ac nominatos esse, atque etiam post medium aevum, apud plures praesertim canonistas et aliquos raros theologos, octo vel novem ordines numeratos esse (inclusa nempe tonsura, vel episcopatu, vel utroque; cf. infra in art. seq., pp. 320 sq., et hic supra, pp. 187 sq., 196, in textibus Gratiani, Guidonis de Orchellis, Maldonati), nec etiam vim facimus in supposita sacramentalitate omnium horum ordinum, nam haec a quampluribus, saltem inter modernos, ordinibus infra diaconatum denegatur, sed ratio consistit in hoc quod inde a medio aevo theologi, loquentes de sacramento Ordinis et iuxta habitudinem ad ipsum distinguentes ac numerantes varios ordines, non putarunt nominandum aut distinguendum esse episcopatum, sicut ceteros ordines, sed tamquam ultimum ac supremum designarunt generaliter sacerdotium, aut ipsum presbyteratum, cuius rei non alia conveniens causa assignari potest nisi aliqua persuasio quod episcopatus non distinguatur a presbyteratu in ratione ordinis sacramentalis. Huius rationis vis confirmatur ex eo quod ipsum Cone. Trid. necnon Catechismus Cone. Trid. eam theologorum enumerationem atque existimationem secuti sunt, ut diximus supra (pp. 233, 236), imo Catechismus Cone. Trid. eam refert ad ecclesiasticam traditionem (cf. in p. 156). Nec ea vis evacuatur ex eo quod recens Constitutio Pii XII, agens de sacramento Ordinis, distincte nominat episcopatum inter tres ordines (diaconatus, presbyteratus, episcopatus), quos imo appellat "sacros ordines," nam practicus scopus, quem ea Constitutio prosequitur (determinandi scilicet materiam et formam praecipuarum ordinationum), necessario appellat distinctam nominationem episcopatus et quidem in coniunctione (quaecumque ea sit, sacramentalis vel secus) cum ipso sacramento Ordinis, ad quem unus vel plures ex illis ordinibus essentialiter pertinent.

"Lennerz: "In hoc quoque argumento vitium latet" *{De sacramento ordinis* [ed. 2, Romae 1953] 110). Boularand: "[Cet] argument se retourne contre la thèse qu'il avait à prouver"; "Aucune tradition dogmatique n'impose ce nombre des ordres. Quand Louis Billot prétend la fonder sul 'l'opinion commune et constante de tous,' il avance une erreur historique" *{art. cit.* [supra, p. 215] 17, 15). Observa Billot non loqui de traditione dogmatica sed generaliter de communi omnium sententia; tantum enim ait: "Sane vero septem in Ecclesia esse ordines, nec plures, nec pauciores, communis et concors omnium sententia est"; quibus verbis simillima, imo fortiora, sunt haec ipsius Catechismi Cone. Trid.: "Docendum igitur erit hosce omnes Ordines septenario numero contineri, semperque ita a Catholica Ecclesia traditum esse."

Traditio practica.

Sub aspectu historico pro re nostra, seu ut signum essentialis identitatis episcopatus et presbyteratus quoad ordinem sacerdotalem, adducitur tum apparens existentia duorum tantum graduum ecclesiasticae hierarchiae (sacerdotis et diaconi) in quibusdam ecclesiis in decursu saec. 2, tum peculiaris illa praxis ecclesiae alexandrinae iuxta quam presbyteri constituerint proprium episcopum.

Attamen, ex his vix quidquam solidum erui potest, tum ob incertitudinem ipsorum factorum tum ob variam explicationem quae illis attribui potest, ut constat ex dictis in articulis praecedentibus. Ceterum ex illis factis, si indebite premantur, posset quis deducere negationem non solum sacramentalitatis episcopatus sed etiam eius immediate divinae institutionis.

Sub aspectu liturgico ad rem facere posset ritus ordinationis presbyteralis prout describitur in *Canonibus Hippolyti* (cann. 30-32, cit. in art. 3, tom. 1, p. 925), nam ibi praescribitur eumdem prorsus ritum eamdemque formulam in ea ordinatione esse adhibendam ac in ordinatione episcopi, demptis quidem nomine episcopatus et ritu sessionis in cathedra, ac ratio quae assignatur est quia "episcopus in omnibus rebus aequiparatur presbytero, excepto nomine cathedrae et ordinatione, quia potestas ordinandi ipsi non tribuitur."

Attamen, huiusmodi peculiaritatem, qua *Canones Hippolyti* discrepant ab aliis antiquis libris liturgicis, G. Dix putat provenire ex errore auctoris illorum Canonum seu ex falsa interpretatione alicuius rubricae ("Sicut praediximus super episcopum") quae extat in *Traditione Apostolica* quaeque ibidem complebatur per aliam omissam vel deperditam rubricam, illi auctori ignotam, iuxta quam in ordinatione presbyteri oportebat prius dicere priorem partem orationis adhibitae in ordinatione episcopali ac subinde addere propriam presbyteralem orationem (cf. in art. 1, tom. 1, p. 310, in nota).

Sub aspectu ministeriali ad rem nostram omnino facit *ratio ministri extraordinarii*™ quae competit ipsi presbytero quoad propria munera

"Quidam, plus aequo in unum commiscentes binas quaestiones de immediate divina institutione episcopatus et de eius sacramentalitate, in tota praesenti disputatione invocant vel commiscent etiam factum sic dictarum *reordinationum.* Attamen, ex hoc facto nihil deduci potest in confirmationem sententiae negantis sacramentalitatem episcopatus nec ipsum ad rem nostram ullatenus pertinet. Si enim admittitur tum factum reordinationum, tum impossibilitas erroris in illis reordinationibus, solutio duplex esse potest: vel quod episcopatus est immediatae institutionis ecclesiasticae (iuxta sententiam refutatam in art. praec.), ac ideo Ecclesia potest ponere conditiones ad validum exercitium illius, ita ut, ipsa prohibente, episcopus invalide ordinet; vel quod episcopatus ex ipsa rei natura ligatur iurisdictione, quatenus facultas ordinandi importet aut requirat iurisdictionem, qua ab Ecclesia subtracta, episcopus invalide ordinet (cf. opinionem Baisi, in p. 262 sq.); in priori explicatione, negatur non quidem sacramentalitas

episcopi, scilicet quoad administrationem tum Confirmationis, tum forsan Ordinis; quibus addi potest facultas benedicendi oleum Confirmationis et Extremae Unctionis, quatenus ea dicatur esse propria episcopi sub ratione validitatis, iuxta sententiam expositam in tractatibus *De Baptismo et Confirmatione* 318 sq. et *De Extrema Unctione* I 362-377.

Stando ad duas priores facultates quae ab omnibus dicuntur proprie episcopales, quatenus vi ipsius ordinationis solus episcopus, non vero presbyter, valide confirmet ac ordinet, factum ipsum extraordinariae facultatis confirmandi, collatae simplici presbytero, certum hodie ac evidens est ex ipsa Ecclesiae disciplina; quoad concessionem vero facultatis ordinandi, si quis admittat ordines minores esse sacramentales, eius existentia pariter ac eadem ratione certa est, secus vero id dependet ab hodie agitata quaestione (inferius, in tom. 3, art. 26, explicite consideranda) de authenticitate et sensu trium Bullarum Bonifatii IX, Martini V et Innocenti! Vili, quibus saec. 15 dicitur concessa simplicibus presbyteris facultas conferendi diaconatum et presbyteratum, qui sunt ordines certo sacramentales.

Ex hoc igitur facto concessae presbyteris facultatis confirmandi et ex ampliori ac valde peculiari concessione ipsius maxime episcopalis facultatis conferendi sacramentales ordines diaconatus et presbyteratus (quatenus haec non improbabiliter admitti potest et a pluribus adversariis asseveranter defenditur) signantissima certe peti potest confirmatio sententiae S. Thomae negantis proprie dictam sacramentalitatem episcopatus.[80] Si enim episcopalis potestas est proprie

episcopatus sed eius immediate divina institutio, in altero vero male intelligitur propria indoles potestatis Ordinis, eam commiscendo potestati iurisdictionis, utut sacramentaliter collatae. Ceterum de reordinationibus erit quaestio in proprio loco (art. 16, in tom. 3).

"Vim huiusmodi confirmationis, uno vel alio modo fateri coguntur non pauci theologi, etiam inter illos qui pugnant pro sacramentalitate episcopatus; imo quidam ex ea ipsa confirmatione inducti sunt ad amplectendam ipsam opinionem de non sacramentalitate episcopatus.

Pius de Langonio, supra cit., in p. 161 sq. Cui videntur essentialiter consentire Boudinhon et Fofi (cf. ibidem, in nota).

Hocedez: "L'opinion des modernes qui, à l'encontre de saint Thomas et de tous les anciens scolastiques, affirment que la consécration épiscopale est un sacrement . . .me semblerait fort compromise [si le prêtre peut-être ministre extraordinaire du diaconat et du presbytérat]" (cf. supra, p. 162).

Gerlaud: "En réalité, l'objet du vrai problème [qui se dégage du privilège dont il est question dans les bulles d'Innocent Vili et de Boniface IX] est la nature du pouvoir ministériel dans le sacrement de l'ordre. Qu'est-ce que l'épiscopat? Qu'est-ce que le sacerdoce?" ("Le ministre extraordinaire du sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* XXXVI [1931] 885; cf. supra, p. 165).

Baisi: "Nota . . . giustamente [Hocedez], che una soluzione [alla questione del ministro straordinario dell'Ordine] può essere trovata nell'opinione di S. Tommaso che l'episcopato non è un nuovo sacramento, ma un'estensione del carattere sacerdotale; mentre invece la posizione derivata dalla bolla citata [di Bonifacio IX] si mostrerebbe insostenibile nell'opinione dei moderni che la consecrazione episcopale è un sacramento

sacramentalis (et a fortiori si dicatur consistere in novo quodam charactere aut in proprie dicta extensione characteris presbyteralis), non videtur quomodo a Papa concedi possit presbyteris per meram extrinsecam commissionem et absque collatione sacramenti; nec valet recurrere cum uno vel altero peregrino doctore moderno ad aliquam "potestatem excellentiae" vi cuius Ecclesia possit effectum sacramenti, a Christo instituti, etiam sine sacramento conferre, nam, ut amplius explicabitur infra (p. 278), existentia huiusmodi potestatis, antiquis theologis ignota et ab eis denegata, non congruit simultaneae existentiae ipsius sacramenti a Christo instituti (cf. infra, p. 271, 274). Si e contrario ea potestas non est sacramentalis sed mere hierarchica (utut Ordinis nec iurisdictionis), facilius concipitur quomodo huiusmodi concessio fieri possit, absque aliqua ordinatione de genere episcopalis consecrationis, per immediatam nempe communicationem pro-

nuovo, e imprime un nuovo carattere" *[Il ministro straordinario degli ordini sacramentali* [Roma 1935] 114).

Bonetti: "Tutta la difficoltà [nel concepire l'indole del ministro straordinario] deriva dal fatto che si concepisce il potere di amministrare la Confirmazione et l'Ordine, come un potere di natura sacramentale. E la difficoltà sembra affatto insormontabile, finché ci si tiene su questo piano di idee, perchè non si riuscirà mai a conprendere come un atto di autorità del Papa possa comunque incidere su un potere sacramentale" ("Il potere di ordine extrasacramentale. . . ," *Divus Thomas* [Piacenza] LI [1948] 144).

Bozzolai "Res historice adhuc non apparet satis explorata [quod attinet extraordinarium ministrum sacramenti Ordinis]: theoretice videretur ex opposita sententia [id admittente] sequi episcopalem consecrationem nihil aliud esse, contra communem sensum, nisi aliquam solemnem collationem potestatis iurisdictionis [??], ideoque potestatem ordinis presbyteri et episcopi nihil prorsus differre" *{De sacramentis,* n. 495).

Vermeer ex extraordinaria potestate presbyteri conferendi diaconatum et presbyteratum concludit negandam esse episcopatus sacramentalitatem ("Is de priester buitengewoon bedienaar der H. Wijdingen?," *Bijdragen* XIII [1952] 262-275; XIV [1953] 277-283).

Boularand: "La thèse négative [i.e. qui nie la sacramentalité de l'épiscopat] . . . trouve --- un regain de faveur des environs de 1900 à 1940, en raison des faits troublant concernant les origines de l'épiscopat monarchique et le ministre extraordinaire des ordinations majeures, que certains expliquent en s'inspirant des vues de saint Thomas" *{art. cit.* [supra, in p. 215] 7).

Bouëssé ex doctrina de extraordinario ministro presbyteratus deducit saltem episcopatum non conferre characterem, etsi adhuc sustineat episcopatum esse nihilominus sacramentum (cf. supra, p. 218).

Beyer, admisso privilegio quod per tres Bullas dicitur concessum presbytero ut sit minister diaconatus et presbyteratus, ait hanc Ecclesiae praxim confirmare irrefutabiliter doctrinam S. Thomae aliorumque antiquorum iuxta quam episcopatus non est sacramentum: "L'usage de l'Eglise confirme irréfutablement leur doctrine" *{art. cit.* [supra, in p. 114] 369).

Fernandez ipse, qui pugnaciter defendit sacramentalitatem episcopatus, fatetur saltem hanc sententiam augere difficultatem solvendi problema de presbyteri potestate, ut ministri extraordinarii sacramenti Ordinis, cum, admissa hac potestate, videretur logice sequi episcopatum non esse sacramentum: negat tamen id necessario sequi. "Con esta base doctrinal nos debemos enfrentar con el problema del ministro extraordinario del orden y de la confirmación. No ignoramos que la posición adoptada respecto al carácter sacramental del episcopado aumenta las dificultades. Pero no hemos querido sacrificar una doctrina que juzgamos bastante segura en aras de la propria conveniencia" ("Distinción entre episcopado y presbiterado . . . ," *XV Semana española de teología* [Madrid 1956] 191; cf. 228).

cedentem ab ipsa hierarchica potestate Papae, in quo, tamquam in altiori ac charismatico fonte, residet omnis plenitudo episcopalis ipsius potestatis, tam iurisdictionis quam Ordinis. Ad rem S. *Thomas:* "Papa in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest quaedam quae sunt superiorum ordinum committere quibusdam inferioribus, sicut quibusdam presbyteris concedit conferre minores ordines, quod pertinet ad potestatem episcopalem. Et ex hac plenitudine potestatis concessit beatus Gregorius Papa quod simplices sacerdotes hoc sacramentum [Confirmationis] conferrent" (3 p., q. 72, a. 11, ad 1); "Papa, qui habet plenitudinem potestatis pontificalis, potest committere non episcopo ea quae ad episcopalem dignitatem pertinent . . ., et ideo ex eius commissione aliquis sacerdos simplex potest conferre minores ordines et confirmare" *{Suppi,,* q. 38, a. 1, ad 3; cf. *In 4 Sent.,* dist. 7, q. 3, a. 1, q. 3).

Exinde etiam facile .explicatur quare eadem potestas in episcopo sit ordinaria et inamovibilis, atque ad modum moralis cuiusdam ac improprie dicti characteris illi adhaereat, utpote quae conferatur per determinatum aliquem ac consecrativum ritum, ab ipso Christo institutum etsi fortasse non determinatum, in presbytero vero sit extraordinaria et amovibilis, utpote ad nutum causata per purum ac revocabilem actum altioris hierarchicae potestatis, quae valeat ad determinatum aliquod hierarchicum exercitium elevare subiectum propria potestate in eo ordine destitutum.

Unica ac speciosa obiectio, quae nostro discursui opponi potest, est quod, etiam supposita non sacramentalitate episcopalis potestatis, adhuc non explicatur quomodo a Papa ea concedi possit presbytero per meram extrinsecam commissionem absque collatione ordinationis (utut non sacramentalis), si semel supponamus hanc episcopalem ordinationem, et episcopatus a presbyteratu distinctionem, esse iuris divini. Unde ex praefata papali concessione nulla confirmatio provenit sententiae negantis sacramentalitatem episcopatus, sed potius confirmaretur radicalior sententia, reiecta in art. praec., quae negat ipsam immediatam divinam institutionem distinctionis episcopatus a presbyteratu. Propterea in favorem illius sententiae confidenter urget *Congar:* "Il est clair que si l'épiscopat et le presbytérat sont des ordres strictement distincts de par une institution divine, les actes propre de l'évêque ne peuvent être exercés par le simple prêtre demeurant simple prêtre; et on ne voit pas comment une autorisation papale changerait sa qualité de simple prêtre".[87]

Attamen, discrimen in hac re inter hypothesim sacramentalitatis

n Art. cit. **(supra, in p. 115) 125.**

episcopatus et hypothesim non sacramentalitatis eius in eo est, quod in priori hypothesi eadem potestas esset simul sacramentalis in episcopo et non sacramentalis in presbytero, et idem effectus procederet a causa sacramentali et a causa non sacramentali. E contrario, in altera hypothesi eadem potestas esset eiusdem generis sive in episcopo sive in presbytero, seu non sacramentalis sed mere hierarchica, et pariter idem effectus procederet a causa quae, etsi materialiter duplex (ordinatio, commissio), formaliter tamen est eiusdem generis, scilicet indolis mere hierarchicae. Ea autem materialis dualitas sequenti modo convenienter explicatur: Deus quidem instituit episcopatum ut potestatem hierarchicam non sacramentalem, conferendam per determinatum ritum consecrationis seu ordinationis non sacramentalis; simul tamen in eodem genere hierarchico non sacramentali instituit supremum Pontificatum, qui quidem confertur non per aliquem ritum consecrationis sed per aliquem variabilem modum electionis sive designationis; huic autem supremo gradui pontificalis (nec tantum iurisdictionalis) hierarchiae connaturaliter competit ut possit, vi ipsius plenitudinis potestatis, directe committere alicui subiecto, aliunde capaci, aliquam participationem suae hierarchicae potestatis, qualia sunt ipsa episcopalia munia confirmandi et ordinandi, dummodo nec supprimat episcopatum divinitus institutum nec etiam, per praefatam episcopalium munerum directam communicationem presbytero, frustraneam reddat ipsam existentiam episcopatus. Unde per hoc quod Deus instituit episcopatum, minime suppressit nativam vim Supremi Pontificatus, quemadmodum per hoc quod instituit Baptismum, ut medium iustificationis,. non suppressit nativam vim contritionis relate ad eumdem effectum. Unde duo habentur modi obtinendi eamdem potestatem confirmandi et ordinandi: per divinitus scilicet institutam episcopalem consecrationem et per ipsius Papae directam commissionem, quae suam efficaciam derivatur ex ipsa natura Supremi Pontificatus, pariter divinitus instituti; prior tamen modus, ratione directae suae institutionis, assumit indolem medii ordinarii, quo proinde constituitur minister ordinarius, alter vero modus assumit consequenter rationem medii extraordinari, quo proinde constituitur minister extraordinarius, quemadmodum, ob sui directam institutionem, Baptismus habet rationem medii ordinarii iustificationis, contritio vero detruditur ad rationem medii extraordinarii, influentis ex ipso voto Baptismi.

Et haec quidem facilior explicatio huiusmodi extraordinariae facultatis, ratio fuit quare apud plures modernos eruditos, etiam scholae thomisticae extraneos, sententia S. Thomae novellum favorem obtinuerit, praecipue post recentiora studia et inventa quae quibusdam visa

sunt quammaxime suadere olim presbyteris concessam fuisse facultatem exequendi ipsum signantissime episcopalem actum sacramentalis ordinationis.[88]

Argumentum autem extenditur ac corroboratur ex consideratione debilitatis et incongruentiae variorum modorum, quibus patroni sacramentalitatis episcopatus conantur sese extricare ab huiusmodi difficultate, quam ceteroquin sincere agnoscunt™ Quorum modorum tanta est, nunc realis nunc verbalis, varietas ac discordantia, ut vix ad determinatam aliquam classificationem reduci queant. Varietas respicit tum naturam actus per quem Papa concedit presbytero extraordinariam facultatem (an nempe sit actus iurisdictionis, an Ordinis, an aliquid utraque ratione mixtum),[90] tum naturam ipsius collatae facultatis in ipso presbytero (an pariter sit unius vel alterius ex eisdem tribus modis),[91] tum ipsam existentiam extraordinariae illius potestatis in presbytero, antecedenter ad permissivum actum R. Pontificis, utrum scilicet presbyter ipsam potestatem iam possideat, saltem substantialiter, ita ut actus Papae se habeat tantum veluti ab extrínseco eam complens, nempe non in se sed relate ad hunc actum, an vero presbyter eam potestatem nullatenus habeat, ita ut actus Papae intrinsece et secundum se compleat ipsam potentiam presbyteralem per additionem novae potentiae. Congruentius videtur varias opiniones classificare iuxta tertiam hanc considera-

"Pium de Langonio, ad finem textus supracitati, in p. 161 sq.

Boularand: "Reste la difficulté majeure provenant de ce que le simple prêtre, par concession apostolique, peut devenir le ministre extraordinaire de la confirmation et de l'ordre, sacrements qui relèvent du ministère ordinaire de l'évêque *(art. cil.* [supra, in p. 215] 22).

"Ut constabit ex infra dicendis, communissime auctores eam potestatem dicunt esse iurisdictionis. Quidam tamen pauci inter modernos loquuntur de altiori quadam potestate, in qua veluti commiscentur ratio iurisdictionis et ratio Ordinis, eamque *Michel* vocat potestatem ministerialem, *Boularand vero* "potestatem excellentiae," *Congar* tandem potestatem liturgicam (cf. in pp. 267-270).

wUt constabit ex variis opinionibus mox referendis, maior est varietas in hac re. Ceterum quaestio dupliciter poni potest. *Primo* nempe: quid accipiat presbyter a Papa, utrum potestatem Ordinis an iurisdictionis; cui quaestioni generatim respondent: potestatem iurisdictionis; quidam tamen (ut Congar, Boularand et forte Bouëssé) loquuntur de peculiari potestate, media inter utramque. *Secundo:* per quid presbyter confirmet vel ordinet, utrum per potestatem Ordinis an iurisdictionis; communiter respondent: per potestatem Ordinis, quam potestas iurisdictionis reddit expeditam ad agendum (Suarez, Bellarminus, Billuart, Diekamp, Journet, Gigon, Hugon, Dolger, Baisi, Straub, Boulanger, Michel); quidam tamen loquuntur de quadam potestate media vel mixta, quam non uno modo omnes intelligunt (Lehmkull, Môrsdorf, Congar, Boularand, Bouëssé); pauci videntur loqui de sola potestate iurisdictionis, ac si haec sola sit principium agendi, dum potestas Ordinis presbyteralis sit merum praerequisitum: ita quidam mediaevales (cf. supra, p. 176), Card. Contarini (cf. in p. 264), et Card. D'Annibale *(Theol. mor.* III, n. 282), in cuius auctoritate fundatur sequens votum expressum occasione alicuius casus decisi in S. C. Concilii, 11 dec. 1897: "Siquidem episcopi confirmationis sacramentum conferunt ex potestate Ordinis, alii simplices sacerdotes ex potestate iurisdictionis a Summo Pontifice delegatae" *(Analecta ecclesiastica* VI [1898] 107; item *Codicis luris Canonici Fontes* VI 775).

tionem tum quia est magis logica ac radicalis, tum quia satis proxime connectitur cum variis modis quibus iidem patroni sacramentalitatis episcopatus explicant quid ipsa potestas episcopalis, accepta per consecrationem, addat potestati presbyterali (cf. supra, pp. 224-227). Duplex autem ille modus considerandi, per subdivisionem prioris, *triplicem sequentem generalem explicationem prodit,* quae ipsum ordinem cronologicum sequi videtur.

Prima explicatio: Presbyter, vi suae ordinationis, *iam habet potestatem* confirmandi et ordinandi,[92] sed tantum *inchoatam vel incompletam;* per concessionem autem Papae (quae quidem est actus mere iurisdictionis) ea potestas perficitur ac completur, ita ut possit producere actum, quem absque hoc complemento non poterat.

Haec est satis communis explicatio apud antiquiores theologos, quos sequuntur plures etiam inter modernos. Ceterum non unus est modus dicendi, prout praefatum complementum consideratur potius ut aliquid positivum, magis vel minus directe afficiens ipsam potentiam presbyteralem, vel e contrario ut exterior quaedam ac negativa conditio requisita ad agendum; in qua altera expositione fit proximus accessus ad secundam explicationem infra referendam, ita ut nonnisi verbale aliquod discrimen iam relinquatur. Satis sit referre modos dicendi trium theologorum, *Suaresii* scilicet,[93] *Bellarmini* et *Billuart,* quorum auctoritatem alii facile sequuntur; Billuart autem ideo hic referimus, quia repraesentat aliquam deviationem a pura linea sententiae S. Thomae, ut supra explicatum est (pp. 175-183); quod quidem sit dictum etiam de quibusdam aliis thomistis, ut Billot, Lepicier, Diekamp, Hugon, Daffara, Gigon, Congar, quos suo loco referemus.

Suarez docet presbyterum vi suae ordinationis habere *potentiam remotam* ad confirmandum, quae quidem fit proxima quatenus coniungitur supervenienti commissioni Papae, per quam proinde veluti completur, *extenditur et applicatur;* idque convenienter intelligi ex eo quod character non est potentia physica sed moralis, adeoque pendere potest, saltem relate ad aliquem actum, ab aliqua morali commissione

[92] Idem intellige etiam de potestate benedicendi utrumque oleum Confirmationis et Extremae Unctionis, quatenus episcopalis benedictio requiratur ad validitatem; item potestatem ordinandi intellige quoad ordines qui sunt sacramenta, iuxta minorem vel maiorem extensionem quam praesens quaestio accipit apud varios auctores tam antiquos quam modernos. Apud antiquiores quaestio erat de Confirmatione et ordinibus minoribus (acceptis ut sacramentis), apud moderniores vero quaestio extensa est ad ordines maiores, signanter ad diaconatum et presbyteratum. Unde varii auctores de hac loquuntur vel in tractatu de Confirmatione vel in tractatu de Ordine vel in utroque; occasionaliter res tangitur etiam in quaestione de ministro benedictionis olei Confirmationis vel Extremae Unctionis (de quo confer A. Kilker, *Extreme Unction* [St. Louis, Mo. 1927] 305-312).

[93] Ut notavimus supra, p. 157, Suarez probabilem saltem dicit sententiam S. Thomae.

et ab ea tali modo extendi sive compleri. Ad rem ipse: "Recte intelligimus potuisse Christum Dominum instituere, ut sacerdoti simplici ex vi suae ordinationis non daretur potestas proxime et in actu primo (ut sic dicam) ad conferendum hoc sacramentum [Confirmationis], sed haec daretur soli episcopo per consecrationem eius, et nihilominus simul voluisse Christum, ut sacerdos ex vi suae ordinationis esset (ut sic dicam) in potentia remota, ut adiuncta commissione seu delegatione Pontificis, posset hoc sacramentum conferre"[94]; "Character episcopalis est sufficiens principium huius sacramenti [Confirmationis] et necessarium in ministro ordinario et ex officio, non tamen absolute et simpliciter, quia etiam character sacerdotalis potest sufficere, non tamen per se, et veluti vi sua, sed quasi extensus vel applicatus per concessionem Pontificis; cum enim character non sit potentia physica, sed signaculum quoddam, induens quandam rationem moralis potentiae seu facultatis, facile intelligi potest in aliqua actione pendere ex concessione seu facultate morali iuxta Christi institutionem."[96]

Bellarminus docet presbyterum vi suae ordinationis habere, relate ad Confirmationem, characterem sive *potentiam inchoatam, imperfectam et dependentem* a voluntate superioris, quae quidem perficitur per commissionem Papae; idque non difficulter intelligi ex eo quod character non est potentia physica sed signum pacti divini sive promissionis conferendi influxum his tantum qui illud signum habent, quod quidem pactum, quod attinet ad presbyterum, est absolutum relate ad sacramenta Eucharistiae et Baptismi, conditionatum vero relate ad Confirmationem; hinc commissionem Papae, purificando eam conditionem, vere complere characterem presbyteralem, ita ut presbyter per suum characterem confirmet. Ad rem ipse: "Character episcopalis, sive sit alius a presbyterali, sive idem extensior et maior, est potestas absoluta et perfecta et independens conferendi sacramenta Confirmationis et Ordinis . . . : character autem presbyteralis est quidem potestas absoluta, perfecta et independens quoad sacramentum Baptismi et Eucharistiae, est autem potestas inchoata, imperfecta et dependens a voluntate superioris quoad sacramentum Confirmationis. Quocirca nisi perficiatur per dispensationem superioris ea potestas, presbyter confirmando nihil ageret, at si perficiatur, iam ex ipso suo charactere confirmabit. Id quod minus mirum videbitur, si cogitemus characterem non esse physicam aliquam potentiam, quae physice aliquid operetur (tunc enim difficile esset intelligere quo-

*** *De Sacramentis,* disp. 36, sect. 2, n. 11, *Opera omnia* XX (ed/C. Berton, Parisiis: Vives 1866) 682. Suaresii explicationem praefert inter modernos *A. Vanneste* (cf. infra, p. 268, in nota).**

*** *Ibid.* n. 17, p. 685.**

modo posset perfici per dispensationem pontificiam), sed esse signum divini cuiusdam pacti, quo Deus concurrit ad effectum sacramentalem producendum cum eo, qui habet characterem, et non cum aliis: facile enim est intelligere unum characterem esse signum pacti absoluti, alium autem esse signum pacti conditionati."[96]

Billuart docet prebyterum habere relate ad Confirmationem et aliquam Ordinationem *potestatem inchoatam et incompletam,* quae quidem *perficitur, completur et extenditur* per accedentem commisionem Papae; characterem episcopalem esse eumdem cum charactere sacerdotali, ita tamen ut addat illi maiorem extensionem, qua presbyter fit capax per praefatam commissionem. Cum alibi Billuart doceat characterem presbyteralem per episcopalem "extendi, non moraliter sed per realem et physicum modum ad ministeria ulteriora" (cf. supra, p. 160), sequeretur eam maiorem extensionem, qua presbyter fit capax per commissionem Papae, esse pariter realem et physicum modum susceptum in charactere presbyterali; attamen hoc ipse explicite non dicit, nec si instantia occurreret, fortasse dicere auderet, cum, ut recte observat Bellarminus nuper citatus, difficile esset intelligere quomodo character per dispensationem pontificiam (eamque ceteroquin revocabilem) perfici possit. Confer infra, p. 261, quomodo *Hugon* (et forte etiam *Gigon)* sententiam Billuart interpretatur. Ad rem ipse Billuart: "Confirmare iure ordinario, est actus ordinis episcopalis; confirmare autem iure extraordinario, est actus ordinis sacerdotalis, quatenus per illum confertur potestas inchoata et incompleta ad confirmandum, quae per legitimam dispensationem Ecclesiae perficitur et completur, eo ferme modo quo episcopus vi suae ordinationis est minister ordinarius ordinum et simplex sacerdos vi suae ordinationis habet quod possit delegari ad eos saltem aliquos conferendos. . . Quantum ad Confirmationem, sacerdotium proxime accedit ad episcopatum, a quo non differt nisi per hoc quod episcopatus sit potestatis magis extensae, inquantum scilicet continet potestatem confirmandi et ordinandi . . . ; unde potestas sacerdotii potest dici inchoata ad ista duo munia et accedente delegatione ad illa extendi. . . Confirmatio pendet a charactere episcopali, qui est idem cum charactere sacerdotali, solum differens per maiorem extensionem, cuius proinde potest sacerdos esse capax extraordinarie et per delegationem."[97]

Secunda explicatio: Presbyter, vi suae ordinationis, *iam habet potestatem* ad confirmandum et ordinandum, et quidem *completam,*

***De sacramento Confirmationis,* c. 12, *Opera omnia* III (Mediolani 1859) 232.**

[91] *Tractatus de Confirmatione,* diss. unica, a. 7, §2, *Cursus theologiae* (ed. nova, Parisiis 1904) IX 30 sq.

sed tamen *impeditam,* quoad exercitium sui actus; commissio autem Papae huiusmodi impedimentum removet, ac pro tanto, seu ut requisita conditio, extrinsecum complementum affert. Hoc modo plures moderniores conati sunt, saltem verbaliter, reformare rigidiorem positionem Suaresii, Bellarmini et Billuart, concedendo maiorem vim ipsi presbyterali characteri, minorem vero extrínseco actui commissionis Papae; discrimen (ceteroquin apud plures fere verbale) in eo est quod dum in priori explicatione effectus papalis commissionis consideratur ut verum quoddam ac veluti intrinsecum complementum et extensio characteris presbyteralis, in hac explicatione consideratur potius ut mera extrínseca conditio seu remotio impedimenti. Ceterum quod attinet ad ipsam indolem huius removendi impedimenti, iterum duplex modus concipiendi occurrit: alii enim illud intelligunt in ipsa linea Ordinis, alii in linea iurisdictionis.

Juxta primum modum™ aliqui auctores, ut *Diekamp* et *Journet,* loquuntur de *potentia alligata* quoad exercitium sui actus, quam alligaturam solvit commissio papae (veluti negativa quaedam conditio); alii ut *Gigon* et *Hugon,* loquuntur potius *de potentia non elevata aut non applicata,* quam ea commissio elevat vel applicat ad peculiarem actum (veluti positiva quaedam conditio).

Diekamp: "Potestas confirmandi consideranda est ut potestas ordinis presbyteratus. Sed simplici sacerdoti ita confertur, ut sit adhuc ligata, et quoad exercitium a S. Sedis induito dependet."[90]

Journet: "Les prêtres ont le pouvoir physique de confirmer et d'ordonner. L'exercice valide de ce pouvoir dépend pour eux d'une condition morale, à savoir d'une concession du souverain pontife. C'est bien dans la ligne de l'ordre, c'est en ce qui concerne l'exercice valide de leur pouvoir de confirmer et d'ordonner, que les prêtres sont inférieurs aux évêques. Mais c'est au contraire par un pur acte juridictionnel que le souverain pontife délie leur pouvoir de confirmer et d'ordonner. Le prêtre, délié par le pape, agit dans la ligne de l'ordre; le pape déliant le prêtre, agit dans la ligne de la iuridiction."[1]

MHaec est sententia longe communior apud modernos theologos, tam dogmaticos quam morales. Ceterum cum ipsa vix, nisi fere verbaliter, distinguatur a sententia Suaresii, Bellarmini et Billuart, mirum non est ab aliis communiter horum doctorum auctori* tatem invocari, ac multiformiter apud eos sermonem esse de potentia alligata, non expedita, dependenti, conditionata, limitata, remota, radicali. Ita inter alios, *Perrone, Holtzclau, Gasparri, Billot, Hermann, Prevel, Jugie, Lépicier, Hervé, D'Alès, Pitig de la Bellacasa, Diekamp, Hugon, Zubizarreta, Cappello, Daffara, Crosignani, Alvarez-Menendez, Gigon, Piolanti, Onclin, Solà, Journet, Gy, Vanneste* (cf. infra, p. 268).

"*Theologia dogmatica* IV (ed. A. Hoffmann, Parisiis 1946) 130.

****Art. cit.* (supra, in p. 212) 101 sq. Cf. alia verba ibidem citata. Similis explicatio invenitur apud aliquos antiquiores thomistas, uti Salmanticenses (qui tamen rem nonnisi transeunter tangunt), *De sacramentis in communi,* disp. 5, dub. 2, n. 41, *Cursus theologicus* XVII (Parisiis 1881) 442 sq.**

Gigon: "Fundamentalis perfectio sacerdotii habetur radicaliter in simplici presbytero; unde presbyter radicalem potestatem possidet ad presbyterum ordinandum; ipsi tamen deest potestas immediata, proxima. Simplex presbyter elevatur ad potentiam proximam, perfectam confirmandi et ordinandi, accedente: a) vel consecratione episcopali, quae invariabiliter permanet; b) vel competenti commissione Summae Potestatis Ecclesiasticae, quae commissio se extendit secundum voluntatem delegantis. . . . Unde in Summo Pontifice qui plenitudinem absolutam possidet potestatis, melius intelligitur actuatio maior characteris sacerdotalis, seu ius extendendi characterem presbyteratus ad primitivam perfectionem cuiuslibet sacerdotii."[2]

Hugon, relatis verbis Billuart supra citatis, concludit: "Itaque Summus Pontifex non addit characteri sacerdotali novam potestatem intrinsecam, sed facit ut character sacerdotalis se extendat actu ad aliquem actum qui poterat ipsi ab aliqua potentia superiori praesentari; sicut auris, dum per telefonium audit, non recipit novam virtutis aut actus speciem, sed se extendit ad obiectum quod debebat ipsi ope instrumenti praesentari et aptari."[3]

Hanc ultimam Hugon expositionem, quam, pro tempore nec adhuc intimius explorata re, optimam opinabamur, sic nos ipsi illustravimus in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* (p. 400): "Presbyter . . . vi ordinationis accipit, in ipso physico charactere, potestatem ordinis ad confirmandum, Deus autem huic characteri et potestati influxum ad valorem sacramenti requisitum non praebet nisi accedente extrínseca conditione facultatis superioris ecclesiasticae iurisdictionis. Hoc sensu plures theologi dicunt presbyterum accipere tantum potestatem in actu primo, vel radicaliter, vel alligatam, vel potestatem non actum. Melius dicatur eum accipere potestatem simpliciter ac completam, quamvis impotentem transire ad actum propter defectum extrinsecae conditionis ad causalitatem requisitae. Cum ergo facultas confirmandi accedit, nequaquam ea potestas intrinsece completur aut character sacerdotalis augetur, quoniam haec nonnisi per repetitum sacramentum fieri possent nec iterum amitti possent dum, recedente facultate, presbyter iterum inhabilis redditur ad confirmandum. Id non inepte illustrari potest ex analogia rerum naturalium. Ita, instrumentum telephonicum vel telescopicum nullam intrinsecam virtutem addit facultati auditivae vel visivae, nec est causa auditionis vel visionis, sed tantummodo conditio requisita ad hoc ut nativa et in se perfecta potentia applicetur ad peculiare obiectum et transeat in peculiarem actum, ita ut, praedictis instrumentis remotis, nec auris audire possit

[2] *De sacramento Ordinis* (Friburgi Helv. 1945) 51 sq.
[3] *Tractatus dogmatici* III (ed. 14, Parisiis 1948) 273.

quod audiebat nec oculus videre quod videbat, quin inde ipsa potentia auditiva vel visiva ullatenus minuatur."

luxta secundum modum, quo scilicet impedimentum, per pontificiam concessionem remotum, dicitur esse *in linea iurisdictionis,* hoc ipsum dupliciter explicatur:

Primo enim, quidam, ut *Praxmarer Dôlger De Smet? De Guibert,*[l] *E. Berch* et *A. Mostaza Rodriguez,*[9] docent concessionem pontificiam auferre *impedimentum positivum* ipsius legis ecclesiasticae, quae invalidât Confirmationem administratam a simplici presbytero, ac ideo effectum concessionis esse mere negativum. Dicunt scilicet presbyterum, vi suae ordinationis et iuxta institutionem divinam, accipere potestatem completam quae se extendit etiam ad confirmandum, ita ut, attento solo iure divino, presbyter valide confirmet quin indigeat speciali commissione R. Pontificis. Attamen quia ex una parte Christus dedit Ecclesiae potestatem restringendi validum exercitium potestatis presbyteralis per suam iurisdictionem et ex alia parte Ecclesia hac potestate de facto usa est, saltem post priora saecula et quoad presbyteros latinos, iubendo ut soli episcopi confirment nec presbyteri valeant valide confirmare nisi per specialem concessionem S. Pontificis, hodie in presbyteris latinis eorum potestas impedita manet quoad exercitium actus confirmandi, donec accesserit pontificia commissio, quae proinde minime confert aliquid positivum, puta aliquam potestatem ordinis aut iurisdictionis, sed tantum iurisdictionaliter dispensat a praefata sua lege restrictiva, ita ut presbyteralis potestas ordinis, secundum se undequaque completa, fiat libera ad proprium actum exercendum.

Ut patet, in hac sententia defectus potestatis in presbytero, vel melius invaliditas Confirmationis ab eo administratae, revocatur non ad ius divinum sed ecclesiasticum, vel si placet ad ius divinum mediatum, aut ad ius ecclesiasticum determinans ius divinum. Sub qua ratione, ad hanc sententiam reduci potest etiam opinio *Michel* infra referenda (p. 267), qui ceteroquin hanc cognationem, imo paternitatem, agnoscit, in "Questions de science ecclésiastique," *L'ami du clergé* LUI (1936) 310.

Secundo, alii docent concessionem pontificiam auferre *impedimentum negativum,* scilicet defectum iurisdictionis ecclesiasticae, requisi-

[*] ***Loc. cit.*** **(supra, in p. 116).**
[*] ***Das Sackrament der Firmung*** **(Wien 1906) 217-222.**
[•] ***De Baptismo et Confirmatione*** **(ed. 2, Bruges 1925) 308.**
[T] **"Confirmation,"** ***Dictionnaire apologétique de la foi catholique*** **I (Paris 1925) 654.**
[*] ***In Nouvelle revue théologique*** **(1947) 82-87.**
[9] ***El problema del ministro extraordinario de la Confirmación*** **(Salamanca 1952) 294-298, 372-374.**

tae ad validam collationem Confirmationis et Ordinis, ac ideo effectum illius concessionis esse positivum, seu consistere in collatione necessariae iurisdictionis. Dicunt scilicet ad administrationem Confirmationis et Ordinationis, imo omnium sacramentorum, quae respiciunt fideles, requiri aliquam iurisdictionem, seu aliquam potestatem qua quis constituatur superior ei cui sacramentum administrat, cum agatur de potestate exercenda circa subditos Ecclesiae (excipiuntur ergo duo tantum sacramenta quae non respiciunt subditos: Baptismus qui exercetur circa infideles et Eucharistia quae respicit Christum seu ipsum caput Ecclesiae); quoad Confirmationem et Ordinem haec potestas episcopo confertur et quidem stabiliter ac iure proprio per ipsam consecrationem, qua constituitur praeses Ecclesiae, presbytero vero debet conferri per peculiarem actum R. Pontificis, quo deficiente, propria Ordinis potestas, quam presbyter iam completam habet, nequit exerceri, cum careat conditione necessaria ad suum exercitium, seu designatione subiecti; in quo quidem observatur partialis paritas simul ac disparitas cum potestate absolvendi, nam ad absolvendum iurisdictio requiritur ut complementum potestatis, cum absolutio sit actus utriusque potestatis Ordinis et iurisdictionis, ad confirmandum vero et ordinandum, cum sint actus solius potestatis Ordinis, iurisdictio requiritur ut mera conditio ad hoc ut propria potestas possit suum actum exercere.

Hanc expositionem his fere terminis proposuit recenter *Baisi,* quem citavimus supra (pp. 206 sq.). Ipse quidem provocat ad plures alios theologos, tamquam ad implicitos saltem patronos suae opinionis, uti Pseudo-Alexandrum Halensem, Albertum M., Aureolum, Contarini, Suarez, Praxmarer, Dblger, Lepicier, Deslandes,[10] sed videtur confundere quaestionem an actus quo R. Pontifex concedit presbytero facultatem confirmandi et ordinandi sit actus iurisdictionis, cum quaestione an haec ipsa accepta facultas ex parte presbyteri sit iurisdictio, seu an presbyter accipiat potestatem iurisdictionis ut possit valide exercere Ordinis potestatem; prius quidem communiter asserunt illi et non pauci alii theologi, alterum vero est peculiaris assertio ipsius Baisi, quae nonnisi in verbis quorumdam antiquorum, concipientium distinctionem episcopatus a presbyteratu in sola linea iurisdictionis, aliquid incertum patrocinium invenire potest (cf. supra, p. 227).[11] Ad

"Baisi, *H ministro straordinario degli ordini sacramentali.* (Roma 1935) 134-139. ‘‘Concedendum tamen est ad sententiam Baisi accedere, saltem verbaliter, curiosam explicationem Lepicier (qui tamen, ut ostendimus supra, p. 164, negat sacramentalitatem episcopatus), distinguentis duplex genus iurisdictionis, alteram “specialem et forensem,” alteram “generalem et radicalem,” quam dicit implicari in duobus sacramentis Confirmationis et Ordinis, “inquantum scilicet, per hoc sacramentum [Confirmationis vel Ordinis] homo specialem in corpore Christi mystico gradum obtinet.” Dicimus ipsum

eam accedere videntur haec verba *Aureoli:* "Sacerdoti simplici potest papa committere collationem ordinis solam iurisdictionem conferendo";[12] ad rem etiam facere possunt verba Card. *Contarini* (supra relata, in p. 194) docentis quod, inter episcopales facultates, ea quae non potest communicari presbyteris (ut facultas conferendi ordines maiores) pertinet ad potestatem Ordinis, ea vero quae potest illi communicari (ut facultas conferendi ordines minores) pertinet potius ad potestatem iurisdictionis, sed quia nequit communicari nisi habenti ordinem (sacerdotalem), ideo dici potest "esse huiusmodi facultatem mediam inter iurisdictionis facultatem et ordinis."

Ad eamdem opinionem recentius accessit *K. Mdrsdorf*[13] qui imo, ulterius procedens, supprimit supradictum discrimen inter potestatem absolvendi et potestatem confirmandi ac ordinandi, dicens iurisdictionem non esse meram conditionem ad hoc ut potestas Ordinis exerat proprium actum confirmandi ac ordinandi, sed esse veram concausam, ita ut hic actus, non minus quam absolutio, procedat ab utraque copulata potestate Ordinis et iurisdictionis.

Tertia explicatio: Presbyter, vi suae ordinationis, *nullo modo habet potestatem* confirmandi et ordinandi, sed hanc primo accipit per commissionem Papae, quatenus hic, vi supremae potestatis ecclesiasticae, potest communicare presbytero, extraordinario modo ac per meram commissionem, id quod episcopus habet ordinario modo ac per determinatum ritum sacramentalis consecrationis. Hoc est ultimum et audacius effugium ad quod plures moderni devenerunt,[14] quin tamen ullatenus inter se concordent in explicanda indole tum con-

verbaliter tantum ad Baisi accedere, quia vocat iurisdictionem id quod proprie iurisclictio non est sed mera dignitas sive potestas agendi in corpus mysticum. Eam distinctionem Lépicier affert tum in *Tractatu de Baptismo et de Confirmatione* (Romae 1923) 396 sq., 406, tum in *Tractatu de sacramento Extremae Unctionis et de sacramento Ordinis* (Romae 1928) 257; cf. 260.

12 *Op. cit.* (supra, in p. 147), dist. 7, q. 2, fol. 65. Confer alium textum et observationem quam apposuimus supra (ibidem).

13 "Eichmann-Mórsdorf, *Kirchernrecht* II (Paderborn 1950) 36-40; Mórsdorf, "Weihegewalt und Hertengewalt in Abgrenzung und Bezug," *Miscelánea Comillas* XVI (1951) 95-110.

14 Aliquod vestigium huius opinionis inveniri potest tum apud Scotum, qui inter alias explicationes privilegii confirmandi concessi a Gregorio I presbyteris Sardiniae, hanc proponit: "Papa . . . potuit quemlibet sacerdotem illius regionis facere episcopum, quantum ad istum actum, non tamen conferendo sibi simpliciter gradum episcopalem, nec quantum ad alios actus, et tunc quilibet eorum vere confirmavit tamquam episcopus quantum ad istum actum" *(In 4 Sent.,* dist. 7, q. unica, *Opera omnia* XVI [Parisiis: Vivés 1894] 673; cf. impugnationem Scoti apud Toletum, *In Summam S. Thomae Vi* [Romae 1870] 129), tum apud Vasquez, quatenus, iuxta eius dicta supra citata in p. 198, sacerdotalem potestatem tum presbyteri tum episcopi accipit ut meram extrinsecam divinam destinationem ad hunc vel illum actum, ex quo sequitur per concessionem confirmandi vel ordinandi factam presbytero, minime extendi characterem, sed potius novam ac distinctam addi potestatem.

cessae presbytero potestatis, tum concedentis in Papa supremae auctoritatis.

Sub hac autem altera ac praecipua consideratione, sequenti modo variae opiniones ordinari possunt: Commissio Papae accipitur vel ut mera conditio potestatis, a Deo ipso proprie ac directe concessae, vel ut vera causa eiusdem, et quidem vel inquantum est plena potestas iurisdictionis, vel inquantum est altior quaedam potestas ministerialis, aut excellentiae, aut liturgica.

1. Potestas sive commissio Papae se habet non ut causa sed ut *mera conditio* extraordinariae potestatis, ab ipso Deo directe presbytero concessae; nempe "actus, quo S. Pontifex presbyterum designat ministrum Confirmationis, est actus iurisdictionis, quo presbytero proxime non ipsa potestas confirmandi confertur, sed solum ius ad illam potestatem a Deo obtinendam, quae ex institutione divina debita est legitime designato. Simili modo novus Papa, legitime designatus, habet ius ad primatum quod exigit, ut a Christo primatum actu obtineat."[15] Hanc opinionem primus proposuit *Straub*™ ac secuti sunt in eadem schola oenipontiana *Lercher,* istius retractator *Umberg,* et utriusque abbreviator *Dander.*

2. Potestas Papae se habet vere ut fons, seu ut *causa* conferens presbytero extraordinariam illam facultatem; ea autem consideratur ut plenitudo *potestatis iurisdictionis.* Ita plures auctores, quorum opinio, utpote minus praecisa solet confundi cum una vel altera ex praecedentibus opinionibus; ceterum, in explicatione concessae potestatis plures habentur dicendi modi.

Boulanger videtur eam accipere ut *potestatem Ordinis,* quae, quamvis normaliter conferatur per sacramentum ac consistat in charactere, extraordinarie confertur a Papa per merum actum supremae potestatis: "Ces pouvoirs qui, en certains, découlent, comme de source, du caractère sacramentel, d'autres peuvent, extraordinairement, les recevoir de celui qui, représentant visible du Christ, possède la 'plénitude de ses pouvoirs' et qui, de ce fait, a le droit de confier aux inférieurs ce qui appartient normalement aux supérieurs."[17]

Bouéssé videtur eam accipere ut *potestatem iurisdictionis,* vel, ut ait, regiminis ("pouvoir de régence"). Distinguere videtur potestatem cultualem, quae datur presbytero sacramentaliter et consistit in

"Lercher-Umberg, *Institutiones theologiae dogmaticae* TV-2/1 (Oeniponte 1948) 203. *wDe Ecclesia Christi* II (Oeniponte 1912), n. 688 sq.

***Le Baptême, la Confirmation* ("Saint Thomas d'Aquin. Somme théologique," Éditions de la Revue des Jeunes, Paris 1930) 345.**

charactere; potestatem regiminis, quae datur episcopo sacramentaliter sed non consistit in charactere; potestatem merae aut generalis iurisdictionis. Papa igitur, vi supremae iurisdictionis, communicat simplici presbytero aliquam potestatem iurisdictionis, de genere illius potestatis regiminis quam possidet episcopus per consecrationem. "Le pouvoir épiscopal est . . . suppléable, les faits nous l'enseignent, par le pouvoir d'une juridiction déléguée par le Souverain Pontife à un simple prêtre, sous l'aspect précis du pouvoir de régence. Il l'est en raison d'une part du caractère sacerdotal qui y dispose et le soutient comme son assise nécessaire, et d'autre part de la juridiction qui, déléguée par l'évêque de Rome, détenteur dans l'Eglise du suprême pouvoir de juridiction, peut dans la mesure où le Pape l'entend, donner pouvoir de régir à un simple prêtre."[18]

Lehmkuhl eam accipit ut potestatem non iurisdictionis sed *Ordinis, quamvis minus proprie dicti,* scilicet "id quod presbyter recipit, ut possit confirmare non est potestas iurisdictionis, sed est dignitas, quae ad eandem speciem refertur ac potestas ordinis, attamen potestas ordinis non recte vocatur, quia non intrinsecus per ordinationem, sed extrinsecus per delegationem confertur. Id vero, quo fit, ut Summus Pontifex presbyterum ita elevare et aptum ministrum confirmationis facere possit, utique potestas iurisdictionis est, qua supremam facultatem regendae Ecclesiae habet."[18] Potestas ordinis non est ipse physicus character impressus in anima, sed aliqua moralis "dignitas" ex ipso charactere in subiecto resultans, quae ideo assumit rationem potestatis quia Christus instituit ut nonnisi sacramentum, a tali dignificata persona administratum, valorem habeat. Ex charactere presbyterali resultat quidem aliqua dignitas, sed inferioris ordinis, quae sufficit ad conferenda aliqua sacramenta, ex charactere vero episcopali resultat altior principis ac ducis Ecclesiae dignitas, quae propterea requiritur ad conferendam Confirmationem, cum confirmare sit milites Christi constituere, milites autem facere, per se ad ducem pertineat. Attamen, sicut "cum rerum natura non pugnat, supremum principem posse id, quod per se ducibus competit, alteri committere, ita ut illum transeunter in illa dignitate et potestate conscribendorum militum constituat," ita pariter "ex natura rei fieri posse videtur, ut dignitas aliqua transiens, mutabilis, delebilis conferatur, quae aliquem [presbyterum] in eadem dignitate quadamtenus constituat, quam episcopus habet ex sese, seu ex indelebili ordinatione."[20]

[18] *Loc. cit.* (supra, in p. 220, ubi integrum textum recitavimus).

[19] *Theologia moralis* II (Friburgi Br. 1902) 73 sq. Cf. etiam articulum "Zur Fraee iiber den Priester ais ausserordentlichen Spender des Sakramentes der Firmung," *Zeitschrift für katholische Théologie* VI (1882) 567-575.

[20] *Loc. cit.*

Ut patet ex toto contextu, hic auctor facultatem collatam presbytero non accipit proprie ut extensionem et complementum dignitatis aut characteris presbyteralis, sed ut novam potestatem ab extrínseco illi additam (et hoc tantum sensu illum complentem), potestati episcopali analogam sive quoad actum confirmandi aequivalentem, quae quidem, si daretur per ordinationem episcopalem, esset verum sive intrinsecum complementum potestatis presbyteralis. Propterea, hanc opinionem huc retulimus potiusquam supra, sub prima categoria opinionum. Propter suam ingeniositatem, ipsa quibusdam theologis tam moralibus quam dogmaticis placuit, etsi non cum eadem praecisione ab omnibus intelligatur: *Hürter, Ballerini-Palmieri, Sasse, Pesch, Van Noort-Verhaar, Tanquerey, Noldin.*

3. Potestas Papae, quae est *vera causa* ac fons extraordinariae facultatis presbyteri, non est ipsa ac mera plenitudo potestatis iurisdictionis, sed *altior quaedam potestas,* cui uno vel alio modo subiciuntur ipsa sacramenta a Christo instituta, et nominatim ipsum sacramentum Ordinis. Sub hac generali expressione concordant tres plus minusve determinatae solutiones, recenter propositae a *Congar* (a. 1948), *Boularand* (a. 1953) et *Michel* (a. 1947 et praecipue 1953), qui ceteroquin se invicem appellant (secundus appellat primum, tertius utrumque) ac se invicem determinare conantur. Tres istas solutiones inverso ac logico ordine exhibemus (Michel, Boularand, Congar), prout in eis maior ac maior amplitudo et efficacia praefatae Ecclesiae potestati tribuitur.

Michel invocat *"ministerialem potestatem"* quam, iuxta sententiam plurium theologorum de genérica institutione sacramentorum per Christum, Ecclesia habet determinandi materiam et formam sacramentorum, eamque extendit et applicat ad praesentem materiam de ministro. Sicut nempe Christus instituit essentiam sacramentorum Confirmationis et Ordinis modo tantum genérico, relinquens Ecclesiae ius eam determinandi, ita potuit instituere eorumdem ministrum genérico tantum modo, relinquens Ecclesiae ius determinandi quinam debeat esse minister ordinarius et quinam (et quo modo aut qua mensura) minister extraordinarius. "Pourquoi, lorsque le Christ n'a rien spécifié expressément, ne pas étendre ce pouvoir ministériel à la désignation du ministre lui-même? ... A l'Eglise, Jésus-Christ aurait laissé le pouvoir de déterminer qui . . . sera le ministre ordinaire, qui . . . sera et pour quels ordres, et dans quelle mesure, le ministre extraordinaire."[21]

" Cf. integrum textum citatum supra, p. 23 sq. Ut notavimus supra (p. 262), haec sententia cognationem habet cum sententia *Praxmarer, Dôlger* et aliorum, quatenus in-

Boularand, ulterius procedens, invocat aliquam *auctoritatem excellentiae,* seu aliquam participationem sic dictae "auctoritatis excellentiae" quam, iuxta S. Thomam, Christus ut homo habet super sacramenta ac potuisset communicare suis discipulis, ita ut hi possent instituere sacramenta et conferre sacramentales effectus etiam ad nutum absque sacramenti applicatione. Sic igitur dici potest Christum de facto communicasse Ecclesiae huiusmodi potestatem, saltem quoad hoc ut possit conferre, etiam extrasacramentaliter et ad nutum, ipsum effectum sacramenti Ordinis, a Christo instituti, seu *aliquam potestatem liturgicam, medio modo se habentem inter iurisdictionem et Ordinem* (pertinentem scilicet ad iurisdictionem quoad suam originem et ad Ordinem quoad suum finem), qua praecise constituitur extraordinarius minister Confirmationis et Ordinis. "Nous préférons voir dans cette délégation [du Pape] une certaine communication, de ce 'pouvoir d'excellence' que le Christ en tant qu'homme, possède sur les sacrements. . . Les concessions que nous avons constatées ne sont-elles pas la preuve que l'Eglise possède quelque chose de cette 'potestas excellentiae' de Jésus-Christ? et que le Souverain Pontife, nonobstant son incompétence sur la substance des sacrements, déterminée par le Christ lui-même, peut transmettre, sans rite consécratoire, un certain pouvoir liturgique, ressortissant à la juridiction par son origine et à l'ordre par sa fin, mais ne répondant exactement ni à l'un ni à l'autre?"[22]

vocat potestatem Ecclesiae in determinationem validi ministri Confirmationis et Ordinis; discrimen videtur esse in hoc quod illa concedit Ecclesiae potestatem restringendi validum exercitium ministri iam a Christo constituti, haec vero ponit Ecclesiam habere potestatem constituendi ipsum ministrum seu determinandi specificam rationem ministri, a Christo nonnisi generice ac indeterminate instituti.

Similem ceteroquin explicationem iam proposuerat. A. de Smet, quem recenter refert ac sequitur A. Vanneste, scribens: "Ita optime, ut putamus, A. De Smet utramque [praxim, graecam scilicet et latinam, quoad presbyterum, ministrum Confirmationis] eodem modo explicat, agnoscendo nempe Ecclesiae 'pro moderanda oeconomia sacramentan in iis quae spectant ministri personam] eandem potestatem ac illam quam agnovit 'circa moderandam determinationem materiae et formae.' *[De sacr. in gen., de bapt. et confirm.* (ed. 2, Brugis 192S) 308]. Ecclesia enim — infra certos límites-determinare potest materiam et formam sacramentorum, ita ut non semper et ubique idem sit ritus ad validitatem sacramenti necessarius. Eodem modo, si durantibus primis saeculis praxis graeca quoad ministrum confirmationis recedit a latina, hoc non est ex quadam delegatione speciali a Sancta Sede presbyteris Orientalibus concessa, sed quia Ecclesia in his saeculis, modo quandoque fere inconscio, usa est illa suprema potestate a Christo Domino in re sacramentaría ei tributa. . . Quaeritur generatim inter auctores an presbyter, debita gaudens facultate, sacramentum administret vi potestatis ordinis vel vi cuiusdam potestatis iurisdictionis. Omnino iis adsentire volumus qui dicunt hoc fieri ex potestate ordinis. Hi theologi tunc affirmant sacerdotem in ordinatione sua recipere hanc potestatem sed quoad hoc adhuc ligatam, vel forsitan melius, cum Suarezio, tunc tantum fieri 'in potentia remota' confirmandi. Quidquid sit, ex dictis patet etiam potestatem ordinis, quamvis non tam plene ac potestatem iurisdictionis, in nonnullis determinari ab Ecclesia" ("De ministro extraordinario Confirmationis," *Collationes brugenses* L [1954] 356-358).

" Cf. integrum textum citatum in p. 215 sq.

Congar autem, magis indeterminate ac tumultuarie procedens, per modum, ut ait, introductionis ac suggestionis ("On ne prétend ici que ménager quelques ouvertures"; "Explications suggérées") invocat aliquam *potestatem liturgicam,* cuius limites paulatim tantopere extendit, ut ipsa non solum includat peculiarem illam ministerii potestatem, advocatam a Michel, necnon audaciorem potestatem excellentiae, suggestam a Boularand (propterea hi duo doctores, praecipue Michel, apud Congar suam opinionem legunt), sed ulterius progreditur ad ipsam distinctionem episcopatus a presbyteratu, ita ut haec ad immediate ecclesiasticam institutionem revocetur.

Praecipuas partes discursus Congar qui, a doctrina quidem thomistica exordium capiens, huc illucque ita subinde transcurrit ut non appareat ubi pedes figere velit ac proinde in vario sensu ab auctoribus intelligitur (cf. supra, p. 168), dedimus tum in articulo praecedenti tum in praesenti (pp. 18-20 et 168 sq.). Satis erit illum discursum abbreviare, quod attinet ad rem nostram. Potestas, qua simplex presbyter confirmat vel ordinat, est quaedam potestas liturgica. Haec autem potestas liturgica, quam modo ordinario habet episcopus, necnon atque *altiori ratione R. Pontifex,* non est mera potestas iurisdictionis, sed *aliquid habens simul de Ordine et de iurisdictione,* quin tamen possit simpliciter ad unum vel alteram reduci. ("Pouvoir liturgique . . . , pouvoir qui tient à la fois du sacerdoce et de la juridiction sans se laisser ramener simplement à l'un ou à l'autre"[23]); resultat nempe ex quadam mutua redundantia inter Ordinem et iurisdictionem, ita ut sit ex una parte *modus aliquis potestatis Ordinis, prout haec se extendit ad actus regiminis,* et ex alia parte *quaedam applicatio potestatis iurisdictionis ad materiam directe sacramentalem ac liturgicam* et ad regulationem cultualis vitae Ecclesiae. Sub hac consideratione, non videtur impossibile quod influxus liturgicae ac supremae potestatis Papae modo exceptionali suppleat in presbytero normalem influxum ipsius consecrationis episcopalis relate ad eundem effectum liturgicae alicuius potestatis producendae, qua essentialis potestas sacerdotalis, residens in presbytero, elevetur ac extendatur ad altiores quosdam actus qui auctoritatem praesupponunt. Nihilominus, si episcopatus et presbyteratus essent duo ordines distincti de iure divino, actus qui sunt proprii episcopo non possent exerceri a simplici presbytero, manente simplici presbytero, nec videtur quomodo commissio Papae posset mutare indolem presbyteri ("Il est clair que si l'épiscopat et le presbytérat sont des ordres strictement distincts de par une institution divine, les actes propres de l'évêque ne peuvent être exercés par le simple prêtre demeurant simple prêtre; et on ne

***uArt. cit.* (supra, in p. 115) 118.**

voit pas comment une autorisation papale changerait sa qualité de simple prêtre").[24] Videtur ergo dicendum eam distinctionem esse de iure ecclesiastico nec nisi mediate de iure divino, quatenus nempe Christus sacramentum Ordinis instituit modo tantum globali et quoad suam essentiam, relinquens ipsi Ecclesiae ius et curam illud organizandi ac determinandi.[25]

Congar non ultra procedit; sed logica eius conclusio, quod attinet ad praesentem nostram quaestionem, haec esse videtur: Sicut Ecclesia potuit determinare ac dividere sacerdotium, globaliter tantum a Christo institutum, in duos gradus episcopatus et presbyteratus cum suis propriis attributis et officiis, ita etiam potest presbytero quaedam munia episcopalia extrasacramentaliter tribuere, quasi exceptionaliter et accidentaliter reformando suam ipsius institutionem ac presbyterum elevando ad quamdam diminutam rationem episcopalis dignitatis.

Supradictae tres explicationes, cum omnibus suis subdivisionibus, si et quatenus apud suos patronos supponunt sacramentalitatem episcopatus, nequeunt sufficienter explicare rationem extraordinarii ministri Confirmationis et Ordinis. *lugiter enim eadem insolubilis difficultas subsistit:* quomodo potest S. Pontifex extrasacramentaliter conferre presbytero id quod episcopus consequitur sacramentaliter, seu quomodo potest sacramentalem effectum absque sacramento conferre (cf. supra, pp. 252 sq.).

Respondent patroni primae explicationis Papam non proprie conferre sed tantum *complere* potestatem quam presbyter iam sacramentaliter habet per suam ordinationem.

Attamen, difficultas tota subsistit. Nam huiusmodi complementum, quo praecise episcopus differt a presbytero, confertur episcopo sacramentaliter (iuxta suppositionem) estque verus sacramenti effectus, unde de facto presbytero extrasacramentaliter confertur id quod est effectus sacramenti. Nec valet obicere cum Suarez et Bellarmino quod character non est potentia physica sed moralis, ex quo facile intelligitur praefatum complementum characteris posse conferri absque sacramento per meram commissionem Papae; nam, quidquid sit de physica vel morali indole illius potentiae, ipsa tamen episcopo confertur per solum sacramentum, presbytero vero extrasacramentaliter, adeoque eadem difficultas subsistit; ceterum, etiam iuxta Suarez et Bellarminum character est aliquid physicum impressum in anima, in quo fundatur et a quo mensuratur potentia illa moralis, ita ut haec potentia ideo per consecrationem episcopalem extenditur quia ex-

[24] *Ibid.* 125. Cf. quae diximus supra, p. 254 sq.
[25] *Ibid.* 125 sq. (dt. supra, in p. 19).

tenditur physicus character, ex quo augetur difficultas quomodo nempe, extrasacramentaliter et absque extensione ipsius physici characteris, extendatur in presbytero ea moralis potestas per solam Papae commissionem; procul dubio haec difficultas crescit, si addatur, cum Billuart aliisque thomistis, characterem esse non solum aliquid physicum sed etiam potentiam physicam. Nec ad solvendam praefatam principalem difficultatem sufficit recurrere ad divinam institutionem et voluntatem, dicendo nempe Deum ita voluisse ac disposuisse ut potestas confirmandi et ordinandi conferatur ordinarie per sacramentum, et tamen simul possit extraordinarie conferri sine sacramento per meram commissionem; nam ita frustratur propria finalitas ac necessitas sacramenti, si enim effectus sacramenti posset ab Ecclesia aliter quam per sacramentum conferri, non esset ratio quare sacramentum ad talem effectum institueretur, idque confirmatur ex ipsa analogia ceterorum sacramentorum, quorum proprius effectus nonnisi per ipsa conferri potest.[26]

Respondent patroni secundae explicationis negando suppositum difficultatis, quod scilicet commissio Papae quidquam conferat presbytero; habet enim presbyter, vi suae ordinationis, completam potestatem confirmandi et ordinandi, commissio autem Papae *removet tantummodo impedimentum* exercitio talis potestatis.

Attamen, haec responsio nonnisi materialiter et apparenter removet suppositum difficultatis; hoc enim suppositum formaliter consistit in eo quod commissio Papae facit extrasacramentaliter in presbytero id quod sacramentaliter facit in episcopo eius consecratio, quidquid illud sit, sive sit collatio aut extensio potestatis sive mera remotio impedimenti. Unde difficultas tota subsistit. Imo in hac explicatione difficultas aliunde tripliciter augeri videtur, vertens per aliam viam in detrimentum ipsius sacramentalitatis episcopatus.

Primo enim remotio impedimenti, prout proponitur ab adversariis, difficulter intelligi potest.

Primus modus est ut dicatur cum *Journet* potentiam presbyteri esse *ligatam* (impeditam, dependentem, conditionatam) et per commissionem Papae solvi ab alligamento, et quidem directe et immediate in ipsa linea Ordinis. *Attamen,* non explicatur quid sit ista alligatio, nec quomodo actus iurisdictionis papalis possit habere effectum in linea Ordinis seu solvere alligamentum potestatis Ordinis, nec quomodo haec Ordinis potestas possit alligari quoad suum exercitium exteriori

[26] Confer etiam quae sententiae Suaresii et Bellarmini opponit J. Brinktrine, "De ministro Confirmationis extraordinario," *Divus Thomas* (Piaccnza) XXXV (1932) 510-512.

influxui pontificiae iurisdictionis, cum tamen ipsa, utpote immediata participatio sacerdotii Christi, nonnisi ab hoc sacerdotio suam independentem ac infallibilem efficaciam habeat; unde, ut recte observant Boudinhon et Michel, ea explicatio mere verbalis est et tautológica (esse ligatum = non adesse commissionem Papae; esse solutum = adesse eam commissionem; solvi ligaturam per commissionem Papae = auferre non commissionem per commissionem) ac sincerius diceretur cum Suarez et Bellarmino totam hanc ligaturam et solutionem reduci ad meram voluntatem divinam, seu ad pactum quo Deus promittit se non concurrere cum presbytero ad actum Confirmationis et Ordinis, nisi adsit papalis licentia sive commissio.

Secundus modus est ut dicatur cum *Hugon* potentiam presbyteri secundum se esse *non elevatam nec applicatam* ad talem actum et per commissionem Papae elevari et applicari. *Attamen,* etiam haec explicatio, sub apparenter aptiori metaphora, indolem mere verbalem recondere videtur. Nam non applicari idem est ac non habere commissionem Papae et applicari idem est ac habere talem commissionem, adeoque iterum urgentur rationes allatae contra praecedentem explicationem; nec adductum exemplum telescopii et telephonii, applicantium visum et auditum ad proprium aut novum obiectum, quidquam confert ad eam applicationis metaphoram illustrandam, quoniam illa instrumenta conveniunt in eodem genere physico cum potentia visiva et auditiva, saltem in ratione receptaculi undarum etherearum et aerearum, dum commissio Papae nullatenus convenit in eodem genere cum potestate Ordinis in presbytero, nec aliunde ei applicatur per ritum aliquem consecrativum aut sacramentalem, sed, utpote iurisdictionalis et extrínseca, est omnino disparata et adiacens.

Tertius modus est ut dicatur cum *Dolger* potentiam presbyteri *impediri per actum iurisdictionis Ecclesiae* quoad validum suum exercitium ac per novum actum iurisdictionis a tali impedimento solvi. *Attamen,* quamvis ita explicetur quomodo potentia ab impedimento solvatur, nullatenus explicatur quomodo ipsa, cum sit vera potestas Ordinis, possit iurisdictioni Ecclesiae alligari, ut dictum est supra, imo per iurisdictionem Ecclesiae impediri, nam, iuxta hanc explicationem, huiusmodi alligatio non esset inducta ab ipsa fundamentali lege divina, ut asseritur in duabus praecedentibus explicationibus, sed a mera lege ecclesiastica, quod quidem supponeret inauditam potestatem Ecclesiae invalidandi quae sunt ab ipso Christo instituta.

Quartus modus est ut dicatur cum *Baisi* potentiam presbyteri *impediri defectu requisitae iurisdictionis* ad validum exercitium sui actus, quod impedimentum removetur a Papa per collationem huiusmodi iurisdictionis. *Attamen,* quamvis iterum hic bene (imo melius)

explicetur quomodo potentia ab impedimento solvatur, minime explicatur quomodo huiusmodi iurisdictionis impedimento ligetur, seu qua ratione ad exercitium actus confirmandi vel ordinandi requiratur in ministro potestas iurisdictionis, etiam ut mera conditio (et a fortiori ut causa actus, quod sustinet *Morsdorf),* cum id adversetur non solum communi ac firmae sententiae theologorum docentium solum sacramentum Poenitentiae proprie alligari iurisdictioni, sed etiam ipsi naturae illorum duorum sacramentorum quae nihil iurisdictionale prae se ferunt.27 Nec valet ratio invocata a Baisi, quia scilicet omnia sacramenta, praeter Baptimum et Eucharistiam, exercentur circa subditos Ecclesiae adeoque requirunt in ministro rationem superioris et designationem subditorum, quae fiunt per collationem iurisdictionis; nam cum praefata sacramenta, excepta Poenitentia, non implicent actum iurisdictionalem (non enim dicunt ius aut intimant aliquid faciendum) sed merum actum ministerialem ac sanctificativum (mere enim ministrant ac conferunt gratiam), ipsa exercentur circa fideles non formaliter ut subditos sed ut membra Ecclesiae.

Secundo, ea explicatio generaliter spectata, quatenus asserit presbyteros vi ordinationis habere completam potestatem confirmandi et ordinandi, utut indigentem commissione Papae, minus consentanea est connatural! sensui *documentorum Ecclesiae.* Nam *Cone. Trid.* explicite docet episcopos ita presbyteris superiores esse ut hi confirmandi et ordinandi "potestatem nullam habeant" ac definiendo negat "potestatem confirmandi et ordinandi . . . quam [episcopi] habent, illis esse cum presbyteris communem" (cap. 4 et can. 7, *Denz.* 960, 967). Praeterea, modus quo solet exprimi commissio confirmandi, facta presbyteris, positive sonat, seu vehit sensum collationis alicuius potestatis qua presbyter careat; ita *Codex I. C.,* can. 782, § 2: "Extraordinarius minister [Confirmationis] est presbyter, cui vel iure communi vel peculiari Sedis Apostolicae induito ea facultas concessa sit"; § 3: "Hac facultate ipso iure gaudent, praeter S. R. E. Cardinales . . . , Abbas, vel Praelatus nullius, Vicarius et Praefectus Apostolicus, qui tamen ea valide uti nequeunt, nisi intra fines sui territorii et durante munere tantum"; can. 785, §3: "Ordinarius, legitima causa impeditus aut potestate confirmandi carens..."

Lercher non cunctatur sententiam Dolger et aliorum vocare falsam ("Falsa est haec sententia").28 Umberg vero, retractans opus Lercher,

"Quod si cum *Lapider* (cf. supra, p. 263, in nota) iurisdictio intelligatur non in proprio sensu forensi sed tanquam mera dignitas sive potestas agendi in corpus mysticum, huiusmodi acceptio reicienda est, tum ut inepta et idearum confusiva, tum ut frustranea ad nostrum problema solvendum, ut pertinenter observat Brinktrine, *art. cit.* (supra, in p. 271) 513 sq.

***»Instit. theol. dogm.,* v. 4, ed. 2, n. 301.**

illud iudicium mitigat ("Minus placet sententia . . ."). Lennerz valde remisse ait: "Etiam sic videtur adhuc dici posse presbyterum nullam habere potestatem confirmandi et ordinandi, quatenus ille, qui actum aliquem exercere non potest, recte dici potest non habere potestatem huius actus."[29]

Tertio, ea explicatio fere ad nihil reducit ipsum sacramentum episcopatus, quod attinet ad proprium effectum characteris sive spiritualis potestatis. Tale enim sacramentum, quod dicitur esse apex sacerdotii, pro proprio effectu nihil aliud haberet nisi vel aliquid negativum, seu perfectam autonomiam potestatis ordinis per respectum ad ecclesiasticam iurisdictionem, a cuius alligamento simpliciter solvitur cuique nequit amplius alligari, vel aliquid positivum quidem sed extra lineam Ordinis et in mera linea iurisdictionis, adeoque extra propriam lineam sacramenti Ordinis, ita ut asseratur hybridum aliquod sacramentum Ordinis quod nihil Ordinis conferat sed sit merus ritus collativus iurisdictionis.[30]

Respondent tandem patroni tertiae explicationis Papam extrasacramentaliter conferre presbytero potestatem, quam episcopus consequitur sacramentaliter, vi *supremae ecclesiasticae potestatis* quae quodammodo dominatur sacramentis.

Attamen, imprimis hic tota redintegratur, imo ampliatur, difficultas, quam opposuimus patronis primae explicationis quamque Suarez et Bellarminus conati sunt partialiter dissipare, scilicet dualitas causarum ad eumdem effectum ordinatarum ac frustratio propriae finalitatis et necessitatis sacramenti: si enim effectus episcopalis sacramenti, seu potestas confirmandi et ordinandi, posset aliter quam per sacramentum obtineri, non esset ratio quare sacramentum ad talem effectum institueretur, ut patet etiam ex ipsa analogia ceterorum sacramentorum, quorum proprius effectus nonnisi per ipsa conferri queit. Ceterum *quae sit ea suprema potestas,* vi cuius sacramentalis effectus extrasacramentaliter conferatur, vix convenienter intelligi potest, attentis fluctuantibus ac disparatis descriptionibus quae de ea afferuntur.

Quidam, ut *Straub,* moderate necnon ingeniose eam potestatem considerant ut *meram conditionem,* non causam, qua designatur subiectum potestatis, ab ipso Deo conferendae, quemadmodum contingit in ipsa ecclesiastica electione novi Papae; quo quidem removetur inconveniens alicuius potestatis iurisdictionis, utut supremae, causantis discrepantem effectum potestatis Ordinis.

*** *De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 82.**

***Baisi, in textu supra citato in p. 207, ait: "Sacramentum episcopatus distinguitur a presbyteratu, quia in ordinatione episcopali confertur ordinaria potestas iurisdictionis requisita ad ministrationem quorumdam sacramentorum."**

Attamen, huiusmodi solutio non satis consentanea videtur connaturali *sensui documentorum Ecclesiae* quae loquuntur de facultatis concessione et commissione, facta a Papa. Gregorius I in prima explicita concessione confirmandi facta in ecclesia latina utitur verbo "Concedimus"; Clemens VI ait R. Pontificem administrationem Confirmationis "presbyteris committere" *(Denz.* 573); Cone. Flor, ait "aliquando per Apostolicae Sedis dispensationem . . . simplicem sacerdotem . . . administrare Confirmationis sacramentum" *(Denz.* 697); Codex I. C., can. 782, §2 ait: "iure communi vel peculiari Sedis Apostolicae induito eam facultatem concedi."

Praeterea, si actus Papae esset mera conditio nec ullatenus causa, non intelligeretur quare ea facultas, semel ab ipso Deo concessa presbytero, sit iterum ad nutum Papae revocabilis aut voluntariis limitibus constricta; ex quo etiam apparet inepte afferri exemplum electionis Papae. Ceterum, ea solutio, nullo antiquorum theologorum suffragio nec ulla solida ratione confortatur; unica quidem ratio quae affertur est casus alicuius diaconi qui immediate fieret Papa atque, antequam ordinetur in sacerdotium, concederet alicui presbytero facultatem confirmandi quam ipse nondum habet quamque proinde nequit tamquam vera causa communicare. Attamen, imprimis dici potest talem diaconum-Papam habere quidem plenitudinem iurisdictionis, sed eam non posse adhuc applicare ad hoc determinatum obiectum concessionis facultatis confirmandi ac ordinandi, idque ratione defectus conditionis in subiecto, scilicet supremae sacerdotalis dignitatis in tota sua amplitudine, prout includit etiam potestatem Ordinis. Secundo, posset quis dicere praefatum diaconum habere iam actu, ante ipsam sacerdotalem et episcopalem ordinationem, plenitudinem hierarchicae potestatis, non quidem in linea Ordinis sacramentalis (quae terminatur in presbyteratu), nec in linea Ordinis consecrativi (quae terminatur in episcopatu, complens essentiale ac presbyterale sacerdotium), sed in linea Ordinis pure hierarchici, qui quidem distinguitur a iurisdictione quatenus, non tam iubendo quam agendo ac concedendo, regulat cultum Ecclesiae et a quo descendit quoque in presbyterum concessio facultatis confirmandi et ordinandi (cf. supra, p. 255 et infra, p. 311, in textu et nota).

Alii autem, ut *Boulanger, Bouessd* et *Lehmkuhl,* appellant *plenitudinem potestatis iurisdictionis, tamquam veram ac sufficientem causam* extraordinariae facultatis confirmandi et ordinandi.

Attamen, ipsi non valent explicare in quo genere causarum possit potestas iurisdictionis esse causa diversae potestatis Ordinis, quae in ea nullatenus continetur, sicut effectum oportet in sua causa contineri.

Boulanger inepte ac ambigue loquitur de potestate quae in aliquo subiecto (seu in episcopo) normaliter profluat ex ipso charactere sacramentan tamquam ex sua causa, in alio vero (seu in presbytero) proveniat ab extrínseco ex plenitudine potestatis R. Pontificis; ubi nemo non videt oppositionem, eamque maximam, inter duas causas eiusdem effectus, alteram de genere sacramentali ac characteristico, altera de indefinito quodam genere, fortasse iurisdictionis. *Bou'éssé* apte excludens a priori illa potestate indolem characteristicam sed inepte retinens indolem sacramentalem, ambigue loquitur de quadam potestate iurisdictionis, quam R. Pontifex ex sua potestate iurisdictionis delegat presbytero sub praecisa ratione potestatis regiminis; iamvero haec regiminis potestas, quae communicatur presbytero, vel est potestas Ordinis (utut non characteristica) et tunc non habet sufficientem causam in potestate R. Pontificis, si haec accipiatur ut mera iurisdictio, vel est potestas iurisdictionis, et tunc insufficiens est ad actus Confirmationis et Ordinationis, qui a potestate Ordinis procedunt; ceterum, si ea regiminis potestas, quae dicitur esse propria episcopi ac aliquatenus communicari presbytero, accipitur ut mera iurisdictio vel quomodolibet reducitur ad iurisdictionem, sequitur sacramentum episcopatus nihil aliud esse quam aliquem ritum collativum iurisdictionis, ac ita potestas Ordinis cum potestate iurisdictionis fere confunditur, sicut in supra relata sententia Baisi. *Lehmkuhl* denique loquitur de potestate Ordinis, etsi dicat eam non recte sic vocari quia non confertur intrinsecus per ordinationem sed extrinsecus per commissionem R. Pontificis, quo iterum instauratur impossibilis dissonantia inter causam et effectum, seu potestas iurisdictionis causans disparatam potestatem de genere Ordinis.

Alii tandem, ut *Michel, Boularand* et *Congar,* magis logice, utut audacter, appellant *altiorem quamdam potestatem,* ratione cuius R. Pontifex veluti dominetur in conditiones validitatis sacramentorum, signanter ipsius Ordinis, ita ut possit constituere, tamquam ministrum validum Confirmationis et Ordinis, aliquem qui vi suae ordinationis huiusmodi potestatem non habet.

Attamen, huiusmodi altior potestas, quae est apud hos auctores ultimum ac frustraneum effugium eludendi praesentem difficultatem (cf. supra, p. 274), tam ampla est ut iam multa quae theologis hucusque visa sunt impossibilia, reapse possibilia appareant, ut nempe presbyter consecret episcopum, ut diaconus ordinet diaconum et presbyterum, ut diaconus pariter confirmet sicut baptizat (hanc possibilitatem indigitat Congar), ut laicus ordinet diaconum, celebret Eucharistiam, confirmet (hanc ultimam suppositionem laici conferentis sacramentum

Confirmationis non videtur simpliciter abicere Congar), ut Papa convalidet sacramenta dubia, uti Baptismum administratum in vino et ordinationes dubias (hanc possibilitatem cum favore aspicit Congar), ut Papa conferat simplici presbytero modo stabili ac ordinario facultatem confirmandi et ordinandi, ita ut iam vix quidquam maneat quo ab episcopo distinguatur (Congar ait presbyteros orientales esse ministros ordinarios Confirmationis).

Solutio *Congar* nimis radicalis simulque nimis indeterminata est ut possit ad claras affirmationes reduci ac determinate impugnari. Quod ipse ait de indole superioris *potestatis liturgicae,* resultantis ex mutua redundantia potestatis Ordinis et potestatis iurisdictionis, potest in varium sensum intelligi, sed qua parte tendit ad supprimendam classicam apud theologos distinctionem inter utramque potestatem, reicienda est ut idearum confusiva.[31] Plura quae ipse ait de possibilitate alicuius "potestatis excellentiae" in Ecclesia, inveniuntur pariter in explicationibus allatis a Michel et Boularand, de quibus mox. Tandem immediate ecclesiastica institutio distinctionis episcopatus a presbyteratu, ad quam ultimo recurrit veluti extendendo limites illius potestatis excellentiae, refutata est in art. praec. (pp. 112-114). Ut dictum est supra (p. 270), iuxta discursum Congar, applicatio huiusmodi institutionis ad rem nostram esset quod, sicut Ecclesia divisit sacerdotium in duos gradus episcopatus et presbyteratus, ita subinde potuit ipsi presbytero tribuere modo extraordinario et extrasacramentaliter quaedam munia quae ordinarie ac sacramentaliter tribuit soli episcopo. Attamen huiusmodi applicatio non valet, quoniam, si Christus instituit ut sacerdotium conferatur per sacramentum, Ecclesia poterit quidem illud determinare ac dividere in plures gradus, dividendo ipsum sacramentum, sed non poterit ullam illius partem conferre aliter quam per sacramentum; ergo, ad explicandum quomodo Ecclesia possit extrasacramentaliter conferre presbytero quaedam munia sacerdotalia, non sufficit recurrere ad immediatam ecclesiasticam institutionem sacramentalis distinctionis episcopatus a presbyteratu, sed unicum effugium erit invocare cum Boularand aliquam potestatem excellentiae qua Ecclesia valeat effectum sacramenti sine sacramento conferre.

Boularand igitur limitat ac determinat suam explicationem ad existentiam huiusmodi *"potestatis excellentiae"* saltem quoad hoc ut Papa possit effectum sacramenti sine sacramento conferre, vel saltem possit absque sacramento conferre aliquam potestatem liturgicam quae

[31] Cf. Journet *(art. cit.* supra, in p. 212) 102.

mediet inter potestatem Ordinis, collatam per sacramentum, et potestatem iurisdictionis.

Attamen, communicatio potestatis excellentiae, facta apostolis et Ecclesiae, videtur esse aliquid prorsus novum in theologia; certe ea explicite negatur ab antiquis theologis et nominatim a S. Thoma qui de ipsa frequenter agit.[32] Praeterea, absentia huiusmodi potestatis suadetur ex ipsa absentia potestatis circa substantiam sacramenti, quam explicite proponit Cone. Trid.; binae enim potestates, disponendi nempe de substantia sacramenti et conferendi effectum sacramenti absque sacramento, sunt in eodem ordine ac componunt eamdem potestatem excellentiae et, quamvis sint distinctae et absolute separabiles, tamen si altera Ecclesiae concedatur, non videtur qua ratione prior denegata sit, cum haec ad illam ordinetur; aliis verbis: non intelligeretur quare Christus institueret sacramentum Ordinis ad conferendam aliquam determinatam potestatem, in nostro casu sacramentum episcopatus ad conferendam potestatem confirmandi et ordinandi, et quidem ita immobiliter ut Ecclesia id nec supprimere nec reformare posset, et tamen simul daret Ecclesiae potestatem eumdem effectum conferendi alio modo, seu per meram extrinsecam commissionem absque usu illius sacramenti. Ceterum, ipse Boularand hanc incongruentiam advertere videtur, cum, veluti emolliendo eam potestatem, distinguit, saltem verbaliter, inter effectum et effectum, significans per potestatem Ecclesiae conferri non illum ipsum effectum qui confertur per sacramentum episcopatus, seu ipsam potestatem Ordinis, sed aliquam *potestatem liturgicam, quae sit media inter potestatem Ordinis et potestatem iurisdictionis* atque pertineat ad jurisdictionem quoad suam originem et ad Ordinem quoad suum finem. Quae distinctio, ut patet, mere verbalis est, nam attendit ad solas causas efficientem et finalem, nihil statuens de causa formali quae est praecipua in nostra consideratione; sub ea commoda ac incompleta distinctione nihil aliud intelligi videtur nisi quod ea potestas est vera potestas Ordinis, quamvis, utpote non collata per sacramentum Ordinis, non propriissime talis dicenda sit; unde redintegratur tota difficultas: quomodo eadem potestas Ordinis possit conferri sive sacramentaliter sive extrasacramentaliter et quomodo Papa possit conferre potestatem Ordinis per disparatam potestatem iurisdictionis.

Michel tandem ingeniose limitat altiorem illam Papae potestatem

[32] p., q. 64, aa. 3 et 4: q. 84, a. 5. ad 3; a. 7, ad 4; *In 4 Sent.,* dist. S, q. 1, a. 1, sol.; a. 3, q. 2, et alii loci relati a Concar, *art. cit.* (supra, in p. 115) 121 in nota. Cf. quae de hac potestate excellentiae disputant Durandus et Capreolus, apud eumdem Capreolum, *In 4 Sent.,* dist. 7, q. 2, a. 3, *Defensiones theologicae D. Thomae Aquinatis* VI (ed. Paban et Pegues, Turonibus 1906) 137-139; item dicta in nostro tractatu *De sacramentis in genere* 382-387.

ad meram determinationem ministri eamque, sub nomine *ministerialis potestatis,* assimilat potestati quam iuxta plures theologos Ecclesia habet in determinationem materiae et formae sacramenti.[33]

Attamen, imprimis haec paritas et assimilatio neganda est, nam hic non agitur de determinando ministro tali modo ut uterque ordinarius et extraordinarius minister constituatur per ritum sacramentalem (in quo casu ceteroquin sequeretur distinctionem episcopi et presbyteri esse de iure immediate ecclesiastico), sed de taliter determinando ministro ut unus quidem, sive ordinarius, constituatur per sacramentum, alter vero, sive extraordinarius, constituatur non per sacramentum sed per meram extrinsecam commissionem, ac proinde effectus sacramenti sine sacramento ei conferatur, quod quidem est asserere Ecclesiam habere potestatem excellentiae de genere illius quam patrocinatur Boularand. Ceterum, ulterius procedens, Michel videtur res ita concipere ut ipsam sacramentalem distinctionem episcopatus a presbyteratu, abstrahendo a praesenti quaestione de ministro extraordinario, repetat a iure immediate ecclesiastico, ac si Christus immediate instituerit tantum ut per sacramentum Ordinis constituatur sacerdos in genere, tamquam minister sacramentorum, subinde vero Ecclesia, per praefatam ministerialem potestatem, tam sacramentum Ordinis quam ministrum diviserit in duas partes, alteram episcopalem et alteram presbyteralem cum propriis suis ordinariis attributis, ac tandem hanc ipsam institutionem ita iterum reformaverit ut ordinaria ac sacramentalis potestas confirmandi et ordinandi, quae est propria episcopi, posset etiam communicari presbytero extrasacramentaliter. Ita in unum coniungitur utraque Congar et Boularand opinio de sola mediata divina institutione distinctionis episcopatus a presbyteratu et de usu potestatis excellentiae in constitutione ministri extraordinarii Confirmationis et Ordinis. Ipse Michel hanc suam cognationem cum Congar et Boularand explicite fatetur, inquiens: "Ces citations de deux théologiens qualifiés nous permettent de présenter notre solution personnelle qui, en des termes différents et plus scolastiques, s'inspire cependant d'un principe identique."[34]

Pro adversa sententia affirmante sacramentalitatem episcopatus plura etiam afferuntur ex Traditione, tam theoretica quam practica.

Traditionem theoreticam quod attinet, praecipuum robur argumenti videtur esse in eo quod episcopatus describatur a Patribus tamquam *perfectum sacerdotium, plenitudo sacerdotii,* sacerdotium per an-

"Similem hypothesim sibi obiciebat iam *Durandus,* apud Capreolum, *op. cit.* (supra, in p. 278) 137. Similemque explicationem proposuit unus vel alter modernus theologus, ut *De Sinet* et *Vanneste* (cf. supra, p. 268, in nota).

[34] Cf. integrum textum citatum in art. praec., pp. 23 sq.

tonomasiam, summum sacerdotium, primum sacerdotium, sacerdotium simpliciter et sine addito; ex quo sequitur rationem sacramentalitatis, quae competit sacerdotio, tribuendam esse episcopatui, et quidem fortiori ratione quam presbyteratui.

Attamen, quamvis traditionales illae expressiones verae sint nec ullatenus uti oratoriae quaedam amplificationes posthabendae,[35] non necessario tamen accipi debent in determinato sensu essentialis ac sacramentalis sacerdotii. Nam plenitudo ac perfectio alicuius rei potest considerari etiam ex parte accidentalis alicuius formae, qua illius virtus ac dignitas extenditur; ita pariter, fundati in Apostolo, dicimus Ecclesiam esse pleroma sive plenitudinem Corporis Christi; corpus mysticum esse perfectionem corporis physici Christi ac loquimur de Ecclesia ut de Christo totali, quin inde sequatur corpus mysticum, prout distinguitur a Corpore physico Christi, esse eo simpliciter nobilius aut sicut ipsum Divinitati substantialiter uniri. Quod autem praefatae expressiones sint in hoc tantum extensivo sensu accipiendae, constat ex his quae supra (pp. 247-249) diximus de essentiali episcopatus et presbyteratus unitate secundum Patres; si enim episcopatus et presbyteratus sunt idem vel fere idem ordo, ut Patres significant, celsitudo qua episcopatus presbyteratui eminet, nequit esse nisi aliqua extensiva entitas quae ad ipsam sacerdotalem ac sacramentalem rei essentiam non directe pertinet. Si quis velit, sine indebita tamen exaggeratione, videre aliquod discrimen inter Patres Graecos et Latinos in hac re, illud reducendum erit ad diversum angulum ex quo complexa sacerdotii realitas consideratur; si enim ipsa consideratur veluti ab alto et in linea descendente, episcopatus apparet tanquam summa quaedam ac totalitas sacerdotii, presbyteratus vero tanquam pars quaedam ac imperfecta eius participatio, si vero consideratur veluti ab imo et in linea ascendente, presbyteratus apparet tamquam ipsa essentia sacerdotii, cui superstruitur extensio et apex episcopatus; ceterum duplex haec consideratio alterna vice recurrit apud eosdem scriptores latinos, ut ostensum est in art. praec. (pp. 55 sq.).

Potius dicendum videtur plures theologos, praecipue modernos, in sua anxia ac nervosa inquisitione et controversia de indole episcopatus,

"Minus recte Beyer, agens de restrictionibus quibus ipsi episcopi subiciuntur, praesertim quoad administrationem sacramenti Poenitentiae, scribit: "Certains prédicateurs magnifient chez eux [i.e. les évêques] la plénitude du sacerdoce. L'expression n'est peut-être pas aussi exacte qu'on le croit d'ordinaire. Les faits ne nous obligent-ils pas à revoir ce vocabulaire?" (Cf. integrum textum supra, in p. 170). Tamen Leo XIII, Ep. "Apostolicae curae," ait: "[Episcopatus] procul dubio, ex institutione Christi, ad sacramentum Ordinis verissime pertinet, atque est praecellenti gradu sacerdotium; quod nimirum et voce sanctorum Patrum et rituali nostra consuetudine *summum sacerdotium, sacri ministerii summa* nuncupatur" *(Denz.* 1965).

amisisse rectam, ut dicitur "perspectivam" in consideratione sacerdotii eiusque gemini gradus. Quamquam enim presbyteratus et episcopatus, diuturna ac convenienti praxi Ecclesiae, per distinctas ac successivas ordinationes conferri soleant, tamen, ex parte ipsius effectus et subiecti in quo recipiuntur, unum atque idem prorsus sacerdotium constituunt, cuius essentia, tota ac semel per presbyteralem ordinationem collata, suam virtualitatem et exigentias subinde in episcopalem dignitatem extendit, ita ut episcopatus nequidem concipi sine presbyteratu queat, quemadmodum tectum sine domo non concipitur, nec corpus mysticum sine Corpore Christi physico subsistit. Unde *cum dicitur episcopatum esse plenitudinem sacerdotii, episcopatus minime accipitur inadaequate secundum id quod effectus episcopalis consecrationis addit ad effectum ordinationis presbyteralis, sed prout adaequate includit presbyteratum seu essentiam ipsam sacerdotii,* ita ut episcopus essentialiter nihil aliud sit quam presbyter seu sacerdos, extensive vero sacerdotalis hierarcha; secundum autem praefatam inadaequatam considerationem, episcopatus non est proprie plenitudo sed complementum sive extensio sacerdotii. Simili quodam modo, attenta etiam sola potestate Ordinis et abstrahendo a pura linea iurisdictionis, dicimus Papatum esse plenitudinem episcopatus ac supremum pontificatum, Papam esse episcopum episcoporum, imo "cathedram Petri" esse "cathedram sacerdotalem" per antonomasiam (cf. infra, p. 313), et tamen Papa non est magis episcopus quam simplex episcopus, quoad potestatem collatam per episcopalem consecrationem, nec magis sacerdos quam simplex presbyter, quod attinet ad ipsam essentiam sacerdotii.

Quod attinet ad *varios textus Patrum,* Bellarminus argumentum summatim redigit sub hac negativa ac peremptoria forma, quam affert etiam quoad textus Scripturae (cf. supra, p. 245): Nisi episcopatus esset sacramentum, non possemus contra Protestantes probare ex Patribus ipsum Ordinem in genere esse sacramentum, cum textus Patrum, qui ad hoc referuntur, de facto loquantur de solis episcopis; "itaque amittemus etiam loca Patrum pro controversia principali, si episcopalis ordinatio non est sacramentum."[36] Moderniores theologi[37] idem argumentum resumunt sub mitiori hac forma: Patres, quorum textus pro sacramentalitate Ordinis afferuntur, loquuntur de sacerdotio in genere non distinguentes inter episcopum et presbyterum, adeoque de utroque intelligendi sunt, imo, si aliqua praelatio iuxta eorum mentem inter utrumque gradum instituenda sit, potius dicendum est eos praecipue episcopum prae oculis habere,

MLoc. cit. (supra, in p. 223).

"Cf. praecipue Lennerz, *op. cit.* (supra, in p. 208) 107 sq., 110; Boularand, *art. cit.* (supra, in p. 215) 27 sq.

eo vel magis quod prioribus saeculis nomine sacerdotis, simpliciter prolato, solus episcopus designaretur, et cum posterius ea vox ad presbyterum extensa est, aliqua diminuente qualificatione (uti: sacerdos secundi ordinis) determinaretur.

Attamen, imprimis hoc argumentum partem sui roboris amittere videtur, si consideratur ipsum, saltem apud Bellarminum aliosque antiquiores post eum, ob finem polemicum praecipue assumi (cf. supra, in p. 223); talis enim finis facile ad exaggerationem impellere ac visionem obiectivae veritatis obnubilare consuevit. Occasione huius argumenti (prout urgetur a Bellarmino et Tournely), *Bouèssé,* unus ex defensoribus sacramentalitatis episcopatus, observat: "Ainsi, insensiblement, la controverse entraîne-t-elle à des positions tactiques et pragmatiques, plus ou moins confondues avec la vérité objéctive."[38] Idque signanter apparet tum ex molliori forma, sub qua moderni, praedicto fine minus commoti, hoc argumentum proponunt, tum ex eo quod aliqui (ut Bouix, Denis, Bouëssé, relati supra, p. 246) eidem argumento, prout solet saltem textibus Scripturae applicari, prorsus valedicunt.

Praeterea, Patres ubi significant sacramentalitatem Ordinis, seu sacerdotii, aut etiam magis directe videntur loqui de episcopatu, numquam ostendunt se loqui de episcopatu prout sub hac ratione distinguitur a presbyteratu; unde eorum verba, etiam cum immediate referuntur ad episcopatum, accipi possunt in sensu cumulative, prout episcopatus includit presbyteratum, ita ut concipiatur tamquam sacramentum ratione huius inclusionis et quatenus est vera extensio et complementum sacramenti. Idque apparet ex ipsa analysi aliquorum particularium textuum, qui praecipue invocari solent.

Chrysostomus, quem peculiariter invocat Bellarminus asserens ipsum in "libris de sacerdotio ... de solis episcopis agere," hoc opus *De sacerdotio* scripsit c. 381-385 dum adhuc esset diaconus in via nempe ad presbyteratum (cf. in tom. 1, p. 420), et, dum in eo extollit sublimitatem et dignitatem sacerdotalem, praecipue appellat ad propria presbyteri officia consecrandi Eucharistiam et absolvendi a peccatis (cf. ibidem, p. 425).

Nazianzenus in sua celebri *Oratione 2* (antiquissimo tractatu de sacerdotio), exarata ad iustificandam fugam suam, qua, post presbyteratum invite susceptum, a gravitate huius oneris se subtrahere conatus fuerat, presbyterale sacerdotium praeprimis contemplatur (cf. ibidem, pp. 407, 858).

Nyssenus pariter potius ad presbyterum sese refert in celebri textu

Art. cit. **(supra, in p. 220) 245.**

ex *Oratione in diem luminum,* qui a theologis tamquam signantissimum testimonium sacramentalitatis Ordinis afferri solet: "Cum enim heri ac tempore superiori unus e multitudine ac plebe esset, repente redditur praeceptor, praeses, doctor pietatis, mysteriorum latentium praesul" (cf. ibidem, p. 582).

Augustinus libenter ab auctoribus adducitur (Bellarminus, De Augustinis, Otten, Lercher, Boularand) eo quod ordinationem vocet sacramentum, eam etiam cum Baptismo sub eodem nomine comparando, et episcopatui tribuit ipsum effectum characteris. *Contra epistolam Parmeniani,* l. 2, n. 28: "Utrumque enim sacramentum est, et quadam consecratione utrumque homini datur: illud, cum baptizatur, istud, cum ordinatur; ideoque in Catholica utrumque non licet iterari" *(ML* 43. 70; cf. integrum textum in tom. 1, pp. 479, 584). *Sermo ad Caesariensis Ecclesiae plebem* 2: "Baptismus non est ipsorum [i.e. Donatistarum], sed Christi. Invocatio nominis Dei super caput ipsorum quando ordinantur episcopi, invocatio illa Dei est, non Donati. Non enim suscipio episcopum, si quando est ordinatus, super caput eius Donatus est invocatus. In errante et deserente milite crimen est desertoris, character autem non est desertoris, sed imperatoris" *{ML* 43. 691). In priori tamen textu agitur tantum generaliter de ordinatione, eaque ceteroquin comparatur cum Baptimo sub nomine sacramenti (tunc temporis adhuc non satis determinatae significationis) quoad praecisum aspectum initerabilitatis, quae quidem, iuxta sententiam S. Thomae competit etiam consecrationi episcopali, quamvis non imprimat proprie dictum characterem; in altero quidem textu agitur directe de ordinatione episcopali, necnon de charactere in ea suscepto, sed interum nihil probat ibi characterem accipi in stricto sensu sacramentalis notae nec magis totus discursus exigit quam aliquem initerabilem effectum sicut in priori textu.

Pseudo-Dionysius Areopagita, De eccl. hier. 5, facta explicita distinctione inter presbyteratum et episcopatum, de hoc ait: "Huic excellenter prae ceteris ordinibus in sui ministerium divina lex officia diviniora distribuit" *{MG* 3. 506). Hinc quidem eruitur divina institutio episcopatus, eumque esse supremum inter ordines ecclesiasticos, sed nihil inferri potest quoad eius sacramentalitatem, ut notat ipse S. Thomas, sibi obiciens textum Pseudo-Dionysii *{Suppi.,* q. 37, a. 2, ad 1, cit. supra, in p. 131). Inepte argueretur ex generali nomine "ordo," quod, tam in hoc textu quam apud Concilia, tribuitur episcopatui.

Hippolytus in ordinatione episcopali, quam describit in sua *Traditione Apostolica* quamque distinguit ab ordinatione presbyterali, tribuit episcopo specialem gratiam, seu "spiritum primatus sacerdotii"

vel "virtutem principalis spiritus" (cf. textum in tom. 1, p. 309 et commentum in p. 586). Inde recenter *Lécuyer* conclusit: "Nous croyons donc qu'on peut mettre en lumière chez Hippolyte de Rome les éléments d'une théologie de l'épiscopat et du presbytérat, dont nous voudrions . . . résumer les principaux traits. L'épiscopat est conféré par un rite de consécration qui confère un *pneûma* spécial, une grâce spirituelle propre à cet ordre, et qui est donc un sacrement au sense actuel du terme; en effet, selon le concile de Trente, le signe distinctif de la sacramentalité, c'est qu'un rite sensible, paroles et signes extérieurs, confère une grâce. . . Il y a donc deux degrés du sacerdoce, nettement distingués par Hippolyte; et il ne s'agit pas d'une différence seulement dans ce que nous nommons aujourd'hui la juridiction, mais dans le sacrement lui-même. Cette conclusion ne peut manquer de paraître très importante, si l'on se rappelle que la sacramentalité de l'épiscopat a été mise en doute par nombre de théologiens dans l'Eglise latine".[39] Hoc testimonium est pars generalioris ac fortioris argumenti quod desumitur ex liturgiis quodque iam venit directe considerandum.

Traditionem practicam quod attinet, *prima ac praecipua ratio* desumitur ex *liturgia*™ seu ex descriptione ritus ordinationis episcopalis, ut distinctae a presbyterali, quae exhibetur in omnibus liturgiis tam antiquis quam modernis, scilicet in *Traditione Apostolica, Sacramentario Serapionis, Constitutionibus Apostolorum, Epitome libri VIII Constit. Apost., Testamento D.N.J.C., Canonibus Hippolyti, Statutis Ecclesiae antiquis, Sacramentariis Leoniano et Gregoriano, Pontificali Romano antiquo et hodierno, Euchologio Graecorum* (cf. textus in tom. 1, pp. 309 sq., 439 sq., 441 sq., 921, 922, 925).

Haec ratio dupliciter conficitur.

Primo nempe, *ex perfecto parallélisme ordinationis episcopalis cum duabus aliis ordinationibus presbyterali et diaconali.* In omnibus scilicet liturgiis tres illae ordinationes sunt symmetricae: in unaquaque habetur similis ritus impositionis manuum, cum formula invocationis Spiritus S., et significatur effectus potestatis et gratiae; si ergo una illarum, scilicet presbyteralis, habetur ut sacramentalis, etiam ceterae

[39] "Episcopat et presbytérat dans les écrits d'Hippolyte de Rome," *Recherches de science religieuse* XLI (1953) 47, 50.

[40] Boularand sic vim huius argumenti extollit: "Si les Pères attestent déjà que les évêques sont l'oeuvre de l'Esprit-Saint et qu'ils peuvent seuls ordonner les ministres de l'Eglise, la liturgie nous fournit un témoignage encore plus décisif, en raison de son caractère objectif et universel. Ici, pas d'impression personnelle, pas de but polémique, pas de théorie particulière qui vienne influencer le jugement, mais un rite traditionnel dont l'Eglise déclare publiquement, par les paroles qui le spécifient, la signification la plus intime, et qui constitue en lui-même la plus solennelle des professions de foi" (*art. cit.* [supra, in p. 215] 29).

ut tales habentur, atque denegare sacramentalitatem episcopatus, trahit necessario negationem sacramentalitatis presbyteratus, quantum attinet ad vim argumenti liturgici (ita *Martimort, Lercher-Umberg, Boularand).* Imo vis huiusmodi parallelismi extendi potest in argumentum a fortiori. Nam ordinatio episcopalis, tum solemnitate qua circumdatur, tum ubertate effectuum qua donatur, apparet ut praecipua inter tres ordinationes ac veluti ceterarum prototypus; unde si presbyteratui tribuitur sacramentalitas, a fortiori tribuenda est episcopatui *{Boularand).*[41]

Secundo, eadem conclusio eruitur *ex ipsa interna consideratione ritus ordinationis episcopalis;* in ea enim invenitur quidquid desiderari potest et a theologis exigi solet ad constitutionem veri sacramenti, scilicet divina institutio, ritus exterior (materia et forma) qui est impositio manuum et formula invocatoria, effectus spiritualis, vi ritus collatus, qui est potestas et gratia, quique in variis liturgiis magnifice ac emphatice describitur (ita *Lercher-Umberg, Dander, Boularand, Bouëssé)* [42]

Attamen, ratio deducta ex parallélisme trium ordinationum nullatenus conclusiva est, nec ipsa ullatenus commovit S. Thomam aliosque mediaevales doctores qui hanc eandem ac constantem liturgiam optime noverant. Inter ipsos modernos defensores sacramentalitatis episcopatus huic rationi non fidet *Baisi,* qui, saltem quoad invocatam similitudinem ritus, eam reponit inter argumenta quae "nullam vel fere nullam possident vim probativam," nec etiam videtur fidere *Lennerz* qui eam simpliciter omittit. Ipse similis parallelismus qui etiam observatur, sive in concessione potestatis absolvendi in fine ordinationis presbyteralis per impositionem manuum et verba "Accipe Spiritum S." (cf. supra, p. 240) sive in collatione ordinum minorum (materia, forma, aliqua invocatio divinae gratiae, effectus potestatis, imo character, de quo confer supra, p. 238), ostendit non nimis huiusmodi rationi fidendum esse nec immodice exaggerandam esse vim liturgicorum documentorum, quae, utut signantissimae expressiones traditionalis sensus, suas quoque interpretationis leges admittunt. Unde hic etiam approbari possunt sequentia verba quae *Beyer* profert de ipsa Constitutione Pii XII circa sacramentum Ordinis:

[41] **"Puisqu'il a un sacrement de l'ordre, c'est elle [la consécration épiscopale] en premier lieu qui le constitue" *{art. cil.* [supra, in p. 215] 31).**

"Boularand: "A l'étudier . . . non plus du dehors, mais dans la signification propre des rites qui la composent ... sa valeur de sacrament apparaît évidente" *(ibid.* 30). Bouëssé: "La consécration épiscopale possède . . . toutes les exigences du sacrement: l'institution par le Seigneur, rite sensible et paroles, grâce ex opere operato. Comment attribuer au Seigneur l'institution d'un simple sacramental? N'est-ce pas là le propre des rites institués par l'Eglise?" *{art. cit.* [supra, in p. 220] 389; cf. 245 sq.).

"Que ces trois ordres soient traités d'une façon uniforme, qu'ils se confèrent par l'imposition des mains et l'invocation du Saint-Esprit, qu'ils aient de ce fait 'une matière et une forme,' un geste significatif de la grâce implorée et concédée, tout cela ne peut suffire pour établir certainement que ces trois ordres soient sacramentels."[48]

Quod autem deducitur ex interno examine ritus consecrationis episcopalis, totum ad hoc redit quod per eam conferatur effectus gratiae, ex cuius collatione mensurari solet propria ratio sacramentalitatis. Attamen, quod haec ratio non sit tam evidens, qualiter ab adversariis praedicatur, vel ex eo conicere licet quod ipsi negatores sacramentalitatis episcopatus, inde a S. Thoma, non cunctantur uno vel alio modo asserere in consecratione episcopali aliquam gratiam a Deo conferri. Quaestio igitur est de qua gratia sermo sit et qualiter in ea consecratione conferatur, ut inde decidi possit pro vel contra illius consecrationis sacramentalitatem. Et *primo* quidem, concipi potest quod confertur aliqua "gratia status," quae comitatur omnem peculiarem statum in Ecclesia (statum virginitatis, statum religiosum, ipsum supremum Pontificatum) quaeque, cum pertineat ad generalem quandam Dei Providentiam, exulat a propria ratione sacramenti, seu ritus influentis ex opere operato (et hoc sensu gratiam episcopalem videtur intelligere S. Thomas, cit. in p. 146). *Secundo,* dici potest gratiam ipsam sacramentalem quodammodo conferri, non tamen secundum ipsam essentiam gratiae, sed secundum exercitium (sive ad novum actum applicationem) eiusdem gratiae iam complete susceptae in ordinatione presbyterali, quatenus haec importat auxilium ad exercendos omnes actus et administranda omnia sacramenta quae quandocumque sacerdos administrare potuerit, ita ut episcopalis consecratio, afferens presbytero potestatem administrandi nova sacramenta, eo ipso praebet gratiae presbyterali novam materiam ad quam suam efficaciam extendere possit et affert conditionem ulterioris activitatis eius (ita ad mentem D. Soto, cit. in p. 156). *Tertio,* etiam concipi potest quod confertur quidem nova aliqua gratia veluti ex opere operato, non tamen in stricto sensu verae causae efficientis, quale est sacramentum, sed ad modum statutae cuiusdam conditionis (et hoc sensu id admittere videntur Capreolus et Ferrariensis, cit. in pp. 153 sq.). *Quarto* dici posset gratiam conferri ex opere operato per episcopalem consecrationem, tamquam per extensivam sive integrativam partem sacramenti Ordinis, sicut per posteriorem satisfactionem sacramentalem extenditur effectus sacramenti Poenitentiae,

[48] **Cf. integrum textum citatum in p. 243.**

quin proprie sermo esse possit de sacramento et de gratia sacramentali (et hoc sensu videntur rem concipere quidam thomistae). *Quinto,* dici posset gratiam conferri ex opere operato tamquam per moralem causalitatem, sicut confertur per sacrificium Missae, ex quo proinde non sequeretur episcopalem consecrationem esse sacramentum (saltem in doctrina thomistiba). *Sexto,* etiam si diceretur hanc consecrationem gratiam producere ut veram et physicam causam, sicut producitur per sacramentum, nondum videtur dici posse eam esse sacramentum, quia cum sacramenta sint instituta ad sanctificandam animam et ad curationem peccati, iuxta peculiarem aliquem statum vitae Christianae, gratia sacramenti Ordinis, qua talis, nequit conferri nisi ei qui est proprie sacrorum dispensator et medicus animarum, scilicet sacerdoti, cui episcopatus addit meram hierarchicam rationem quae directe non ad dispensationem sed ad regulationem sacrorum ordinatur (cf. S. Thomam, supra, p. 146; hoc sensu Capreolus, cit. in p. 153, concedit episcopatum vocari posse sacramentum aequivoce, analogice, non univoce cum ceteris ordinibus).

Secunda ratio, ex Traditione practica desumpta, est validitas sic dictae *ordinationis per saltum,* seu, in nostro casu, ordinationis episcopalis collatae non presbytero (diacono, vel clerico infra diaconum, vel laico). Tales casus, antiquioribus theologis ignotos, pluries in primis saeculis occurrisse, pro certo habetur a quibusdam hodiernis eruditis, ut constabit ex dicendis ubi de subiecto huius sacramenti.[44] Inde haec conficitur ratio: Consecratio episcopalis, collata non presbytero, est certo sacramentalis, nam confert subiecto plenum ac totum sacerdotium, in quo certo sacramentum continetur. Ergo episcopalis consecratio, etiam cum confertur presbytero, est ac manet sacramentalis, cum sit eadem quoad suum ritum et significationem nec mutet suam naturam iuxta qualitatem subiecti cui confertur (ita *Boularand).*

Attamen, haec ratio imprimis frustra obicitur, quoniam nullo modo inter theologos constat de validitate ordinationis per saltum in casu consecrationis episcopalis, imo eius invaliditas probabilior dicenda est, ut constabit ex dicendis in art. 22 (in tom. 3), ubi vicissim ex ipsa non sacramentalitate episcopatus probabimus invaliditatem consecrationis per saltum, omisso presbyteratu. Ceterum, data nec concessa huius validitate, non necessario obiecta ratio concludit, cum non detur

"Notiores casus sunt: Ambrosius ex laico episcopus, Liberius, Leo M., Grcgorius M. et alii sex RR. Pontifices saec. 8-9, ex diaconatu ad papatum electi. Quos casus affert M. Andrieu, "La carrière ecclésiastique des Papes et les documents liturgiques du moyen âge," *Revue des sciences religieuses* XXI (1945) 90-120.

perfecta paritas inter utrumque casum. Nam consecratio episcopalis, collata non presbytero, conferret subiecto, ad modum unius ac cumulative, duplicem distinctum gradum presbyteratus et episcopatus, adeoque esset simul sacramentalis, qua parte conferret presbyteratum, et non sacramentalis, qua parte conferret episcopatum, ita ut esset ordinatio materialiter una et formaliter duplex; dum e converso, eadem consecratio, collata presbytero, confert subiecto unicum gradum episcopalem, ac proinde non est sacramentalis. Unde ipsa manet pariter non sacramentalis in utroque casu.

Ceterum, haec non approbando dicimus, sed mere hypothetice, seu iuxta sententiam quorundam qui favent validitati consecrationis per saltum. Hi enim nullam vident repugnantiam in hoc quod Ecclesia possit ac velit per eundem materialiter ritum conferre duplicem distinctum gradum presbyteratus et episcopatus, cum gemini gradus, non obstante eorum distinctione et quomodolibet haec distinctio intelligatur, coalescant in unicum sacerdotium et alter ita sit extensio ac complementum prioris, ut nequeat sine ipso subsistere.[45] Qua posita opinione, sic ordinatio per saltum explicanda esset: Ecclesia per unicum ritum ac per unicam intentionem ac significationem confert alicui non sacerdoti totum ac intégrale sacerdotium, prout de facto continetur in episcopatu adaequate spectato, et prout importat essentialiter presbyteralem dignitatem et integrative episcopale fastigium, ita ut sive ritus, sive eius significatio, sive eius effectus, sit materialiter unus et formaliter duplex, vel, si placet, sit simpliciter unus, ea tamen totalitatis unitate quae importet tum essentiam rei tum connaturalem eius extensionem ac complementum; propria tamen ratio sacramentalitatis huiusmodi ritui provenit ex sua essentiali significatione et ex suo essentiali effectu, seu ex essentiali sacerdotio contento in presbyterali dignitate, quamvis ea sacramentalis ratio dici possit quodammodo extendi in episcopalem dignitatem ut in connaturale suum complementum. Potest praeterea Ecclesia hunc ritum scindere in duas specifice distinctas ordinationes, ita ut per alteram velit conferre solam episcopalem dignitatem subiecto iam habenti presbyteralem characterem, et in hoc casu, qui iam a multis saeculis constituit ipsam praxim Ecclesiae, haec altera ordinatio desinit esse proprie et secundum se sacramentalis, sicut ipse effectus qui confertur, etsi praesuppositive ac extensive dici possit quodammodo sacramentalis, cum ex una parte necessario supponat sacramentalem ordinationem pres-

[45] Bouëssé: **"[Le pouvoir épiscopal] suppose antérieurement, ou du moins inclut nécessairement le caractère sacerdotal. . . En conséquence, conférer l'épiscopat *par saltum,* à un simple baptisé . . . c'est donner le sacerdoce de premier rang, le sacerdoce épiscopal; et ce sacerdoce-là comporte cumulativement les deux pouvoir de sanctifier et de régir, ou n'existe pas" *(art. cit.* [supra, in p. 220] 386).**

byterii et ex alia parte hanc sacramentalem ordinationem extendat tamquam connaturale eius complementum.

Beyer (cf. supra, pp. 171 sq.), qui hoc modo intelligit consecrationem per saltum, putat quod etiam nunc, sicut in prioribus saeculis, consecratio episcopalis est ambiens sive cumulativa, etsi de facto non conferat subiecto nisi episcopalem dignitatem, cum iam inveniat in eo presbyteralem characterem; ex quo sequitur hodiernam consecrationem episcopalem esse sacramentum, quamvis episcopalis ipsa dignitas ut distincta a presbyterali, non sit sacramentum, cum ea consecratio sit sacramentalis non ratione episcopatus quem confert, sed ratione presbyteralis dignitatis quam secundum se potest conferre ac de facto conferret si ipsa in subiecto non adesset. Attamen haec explicatio reicienda est. Nam imprimis, ita haberetur aliqua sacramentalis ordinatio quae in suo ipso proprio ac sacramentali effectu ordinarie ac sua ipsius destinatione frustraretur; praeterea, ita iteraretur sacramentum Ordinis, quod est de se initerabile, nec dici potest in ea agi de conditionata iteratione, cum Ecclesia consecrationem episcopalem absolute conferat; tandem, non intelligeretur quae esset mens Ecclesiae seu ratio quare vellet conferre sacramentalem ordinationem subiecto quod supponitur iam habere sacramentalem eius effectum. Inepte autem ait Beyer: "Du fait de cette *ambivalence,* les pouvoirs sacerdotaux ont été transmis avec plus de sécurité dans l'Eglise: là où la consécration épiscopale se confère au simples prêtres, elle leur assure une seconde fois la collation des pouvoirs sacerdotaux"; nam si certior transmissio potestatis sacerdotalis iustificaret talem modum agendi, etiam certior impressio characteris baptismalis iustificaret iterationem Baptismi.

IV. RATIO THEOLOGICA.

Pro nostra sententia negativa praecipue affertur *essentialis ac directa ordinatio sacerdotii ad Eucharistiam,* tam ut sacramentum quam ac praecipue ut sacrificium. Argumentum ad hoc reducitur: Ordo, qua sacramentum, ordinatur directe ad Eucharistiam. Atqui episcopatus non ordinatur directe ad Eucharistiam. Ergo episcopatus non est ordo, qua sacramentum.

Patroni contrariae sententiae huic argumento olim responderunt negando praecipue minorem, seu episcopatum non ordinari directe ad Eucharistiam, hodie vero, communius respondent negando praecipue ipsam maiorem, seu sacramentum Ordinis ordinari directe ad Eucharistiam, cui ad abundantiam addunt etiam negationem minoris. Incipiemus igitur a probatione minoris, utpote quae respicit responsionem tempore priorem ac solutu faciliorem.

Probatur minor.

Illud directe ordinatur ad Eucharistiam, quod aut eam in se conficit, aut eam fidelibus distribuit, aut ad eam suscipiendam praeparat per collationem eorum sacramentorum quae peccatum, Eucharistiae impedimentum, removent (cf. *C. Gent.* 4. 74). Atqui episcopatus, prout distinguitur a presbyteratu, ad haec non ordinatur, cum nihil amplius possit quoad haec facere episcopus quod presbyter non possit, quantum attinet ad horum sacramentorum validitatem. Ergo episcopatus non ordinatur directe ad Eucharistiam.

Huic rationi respondent adversarii, inde a *Durando* usque ad hodiernos auctores (Durandus, Biel, Bellarminus [cf. infra, p. 294], Tournely, Frassen, Montefortino, Van Noort-Verhaar, Herve, Lennerz, Cappello, Mancini, Lercher-Umberg, Boularand) episcopatum, utpote qui constituit ipsos Eucharistiae consecratores, vere ac peculiariter et excellenter ordinari ad Eucharistiam; unde *Cappello* candide miratur quam inepte asseri possit episcopatum non ordinari ad Eucharistiam: "Mirandum sane," ait, "quod quis tam inepte ratiocinetur. Potestas ordinandi presbyteros, scilicet constituendi ministros, qui possint valide conficere sacramentum Eucharistiae, nonne habitudinem maximam et quidem necessariam habet ad Eucharistiam? Possetne haberi sacramentum Eucharistiae sine presbytero valide illud conficiente, ac propterea sine episcopatu? Nequaquam, ut evidentissimum cuique est."[40] Imo quidam post *Biel* (cf. supra, p. 194) hanc responsionem convertunt in argumentum a fortiori in favorem sacramentalitatis episcopatus, relate tum ad diaconatum (Biel et alii communiter) tum etiam ad presbyteratum, nam, ait *Lercher-Umberg,* "omnibus fatentibus decet, Ordinationem, qua confertur potestas sacerdotalis celebrandi Eucharistiam, esse sacramentum; a fortiori decet, sacramentum esse eam Ordinationem, qua constituuntur episcopi, valentes dare potestatem sacerdotalem."[47]

Cui responsioni communiter replicant thomistae inde a Paludano contra Durandum (Paludanus, Capreolus, Ferrariensis, Dom. Soto, Billuart, Holtum), quod episcopus, ordinando consecratores Eucharistiae, non directe ordinatur, sive effective (ut sacerdos) sive cooperative (ut diaconus), ad Eucharistiam seu *ad actum ipsum eucharisticum,* vel alium actum qui ad Eucharistiam disponit (sicut absolutionem a peccatis), sed tantum indirecte, remote et improprie. Nam imprimis "potestas episcopalis non est ad ordinandum sacerdotem ut est actu consecrans, vel absolvens, vel inungens infirmum" (Capreolus, cit. supra, in p. 151), sed tantum ei dat potestatem haec agendi, "illa

***De sacramentis IV: *De sacra ordinatione* (ed. 3, Taurini 1951) 27.**
"*Institutiones theologiae dogmaticae* IV-2/2 (Oeniponte 1949) 288.

[autem] pertinent ad sacramentum per se et directe, per quae efficitur et per quae virtus efficiens in operando iuvatur" (Paludanus, cit. ibid.). Praeterea episcopalis potestas, qua talis ac praecisive sumpta, "non ordinat proprium subiectum [i.e. ipsum episcopum] ad Eucharistiam sicut alii ordines, sed alienum tantum subiectum [i.e. presbyterum, diaconum]" (Billuart, *op. cit.* supra [in p. 160] 80). Addunt autem thomistae quod si, ob hanc remotam habitudinem ad Eucharistiam, episcopatus esset distinctus ordo sacramentalis, esset inferior presbyteratu, nec posset dici apex sacerdotii, cum potestas consecrandi Eucharistiam, utpote immediate attingens ipsum Corpus physicum Christi, sit longe nobilior potestate ordinandi sacerdotes, quae immediate attingit personam ministri ac pro tanto solum corpus mysticum (Billuart, ibid.).

. *Probatur maior.*

Quamvis Ordo in genere, prout distinguitur a iurisdictione, excedat sacerdotium, tamen ordo qua sacramentum, est essentialiter sacerdotale, nec excedit limites sacerdotii. Hoc deduci potest ex tota littera *Cone. Trid.* quod in sua doctrina de sacramento Ordinis initium capit a sacerdotio et sacrificio N. L. (cap. 1), subinde significat in huius sacerdotii ministerio consistere Ordinem (cap. 2) ac tandem docet Ordinem esse sacramentum (cap. 3), ita ut ea trium conceptuum gradatio (sacerdotium, Ordo, sacramentum) hanc aequivalentiam prodat: sacerdotium = Ordo sacramentalis.[48] Idipsum magis explicite proponit *Catechismus Cone. Trid.* loquens de "sacerdotio . . . [et] spirituali potestate" A. L. cui successit parilis potestas in N. L., ad quam "exercendam certi ministri instituti sunt et solemni religione consecrati: quae quidem consecratio Ordinis sacramentum vel sacra ordinatio vocatur" (p. 2, c. 7, n. 8; cf. nn. 2, 6, 7). Id quoque ea ratione suadetur quia sacramenta praecipue ordinantur ad perficiendum hominem relate ad divinum cultum (cf. 3 p., q. 62, a. 5; q. 63, aa. 1 et 6; q. 65, a. 1), inter ea autem quae pertinent ad potestatem Ordinis solum sacerdotium refertur proprie et directe ad divinum cultum tamquam id per quod formaliter ministri cultus constituuntur (cf. 3 p. q. 63, a. 6), adeoque soli sacerdotio competit ratio sacramenti.

Atqui sacerdotium, utpote mediatio in sacris sive deputatio ad cultum ordinatur directe ad sacrificium offerendum et ad sacramenta

[a] In priori capitum schemate (13 oct. 1562) haec signantiora verba habebantur: "Porro quemadmodum ordo sacramentum est, ita etiam unum sacramentum esse s. synodus docet. Nam etsi plures in eo sint gradus ac potestates inter se distinctae, omnes tamen ad unum Eucharistiae sacramentum et sacrificium ordinate referuntur" (Apud A. Theiner, *Acta genuina ss. oecumenici Concilii Tridentini* [Zagabriae in Croatia (1874)] II 152).

dispensanda, quorum efficacia ab ipso sacrificio dependet, adeoque ad conficiendam Eucharistiam quae est ipsum sacrificium et maximum sacramentum, a quo cetera tamquam a fine dependent ac consummantur (cf. 3 p., q. 63, a. 6; q. 65, a. 3, c. et ad 2; *C. Geni.* 4. 74).

Ergo Ordo, qua sacramentum, directe ordinatur ad Eucharistiam, ita ut illud tantum sit sacramentum Ordinis, aut eius intrinseca pars, quod directe ordinatur ad Eucharistiam.

Haec essentialis habitudo sacramenti Ordinis ac sacerdotii ad Eucharistiam, quae est fundamentum ac principium sententiae S. Thomae ac nostrae argumentationis, *confirmatur ex sensu traditionali,* quamvis ex eo nequeat confici argumentum peremptorium, ratione tum maioris amplitudinis potestatis quae competit ecclesiasticae hierarchiae, quaeque praecipue in prioribus saeculis ad modum unius et in eodem subiecto considerabatur, nondum facta distinctione inter potestatem Ordinis et potestatem iurisdictionis (et a fortiori inter iurisdictionem, ordinem non sacramentalem et ordinem sacramentalem), tum defectus distinctae considerationis sacramentalitatis sacerdotii, quae nonnisi in medio aevo fieri coepit.

Christus, cum in Ultima Coena instituit Apostolos sacerdotes et condidit sacramentum Ordinis, id fecit per verba "Hoc facite in meam commemorationem," significans ut conficerent Eucharistiam, ut definit Cone. Trid.: "Si quis dixerit, illis verbis: 'Hoc facite in meam commemorationem' *[Lue.* 22. 19; 1 *Cor.* 11. 24], Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse, ut ipsi aliique sacerdotes offerrent corpus et sanguinem suum, A. S." *(Denz.* 949), nec nisi in aliis variisque circumstantiis Christus discipulis tradidit aut significavit alias potestates quae uno vel alio modo pertinent ad catholicum sacerdotium et hierarchiam, uti potestates ligandi atque solvendi *(Mat.* 18. 18; *Io.* 20. 21-23) et praedicandi ac baptizandi *(Mat.* 28. 18 sq.; cf. dicta supra, p. 35, et in tom. 1, p. 600). Exinde legitime deducimus eam conficiendae Eucharistiae potestatem, esse in catholico sacerdotio praecipuam ac veluti essentialem, nec inepte cum S. Thoma suspicari possumus hoc sacerdotium, in sua principali ratione, quam scimus esse sacramentalem, praecipue ab Eucharistia pendere et ex sua habitudine ad Eucharistiam rimandum esse. Praeterea, prima mentio quae de diaconali sacerdotio occurrit in Scriptura *(Act.* 6. 1-6) probabiliter connectitur cum "ministratione mensae" eucharisticae (cf. in tom. 1, p. 516).

Haec sacerdotalis hierarchiae habitudo ad Eucharistiam, valde suggestive significatur apud plures Patres, uti *Clementem Romanum* (cf.

in tom. 1, p. 229), *Didaché* (ibidem, p. 233), *Ignatium Antiochenum* qui insistit in intima connexione inter hierarchiam et Eucharistiam *(Philad.* 4: "Studeatis igitur una eucharistia uti; una enim est caro Domini nostri lesu Christi et unus calix in unitatem sanguinis ipsius, unum altare sicut unus episcopus cum presbyterio et diaconis"; *Trall.* 7. 2: "Qui intra altare est, mundus est; qui vero extra altare est, non est mundus; hoc est qui sine episcopo et presbyterio et diaconis quidpiam agit, is non est mundus in conscientia"; ibidem, p. 242), *lustinum,* qui nonnisi in intima connexione cum eucharistica celebratione de ecclesiastica hierarchia mentionem facit (ibidem, p. 258 sq.). Propinquius ad rem nostram facit quod, cum coeptum est explicite disputari de distinctione episcopatus a presbyteratu atque de illius superioritate, latini scriptores inde a Hieronymo usque ad medium aevum unitatem presbyteri et episcopi in eodem sacerdotio constanter deduxerunt ac mensurarunt ex utriusque unitate relate ad consecrationem eucharisticam.

Hanc rationem primus innuit *Hieronymus,* inquiens contra quosdam superbientes diaconos: "Quid patitur mensarum et viduarum minister, ut supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi Corpus Sanguisque conficitur?" (cf. integrum textum supra, p. 54). Eam primus explicite proposuit *Pseudo-Hieronymus,* inquiens: "Sextus seniorum ordo est qui sacerdotibus datur, qui presbyteri dicuntur, qui praesunt Ecclesiae Dei et Christi sacramenta conficiunt. Hi autem in benedictione cum episcopis consortes mysteriorum sunt. Nulla in conficiendo corpore Christi ac sanguine inter eos et episcopos credenda distantia est. . . Quis maior est Christo? aut quid corpori eius aut sanguini poterit anteponi? Si presbyter Christum consecrat, cum in altario Dei sacramenta benedicit, benedicere populo non debet, qui Christum etiam meruit consecrare? . . . quae [i.e. corpus et sanguis Christi] cum offerre licet, etiam reliqua, quae in eo sunt consecrare, quia 'in Christo omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitat.' Presbyteri ergo, si necesse est, possunt chrisma conficere, quia in corpore eius chrisma est" *{De septem ordinibus Ecclesiae* 6, *ML* 30. 155 sq.). Circa initium aetatis scholasticae, *Petrus Damianus* idem explicite statuit eucharisticum principium, in quo subinde maiores theologi mediaevales suam sententiam negantem episcopatus sacramentalitatem fundare debebant, scribens: "Cum sacerdos idcirco dicatur, quia sacrum det, hoc est, quia Deo sacrificium offerat, quid in Ecclesia sublimius, quid eminentius sacerdotio poterit inveniri, per quod videlicet mysterium Dominici corporis et sanguinis probatur offerri?" (cf. integrum textum supra, in p. 123).

Nec tantum negatores sacramentalitatis episcopatus usque ad hodiernum diem essentialem hanc Ordinis ad Eucharistiam habitudinem agnoverunt (in qua propriam suam opinionem fundant), sed etiam ac communissime ipsi antiquiores defensores illius sacramentalitatis qui, ut vim huius argumenti effugerent, conati sunt ostendere quomodo etiam episcopatus speciali modo referatur ad Eucharistiam, ordinando ipsos Eucharistiae consecratores: ita Durandus, Biel, Contarini, Bellarminus,[49] Tournely (qui repetit Bellarminum), Frassen, Montefortino, aliique plures quos supra retulimus (p. 290).

Inter modernos ipse *Boularand,* qui tamen huic principio solidum valorem denegat, agnoscit saltem profunditatem et efficaciam ipsius eucharistici fundamenti ex quo ipsum procedit: "A cet argument d'autorité s'ajoute une raison théologique très profonde, que saint Thomas développe avec prédilection [exponit nostrum argumentum supra relatum]. . . Un principe, tantôt exprimé, tantôt sous-entendu, donne à ce raisonnement sa grandeur et sa force, à savoir que le sacrifice de l'autel consomme la religion chrétienne, achève ici-bas le culte de Dieu. Parvenu à ce degré qui rend capable de l'offrir, l'homme doit s'arrêter: il ne peut monter plus haut."[50] "Le deuxième [argument], tiré du rapport des ordres à l'Eucharistie, présente une autre valeur théologique: il met en belle lumière l'unité du sacerdoce nouveau, comme l'excellence du sacrifice et du sacrement qui sont la raison suprême de son institution. Et l'on s'étonne à peine que les plus grands théologiens, avec saint Bonaventure et saint Thomas, l'aient tenu pour décisif. Peut-il y avoir dans l'Eglise un pouvoir

"S. Doctor agnoscit "summan potestatem esse, posse consecrare Eucharistiam" et "ordines sumi [debere] ab habitudine quam habent ad Eucharistiam," sed conatur ostendere episcopum quoad ipsam Eucharistiam habere extensive, quamvis non intensive, maiorem potestatem quam presbyter. "Respondeo: episcopatum esse ordinem unum cum presbyteratu, sed gradus esse diversos: ordines enim sumuntur ab habitudine quam habent ad Eucharistiam: et quia summa circa Eucharistiam est potestas ipsam conficiendi, ideo primus ordo est sacerdotalis, idest, eorum qui Eucharistiam consecrare possunt: nec supra hunc potest fingi alius ordo maior, vel superior. Quia tamen hanc potestatem vario modo participant presbyteri et episcopi, inde sunt duo gradus sacerdotum. Presbyteri in consecranda Eucharistia, saltem quoad usum, pendent ab episcopis, qui possunt eis interdicere ne consecrent, vel suspendere ad tempus, vel praecipere, ut tali loco, tali modo, tali tempore celebrent. Et praeterea presbyteri non ita habent hanc potestatem, ut eam aliis communicare possint: episcopi autem, et habent, et communicare aliis possunt. . . . Character episcopalis integer et perfectus, est maior presbyterali, quia illum includit, et unum praeterea [addit] . . . et hoc modo comparamus episcopos cum presbyteris, cum dicimus alios esse superiores, alios inferiores: si tamen quis conferat characterem, quem habet episcopus ex ultima sua consecratione, cum charactere, quem habet ex ordinatione presbyterali, tunc iste est maior intensive, quia *summa potestas est posse consecrare Eucharistiam,* ille est maior extensive, quia ad plura se extendit" *(De sacramento Ordinis,* c. 5, *Opera omnia* III [Mediolani 1859] 768).

*** *Art. cit.* (supra, in p. 215) 8sq.**

d'ordre plus élevé que celui de consacrer le très saint corps du Christ?"[51] Signantius adhuc *Bouëssé ex* hoc ipso eucharistico fundamento cogitur non modice reformare ipsam, quam sequitur, opinionem sacramentalitatis episcopatus, ab hac excludendo rationem characteris, ita ut nostro argumento tribuat valorem quantum ad exclusionem characteris, etsi non quantum ad exclusionem sacramentalitatis: *"Je* pense que le pouvoir épiscopal est d'ordre sacramentel. Mais ... je tiens que ce pouvoir . . . n'est pas un caractère. La raison en est qu'un tel pouvoir n'est pas immédiatement d'ordre cultuel; il n'ordonne pas directement à l'Eucharistie, mais au corps mystique du Christ; il ne consacre pas au culte de Dieu, mais au service de l'Eglise. . . Il est vrai que les théologiens ont jugé sans fondement, simple affirmation gratuite et à priori, cette ordination essentielle et spécifique du caractère à l'Eucharistie. Il est pourtant certain que le sacerdoce se définit d'abord et avant tout en fonction du sacrifice. Ainsi l'entend d'ailleurs le Concile de Trente."[52]

Nihilominus plures inter modernos defensores sacramentalitatis episcopatus illi principio non solum valedixerunt, sed etiam ut aprioristicum, gratuitum et ad praesentem quaestionem decidendam prorsus ineptum, illud iudicarunt. *Umberg:* "Gratis supponitur non posse esse novum ordinem sacramentalem, quo non datur nova potestas circa Eucharistiam."[58] *Lennerz:* "Difficile erit propositionem maiorem, ex qua argumentatio procedit, dogmatice probare. . . Quod . . . character solum imprimatur, quatenus confertur potestas aliqua circa eucharistiam, probari nequit. . . Etiamsi character sacerdotalis dicitur esse potestas, non tamen est potestas exclusive respectu Eucharistiae, sed etiam circa alia sacramenta. Et sic propositione maiore non probata, argumentum est nullum."[54] *Boularand:* "Le principe qui sert de base à l'argument ... ne paraît acceptable."[55]

Hoc eucharistico principio derelicto, hi doctores reformant theologiam sacramenti Ordinis sub largiori, ut aiunt, "perspectiva" finalitatis ac destinationis, ut ita facilius extendant ad episcopatum propriam rationem sacramentalitatis, imo in eo altissimam ac plenissimam sacramenti formam inveniant. In quo quidem alii aliter procedunt et ad diversum terminum perveniunt, iuxta minorem vel maiorem amplitudinem qua praefatam "perspectivam" extendunt. Aversis enim oculis ab Eucharistia, primum quod quidam inveniunt sunt cetera sacra-

n ***Ibid.*** **17.**
u Cf. integrum textum in p. 218.
M ***De sacramentis*** **II 388.**
***** ***De sacramento Ordinis*** **(ed. 2, Romae 1953) 109.**
u ***Art. cit.*** **(supra, in p. 215) 17.**

menta; unde dicunt sacramentum Ordinis directe ordinari non solum ad Eucharistiam sed generaliter ad omnia *sacramenta* (ita iam *Mastrius,* supra cit., p. 202, *Lennerz,* nuper cit., et, ut videtur, *Journet).* Ulterius alii vident *corpus mysticum,* seu fideles, ac ideo vel dicunt Ordinem referri veluti cumulative ad utrumque Christi Corpus eucharisticum et mysticum, adeoque importare varia officia quae ad utrumque referuntur (ita Gy50), quaeque in episcopatu totali modo inveniuntur; vel docent Ordinem potius referri ad corpus mysticum quod in tota sua amplitudine adnexum habet ipsum Corpus eucharisticum, tamquam aliquid ad se finaliter ordinatum *ÇPiault, Masure, Boularand),* adeoque directe importare *participationem potestatis Christi in sua ampliori ratione,* qua excedit ac ambit meram potestatem sacerdotalem. Ceterum, hanc ipsam participationem alii aliter intelligunt, semel sibi concesso libero ac facili cursu in campo praefatae amplioris "perspectivae." Iam enim *Thomassinus* qui suo oratorio stylo hos modernos praecesserat, sensit Ordinem esse generaliter participationem *potestatis Christi* erga fideles et episcopatum esse plenam participationem illius potestatis relate ad omnes functiones sacerdotales et ad omne regimen Ecclesiae.57 *Boularand* ait Ordinem esse participationem totalis (nec tantum sacerdotalis) *mediationis Christi,* prout nempe ipse est simul sacerdos, rex et propheta.58 *Masure* idem statuit sub alia

'"Hy a dans l'Apostolat' (Episcopat — Présbyterat — Diaconat) un pouvoir spirituel reçu du Christ, qui rend capable de communiquer les biens spirituels du Royaume sous le voile de signes sensibles: ce qui répond à la définition de ce que nous nommons un sacrement. Nous pouvons maintenant comprendre la signification théologique de ce sacrement qui est: 'un pouvoir spirituel sur le Corps du Christ, soit pour l'offrir sacramentellement à Dieu après l'avoir consacré, soit pour le donner aux fidèles sous les espèces de ce sacrement, soit pour le constituer, en une certaine manière, par le moyen de la Parole, et des sacrements de la foi, parmi les hommes? Il y a, en effet.... un lien étroit entre le corps du Christ dans l'Eucharistie, et ce que nous appelons, depuis le xii siècle, son 'corps mystique? Le premier est le sacrement de l'autre" (Op. *cit.* [supra, in p. 221] 728 sq.).

" "La première origine et la plénitude de l'épiscopat se trouve, en effet, en Jésus Christ, l'évêque de nos âmes' . . . Quand le Fils de Dieu donna à ses apôtres cet ordre et ce ministère divin, et quand il le conféra par eux aux évêques qui sont leurs successeurs, il leur donna la plénitude de tout le sacerdoce et non une simple extension de l'ordre des prêtres: il leur donna la souveraine autorité et la puissance en quelque façon infinie de toutes les fonctions sacerdotales et de tout le gouvernement de son Église" *(Ancienne et nouvelle discipline de VEglise touchant les bénéfices et les bénéficiers* [Paris 172S] 3).

""Distinguer les ordres d'après leur relation avec la très sainte Eucharistie, c'est assigner pour fin générale aux pouvoirs qu'ils confèrent, non pas de donner des Pères à l'Église, participant à la médiation totale de Jésus-Christ, mais seulement des prêtres, capables d'offrir et de dispenser le véritable corps du Christ, par une participation à sa fonction sacerdotale. Et c'est, du même coup, refuser au caractère de l'Ordre d'assimiler aussi le sujet au Christ prophète et roi, en lui communiquant quelque chose de son pouvoir d'enseignement et gouvernement. Mais cette conception répond-t-elle à la teneur des documents du Magistère? [Respondet negative, afferens tria Ecclesiae documenta, quae tamen ad rem non faciunt] . . . *La racine de ses défauts, nous la trouvons dans une certaine conception des rapports du corps eucharistique du Christ et son corps mystique, comme si tout pouvoir sur celui-ci devait se subordonner au pouvoir*

ampliori ac minus determinata expressione, loquens de participatione illius quasi *illimitatae Christi mediationis* quae ambit totam eius vitam omnesque actus orationis, exempli, doctrinae, praedicationis, oblationis tam in cruce quam in coelo.[50] *Piavit* loquitur de participatione *regalis potestatis Christi,* quae in presbytero est tantum potestas sacerdotalis, in episcopo autem est potestas pastoralis, comprehendens sacrificium, regimen et magisterium.[00] *Lécuyer* magis ambigue loquitur de participatione potestatis Christi quae in presbyteratu refertur ad Eucharistiam et ad curam gregis, in episcopatu vero, ultra Eucharistiam et pastoratum, refertur distincte ac proprie ad *apostolatum,* scilicet ad gregis Christi augmentum et incessabilem expansionem, ita ut propria gratia episcopatus sit gratia apostolatus, sive gratia ducis, missionarii, praedicatoris.[61]

Ex hac horum doctorum fluctuatione apparet instabilitas ac levitas positionis quam ipsi voluntarie assumpserunt. Defectus triplex non difficile in ea positione detegitur.

Primo enim, semel deserto principio S. Thomae de essentiali habitudine Ordinis ad Eucharistiam, praefati doctores amittunt stabile aliquod ac determinatum principium theologicae synthesis de sacerdotio et sacramento Ordinis, libere ac discrepanter discurrentes in

sur celui-là. **Or, si l'Eucharistie constitue le bien le plus précieux de l'Eglise, le signe et le principe de son unité, elle reste elle-même ordonnée à la fin générale que réalise la médiation du Christ, perpétuée par la hiérarchie. Et c'est pourquoi l'ordre épiscopal, qui fait participer à la plénitude des pouvoirs du Christ médiateur, l'emporte sur l'ordre sacerdotal qui rend ministre de son sacrifice"** *{art. cit.* **[supra, in p. 215] 17 sq.).**

" "Dans cette conception surnaturelle et quasi illimitée de la médiation ou du sacerdoce, toute la vie du Christ vient s'engouffrer, prières, leçons, exemples, enseignement, prédication, avec pour finir le geste de la charité par excellence accompli pour Dieu et pour les hommes, c'est-à-dire la mort sur la croix, le plus grand des sacrifices, et derrière celui-ci la médiation sans fin au ciel . . . [Le sacerdoce] chez les successeurs et les mandataires du Christ, est défini aussi, à son exemple, par ***l'exercice incessant de cette fonction médiatrice multiforme*** **que nous admirions toute à l'heure en Jésus et à laquelle participe par grâce ces successeurs. . . Cette conception du sacerdoce chrétien, où l'épiscopat vient premier et constitue le principe historique et sacramentel de tous les Ordres, suppose une démonstration toute différente, autrement large, autrement solide, de l'institution par le Christ"** *{op. cit.* **[supra, in p. 210] 61-63).**

•[0]"Il y a dans l'Église une participation absolument indispensable aux pouvoirs royaux du Christ. Et c'est pourquoi nous ne tentons pas de définir l'Ordre sacerdotal hiérarchique par rapport au corps eucharistique du Christ — ce que l'on fait habituellement. Mais nous voudrions décrire l'Ordre par rapport à son corps mystique. ***Car — et en cela nous nous séparons de saint Thomas — nous subordonnons le pouvoir eucharistique donné Par le Sacrement de l'Ordre au pouvoir sur le corps mystique.*** **. . . Pouvoir pastoral qui utilise gouvernement, sacrifice, enseignement, voilà l'épiscopat . . . L'épiscopat . . . est le Sacrement de l'Ordre lui-même en son état de plénitude. . . [La] relation [du prêtre] au Christ est autre. Non plus avec la dignité royale du Christ, donc au pouvoir suprême dans le Corps mystique, mais dans son rapport à ce sacerdoce sacramentel qui donne au prêtre la fonction de ministre de l'Eucharistie"** *{loc. cit.* **[supra, in p. 212] ; cf. reliquam partem textus ibidem).**

" Cf. supra, p. 213 sq.

amplissimo ac indeterminato campo participationis mediatricis ac regalis potestatis Christi quae, praeter potestatem Ordinis, ambit etiam potestatem iurisdictionis ac magisterii, Supremo Romano Pontificatui maxime tribuenda.

Secundo, ut exaltent episcopalem dignitatem eamque tamquam ipsum Ordinis sacramentum in sua unitaria totalitate repraesentent, ipsi ex una parte plus aequo secernunt episcopatum a presbyteratu et ex alia parte removent a directa consideratione sacerdotii conceptum sacrificii, a quo tamen haec dignitas essentialiter specificatur.[03] Ceterum episcopatus exaltationem, quam ipsi quaerunt, nullibi expressius depictam invenient quam in his verbis S. Thomae: "Sicut omnium rerum naturalium perfectiones praeexistunt exemplariter in Deo, ita Christus fuit exemplar omnium officiorum ecclesiasticorum. Unde unusquisque minister Ecclesiae quantum ad aliquid gerit typum Christi ... ; et tamen ille est superior qui secundum maiorem perfectionem Christum repraesentat. Sacerdos autem repraesentat Christum in hoc quod per seipsum aliquod ministerium implevit; sed episcopus in hoc quod alios ministros instituit et Ecclesiam fundavit. Unde ad episcopum pertinet mancipare aliquid divinis officiis, *quasi cultum divinum ad similitudinem Christi statuens.* Et propter hoc etiam episcopus specialiter sponsus dicitur ecclesiae, sicut et Christus" *{Suppi.,* q. 40, a. 4, ad 3).

Tertio, ipsi plus aequo exaltant corpus mysticum, seponentes aut deprimentes momentum quod Eucharistia, iuxta constantem sensum Traditionis, habet tum in sacerdotio Ecclesiae tum in tota christiana religione. Eucharistia enim est ipsum Corpus Christi verum ac physicum quod, utpote substantialiter unitum Divinitati ac inde substantialiter sanctificatum, altius longe ac divinius est corpore mystico, pro quanto substantialis sanctificatio superat accidentalem. Item Eucharistia est ipsum sacrificium Crucis iugiter repraesentatum ac renovatum, quae quidem sacrificalis functio fundat, ambit et explicat cetera munera Christi Mediatoris, scilicet sacerdotium, regalitatem et doctoratum, pro quanto ipsa Christi redemptio, in Cruce peracta et in Eucharistia perpetuata, est unicus ac totalis finis Incarnationis, unicumque ac totale fundamentum, in quo Ecclesia consistit et a quo omne ecclesiasticum regimen ac sacerdotium procedit. Nec valet

"Cf. praecipue Masure qui, sub ambiguis expressionibus, eucharisticam celebrationem reducere videtur potius ad signum sacerdotii quam ad praecipuum actum illius: "[L'Eucharistie] est donc dans le Christ le signe sensible de la fonction médiatrice exercée, — et chez nous le signe efficace de notre participation à sa sainte religion. La célébration de l'Eucharistie ne constitue pas seule l'exercice du sacerdoce; *elle le suppose, elle en est le sacrement visible,* rituel et fécond." Cf. integrum textum supra, p. 208; item criticas notas quas contra Masure scribit Piault, *art. cit.* (supra, in p. 212) 1030-1036.

obicere quod Eucharistia ordinatur ad corpus mysticum ac proinde illi tamquam fini subordinatur (ita Boularand) et ab eo tamquam a principali quodammodo obscuratur (Piault)[88]; nam ea ordinatio non est tamquam inferioris ad superiorem, cum non agatur proprie de fine cuius, sed de fine cui; finis enim, cuius gratia Eucharistia instituta sit, est ipsum bonum Corporis Christi, quod per suum influxum ad utilitatem aliorum sive fidelium, sibimetipsi adquirit novum ac mysticum corpus, in quo ipsa virtus Corporis physici extenditur ac operatur, nec aliter ipsa Incarnatio, quae involvitur sacramentaliter in Eucharistia, est ordinata ad hominum redemptionem, ex qua corpus mysticum derivatur.

Ad rem *Héris:* "Telle est la régence de l'Eglise, participation directe de la régence du Christ. Si complexe qu'elle paraisse en ses multiples organes, elle s'unifie en définitive dans son ultime orientation vers l'Eucharistie. Déjà nous avons pu nous rendre compte que tous les sacrements, tous les pouvoirs participés du sacerdoce du Christ, convergent vers le sacrifice eucharistique. C'est vers ce même sacrifice que tendent également d'une manière plus ou moins directe, mais toujours très réelle, tous les pouvoirs de régence de l'Eglise. En lui se trouve le centre et la consommation ici-bas du culte chrétien, la clef de voûte de toute la société spirituelle visible établie par le Christ pour continuer son oeuvre en ce monde."[84] *Henry:* "Nous pouvons conclure en disant que le prêtre chrétien est ordonné pour consacrer l'eucharistie et pour être au service de l'Eglise en tout ce que l'eucharistie implique, que ce soit prêcher parce que ce sacrement est un mystère de foi, ou que ce soit gouverner parce que c'est de ce sacrifice qu'est née l'Église et c'est en lui qu'elle fonde toujours son unité."[cs] *Congar:* "Dans ces conditions, on serait amené à envisager le sacerdoce presbytéral et le sacerdoce épiscopal comme foncièrement un, mais recevant, ici et là, une extension différente au point de vue de certaines actions sacrées autres que l'Action par excellence, qui est la célébration du Repas du Seigneur et qui constitue l'objet même du pouvoir sacerdotal essentiel."[88] *Beyer:* "Le sacerdoce culmine dans le sacrifice eucharistique; la rédemption du genre humain s'y perpétue: une messe est toujours le Calvaire. La vitalité de l'Eglise n'est pas concevable sans ce rapport continuel de grâce et de pardon. Aussi, sur l'autel, dans le sacrifice, se réalise tout l'apostolat."[87]

Praeter hanc principalem rationem, tria a thomistis *secundaria*

® "L'Eucharistie elle-même, n'étant que moyen par rapport au Corps mystique, doit s'effacer devant la réalité totale de l'Eglise."

****Op. cil.* (supra, in p. 164) 331.**
u *Art. cit.* (supra, in p. 115) 116.
"*Art. cit.* (supra, in p. 115) 192.
" *Art. cit.* (supra, in p. 114) 479.

argumenta addi consueverunt, quae vim suam probativam adhuc retinent, si tamen iuxta proprios limites constringantur, ultra quos adversariorum impetu facile comprimuntur.

Prima ratio petitur ex *septenario numero* ordinum, sed hanc retulimus intra argumentum Traditionis, ubi diximus qualiter intelligenda sit et quae limitata vis ei competat (pp. 249 sq.).

Secunda ratio petitur ex eo quod episcopatus habetur ab omnibus ut apex sacerdotii. Si nempe episcopatus esset ordo sacramentalis, non esset apex sacerdotii sed aliquid *inferius presbyteratu,* cum potestas consecrandi, utpote immediate attingens Corpus Christi physicum, sit longe nobilior potestate ordinandi sacerdotes quae immediate refertur ad corpus mysticum. Hoc tamen argumentum, allatum a Gonet ac repetitum a Billuart, non probat episcopatum non esse sacramentum, sed ipsum non esse sacramentum adaequate distinctum a presbyteratu, ac proinde valet tantum contra illos qui, ut Bellarminus, hanc adaequatam distinctionem sustinent (cf. supra, p. 224). Non autem satisfacit Bellarminus respondens potestatem presbyteralem esse maiorem intensive, quia est summa potestas, episcopalem vero extensive, quia ad plura se extendit (cf. in p. 623); nam, quidquid sit de modo quo haec maior extensio intelligatur, certe perfectio ac nobilitas potentiae potius a perfectione actus a quo specificatur, quam a numero obiectorum ad quae sese extendere potest, desumenda est.

Tertia ratio petitur ex eo quod ordo *episcopatus dependet ab ordine presbyteratus,* ita ut nequeat valide ordinari episcopus nisi qui sit presbyter. Ad rem S. *Thomas:* "Unus ordo non dependet a praecedenti, quantum ad necessitatem sacramenti. Sed episcopalis potestas dependet a sacerdotali, quia nullus potest recipere episcopalem potestatem nisi prius habeat sacerdotalem. Ergo episcopatus non est ordo" *{Suppi,,* q. 40, a. 5, Sed contra); quam rationem repetunt plures thomistae, ut Gonet, Billuart, Diekamp, Daffara. Attamen, haec ratio in duobus deficit. Primo enim, ex ea non sequitur episcopatum non esse sacramentum, sed tantum non esse adaequate distinctum sacramentum, et in hoc tantum sensu invocatur a S. Thoma, qui intendit probare episcopatum non esse distinctum ordinem. Secundo, ipsum principium dependentiae episcopatus a presbyteratu, prout assumitur de facto a praefatis thomistis, scilicet pro necessitate praeviae susceptionis presbyteratus, intellectae de prioritate temporis, certum non est (etsi nobis probabilius, ut ostendetur in art. 22, in tom. 3), imo decisive negatur a pluribus adversariis, qui vicissim, ex ipsa validitate consecrationis per saltum conantur conficere suum

argumentum pro sacramentalitate episcopatus, ut ostensum est supra (p. 287).

Nihilominus argumentum suum robur retinet (ad probandam tamen solam inadaequatam distinctionem episcopatus a presbyteratu), si praefato principio duplex restrictio apponatur. Primo nempe, episcopatus essentialiter dependet a presbyteratu posterioritate non temporis sed naturae, quatenus nemo fieri potest episcopus quin sit etiam presbyter, sive presbyteratum acceperit antea sive simul tempore cum episcopatu, nec possit existere aliquis merus episcopus (non presbyter) sicut datur merus presbyter (non episcopus); ex qua ratione, in qua est praecisa vis argumenti S. Thomae, sequitur episcopatum non distingui adaequate a presbyteratu, sicut presbyteratus a diaconatu, nec proinde continere illum tantummodo eminenter, sicut presbyteratus continet diaconatum, sed formaliter, ita ut episcopatus, simipliciter et adaequate sumptus, in generali saltem ratione Ordinis et abstrahendo a quaestione de sacramentalitate, contineat presbyteratum et illi complementum perfectionis addat. Secundo, praefata dependentia intelligi potest etiam de posterioritate temporis, sin minus absolute et simpliciter, saltem hypothetice et de facto, prout nempe, iuxta ritus significationem et Ecclesiae intentionem, quibus de facto et a multis iam saeculis episcopatus soli presbytero confertur, invalida est episcopalis consecratio collata non presbytero.

Pro sententia affirmativa aliquae etiam afferuntur rationes, quarum tamen nulla est fundamentalis.

Prima ratio est quia in episcopatu nihil desideratur ex his quae a theologis et ab ipsa Ecclesia exiguntur ac sufficiunt ad rationem sacramenti, scilicet divina institutio, ritus externus et effectus gratiae (et in casu Ordinis, etiam effectus sacrae potestatis) collatus ex opere operato. Ceterum, inconvenienter diceretur Christum instituisse merum aliquod sacramentale (ita *Bouëssê;* item, ad mentem, *Bellarminus, Van Noort-Verhaar, Hervé, Lercher-Umberg, Cappello, Zubizarreta, Sola),*

Attamen, hanc rationem non valere, sufficienter ostensum est supra (pp. 285-287), occasione argumenti deducti ex liturgia; ubi etiam notavimus parallelismum inter ordinationem episcopalem et non sacramentalem ritum tum ordinum minorum tum caeremoniae per quam ad finem ordinationis presbyteralis significatur concessio potestatis absolvendi. Quod autem obiciens ait de inconvenienti concipiendi consecrationem episcopalem ad modum cuiusdam sacramentalis, videtur lusus verborum; nam si sacramentale intelligitur, ut solet accipi a theologis, pro aliqua actione vel re quae sit ex mera ecclesiastica

institutione quaeque proinde non infallibiliter aut ex opere operato conferat effectum ad quem ordinatur, clarum est episcopatum non esse merum sacraméntale, cum, iuxta omnes sit a Christo institutum, saltem mediate, et infallibiliter conferat saltem sacram potestatem, si vero sacraméntale voluntarie accipiatur pro omni eo quod non est proprie sacramentum, nihil eo ipso prohibet quominus episcopatus dicatur aliquod sacraméntale, donec aliunde probetur ipsum esse sacramentum, quemadmodum nihil prohiberet quominus ipse ritus vel electio, qua confertur Papae supremum pontificatum, vocetur aliquod sacraméntale, quatenus est aliqua externa actio, ratione cuius confertur, et quidem ab ipso Deo et infallibiliter, suprema spiritualis potestas.

Secunda ratio est quia si presbyteralis potestas est vere sacramentalis, a fortiori talis est potestas episcopalis, cum haec sit causa illius et oporteat perfectionem effectus eminentiori modo contineri in sua causa.

Attamen, principium illud eminentialis continentiae effectus in causa valet de sola causa aequivoca sive in esse, non vero de causa univoca sive in fieri, qualis est episcopalis potestas relate ad presbyteralem; episcopus enim in se continet potestatem, quam presbyter habet, non eminentiori modo sed eodem prorsus modo sive gradu, non enim ipse potest magis aut melius consecrare vel absolvere quam simplex presbyter, quemadmodum pater non est magis homo quam filius. Unde, quidquid est sacramentalitatis in episcopo, invenitur etiam in presbytero, nec episcopatus est sacramentum secundum id quo excedit presbyteratum, sed tantum secundum id quo identificatur cum eo.

Tertia ratio est quia, si episcopatus non esset sacramentum nec imprimeret characterem, vix distingueretur ab ea externa commissione qua Papa confert presbytero extraordinariam facultatem confirmandi et ordinandi; ex quo sequeretur potestatem episcopalem posse pari modo a Papa revocari nec esse indelebilem. Saltem nulla apta ratio reddi potest, cur id efficere non posset (ita *Lercher-Umberg* et *Dander).*

Attamen, neganda est huiusmodi sequela, ob evidentem inter utrumque casum disparitatem. Nam extraordinaria illa facultas confertur presbytero ad ipso Papa per liberam commissionem, fundatam in altissima quam habet hierarchica potestate, ac ideo sicut voluntarie confertur, ita voluntarie auferri potest; e converso potestas episcopalis confertur ex ipsa institutione divina et per determinatum ac consecrativum ritum, ac proinde irrevocabiliter confertur et indelebiliter subiecto adhaeret, sicut character presbyteralis, etsi non sit character. Eam

obiectionem clare et absque ulla haesitatione iam solverat S. *Thomas:* "In promotione episcopi datur sibi potestas quae perpetuo manet in eo, quamvis dici non possit character, quia per eam non ordinatur homo directe da Deum, sed ad corpus Christi mysticum. Et tamen indelebiliter manet sicut character, et per consecrationem datur" *(Suppi.,* q. 38, a. 2, ad 2).

Quarta ratio est (quam quidam dicunt ab absurdo, alii a fortiori, alii ad hominem) quia ineptum et contra omnem sensum videtur diaconatum, imo et subdiaconatum ac ordines minores, qui ad merum ministerium ordinantur, habere ut sacramenta, et tamen hanc sacramentalitatis rationem denegare maximo ac nobilissimo inter ordines, a quo ceteri procedunt, scilicet episcopatui. Haec ratio iam indicata a *Durando* et *Biel,* uno vel alio modo post Bellarminum ab auctoribus refrigi solet ad satietatem, praecipue sub forma obiectionis contra principalem rationem S. Thomae de habitudine Ordinis ad Eucharistiam, de qua supra locuti sumus (p. 290). *Bellarminus:* "Mirabile est, quod velint aliqui ad officium diaconi et subdiaconi requiri novam gratiam, et ideo illas ordinationes esse sacramenta, et ad officium episcopi, quod est sine ulla comparatione difficilius et excellentius, nolint gratiam requiri."[8] *Boularand:* "Ce raisonnement [tiré du rapport des ordres à l'Eucharistie] poussé jusqu'au bout de sa logique, accule à la conclusion que l'ostiariat est un ordre sacramentel, mais non pas l'épiscopat. Et cette conséquence, si contraire au sens commun, nous fait pressentir quelque faille dans les prémices."[9] His ex parte concinit ipse *Congar* (cit. in p. 169) qui, ut animadvertimus, in tota hac quaestione de sacramentalitate episcopatus satis ambigue se gerit.

Attamen, haec ratio dupliciter claudicat. Primo enim, quia ex eminentia dignitatis episcopatus relate ad aliquem ordinem sacramentalem deducit a fortiori sacramentalitatem episcopatus, cum tamen ea eminentia sit tota in alio genere (in genere quidem "alicuius altioris ministerii," ut ait S. Thomas, *C. Gent.* 4. 76), quemadmodum si quis ex hoc quod Papa sit altior episcopo deduceret papatum a fortiori conferri per consecrationem aut per sacramentum (in hypothesi quod episcopatus esset sacramentum), vel ex hoc quod canis sit nobilior musca deduceret a fortiori etiam canem volare. Probavimus autem superius (pp. 291-299) Ordinem, qua sacramentum, accipi ex directa habitudine ad Eucharistiam, quam non habet episcopatus, habet vero sive presbyteratus sive etiam diaconatus qui altari ministrat. Secundus defectus illius rationis est quod frustranee in causam appellat sup-

[8] *Op. cit.* (supra, in p. 294) 767. [9] *Art. cit.* (supra, in p. 215) 17.

positam sacramentalitatem subdiaconatus et ordinum minorum ut inde argumentum ad hominem conficiat; nam horum ordinum sacramentalitas potest negari, sive ob defectum divinae institutionis sive, si arbitrarie velis, ob ipsum defectum directae ordinationis ad Eucharistiam, quin tamen vis argumenti S. Thomae ullatenus labefactetur, iuxta quod episcopatus, prout distinguitur a presbyteratu, non est sacramentum quia non ordinatur directe ad Eucharistiam, sive conficiendo, ut presbyteratus, sive ministrando, ut diaconatus, ad quam ceteroquin geminam ordinationem non est reducibilis ipsa remota, utut nobilissima, functio constituendi ipsos Eucharistiae consecratores et ministros, ut explicatum est supra (pp. 290 sq.).

Concludendo igitur hanc prolixam disputationem, dicimus sententiam de sacramentalitate episcopatus esse solide probabilem, eamque fundari in tribus praecipue rationibus scilicet in Traditione theoretica, in qua episcopus exhibetur ut summus sacerdos; in Traditione practica sive liturgica, in qua manifestatur perfectus parallelismus inter ordinationem episcopalem et ordinationem presbyteralem; et in recentiori magisterio Ecclesiae seu in Constitutione Pii XII de sacris ordinibus, in qua pariter, sub ipso titulo de sacramento Ordinis, ordinatio episcopalis videtur in omnibus parificari duabus aliis ac certo sacramentalibus ordinationibus presbyteratus et diaconatus. *Nihilominus asserimus sententiam de non sacramentalitate episcopatus esse non minus probabilem, imo, pro praesenti statu quaestionis, probabiliorem,* eamque solide fundari tum in Traditione theoretica, in qua exhibetur unitas ac fere identitas episcopi et presbyteri in sacerdotio; tum in Traditione practica, in qua ostenditur essentialis aptitudo presbyteri ad proprias episcopi functiones (uti, ac certo, confirmandi) vel quomodolibet communicabilitas harum functionum presbytero, in ratione ministri extraordinarii. Praeterea, sola haec sententia capax est exhibendi *aliquam profundam ac tenacem synthesim theologiae de catholico sacerdotio,* ope doctrinae de essentiali ipsius habitudine ad mysterium Eucharistiae, in quo radicatur et ex quo procedit totus cultus Christianae religionis et intima ratio ecclesiasticae hierarchiae.

Ad cuius evidentiam iuverit, pro coronide huius articuli, in unum colligere varia elementa synthesis thomisticae de hierarchico sacerdotio Ecclesiae, prout est fidelis quaedam participatio ac veluti symmetrica transcriptio ipsius sacerdotii Christi.

Mysterium Christi duobus verbis totum comprehenditur: Incarnatio et Redemptio, sive Incarnatio propter Redemptionem. Redemptio autem facta est per modum sacrificii in Cruce oblati; unde quidquid dignitatis ac potestatis fluit in humanitatem Christi ratione Incarna-

tionis, necessario induit redemptivam ac sacrificalem modalitatem, et sub hoc duplici essentiali aspectu ac finalitate considerari debet. Ex Incarnatione autem immediate fluit ratio Mediatoris, quae in suo adaequato conceptu triplicem dignitatem sive potestatem involvit ac pandit, sacerdotalem scilicet, regalem et magisterialem. Tres istae potestates, per finem et opus redemptionis in sacrificio Crucis peractae, ita modificantur, ut prima sit essentialis ac fundamentalis, utpote quae non solum propinquius accedit ad propriam rationem mediationis sed etiam profert ipsum sacrificalem actum per quem redemptio essentialiter consummata est, ceterae vero sint secundariae, illi subordinatae et ab illa veluti modificatae, ita ut regalitas Christi sit regalitas sacerdotalis, Christi magisterium sit magisterium sacerdotale, et, sicut Christus in Cruce obtulit, ita et in cruce regnat et in cruce docet, in qua iugiter manent insignia sacerdotalia, vexilla regalitatis et cathedra suae doctrinae. Ceterum, in ipsa sacerdotali Christi potestate duplex aspectus distingui potest, alter primarius ac essentialis, scilicet ipsa functio sacrificalis, et alter secundarius ac derivatus, scilicet functio directe sanctificativa quae competit Christo prout est sacramentorum institutor ac consummator.

In mysterio Ecclesiae, quae, tamquam Christi sponsa eiusque mysticum corpus, vehit atque extendit redemptivam Incarnationem, triplex illa Christi sacerdotalis potestas parallelo quodam ac symmetrico modo ab ipso Capite descendit, qui in apostolis eorumque successoribus ministros sibi ac vicarios constituere decrevit, ita ut ecclesiastica societas triplici, sacerdotii, regiminis ac magisterii, potestate regatur. Et sicut Christi potestas, tota a sacrificali suo sacerdotio in Cruce exercito dependet, ita ecclesiastica omnis potestas, in instituto sacerdotio quod in Eucharistia, Crucis vicaria, exercetur, proprium fundamentum habet propriumque finem attingit.

Attenta autem tum natura ipsius potestatis tum subiecto et modo quo ipsa communicatur, varii gradus resultant variaeque dignitates patefiunt, ex quarum ordinata ratione, ecclesiasticae hierarchiae vis ac pulchritudo consurgit. Distinguitur quippe duplex generica potestas, scilicet Ordinis et iurisdictionis. Quarum altera ambit utrumque regalitatis ac magisterii munus ac in duplici gradu constituitur, Papatu scilicet et monarchico episcopatu; prior vero, quae generaliter ambit sacerdotalem dignitatem in tota sua extensione, iterum dividitur in *potestatem Ordinis essentialiter sacerdotalem, sive sacrificalem,* quae duplicem presbyterii ac diaconatus gradum, sacerdotii nempe ac ministerii, secum trahit, et *potestatem Ordinis extensive sacerdotalem,* quae scilicet, etsi sacrificium sive cultum non ipsa persolvat, illum

tamen disponit ac regulat quaeque essentialiter constat pontificatu, quamvis et ipsa in eodem pontificali genere distinctionem duorum veluti graduum admittat, simplicis nempe pontificis, sive episcopi, et supremi pontificis, sive Papae. Ita per hanc extensivam potestatem Ordinis, quae in quodam genere regiminis consistit (non iubendo nempe, sed mere regulando ac constituendo ea quae sunt divini cultus), sacerdotium coniungitur regalitati, veluti per pontem qui cum utraque sacerdotali ac iurisdictionali potestate intimam cognationem habet. Tres igitur habentur distinctae potestates, prima Ordinis essentialiter sacerdotalis (adeoque sacramentalis, ut mox explicabitur), quae competit presbytero (et participative, seu ministerialiter, diacono); altera Ordinis extensive sacerdotalis (adeoque non directe ac proprie sacramentalis), quae una cum praecedenti et in illa fundata, competit episcopo, primo sacerdoti sive pontifici; tertia iurisdictionis, quae, una cum duabus praecedentibus, competit Papae, supremo sacerdoti ac Summo Pontifici.

Ad cuius potestatis ampliorem elucidationem necnon ad intelligentiam ritus sive modi per quem ipsa triplici praefato subiecto confertur, inducens mutuam eorum unitatem ac distinctionem, iuverit eam singillatim in unoquoque subiecto considerare, incipiendo ab inferiori gradu presbyteratus, in quo tota essentia ipsius proprie dicti ac sacrificalis sacerdotii continetur et ex quo ulterior ipsa extensio pontificalis dignitatis exordium capit.

Presbyter in sua ordinatione accipit essentialem potestatem sacerdotalem, quae ordinatur ad offerendum sacrificium eucharisticum, et consequenter ad conficiendum etiam sacramentum Eucharistiae, cum de facto ipsa oblatio consistat in actione consecrativa ex qua resultat sacramentum. Haec potestas consistit in charactere et est certo sacramentalis tum in seipsa, quatenus confertur presbytero per ordinationem-sacramentum, tum in suo actu consecrativo, quatenus hic fit mediante charactere sacramentaliter collato, vel quomodolibet (si non admittatur cum thomistis characterem esse veram physicamque potentiam) ratione characteris. Praeterea, presbyter, simul cum ea consecrativa potestate quae ordinatur ad Corpus Christi physicum, imo ratione illius, accipit etiam potestatem peccatorum remissivam, quae, quamvis immediate attingat corpus mysticum, tamen mediate refertur ad Corpus physicum sive eucharisticum, quia fideles ideo purificantur ut idonei sint ad participationem illius sacrificii ac sacramenti quod, utpote de essentia religionis, est finis totius cultus et ceterorum sacramentorum. Haec secundaria potestas respicit tria sacramenta remissionis, scilicet Baptismum, Poenitentiam et Ex-

tremam Unctionem, praecipue tamen Poenitentiam, nam Baptismus potest, etsi non ex officio, valide administrari a quolibet homine absque ullo sacramentali charactere, Extrema vero Unctio non directe ordinatur ad remissionem peccatorum sed est complementum Poenitentiae, ac propterea propria potestas presbyteri reduci solet ad duplicem actum consecrandi et absolvendi.

Dubitari autem potest an haec etiam *remissiva, potestas, non minus quam consecrativa, sit sacramentalis,* seu conferatur non solum cum sacramento sed per sacramentum, ac consistat in eodem charactere et exerceatur sacramentaliter per eumdem characterem; et ratio dubitandi est quia haec potestas non exercetur circa Corpus eucharisticum, a quo sacramentalis ordo specificatur, sed circa corpus mysticum, sicut etiam episcopalis potestas confirmandi et ordinandi quae non est sacramentalis, ut infra dicetur. Attamen videtur omnino esse de mente S. Thomae quod etiam potestas remissiva est proprie sacramentalis, tamquam actus secundarius eiusdem characteris sacerdotalis; nam "eiusdem . . . virtutis esse videtur aliquam perfectionem tribuere, et ad susceptionem illius materiam praeparare: sicut ignis virtutem habet et ut formam suam transfundat in alterum, et ut materiam disponat ad formae susceptionem; cum igitur potestas Ordinis ad hoc se extendat ut sacramentum corporis Christi conficiat et fidelibus tradat, oportet quod eadem potestas ad hoc se extendat quod fideles aptos reddat et congruos ad huius sacramenti perceptionem; redditur autem aptus et congruus fidelis ad huius sacramenti perceptionem per hoc quod est a peccato immunis . . . ; oportet igitur quod potestas Ordinis se extendat ad remissionem peccatorum, per dispensationem illorum sacramentorum quae ordinantur ad peccati remissionem, cuiusmodi sunt Baptismus et Poenitentia" (C. *Gent.* 4. 74; cf. *Suppi.,* q. 37, a. 4, ad 1, cit. supra, in p. 130, ubi S. Doctor his sacramentis addit Extremam Unctionem). Nec valet invocata paritas cum potestate confirmandi et ordinandi, nam haec potestas non ordinatur directe ad Eucharistiam, potestas vero remissiva ordinatur directe, quamvis non immediate.

Quod attinet tria reliqua sacramenta, ad ministrandum Matrimonium non datur potestas ulli sacerdoti, cum ipsum ministretur ab ipsis contrahentibus; ad Confirmationem vero et Ordinem prebytero non confertur potestas in ordinatione, sed potest conferri per extraordinariam et extrasacramentalem commissionem Papae, per quam participat ulteriorem hierarchicam potestatem Ordinis extensive sacerdotalis, de genere illius quae competit episcopo, ut mox dicetur; ceterum, cum nemo possit fieri episcopus nisi simul, seu natura prius,

sit presbyter, hic habet radicalem aptitudinem ad eam potestatem etiam ordinario modo obtinendam. Quod attinet potestatem iurisdictionis, presbyter nullam habet vi ordinationis; dici tamen potest ipsum habere radicalem quandam aptitudinem ad eam, cum omnis ecclesiastica hierarchia radicetur fundamentaliter in ipso sacerdotio, ut constat ex superius dictis et ex modo dicendis de episcopatu et Papatu.

Episcopus vi consecrationis, saltem si haec subsequitur presbyteralem ordinationem, obtinet *solam potestatem Ordinis extensive sacerdotalis,* qua potest praecipue confirmare et ordinare. Haec potestas, si consideratur secundum se ac praecisive, non est directe sacerdotalis nec sacramentalis cum non ordinetur directe (tam immediate quam mediate) ad Corpus Christi eucharisticum, sed ad corpus mysticum, cui subministrat milites et duces, imo et consecratores ipsius Eucharistiae ac confectores cultus, ita quodammodo copulans utrumque Christi corpus, quasi pons. Ipsa ceteroquin verissime pertinet ad sacramentum Ordinis ac pro tanto, emendicata quadam ratione, *sacramentalis dici potest,* tum scilicet *radicaliter* et praesuppositive, quia nequit plantari nisi in radice sacerdotii, tum ac consequenter *extensive,* quia extendit quodammodo et actualizat receptivam capacitatem ipsius sacerdotalis characteris, illum elevando ad consortium cuiusdam "superioris potestatis alicuius altioris ministerii" (C. *Gent.* 4. 76), qua constituitur "sponsus Ecclesiae" et ex qua ipsa sacerdotalis potestas generatur *(ibid.; Suppi.,* q. 40, a. 4, ad 3).

Ceterum, iuxta principia S. Thomae, habitudo episcopatus ad presbyteratum, tribus modis intelligi posset, ex quibus maior vel minor ratio huiusmodi extensivae sacramentalitatis episcopatui derivetur.

Primo nempe, dici posset presbyterum in sua ordinatione accipere per eumdem ritum tum duplicem potestatem, aliam sacramentalem et characteristicam, relate ad Corpus Christi eucharisticum quod consecrat, et aliam non sacramentalem nec characteristicam, relate ad corpus mysticum a quo removet peccata; in quo casu subsequens consecratio episcopalis *complet ac perficit immediate ac veluti ab intrinseco hanc ultimam potestatem,* mediate vero ac veluti ab extrínseco ipsam sacramentalem potestatem, cum ea inseparabiliter ligata. Attamen, ut iam supra dictum est (p. 307), haec radicalior explicatio, utut alliciens, non videtur esse de mente S. Thomae, qui actum peccatorum remissivum concipit ut secundarium actum eiusdem sacerdotalis potestatis eiusdemque characteris.

Secundo igitur dici potest presbyterum in sua ordinatione accipere

unicam ac sacerdotalem potestatem consecrandi et absolvendi, quae sub utraque hac ratione, etsi diversimode, respicit idem Corpus Christi eucharisticum, subinde vero per episcopalem consecrationem accipere *novam prorsus confirmandi ac ordinandi potestatem,* quae nec ullo modo in sacerdotali presbyteri charactere continebatur nec est illi homogenea, sed ad diversam, utut altiorem, lineam pertinet. In quo casu, sicut et in priori, episcopalis consecratio et potestas dici potest sacramentalis radicaliter et extensive, ut nuper explicatum est; in utroque pariter casu, episcopus confirmat et ordinat non per characterem, utique presbyteralem, aut quomodolibet vi huius characteris, sed per praefatam novam hierarchicam potestatem, a charactere distinctam ac moralis indolis. Et haec videtur esse genuina mens S. Thomae, quantum ex ipsa littera intelligi potest, praecipue in *Commento super Sent.* sive *Supplemento* (cf. dicta superius, pp. 129-133).

Tertio fortasse dici posset presbyterum in sua ordinatione accipere in ipso charactere presbyterali radicalem vim confirmandi et ordinandi, quae tamen nequit deduci ad actum, sicut deducitur consors potestas consecrandi et absolvendi, ob ontologicum defectum alicuius conditionis in ipso subiecto, seu ob defectum hierarchicae dignitatis, quae requiritur ad hoc ut quis possit milites et duces in ecclesiastica societate constituere, quod quidem est proprium officium regis sive hierarchae; idque illustrari potest per exemplum pueri qui, quamvis habeat potentiam generandi, nequit tamen generare ob defectum adultae aetatis. *Hanc autem dignitatem et elevationem subsequens consecratio episcopalis suppeditat,* eo ipso removens praefatum impedimentum, ita ut presbyter, iam factus hierarcha sive episcopus, per eumdem priorem nec mutatum characterem confirmet et ordinet, sicut antea tantummodo consecrabat et absolvebat. Nec inde necessario sequitur episcopatum esse sacramentum aut episcopalem dignitatem esse sacramentalem, quoniam per eam nec ullus character datur nec ulla potestas additur, sed mere elevatur ipsum subiectum, iam habens potestatem, ad moralem quamdam sive hierarchicam dignitatem, quemadmodum, accedente adulta aetate, minime confertur puero potentia generativa sed, aucta quantitate subiecti, subministratur requisita conditio ut iam habita potentia agere possit. Pariter ex parte alterius effectus sacramenti, qui est gratia sanctificans ministerialis, dici posset presbyterum in sua ordinatione accipere totalem quandam gratiam, quae sit potens auxilium ad rite ac digne exercendos omnes actus et ministranda omnia sacramenta quae quandocumque presbyter administrare potuerit, quaeque tamen, ob presbyteri inhabilitatem ad exercendos actus Confirmationis et Ordinis, suum adiutorium relate ad hos actus afferre nequit, donec, actuato per

episcopalem consecrationem illorum actuum exercitio, propriam vim et influxum ad illos connaturaliter extendat (cf. supra, in p. 286). Nec pariter inde ulla proprie dicta sacramentalitas episcopatui tribuitur, quia nulla per ipsum nova gratia causatur, sed iam habitae gratiae adiutrici nova materia subministratur. In hac tertia explicatione, praedicta extensiva sacramentalitas episcopatus maior est ac vividior apparet, quamvis aliunde, presbyterali charactere tantopere dilatato, vix ulla episcopali ipsi dignitati pinguedo relinquatur unde vere apex ac plenitudo sacerdotii vocari queat (cf. supra, in p. 274). Ad hanc tertiam explicationem quae, quamvis non videatur esse directe de mente S. Thomae, tamen eius principiis non contradicit, videtur non aegre reduci posse opinio plurium modernorum, nominatim Journet, Hugon, Dblger, Baisi, Bouesse et Lehmkuhl (cf. in pp. 260-264, 265, 266), si tamen expurgetur ab extranea affirmatione directae sacramentalitatis episcopatus.

Ceterum, quomodolibet habitudo episcopatus ad presbyteratum explicetur, verum manet quod episcopatus inadaequate ac praecisive sumptus, prout hodie confertur per distinctam consecrationem, *non est proprie et secundum se sacramentum,* tam in suo ritu quam in effectu potestatis, *quamvis sit radicaliter et extensive sacramentalis,* prout fundatur in sacerdotio sacramentali illudque extendit; unde episcopatus hanc suam extensivam sacramentalitatem emendicat ab ipso presbyteratu vel potius ab ipsa essentia sacerdotii quod in episcopatu, adaequate ac simpliciter considerato, totum continetur; quo sensu episcopatus dicitur plenitudo sacerdotii.

Episcopus igitur, vi suae consecrationis ac praehabitae ordinationis presbyteralis, habet duas potestates Ordinis sacerdotalis et Ordinis hierarchici. Quamvis autem non actu habeat potestatem iurisdictionis, quae ei distincte nec necessario confertur a R. Pontifice, eam tamen habet aptitudinaliter, imo quodammodo exigitive, tum quia iurisdictionalis episcopatus generaliter spectatus est necessarius in Ecclesia ex ipsa divina institutione, tum quia praefata potestas Ordinis hierarchici, ratione ipsius hierarchicae suae indolis connaturaliter appellat complementum iurisdictionis, qua perficitur totale regimen Ecclesiae; unde episcopus consecratus est iam veluti pastor natus et doctor laureatus, quamvis actuosa ipsa potestate adhuc careat.

Ratio autem *ministri extraordinarii,* quae competit presbytero quoad aliqua ex propriis episcopalibus muneribus, eodem supradicto triplici modo explicanda est, eo tamen servato discrimine quod episcopus hanc potestatem consequitur ex divina institutione, per determinatum ritum consecrationis et modo stabili ac indelebili, ita ut

evadat ordinarius minister illorum actuum, simplex vero presbyter eam obtinet ex voluntaria commissione R. Pontificis, absque determinato ritu, instabiliter ac revocabiliter, ac pro tanto ut minister extraordinarius.

R. Pontifex triplicem habet potestatem: *Ordinis sacerdotalis, Ordinis hierarchici* et *iurisdictionis,* eaque plenissima ratione quae unicuique istarum convenire potest. Ipsi enim a Christo traditae sunt claves regni coelorum, sive universalis potestas ligandi atque solvendi; in ipso, tamquam in fundamentali petra, aedificatae Ecclesiae firmitas consistit.

Potestatem iurisdictionis, eamque plenam, Papa consequitur ipso facto suae electionis, quae nec sacramentalis ordinatio est, nec consecrativus ritus, sed quaedam electionis forma, a Christo non determinata. Potestatem Ordinis essentialiter sacerdotalis, Papa obtinet vi presbyteralis ordinationis, nec maiorem quam ceteri presbyteri. Potestatem Ordinis extensive sacerdotalis ipse obtinet per consecrationem episcopalem, sicut ceteri episcopi.

Nihilominus, vi papalis muneris seu consequenter ad electionem ad supremum pontificatum, *haec ultima ac proprie episcopalis potestas extenditur, attingens alterum ac supremum suum gradum.* Huiusmodi extensio non respicit quidem validam collationem ipsorum sacramentorum proprie episcopalium, nam sicut Papa non magis consecrare aut absolvere potest quam simplex presbyter, ita nec magis confirmare aut ordinare quam simplex episcopus, sed respicit *ulteriorem potestatem regulativam cultus et ipsorum sacramentorum,* quae limitato modo competit etiam episcopo et ratione cuius Papa potest sanare matrimonium in radice, solvere matrimonium ratum nec consummatum, committere presbytero, tamquam extraordinario ministro, facultatem confirmandi (et forte ordinandi), necnon benedicendi validum oleum Confirmationis et Extremae Unctionis (idem dic de potestate determinandi materiam et formam sacramentorum, si hanc cum pluribus modernis admittas).[70] Haec enim omnia nequaquam pertinent ad potestatem iurisdictionis, ut quidam putare videntur, sed ad veram potestatem Ordinis *"alicuius altioris ministerii"* (C. *Gent.* 4. 76), in qua episcopus superat presbyterum et Papa superat episcopum, tamquam episcopus totius Ecclesiae, episcopus episcoporum, supremus

[70] Dubitari potest utrum hanc Ordinis potestatem Papa obtineat in ipso momento electionis, in quo consequitur supremam iurisdictionem (ita ut Papa electus, nec adhuc consecratus episcopus, praefatos actus ac commissiones elicere possit), an praerequiratur episcopalis consecratio. Hoc alterum eligendum videtur, eo quod praefata potestas sit generis episcopalis, sive pontificalis, atque se habeat tamquam extensio simplicis episcopalis auctoritatis (cf. supra, p. 275).

pontifex, habens *"plenitudinem potestatis pontificalis"* {*Suppi,* q. 38, a. 1, ad 3); unde, sicut "potestas sacerdotis exceditur a potestate episcopi quasi a potestate alterius generis [scilicet Ordinis hierarchici, non essentialiter sacerdotalis] . . . [ita] potestas episcopi exceditur a potestate Papae quasi a potestate eiusdem generis" {*Suppi.,* q. 40, a. 6, ad 3).71 Ceterum, ratione huiusmodi primatus in hac potestate

nAd hanc distinctionem referuntur sequentes textus S. Thomae. *In 4 Sent.,* dist. 7, q. 3, a. 1, q. 3: "Cum episcopatus non addat aliquid supra sacerdotium per relationem ad corpus Domini verum, sed solum per relationem ad corpus mysticum, Papa per hoc quod est *episcoporum summus,* non dicitur habere plenitudinem potestatis per relationem ad corpus Domini verum, sed per relationem ad corpus mysticum. . . Et ideo dicendum, quod promovere ad illas perfectiones quae non respiciunt corpus Domini verum, sed solum corpus mysticum [i.e. confirmare et conferre ordines minores], potest a Papa, qui habet *plenitudinem pontificalis potestatis,* committi sacerdoti." *Suppi.,* q. 38, a. 1., ad 3: "Papa, qui habet *plenitudinem potestatis pontificalis,* potest committere non episcopo ea quae ad episcopalem dignitatem pertinent." *Ibid.,* q. 40, a. 6, ad 3: "Potestas sacerdotis exceditur a potestate episcopi quasi a *potestate alterius generis.* Sed potestas episcopi exceditur a potestate Papae quasi a *potestate eiusdem generis.* Et ideo omnem actum hierarchicum quem potest facere Papa in *ministratione sacramentorum,* potest facere episcopus; non autem omnem actum quem potest facere episcopus, potest facere sacerdos in sacramentorum collatione. Et ideo quantum ad ea quae sunt episcopalis ordinis, omnes episcopi sunt aequales. Et propter hoc quilibet alium potest consecrare." 3 p., q. 72, a. 11, ad 1: "Papa in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest quaedam quae sunt superiorum ordinum committere quibusdam inferioribus, sicut quibusdam presbyteris concedit conferre minores ordines, quod pertinet ad potestatem episcopalem. Et ex hac plenitudine potestatis concessit B. Gregorius Papa, quod simplices sacerdotes hoc sacramentum [Confirmationis] conferrent."

Ad eamdem peculiarem Papae potestatem, quam S. Thomas appellat *"plenitudinem Potestatis pontificalis,"* sese refert Capreolus, eam vocans *"plenitudinem potestatis ministerialis."* Scribit: "Dato quod ad confirmandum et ad conferendum ordines minores necessario requiratur character sacerdotalis, et, ultra hoc, potestas episcopalis, tamen Papa, *ex plenitudine ac complemento potestatis ministerialis* et ex ordinatione Christi, cuius est Vicarius, potest tollere illam necessitatem: quia illa necessitas non est nisi respectu inferiorum ministrorum, sicut aliquid est necessarium per respectum ad causas secundas naturales, quod non est necessarium per respectum ad causam primam, sicut mortuum non resurgere, virginem non parere, et similia. Et de hoc S. Thomas de Potentia Dei, q. 1, art. 3 et 4, et multis aliis locis" *(Op. cit.* [supra, in p. 148] 143). Inter modernos, Congar notat: "L'esprit s'orienterait volontiers, tant pour l'évêque vis-à-vis du prêtre que pour le Souverain Pontife, vers l'idée d'un *pouvoir liturgique:* extension du pouvoir d'Ordre à des actes nouveaux, impliquant autorité, effectuée par la consécration épiscopale (pontificale)"; "Je crois . . . que c'est une notion de ce genre qui, au delà d'une pure question de juridiction, permet de donner tout son sens, soit au sacre du pape, soit à son titre de Souverain Pontife, soit au pouvoir qu'il exerce en matière proprement sacramentelle, liturgique et cultuelle" *(art. cit.* [supra, in p. 115] 116, 118; cf. 121). Item Gigon: "In Summo Pontifice qui *plenitudinem absolutam possidet potestatis,* melius intelligitur actuatio maior characteris sacerdotalis seu ius extendendi characterem presbyteratus ad primitivam perfectionem cuiuslibet sacerdotii" *(De Sacramento Ordinis* [Friburgi Helv. 1945] 52).

Conc. Trid. in priori schemate capitum, 13 oct. 1562, haec habet quae ostendunt unitatem omnis hierarchiae, etiam Ordinis, sub plena potestate R. Pontificis: "Porro quemadmodum ordo sacramentum est, ita etiam unum sacramentum esse s. synodus docet. Nam etsi plures in eo sint gradus ac potestates inter se distinctae, omnes tamen ad unum Eucharistiae sacramentum et sacrificium ordinate referuntur; ex quo necessario sequitur in s. catholica Ecclesia, quae ad similitudinem coelestis illius Hierusalem matris nostrae descripta est, hierarchiam per succedentium ordinum aptissimam distributionem sub uno summo hierarcha Christi in terris vicario romano pontifice constitutam esse" (Apud A. Theiner, *Acta genuina ss. oecumenici Concilii Tridentini* [Zagabriae in Croatia (1874)] II 152).

qua ipsum sacerdotium extenditur, *Papatus attingit ultimam lineam in apice sacerdotali,* ita ut "Cathedra Petri" dici possit cum Cypriano simpliciter ac sine addito "Cathedra sacerdotalis."[72]

Inde papatus apparet tamquam altissima ac plenaria participatio triplicis potestatis Christi, sacerdotalis nempe, regalis et magisterialis; inde eidem atque unicae personae, quae est "Christi Vicarius," pastor Ecclesiae, "Apostolicus" sive haeres totius apostolatus, simpliciter et sine addito convenit triplex attributum Pontificis, Regis ac Doctoris Ecclesiae.

ART 6. Utrum Subdiaconatus Et Ordines Minores Sint Et Ipsi Divinitus Instituti Ac Sacramentales *(Supp.,* q. 35, a. 2; q. 37, a. 2; ci. *In 1 Tim.,* c. 3, lect. 2; Opusc. *Contra pestiferam doctrinam retrahentium homines a religionis ingressu,* p. 2, c. 22; Opusc. *De articulis fidei* et *Ecclesiae sacramentis).*[73]

STATUS QUAESTIONIS

In praecedentibus articulis vidimus Ordinem, sive hierarchicum ac sacramentale sacerdotium a Christo institutum, constare tribus gradibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus, quorum duo priores

Ceterum, de hac propria ac vere *pontificali potestate R. Pontificis* iterum ac magis determite agemus ad calcem art. 10 (in tom. 3).

"Ut dictum est in art. 1 (tom. 1, 360), expressio "*Cathedra sacerdotalis?'* nonnisi ter occurrit apud Cyprianum ac constanter designat cathedram romanam, quam idem Pater appellat "Cathedram Petri," imo "Petri cathedram atque ecclesiam principalem, unde *unitas sacerdotalis* exorta est" *(Ep.* 55. 14, *ML* 3. 844 sq.).

"Andrieu, M., "Les ordres mineurs dans l'ancient rit romain," *Revue des sciences religieuses* V (1925) 232-274; "La carrière ecclésiastique des papes et les documents liturgiques du moyen âge," *ibid.* XXI (1947) 97-99; *Les Ordines Romani du haut moyen âge* III ("Spicilegium sacrum lovaniense," fasc. 24, Louvain 1951) 543-554.

Audet, L., "Notre participation au sacerdoce du Christ: étude sur le caractère sacramentel." *Laval théologique et philosophique* I (1945) 113-115.

Beaucourt, Ch. de,-Mura, E., *Les degrés du sacerdoce,* I: *Ordres mineurs* [De Beaucout] (Paris 1947) 72-74.

Benedictus XIV, *De synodo dioecesana,* l. 8, c. 9, in Migne, *Theologiae cursus completus XXV* (Paris 1841) 1109-1116.

Boutet, J., *Manuel historique des ordinations,* éd. 2 (Bruges 1949).

Braun, H., "Ostiarier," *Theologisch-praktische Quartalschrijt* XCI (1938) 593-606; "Lektor," *ibid.* XCII (1939) 204-218; "Exorzist," *ibid.* XCIII (1940) 20-32; "Akolyth," *ibid.* XCIV (1941) 1-12.

Cappello, F. M., *Tractatus canonico-moralis de sacramentis,* IV: *De sacra Ordinatione* (ed. 3, Taurini 1951) 52-73, 513-516.

Congar, Y. M.-J., *Jalons pour une théologie du laicat* ("Unam sanctam," n. 23, Paris 1953) 308-313: Excursus. Des "Ordines minores" aux laïcs?; "Saint Thomas et les archidiacres," *Revue thomiste* LVII (1957) 657-671.

Contassot, F., "Les pouvoirs des lecteurs," *L'ami du clergé* LXIV (1954) 186-188.

Crehan, J., "The seven orders of Christ," *Theological studies* XIX (1958) 81-93.

Croce, W., "Die niederen Weihen und ihre hierarchische Wertung. Eine geschichtliche Studie," *Zeitschrift für katholische Théologie* LXX (1948) 257-314.

De Augustinis, Ae. M., *De re sacramentaria* (Romae 1889) II 428-438, 477-491.

Duchesne, L., *Origines du culte chrétien* (ed. 5, Paris 1909) 348-357, 370-375.

sunt proprie ac directe sacramentales, tertius vero extensive ac cumulative tantum. Quaestio nunc est de origine et natura ceterorum ordinum, qui ab illis ac circa illos exercentur in Ecclesia, tanquam

Feghali, J., "La hiérarchie d'Ordre dans l'Eglise Maronite," *Annuaire de l'école des législations religieuses* (Institut catholique de Paris) II a. 1951-1952 (Paris 1953) 7-27.

Fischer, B., "Der niedere Klerus bei Gregor dem Grossen," *Zeitschrift für katholische théologie* LXII (1938) 37-75.

Forget, J., "Exorciste," *Dictionnaire de théologie catholique* V-2 (Paris 1913) 1780-1786.

Galtier, P., "Imposition des mains," *Dictionnaire de théologie catholique* VII-2 (Paris 1923) 1418-1420.

Gerlaud, M. J., *L'Ordre* ("Saint Thomas d'Aquin. Somme théologique," Paris 1931) 205-216; "Le ministre extraordinaire du sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* XXXVI (1931) 876, 885.

Ghellinck, J. de, "Le traité de Pierre Lombard sur les sept ordres ecclésiastiques: Ses sources, ses copistes," *Revue d'histoire ecclésiastique X* (1909) 290-302, 720-728; XI (1910) 29-46.

Giovanni Battista da Farnese, *Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessione xxiii di Trento [1515-1562}* (Roma 1946) 54-59, 79-99.

Goar, J., EÚX0X0710F *sive Rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum: S. Piget 1647) 237-243, 246-249.

Gobulot, Ph., "Sur la tonsure chrétienne et ses prétendues origines païennes," *Revue d'histoire ecclésiastique* XXI (1925) 399-454.

Godefroy, L., "Lecteur," *Dictionnaire de théologie catholique* IV-1 (Paris 1926) 117-125.

Gonher, P., "Au sujet des attributions du lecteur," *Le canoniste* XLVIII (1926) 522-625.

Harnack, A., *Die Quellen der sogenannten apostolischen Kirchenordnung nebst einer Untersuchung über den Ursprung des Lektorats und der anderen niederen Weihen* ("Texte und Untersuchungen" II-5), Leipzig 1886.

Hennen, B., "Ordines sacri. Ein Deutungsversuch zur I Cor. 12.1-^31 und Röm. 12.3-8," *Theologische Quartalschrift* CXIX (1938) 450-469.

Hugon, E., *Tractatus dogmatici* III (ed. 14, Parisiis 1948) 699-702; "Etudes récentes sur le sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* XXIX (1924) 487-490; "Autour du sacrement de l'Ordre," *ibid.* XXXI (1926) 265 sq.

Janssens, A., *De heilige Wijdingen,* II: *Diaconaat, subdiaconaat en mindere Orden,* Brussel 1935.

Journet, Ch., "Vues récentes sur le sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* LUI (1953) 107 sq.

Jugie, M., *Theologia dogmatica Christianorum Orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium* III (Parisiis 1930) 401-408; V (1935) 324-^329; 740-746.

Leclerq, H., "Acolyte," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* 1-1 (Paris 1907) 348-356; "Exorcisme, Exorciste," *ibid.* V-1 (1922) 964-978; "Fossoyeurs," *ibid. V-2* (1923) 2065-2092; "Lecteur," *ibid.* VIII-2 (1929) 2241-2269; "Portier," *ibid.* XIV-2 (1940) 1525-1533.

Lennerz, H., *De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 77-79, 114-125.

Lercher, L., *Institutiones theologiae dogmaticae* IV-2/2 (ed. 3, ab Umberg quoad tractatum De Ordine retractata, Oeniponte 1949) 275-277, 290-293.

Lungkofler, J. M., "Die Vorstufen zu den höheren Weihen nach dem Liber Pontificalis," *Zeitschrift für katholische Theologie* LXVI (1942) 1–19.

Many, S., *Praelectiones de sacra Ordinatione* (Parisiis 1905) 29-49.

Martène, E., *De antiquis Ecclesiae ritibus,* l. 1, pars 2, c. 8, a. 1 (Rotomagi 1700) 258-261.

Maurice, V., "Acolyte," *Dictionnaire de théologie catholique* 1-1 (Paris 1902) 312-316.

Meester, Pl. de, *Studi sui sacramenti amministrati secondo il rito bizantino* (Roma [1947]) 242-257.

Michael Bäuerle a Neukirch, "Nova controversiae solutio de subdiaconatu ac de quatuor ordinibus minoribus," *Estudis franciscans* XLII (1930) 19-32.

inferiores gradus sacri ministerii, an scilicet et ipsi censendi sint divinitus instituti necnon sacramentales, ita ut sacramentalis Ordinis hierarchia ultra praefatam triadem extendatur. Subdiaconatum autem ideo minoribus ordinibus coniungimus, quia de facto omnes ordines diaconatu inferiores solent a theologis, si pauci excipiantur de quibus

Michel, A., "Ordre. Ordination," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1232-1235, 1380 sq.; "Portier," *ibid.* XII-2 (1935) 2600-2602; "Sous-diacre," iWd. XIV-2 (1941) 2459-2466; "Tonsure," *ibid.* XV-1 (1946) 1228-1235. Praeterea confer: "Chronique de théologie dogmatique," *ibid.* XLIII (1926) 468sq.; "Questions de science ecclésiastique," *ibid.* XLV (1928) 370-373; LUI (1936) 308-312; LIV (1937) 741 sq.

Molitor, R., *Vom Sakrament der Weihe. Erwägungen dem Pontificale Romanum,* 2 voll., Regensburg 1938-1939.

Morinus, J., *Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus,* pars 3, exercit. 1, c. 2; exercit. 11, cc. 1-6; exercit. 12-15 (Parisiis 1655) 15, 193-216, 219-272, praecipue 193-197.

Musy, L., "Orgine et signification de la tonsure cléricale," *Revue du clergé français* XXXI (1902) 150-168.

Oppenheim, Ph., "De antiquissima quoad ostiarios documentatione," *Ephemerides liturgicae* LU (1938) 179–186; *Sacramentum Ordinis secundum Pontificale Romanum* ([Taurini] 1946) 34-42; *Pro Christo legatione fungimur. Elucubrationes liturgicae ad sacros Ordines minores et maiores* (Romae 1949) 11-17.

Périnelle, J., "La dotrine de S. Thomas sur le sacrement de l'Ordre," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XIX (1930) 250; *Le sacerdoce* (Paris [1936]) 57-7°.

PÉRINELLE, J., — Boisselot, P., "Six ordres de 'ministres' préparent au sacerdoce," *La vie spirituelle* XXXI (1932) 225-240.

Perrella, G. M., "Il decreto di Eugenio IV 'pro Armenis,' relativo al sacramento dell'Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XXXIX (1936) 465 sq., 481.

Pession, P. M., "L'Ordine sacro e i suoi gradi nel pensiero di Ugo di S. Vittore," *La scuola cattolica* LXIV (1936) 136-141, 149.

Philippeau, H. R., "Les ordres mineurs," *La vie spirituelle-Supplément,* n. 10 (août 1949) 170-177.

Puniet, P. De, *The Roman Pontifical* (transi. M. V. Harcourt, London 1932) 108-169.

Quera, M., "El Concilio de Trento y los Ordenes inferiores al Diaconado," *Estudios eclesiásticos* IV (1925) 337–358.

Reuter, H., Der *Subdiakonat,* Augsburg 1890.

Righetti, M., *Storia della liturgia* IV (Milano 1953) 266-283.

Roberkof, S., "Le sous-diaconat est-il un sacrement?," *Revue augustinienne XV* (1909) 86-105.

Rouzic, L., *Les Saints-Ordres. Doctrine et action* (ed. 3, Paris 1926) 124 sq.

Smith, B., *De tonsura clericorum* (Appendix 8* ad opera Bedae, in *ML* 95. 327-332).

Specht, T., "Sind die niederen Weihen und der Subdiakonat sakramental?," *Theologisch-praktische Monatschrift* III (1893) 233-240, 339-346; 398-414.

Thomas, J., "Presbytérat et ordres inférieurs," *Revue diocésaine de Tournai* II (1947) 222-227; "L'Ordre et les ordres: effets sacramentels de caractère et de grâce," *ibid.* 500-505.

Tixeront, J., *UOrdre et les Ordinations* (ed. 2, Paris 1925) 86-102.

Tymczak, A., *Quaestiones disputatae de Ordine. Historico-dogmatica disquisitio de ordinibus minoribus nec non de quaestionibus connexis* (Presmiliae 1936) 241–317; "Quaestiones disputatae de Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XL (1937) 542-545.

Verhamme, A., "De sacramentalitate ordinum infra presbyteratum," *Collationes brugenses* XXXIX (1939) 289-292.

Villien, A., *Les sacrements. Histoire et liturgie* (Paris 1931) 288-310.

Wieland, F., *Die genetische Entwicklung der sogenannten ordines minores in den drei ersten Jahrunderten* ("Supplementheft der Römische Quartalschrift," 7) Freiburg 1897.

Wilmart, A., "Les Ordres du Christ," *Revue des sciences religieuses* III (1923) 305-327.

infra (p. 409), pariformiter indicari in eorum negatione aut affirmatione indolis sacramentalis.

Haec quaestio, quae nondum pro iudicata causa aut undequaque sopita controversia haberi debet, ut quidam leviter arbitrantur, non parum difficultatis secum fert, hinc ob aliqua Ecclesiae documenta quae illorum ordinum sacramentalitatem suadere videntur, inde ob varia facta historica quae in contrariam conclusionem potius impellunt. Nuncusque vim suam retinet quod saec. 18 aiebat *Benedictus XIV,* a quibusdam pro negativa sententia immerito invocatus: "Quaestio valde admodum difficilis et inplexa est, an reliqui ordines diaconatu inferiores verum sint sacramentum. . . Ideo autem doctores in tot diversas scissi sunt opiniones, quia obscura et incerta est ordinum infra diaconatum origo, a qua unice pendet quaestionis decisio: etenim, si ea referenda sit ad Christi Domini institutionem, nemo audebit illis detrahere sacramenti dignitatem, cuius caetera habere requisita facile demonstrabunt; si vero adinventi ac constituti sint ab Ecclesia, non poterunt sane veram participare rationem sacramenti, ad quod de novo instituendum sola Ecclesiae auctoritas non protenditur. At hanc originem indagare est operosum, assequi vero fere impossibile. . . Dubii . . . nos haeremus, nec ullam in hac difficillima controversia sententiam ferimus."[74]

Antequam ad duarum decertantium opinionum expositionem deveniamus, iuverit sermonem facere tum *de enumeratione seu distinctione ordinum in Ecclesia,* sive latina sive orientali, tum ac praecipue *de historica eorundem origine et vicissitudine,* ex qua patefiet ipsum momentum difficultatis in hac re necnon positivum fundamentum ex quo plures theologi moderni procedunt in sua negatione sacramentalitatis illorum rituum.

I. ENUMERATIO ET DISTINCTIO ORDINUM.

IN ECCLESIA LATINA inde saltem a medio aevo novem computantur gradus, sive ordines in latiori saltem sensu huius vocis: presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus, acolytatus, exorcistatus, lectoratus et ostiariatus, quos praecedit tonsura et sequitur episcopatus; in strictiori tamen sensu, septem numerari solent ordines, nam tonsura ut proprius ordo non habetur, episcopatus vero communius non consideratur ut ordo adaequate distinctus a presbyteratu.

Ceterum, *in assignando numero* tam numerato (gradibus numeratis) quam numerante (explicita numeratione, puta septenaria), *aliqua diversitas ac fluctuatio* observatur, sive in documentis Ecclesiae sive

[74] *Op. cit.* (supra, in p. 313) 1111, 1112, 1116.

ac praecipue in operibus theologorum ac canonistarum, dependenter a latiori vel strictiori sensu qui voci "Ordo" tribuitur necnon a vario modo concipiendi theologicam naturam sive tonsurae sive ac praesertim episcopatus.

Cone. Florentinum (Decr. pro Armenis, *Denz.* 701), nominatis presbyteratu, diaconatu et subdiaconatu, addit generaliter: "Et similiter de aliis," manifeste sese referens ad reliquos quatuor inferiores ordines, iuxta currentem enumerationem theologorum; de episcopatu autem ne quidem verbum facit. *Cone. Trid.* (cap. 2, *Denz.* 958) distinguit inter "sacerdotium" et "ministrorum ordines," quos nominatim numerat: diaconum, subdiaconum, acolythum, exorcistam, lectorem et ostiarium; episcopatum autem, ut distinctum ordinem a presbyteratu non considerat, quamvis in cap. 4 illum designet ut ordinem sive gradum in generaliori sensu hierarchico, ut notatum est supra (p. 231 sq.), nec proinde dici possit cum quibusdam Concilium aequivalenter numerare octo ordines; commemorans tonsuram, eam ordinem non vocat, imo opponit "ministrorum ordinibus . . . minoribus ... et maioribus" (cap. 2, *Denz.* 958). *Pontificale Romanum,* § De Ordinibus conferendis, enumerat simul ac singillatim septem praefatos ordines, praemissa commemoratione tonsurae: "In sabbatis Quatuor temporum, in quibus fiunt ordinationes generales, tonsurae fieri debent post 'Kyrie eleison.' Deinde dicta prima lectione, ordinantur ostiarii. Post secundam lectionem, lectores. Post tertiam, exorcistae. Post quartam, acolythi. Post quintam, subdiaconi. Finita epistola, diaconi. Et demum, ante ultimum versum Tractus, vel infra Octavam Pentecostes, ante ultimum versum Sequentiae, ordinantur presbyteri." Presbyteratum, diaconatum et subdiaconatum maiores ordines, ceteros minores ordines appellat, hosque sub quaternario numero numerante comprehendit, ita aequivalenter septenarium numerum numeratum proponens, seu edicens septem esse ordines in Ecclesia latina:[78] "Sacri et maiores ordines sunt subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus"; "Quando autem Pontifex ... est promoturus aliquos ad primam tonsuram vel ad quatuor minores ordines dari possunt extra

"Ceterum in *Pontificali Romano* saec. 12, et in *Pontificali Guilelmi Durandi* saec. 13, a quibus descendit nostrum *Pontificale Romanum,* primo editum a Clemente VIII a. 1896, septenarius numerus numerans explicite proponitur. Prius habet: "Incipit ordo de septem ecclesiasticis gradibus"; alterum vero: "De septem ordinibus clericorum. De septem ordinibus ecclesiasticis dicturi, praemittimus quod non sacri et minores sunt quatuor, videlicet ostiariatus, lectoratus, exorcistatus et acolytatus." "De sacris ordinibus. Rubrica. Sacri et maiores ordines sunt subdiaconatus, diaconatus et presbyteratus. Episcopalis autem ordo sub appellatione sacrorum ordinum simpliciter non intelligitur, quoniam illa summitas sacerdotii culmen et apex atque thronus dicitur dignitatis" (Apud M. Andrieu, *Le Pontifical Romain au moyen-âge* I [Città del Vaticano 1938] 123; III [1940] 338, 348).

Missarum solemnia." Tonsuram autem iugiter ab ordinibus distinguit; de episcopatu vero separatim agit in distincta paragrapho "De consecratione electi in episcopum," nec unquam illum explicite ordinem appellat, etsi ipsam consecrationem semel vel iterum vocet ordinationem: "Propter ordinationes episcoporum numquam mutatur Officium diei, dicitur tamen post Collectam, pro officio Consecrationis, collecta pro electo." Pius XII in *Constitutione Apostolica* quae inscribitur "De sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus," a. 1947, etiam episcopatum, ordinem, imo sacrum ordinem, appellat (in praefato titulo et in textu: "Sacrorum Ordinum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus materiam unam esse manuum impositionem . . ."); ex quo fortasse aliquis deducet, iuxta mentem huius documenti octo numerari ordines, incluso nempe episcopatu. *Codex L C.,* in can. 949, refert singillatim septem praefatos ordines, tribuens iuridicum nomen ordinum maiorum vel sacrorum tribus prioribus, ordinum vero minorum quatuor postremis: "In canonibus qui sequuntur, nomine ordinum maiorum vel sacrorum intelliguntur presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus; minorum vero acolythatus, exorcistatus, lectoratus, ostiariatus"; in sequenti autem can. 950, nomen ordo absque appositione extendit iuridice ad significandum tum episcopatum tum ipsam primam tonsuram: "In iure verba: ordinare, ordo, ordinatio, sacra ordinatio, comprehendunt, praeter consecrationem episcopalem, ordines enumeratos in can. 949 et ipsam primam tonsuram, nisi aliud ex natura rei vel ex contextu verborum eruatur." Unde iuxta Codicem ac in sensu iuridico, novem habentur ordines, episcopatus, tres ordines maiores, quatuor ordines minores et tonsura.

Quapropter iuxta Codicem novem, iuxta *Constitutionem* Pii XII octo, iuxta Cone. Flor, et Pontificale Romanum septem numerantur ordines. Nullum tamen officiale documentum tradit ipsum numerum numerantem, dicens v.g.: septem, vel octo, vel novem sunt ordines.[76]

Theologi inde a medio aevo, post Petrum Lombardum, communiter numerant *septem* praefatos ordines, sed illi qui episcopatui denegant rationem veri ordinis (quidam medievales: Petrus Damianus?, Albertus M.?), vel rationem ordinis sacramentalis (Bonaventura, S. Thomas, aliique plures; cf. dicta in p. 176 sq.), vel ordinis adaequate distincti a presbyteratu (Gonet, Billuart aliique; cf. dicta in p.

MUt supra notatum est (p. 231, in nota), titulus "De septem ordinibus," affixus capiti 2, sess. 23, Cone. Tridentini, non est originalis. Nihilominus Catechismus Conc. Trid., communem sensum Ecclesiae exprimens, talem numerum explicite tradit: "Omnes ordines septenario numero continentur, semperque ita a Catholica Ecclesia traditum est: quorum nomina haec sunt, Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolythus, Subdiaconus, Diaconus, Sacerdos" (p. 2, c. 7, q. 12).

179 sq.), primum ordinem intelligunt ipsum presbyteratum, ad exclusionem episcopatus; illi vero qui, praesertim inter recentiores, episcopatui tribuunt rationem ordinis sacramentalis vel ordinis adaequate distincti a presbyteratu, retento traditionali septenario numero, pro primo ordine intelligunt sacerdotium in genere seu ordinem bipartitum in episcopatum et presbyteratum (Biel, Bellarminus aliique), aut dicunt septem ordines intelligi eos qui directe ad celebrationem Eucharistiae, quae est nobilissimus actus, ordinantur (Scotus, Estius), aut intelligi septem gradus per quos ascenditur ad fastigium sacerdotii seu episcopatum (aliqui moderni, ut Hurter).

Origo huius septenarii numeri, prout est numerus numerans, fortasse ascendit ad opus *Pseudo-Hieronymi* "De septem ordinibus Ecclesiae," circa initium saec. 5 exaratum et sub nomine et auctoritate ipsius Hieronymi per totum medium aevum receptum, in quo tamen fertur episcopatus tanquam septimus ordo, fossarius vero tanquam primus, omissis exorcistatu et acolythatu ("Septiformis Ecclesiae sacramentum nosse merearis, quod in omnipotentia Dei cum sua veneratione consistit, id est, in Patre, et in Filio, et in Spiritu Sancto, in archangelis, in angelis, in sapentia, in hominibus. . . Primus igitur in clericis fossariorum ordo est. . . Septimus autem in his dispositionibus episcopalis ordo est." Nominantur fossarius, ostiarius, lector, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. *ML* 30. 150-158). Inde ab initio saec. 12 septenarius numerus, et quidem sub consuetis septem graduum appellationibus (ostiariatus, lectoratus, exorcistatus, acolythatus, subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus vel sacerdotium), iam vulgatus invenitur, ut constat ex *Petro Damiano* (t 1070; *Liber qui dicitur gratissimus,* c. 15: "Ad instar septem donorum Spiritus sancti, septem sunt ordines ecclesiastici"; singuli tamen ordines ibi non nominantur), *Ivone Carnotensi, Algero Leodiensi,*[17] *Hugone Victorino, Magistro Simone, Petro Lombardo*™ *Bandino, Gandulpho Bononiensi, Beleth* (supra citatis, pp. 123-125).[79] Eodem tempore talis numerus refertur in *Pontificali Romano* et saeculo sequenti in *Pontificali Guilelmi Durandi* ex quibus hodiernum Pontificale descendit (cf. supra, p. 317, in nota).

"Algerus *(Sententiae, ms.)* mere exscribit Ivonem Carnotensem. Hic vero scribit: "Haec officia septem gradibus sunt distincta, quia sancta Ecclesia septiformis gratiae est munere decorata" *(Sermo de excellentia sacrorum ordinum, ML* 162,514).

"De dependentia tractatus "De ordinibus ecclesiasticis" Petri Lombardi ab aliis doctoribus nominatim ab Ivone Carnotensi et Hugone Victorino (necnon Gratiano) disserit J. De Ghellinck, "Le traité de Pierre Lombard sur les sept ordres ecclésiastiques: ses sources, ses copistes," *Revue d'histoire ecclésiastique* X (1909) 290-302, 720-728; XI (1910) 29-46.

w Innocentius III (-f- 1216) in suo opere *De sacro altaris mysterio* 1. 1, sex tantum ordines refert, sed agit de his qui partem habent in missa papali: "Cum apostolicae sedis antistes celebriter agit missarum solemnia, sex habet secum ordines clericorum, id est episcopos, presbyteros, diacones, subdiacones, acolythos et cantores" *(ML* 217.775).

Septenario numero *Dorias rationes* illi theologi assignarunt, uti conformatio ordini divino, angelico et humano (Pseudo-Hieronymus, nuper cit.), adaptatio ad numerum beatitudinum, quarum septem tantum sunt diversae (Magister Simon, infra, p. 321), assimilatio cum angelica hierarchia, adaptatio ad gratias gratis datas, appropriatio gratiarum gratum facientium sive septem donorum Spiritus S. (Petrus Damianus, Ivo Carnotensis, Algerus Leodiensis, Hugo Victorinus, Lombardus, Bandinus, Gandulphus Bononiensis, Beleth). S. *Thomas (Suppi.,* q. 37, a. 2), expositis ac reiectis tribus ultimis rationibus, fundat ordinum distinctionem in diversa ac septenaria habitudine quo contingit se habere ad Eucharistiam, ad quam potestas Ordinis essentialiter ordinatur,80 prout nempe vel agitur de ea consecranda (sacerdotium) vel de ministrando circa eam seu de cooperando cum celebrante, idque aut relate ad ipsum sacramentum, sive dispensando (diaconatus), sive ordinando materiam sacramenti in sacris vasis (subdiaconatus), sive hanc materiam praesentando (acolythatus), aut relate ad suspicientes sacramentum quatenus fit ut mundi accedant, sive cohibendo infestationem daemonum (exorcistatus), sive expellendo ignorantiam circa veritates fidei (lectoratus), sive arcendo infideles qui nec credere volunt (ostiariatus). *Guilehnus Alverniensis* (supra, p. 126) generalem hanc sobriamque rationem assignat, quae tamen non ipsius septenarii numeri sed solius multiplicitatis ac varietatis ordinum causam reddit: "Ratio septenarii in ordinibus status Ecclesiae primitivae fuit, rerumque sacrarum reverentia et veneratio." Simili ratione contentus fuit ipsum *Cone. Trid.* aiens: "Cum autem divina res sit tam sancti sacerdotii ministerium, consentaneum fuit, quo dignius et maiore cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesia ordinatissima dispositione plures et diversi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deserviunt" (cap. 2, *Denz.* 958).

Ob suam sententiam de sacramentalitate episcopatus eiusque adaequata distinctione a presbyteratu, *quidam pauci theologi conati sunt introducere usum numeri octonarii.*

Remota origo huius enumerationis inveniri potest tum in *Statutis*

"Albertus M. similiter procedit, etsi minus explicite *(In 4 Sent.,* dis. 24, aa. 5 et 6). Bonaventura vero minus definitive loquitur, nec simpliciter quemadmodum S. Thomas (qui ter decisive opponit: "Sed hoc nihil est"), respuit tres praefatas rationes; ait enim: "Licet autem omnes hi modi ex dictis magistrorum tracti sint — nam primus [de gratiis gratis datis] ex dictis Isidori, secundus [de angelica hierarchia] ex dictis Dionysii, tertius [de septem donis Spiritus S.] ex dictis Hugonis et Magistri — sed tamen adhuc videtur aliquid rationabilius posse dici, si quartum modum sumendi attendamus, qui est penes id ad quod Ordo ordinatur; et hoc quidem est ad Corpus Christi verum dispensandum ad utilitatem corporis Christi mystici" *(In 4 Seni.,* dist. 24, p. 2, a. 2, q. 4; cf. *Breviloquium,* p. 6, c. 12).

Ecclesiae antiquis (circa a. 500) et in *Isidoro Hispalense* (cf. infra, p. 323), tum ac praecipue apud *Amalarium Metensem, Rabanum Maurum* (t 856) et *Pseudo-Alcuinum* (ex priori medietate saec. 10), qui, relata prima tonsura, tractant singillatim tum de septem consuetis ordinibus tum de episcopatu, imo duo postremi scriptores explicite tradunt ipsum octonarium numerum numerantem; Rabanus: "Sunt autem gradus ecclesiastici octo, quorum nomina haec sunt: ostiarius, psalmista sive lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, atque episcopus" *(De clericorum institutione,* l. 1, c. 4, *ML* 107. 299), Pseudo-Alcuinus: "Quidam ... ex ipsis [i.e. ex ministris A. T.] erant ostiarii, et hi erant in primo et in inferiori gradu; in secundo lectores; in tertio exorcistae; in quarto acolyti; in quinto subdiaconi; in sexto diaconi; in septimo presbyteri; in supremo, excellentiori gradu episcopi sive pontifices constituti erant. Hi erant [in A. T.] octo gradus divini ministerii. . . . Haec de octo gradibus diximus, qui veteris legis tempore observantissime custodiebantur, quod in Novo Testamento suscepit Ecclesia tanto melius, quanto et verius, quia illis omnia in figura contingebant" *(De divinis officiis, c.* 34, *ML* 101. 1231-1233).

Iam saec. 12 *Magister Simón,* asserto numero septenario, illum ingeniose extendit in octonarium per additionem episcopatus, scribens: "Septem in novo testamento graduum sive ordinum distinctiones . . . memorantur. . . Sicut autem septem sunt diversae beatitudines, octava est quae idem cum prima repromittit, sic septem sunt, quos diximus; octavus est pontificalis apex" (cf. integrum textum, cit. supra, in p. 186). Saec. 14 *Scotus:* "Si dignitas et eminentia aliorum ordinum et actuum illorum attendatur maior vel minor, secundum maiorem accessum vel recessum ad ordinem sacerdotii et consecrationem corporis Christi veri, sic restringenda est ratio Ordinis . . . ; et illo modo sunt septem ordines in Ecclesia. . . Si autem conficere Eucharistiam non sit simpliciter excellentissimus actus in Ecclesia, sed posse constituere aliquem in illa eminentia, cui competit talis actus, tunc non sunt tantum septem ordines, sed octo, quia episcopatus tunc est specialis gradus et ordo in Ecclesia, cuius est ordines omnes conferre, et per consequens omnes in istis eminentibus constituere" (cf. integrum textum, cit. in p. 190 sq.). Saec. 16, *Maldonatus* (vel Pseudo-): "In hac re videntur mihi iuris pontificii periti melius sentire, quam scholastici theologi, quod dicant plures esse ordines quam septem. . . Et episcopatum quidem esse ordinem distinctum, . . . perspicuum est" (cf. integrum textum, cit. in p. 196). Saec. 17, *Estius:* "Respondemus, nec Florentinum decretum, nec synodum Tridentinam meminisse numeri septenarii, nec ullum canonem Ecclesiae testari quod

praecise septem sunt ordines ecclesiastici, quin potius ex canonibus apparere quod sunt octo, ut ex Carthag. 4. conc. et aliis supra citatis. Recte tamen vulgo septem recensentur ordines, quia ad corpus Christi verum, id est, ad Eucharistiae sacramentum soli septem directe destinantur; episcopatus vero ad gubernandum corpus Christi mysticum, et ad creandos alios Ecclesiae milites et sacramentorum ministros."[81] Pariter eodem saeculo *Morinus:* "Ordinationum . . . vulgo septem species feruntur: presbyteri, diaconi, subdiaconi, acolythi, exorcistae, lectores, ostiarii. Quidam octo enumerant; his enim adiungunt episcopos, et huic sententiae plurimum favent Rituales omnes tam graeci quam latini, et universae prope Ecclesiae traditio. Omnes enim episcopis ordinandis consecrationem particularem adhibent, longeque maiore cum ceremonia et apparatu quam in quavis alia ordinatione."[82]

Aliqui moderni magis explicite *suggerunt mutationem numeri septenarii in octonarium. Otten:* "Illa enumeratio . . . , iuxta quam sunt septem ordines, communior est, neque tamen necessario servanda; nam Ecclesia, hac in re nihil determinavit, et ex ipsa natura rei octo potius ordines numerandi videntur. Ratio est, quia episcopatus, prout contra presbyteratum distinguitur, est verum sacramentum; hoc autem dato, etiam dicendus videtur ordo a presbyteratu distinctus."[83] *Jugie:* "Septem, vel potius octo, ordines Ecclesia latina novit," "Mirum est plerosque compendiorum theologiae dogmaticae auctores inter catholicos septem tantum ordines in Ecclesia latina adhuc enumerare, cum episcopatus nunc communiter, et iure quidem, ut ordo omnino a presbyteratu distinctus habeatur."[84] *Conte a Coronata:* "Si quaeratur . . . quot sint in Ecclesia Latina ordines recte responderi poterit octo esse ordines hoc ordine ab infimo incipiendo inter se ordinati: ostiariatus, lectoratus, exorcistatus, acolythatus, subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus, episcopatus."[85] *Giovanni Battista da Farnese:* "Altro è enunciare positivamente che, secondo Fuso comune, gli ordini siano sette, altro è voler pretendere di far del numero una unità invariabile. . . Da sette si potrebbe passare con più ragionevolezza ad otto."[86]

Plures canonistae mediaevales, post Gratianum, contra septenarium numerum a theologis assertum *posuerunt numerum novenarium,* con-

[81] *In 4 Seni.,* **dist. 24, § 28,** ***In quatuor libros Sententiarum commentaria*** **(Parisiis 1680) IV 317.**

[82] *" Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus,* **pars 3, exercit. 1, c. 2, n. 26 (Parisiis 1655) 15.**

[83] *"Institutiones dogmaticae* **VI (Chicago 1925) 296.**

[84] *"Theologia dogmatica Christianorum Orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium* **III (Parisiis 1930) 401, in textu et in nota.**

[85] *"Institutiones iuris canonici. De Sacramentis,* **II:** *De Ordine,* **(Taurini 1946) 3.**

[86] *"Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessione xxiii di Trento [1515-1562}* **(Roma 1946) 56 sq.**

suetis septem ordinibus addentes non solum episcopatum sed etiam unam vel aliam alterius generis dignitatem aut officium, communius tonsuram seu clericatum, aut cantoratum seu psalmistatum. Ratio est quia plures doctores, praesertim inter canonistas, tonsuram et cantoratum habuerunt ut veros ordines, imo tonsuram dixerunt verum sacramentum (cf. infra, p. 377); quidam hos duos gradus in unum coniunxerunt, quatenus cantoratus per ipsam tonsuram conferretur. Praeter episcopatum *Gratianus* ipse addit psalmistatum (cf. supra, p. 187), *Guido de Orchellis* et *Guilelmus Altissiodorensis* addunt archiepiscopatum (cf. supra, in p. 188), alii archidiaconatum (cf. apud Rolandum Cremonensem, in p. 126), alii, ac frequentiores, ut auctor apocryphi opusculi S. Thomae *De officio sacerdotis, Nicolaus de Tudeschis, Angelus, Maior, Eckius,* tonsuram (cf. apud *Guilelmum Alverniensem,* in p. 125); adhuc post Conc. Trid., *Michael Medina* enumerationem Gratiani praefert, eam fundans in Isidoro Hispalensi et in Pontificali Romano: "Numerus septenarius illorum ordinum voluntarius est, et a Lombardo fortasse acceptus. Nos Lombardo Isidorum Hispalensem contraponimus, et antiquitate, et sanctitate, et eruditione multo illi praestantem, qui non septem sed novem numerat, ostiarium, psalmistam, lectorem, exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum, presbyterum et episcopum. Imo et in Pontificali Romano ordinatio psalmistae ponitur ab aliis distincta."[87]

Occasio huiusmodi novenariae enumerationis, quam doctores commendare conantur ex convenientia concordandae inter ecclesiam militantem et ecclesiam triumphantem seu inter ordines ministrorum et novem choros angelorum (cf. S. Thomam, *Suppi.,* q. 37, a. 2; Rolandum Cremonensem et Guidonem de Orchellis, supra, in pp. 126 et 188), fortasse fuit textus *Isidori Hispalensis* qui inter ordines recenset psalmistatum; praemissa enim tonsura, loquitur de sacerdote, seu episcopo, chorepiscopo, presbytero, diacono, levita sive custode sacrorum, subdiacono, lectore, psalmista, exorcista, acolytho, ostiario; attamen, chorepiscopum accipit non ut distinctum ordinem, sed ut vicarium episcopi, levitam intelligit ipsum diaconum prout est custos sacrorum, de psalmista vero sermonem facit immediate post lectorem ob similitudinem officii sed non videtur illum accipere ut particularem ac proprie dictum ordinem cum fateatur "ad hoc officium etiam absque scientia episcopi, sola iussione presbyteri, eligi quosque in cantandi arte probabiles esse constiterit," (*De eccles. offic.* 2. 12, *ML* 83. 792); unde ad summum dici potest Isidorum octo ordines numerare, addito scilicet episcopatu consueto numero graduum. Pariter *Sacramentarium Gelasianum* saec. 8 statuit: "Psalmista, id est cantor, potest absque

[87] *De sacrorum hominum continentia,* l. 1, c. 18 (Venetiis: I. Ziletus 1569) 16sq.

scientia episcopi, sola iussione presbyteri, officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide, ut ore cantas, corde credas, et quod corde credis, operibus probes."[88] Quae verba reproducuntur subinde in ipso *Pontificali Romano,* ad quod appellat Medina. Idem fertur in *Pontificali Romano* saec. 12 et in *Pontificali Guilelmi Durandi;* in priori tamen, illa ceremonia inseritur post tonsuram ante ordinationes, in altero vero ante ipsam tonsuram "priusquam episcopus aliquem clericum tondeat," (propterea dici solet Guilelmum abolevisse psalmistatum), in utroque notatur eam fieri posse a presbytero simplici iussione et absque scientia episcopi.[80] Ceterum, haec psalmistatus institutio in haec omnia documenta descendit et ad verbum exscribitur ex *Statutis Ecclesiae antiquis* (circa a. 500), ubi refertur post omnes ordinationes, inter varias classes personarum, quibus in Ecclesia peculiare aliquod officium vel dignitas, ab ordinatione distincta, competit, scilicet psalmistas, virgines, viduas, sponsum et sponsam. Can. 98 sic sonat: "Psalmista, id est cantor, potest absque scientia episcopi sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: 'Vide ut quod ore cantas, corde credas; et quod ore credis, operibus comprobes'" *(ML* 56. 888 sq.).

Cum tonsura nunc communissime a theologis excludatur non solum a ratione sacramenti sed etiam a ratione ordinis proprie dicti, nec nisi in latiori ac iuridico sensu a Codice I. C. ordo dicatur, disceptari tantum potest *de convenientia retinendi in theologia numerum septenarium ordinum vel introducendi numerum octonarium,* ratione nempe episcopatus cui ab omnibus conceditur veri ordinis natura. Attamen convenientia retinendi septenarium numerum ostenditur tum ex traditionali usu theologorum, cui de propinquo conformantur maiora Ecclesiae documenta; tum quia de indole ipsius rationis ordinis qui competit episcopatui adhuc inter doctores disputatur, an nempe sit ordo mere hierarchicus non vero directe cultualis, ut sunt alii septem ordines, an sit ordo sacramentalis, ut presbyteratus et diaconatus (et fortasse etiam inferiores ordines), et an adaequate distinguatur a presbyteratu. Sufficeret enim negare hanc adaequatam distinctionem (quod quidem est nunc communior sententia ipsorum doctorum qui admittunt ipsam sacramentalitatem episcopatus) ut iam non sit simpliciter verum adesse octo ordines, cum ita episcopatus non sit ordo simpliciter distinctus ab aliis, sicut isti inter se. E converso, numerus septenarius sufficienter satisfacit omnibus theoriis nec inconvenienter explicari potest in unaquaque; si enim dicatur

[88] Apud H. A. Wilson, *The Gelasian Sacramentary* (London 1894) 145.
[80] Cf. apud M. Andrieu, *op. cit.* (supra, in p. 317) I 124sq.; III 335.

episcopatum esse adaequate distinctum a presbyteratu, in septimo ordine (qui tunc vocari deberet sacerdotium potiusquam presbyteratus) intelligeretur inclusus episcopatus tanquam species in genere; a fortiori, si asseratur sola inadaequata distinctio, episcopatus includitur tum in sacerdotio, tanquam apex, tum in ipso presbyteratu, tanquam eius extensio ac complementum; si vero dicatur (ut probabilius cum S. Thoma sustinuimus) episcopatum esse ordinem mere hierarchicum nec cultualem, ipse potest intelligi aliquo modo inclusus tum in sacerdotio tum in presbyteratu, tanquam istorum apex et extensio, quamvis non homogenea, sive in generica linea Ordinis sive in specifica linea sacramenti, vel dici potest septenariam enumerationem referri ad solos ordines cultuales, non vero ad omnem ordinem etiam pure hierarchicum, qualis est episcopatus.

Praefati septem ordines in Ecclesia latina dividuntur in tres ordines maiores sive sacros: presbyteratum, diaconatum et subdiaconatum, et *quatuor minores:* acolythatus, exorcistatus, lectoratus et ostiariatus. Haec divisio quae invaluit apud theologos inde a saec. 12, consecrata est tum in cap. 2 *Cone. Tridentini*™ tum in *Pontificali Romano* (cit. supra, p. 317) et *Catechismo Cone. Trid.* (p. 2, c. 7, q. 12) ac retenta est a *Codice 1. C.,* can. 949 (supra cit., p. 318). Nec trias sacrorum ordinum episcopatus, presbyteratus et diaconatus, prolata a Pio XII a. 1947 in sua *Constitutione* "De sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus, episcopatus" quidquam adhuc immutavit relate ad praefatam theologicam ac iuridicam distinctionem ac determinationem sacrorum ordinum in presbyteratum, diaconatum et subdiaconatum.

Quo exacto tempore explicita ac directa distinctio ordinum in maiores sive sacros et minores fieri coeperit, non constat. Ante saec. 11 scriptores ecclesiastici omnes ordines generaliter vocant sacros: Siricius R. P. (+398; *Epist.* 1. 7: "Veniamus nunc ad sacratissimos ordines clericorum"), Leo M. *{Epist.* 6. 6, ait traditionale tempus ordinationis "circa omnes sacros ordines debere omnimode custodiri"; agit tamen directe de episcopatu, presbyteratu et diaconatu, adeoque ea expressio est aliquatenus ambigua ac posset intelligi de solis tribus his ordinibus), Gregorius M. *{Reg. epist.,* 1. 1. cp. 44, appellat subdiaconatum "sacrum ordinem"), Isidorus Hisp. *{De eccles. offic.,* 1. 2, c. 5: "Veniamus ergo nunc post tonsuram ad sacratissimos ordines . . ."), Amalarius *{Liber officialis,* 1. 2, c. 6: "De ordinibus sacris

"'"Ut, qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ordines ascenderent. . . Subdiaconatus ad maiores ordines a Patribus et sacris Conciliis refertur, in quibus et de aliis inferioribus frequentissime legimus," *Denz.* 958). Concilium adhibet expressionem "ordines maiores" non vero etiam "ordines sacri," seu "ordines sacri et maiores," ut Pontificale Romanum, Catechismus Cone. Trid. et Codex I. C.

quos nostri episcopi consueto more frequentant"), Rabanus Maurus *{De cleric. instit.,* l. 1, c. 6: "Nec ordinare clericos in sacris ordinibus presbyteri possunt"); Anonymus auctor *Ordinis de sacris ordinibus* (saec. 10) sub hac voce refert omnes et singulos ordines *{ML* 138. 1003 sqq.); adhuc circa initium saec. 12 Ivo Carnotensis (+1115) loquitur generaliter "De excellentia sacrorum ordinum" *{ML* 162. 515) nec utitur ea distinctione quae nihilominus paulo antea iam fieri coeperat. Pariter hi aliique scriptores non explicite ordines distinguunt in maiores et minores, tanquam in duas determinatas classes; quamvis Innocentius I *{Epist.* 2. 3) distinguat "clericos tam superioris ordinis quam etiam inferioris," tamen cum loquitur de "minoribus officiis" *{Epist.* 37. 5) designat ipsum diaconatum una cum lectoratu et acolythatu per respectum ad sacerdotium; adhuc generaliter ac indeterminate sonant verba Zosimi R. P.: "Quisquis, sive episcopus, sive presbyter, sive diaconus, aut deinceps inferiori gradu sit. . ." *{Epist.* 1. 1). Nihilominus *in libris liturgicis* haec altera distinctio maturius fieri coepit, ita ut presbyteratus et diaconatus determinate designarentur ut superiores respectu ceterorum, incluso subdiaconatu. Ita in quodam *Ordine* probabiliter exarato circa initium saec. 10 (edito a M. Andrieu ex Codice manuscripto *Add.* 15222, asservato in Museo Britannico) qui est quaedam adaptatio *Ordinis Romani VIII* saec. 8 editi a Mabillon (cf. *ML* 78. 999-1001), legitur: "Subdiaconum vero vel ceteros gradus inferiores consuetudinem habet sedes apostolica consecrandos die dominico, vel ceteris festivitatibus preclaris, in quibus pontifici placuerit, vel quo tempore ipse missarum sollemnia agere voluerit. Nam presbyteros et diaconum nullatenus consecrat, nisi in quattuor tempora."[61] Ita pariter in *Sacramentariis Gelasiano et Gregoriano,* iuxta formam ampliatam saec. 9-10, in quibus rubrica notat: "Maiores gradus ante Evangelium, minores vero post Communionem dantur; et minores quidem Dominicis diebus, si necesse est, maiores vero in Sabbatis duodecim lectionum per quattuor tempora tantummodo" *{ML* 78. 218). Iuxta ea quae sequuntur, maiores ordines, conferendi in Sabbatis Quatuor Temporum, sunt tantummodo diaconatus, presbyteratus et episcopatus. Nihilominus in quibusdam Sacramentariis dicitur etiam subdiaconatum conferendum esse, una cum tribus superioribus ordinibus, in Sabbatis Quatuor Temporum; unde non ex hoc tantum dignoscenda est distinctio inter ordines maiores et minores, ut observat Martène[62] contra Morinum.

[61] Apud M. Andrieu, "Les ordres mineurs dans l'ancien rit romain," *Revue des sciences religieuses* V (1925) 243 sq. Hunc Ordinem, sub numero Ordo Romanus 35, subinde idem Andrieu edidit in suo opere *Les Ordines Romani du haut moyen-âge* IV (Louvain 1956) 36.

[62] *Op. cit.* (supra, in p. 314) 260.

Circa finem saec. 11, ea distinctio clare ac signate enuncian coepit in ipsis documentis ecclesiastici magisterii et in operibus theologorum ac canonistarum, prius sub forma *"ordines sacri et non sacri,"* subinde etiam sub forma *"ordines maiores et minores"* aut sub utraque simul. *Alexander II* (t 1073): "Erubescant impii, et aperte intelligant iudicio Spiritus sancti eos, qui in tribus sacris gradibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu positi, mulierculas non abiecerint et caste non vixerint, excludendos ab eorundum graduum dignitate."[93] *Urbanus II* in Cone. Beneventano a. 1091, can. 1: "Nullus deinceps in episcopum eligatur, nisi qui in sacris ordinibus religiose vivens inventus est. Sacros autem ordines dicimus diaconatum ac presbyteratum. Hos siquidem solos primitiva legitur ecclesia habuisse; super his solum praeceptum habemus Apostoli. Subdiaconos vero, quia et ipsi altaribus administrant, opportunitate exigente concedimus,[94] sed rarissime, si tamen spectatae sint religionis et scientiae. Quod et ipsum non sine Romani Pontificis, vel metropolitani licentia fieri permittimus" *(Harduin* 6B. 1696). Ad has duas auctoritates appellant canonistae et theologi saec. 12; *Gratianus* statuit: "Servanda est ergo continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis" (Decr., pars 1, dist. 32, initio),[95] ac paulo post (c. 11, nuper cit.) refert verba Alexandri II sub falsa attributione Urbano II; *Petrus Cantor* (cf. infra, p. 329) ait recenter institutum esse subdiaconatum esse ordinem sacrum; *Hugo a S. Victore (De sacram.,* l. 2, p. 3, c. 13) et *Petrus Lombardus* referunt canonem Urbani II, quorum alter appellationem "ordines sacri" sic iustificat: "Cumque omnes spirituales sint et sacri, excellenter tamen canones duos tantum sacros ordines appellari censent, diaconatus scilicet et presbyteratus; quia hos solos primitiva Ecclesia legitur habuisse?"[" Eadem distinctio vulgatur saec. 13; S. *Thomas* eius rationem assignat in eo quod per tres ordines subdiaconatus, diaconatus et sacerdotii, ponitur aliquis actus circa rem aliquam consecratam, i.e. circa species sacramentales vel circa vasa eas continentia, ex quo etiam intelligitur obligatio continentiae, ut nempe mundi sint qui sacra tractant *(Suppi.,* q. 37, a. 3; cf. ingeniosam expositionem eiusdem rationis apud *Bonaventuram, In 4 Sent.,* dist. 24, p. 2, dub. 5). Eodem saeculo distinctio exprimitur etiam per verba *"maiores et minores"* necnon "sacri vel maiores et minores," ac taliter consignatur in ipso *Pontificali Guilelmi Durandi* (supra cit., p. 317, in nota).

[93] *Corpus Iuris Canonici,* ed. Friedberg, I 120.
[94] "Ut nempe eligantur ad episcopatum.
[95] *Corpus Iuris.* . . 116.
[96] *Sententiae,* l. 4, dist. 24, c. 12 (ed. 2, Ad Claras Aquas 1916) II 901 sq.

Ipse *subdiaconatus* nonnisi saec. 12 recensus est inter ordines sacros sive maiores, modo nempe stabili et in pleno sensu illarum vocum. In antiquis ritualibus generatim videtur potius considerari ut minor ordo seu in eadem linea cum quatuor ceteris inferioribus, ut notatum est supra (p. 326); in quibusdam vero, ut in ipso Sacramentario Gelasiano saec. 8, videtur considerari ut ordo maior. Ceterum, ratione tum legis continentiae quae ipsi maturius (inde a tempore Leonis I) adnecti coepit,[87] tum sacratiorum officiorum quae paulatim ipse usurpavit, eius dignitas ita in dies excrevit ut facile iam aggregari coeperit diaconatui et presbyteratui in ratione peculiaris hierarchicae dignitatis, ac tandem parili nomine ordinis sacri (ex quo via patebat ad ipsum apicem episcopatus) explicite donaretur. Quod quidem factum esse videtur in decursu saec. 12, etsi de determinato tempore et auctore non constet.

Iam quidem *Alexander II* (cit. supra, p. 327) videtur subdiaconatum habere ut ordinem sacrum, ob adnexam continentiae legem; attamen paulo post *Urbanus II* decretat solos presbyteratum et diaconatum habendos esse ut sacros ordines, ratione antiquioris originis, ac consequenter eos esse canonicam conditionem requisitam ad consecrationem episcopalem, etsi simul ostendat hanc disciplinam iam aliquatenus mutari coepisse;[88] unde vel verba Alexandri, quae referuntur ad subdiaconatum (vox: tribus, et nomen: subdiaconus), non sunt authentica atque inserta fuerunt posterius, cum subdiaconatus evasit ordo maior, quod quidem probabiliter facit eorum omissio in quibusdam manuscriptis,[88] vel in eis expressio "sacri gradus" accipienda est in latiori quodam sensu, vel quomodolibet ea expressio non in eodem prorsus sensu accipitur ab utroque pontifice, ita ut ab Alexandro referatur ad solam legem continentiae, ab Urbano vero ad requisitam canonicam conditionem pro episcopali consecratione. Certe tempore *Innocentii* III (1198-1216) subdiaconatus simpliciter factus est ordo sacer, saltem in pleniori sensu quem nunc obtinet. Hic enim Pontifex clare ac firmiter statuit tum legem continentiae pro subdiaconis tum istorum habilitatem ad episcopalem electionem, eodem quidem iure quo gaudebant diaconi et presbyteri; praeterea in quadam decretali, ipsi falso aut incerte attributa, explicite deciditur subdiaconatum ut "sacrum gradum" habendum esse. Ait Innocentius (a. 1207): "A multis multotiens, an subdiaconus in episcopum eligi

w Ratione huiusmodi obligationis, quae est una ac singularis proprietas ordinis sacri, dici potest subdiaconatum inde ab antiquis temporibus acceptum fuisse ut ordinem sacrum, in quodam nempe diminuto sensu. In quo sensu *Conc. Trid.* asserit: "Subdiaconatus ad maiores ordines a Patribus et sacris Conciliis refertur" (cap. 2, *Denz.* 958).

*** Cf. Benedictum XIV, *De synodo dioecesana,* l. 8, c. 9, n. 9.**

wCf. in *Corpore Iuris Canonici,* ed. Friedberg, I 120, in nota.

valeat, haesitatur [Citat sub nomine Urbani II suprarelata verba tum Urbani II tum Alexandri II]. . . Ad similitudinem diaconi et presbyteri subdiaconus debet continentiam observare, sicut est in sexta synodo constitutum, ut, si quis eorum, qui ad clerum accedunt, nuptiali iure mulieri voluerit copulari, hoc ante subdiaconatus ordinem faciat; et beatus Gregorius statuisse legitur, ut nullum facere subdiaconum praesumant episcopi, nisi qui se caste victurum promiserit. Nos volentes super hoc articulo disceptationis materiam amputare, statuimus, ut subdiaconus in episcopum valeat libere eligi sicut diaconus vel sacerdos."[1] Praefata decretalis habet: "De subdiaconali (tamen) ordine, quia de eo non fit mentio in Patrum statutis expresse, videtur nobis, quod et is cum diaconali gradu privilegio gaudet eodem [i.e. ius, quod est de servo facto diacono, etiam de subdiacono debet intelligi]. Nam licet sacer ordo non reputaretur in ecclesia primitiva, tamen a constitutione Gregorii atque Urbani [i.e. Alexandri] secundum moderna tempora sacer gradus esse minime dubitatur."[2] Circa finem saec. 12 *Petrus Cantor* (t 1197) testatur: "Prima autem manus impositio debetur diaconibus ordinandis. De novo enim institutum est subdiaconatum esse sacrum ordinem" *(Verbum abbreviatum,* c. 60, *ML* 205. 184); cum haec verba sint scripta ante praefatam constitutionem Innocentii III, imo ante huius elevationem ad papatum, nequeunt ad ipsum referri; unde, si Petro fidamus, ea immutatio facta est ante finem saec. 12 (postquam Cone. Later. I a. 1123 et Later. II a. 1139 legem coelibatus etiam pro subdiaconis expresse firmarunt), et potius in altera parte huius saeculi, cum Hugo a S. Victore et Lombardus, citantes verba Urbani II, videantur eam ignorare, imo Magister Bonae Spei (Philippus de Harvengt, abbas monasterii Bonae Spei), defunctus circa a. 1180, explicite dicat subdiaconatum et alios inferiores gradus non appellari sacros ordines.[3] Ceterum fieri potuit ut nova disciplina nonnisi alicubi nec sine controversia introducta fuerit, ita ut subinde ab Innocentio III extenderetur ac confirmaretur, ut suadent ipsa suprarelata verba huius Pontificis.[4]

IN ECCLESIA ORIENTALI (tam catholica, quam dissidente) inde saltem a saec. 7 seu a Concilio Quinisexto sive Trullano II a. 692 (can. 6; cf. infra, p. 349), *quinque tantzim numerari ac conferri*

[1] Decretales, lib. 1, tit. 14, cap. 9, *Corpus luris Canonici,* ed. Friedberg II 128sq.
[2] Decretales, lib. 1, tit. 18, cap. 7, *ibid.* 143.
[3] *De institutione clericorum,* tract. 4 de continentia clericorum, c. 107: "Hi duo, scilicet presbyter et diaconus sacris ordinibus dicuntur insigniti. . . Sunt praeter istos alii qui etiam circa altaris ministerium occupantur et ad id peragendum a pontificibus ordinantur; qui, etsi gradum sanctitatis habere non negantur, non tamen eorum sacri ordines appellantur" *(ML* 203.812).
[4] Cf. Martene, *op. cit.* (supra, in p. 314) 261.

solent ordines, scilicet episcopatus, presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus et lectoratus (cui adnectitur cantoratus); unde ex una parte episcopatus considerari solet ut distinctus ordo a presbyteratu et ex alia parte ex septem consuetis latinis ordinibus desunt tres minores ordines acolythatus, exorcistatus et ostiariatus;[5] tonsura autem nec ut distincta ceremonia habetur, sed in ipso primo ordine lectoratus (aut cantoratus) funditur ac confertur, tanquam prima istius pars.

Attamen, *non parva observatur varietas ac fluctuatio* sive in documentis officialibus (Ritualibus ecclesiarum et canonibus Conciliorum) sive ac praecipue in operibus doctorum.

Quod attinet ad ea documenta, *praecipua varietas respicit habitudinem inter lectoratum et cantoratum.* Nam quidam hos duos gradus distinguunt ac separant, per duas caeremonias illos conferentes, ita ut de facto numerent sex ordines; sic praecipue *Syri* et *Maronitae* (cantor arabice vocatur mûrattel, syriace vero mzanrono, fsaltis)® quibus addi debent *Chaldaei, Malabarici* et *Malankarenses.* Inter haereticos, etiam *Nestoriani* conferunt cantoratum (sciahara = vigil, excubitor, ac inde cantor seu qui officio decantando praeest; sciahra = nocturnum officium) separatim a lectoratu, sed non videntur illum considerare ut ordinem proprie dictum, cum illum conferant sine impositione manuum ac per simplicem benedictionem, sicut archidiaconatum et secus ac lectoratum et diaconatum; unde exinde non immutatur apud eos consuetus quinarius numerus ordinum; aliunde tamen ipsi conferunt archiepiscopatum per distinctum ritum, fere in omnibus identicum consecrationi episcopali, adeoque vel numerant sex ordines, vel potius attentant iterationem ordinationis episcopalis.

Communius autem Orientales non separant cantoratum a lectoratu sed per eandem caeremoniam utrumque conferunt, ita ut prior videatur considerari tanquam pars alterius et tanquam aliquod officium illi adnexum, sicut contingit de ipsa tonsura. Ita *Schismatici* graeco-

*** Soli excipiuntur *Arment* qui inde a saec. 11 hos ordines ab ipsis Latinis mutuarunt et latinam ordinum enumerationem sequuntur. Cf. H. J. Denzinger, *Ritus Orientalium* II (Wiirzburg 1864) 278; item *Acta et decreta Concilii Nationalis Armenorum a. 1911,* tit. 3, c. 9, nn. 516-519. Tamen, saec. 14 Benedictus XII in libello "lam dudum" conqueritur quod apud Armenos omnes ordines inferiores, excepto acolythatu, in desuetudinem abierint: "Item quod apud Armenos non sunt nisi tres ordines, scilicet acolythatus, diaconatus et presbyteratus" *{Denz.* 547). Utrum autem in prioribus saeculis in usu fuerint apud Graecos etiam tres praefati ordines minores, disputatur (cf. infra, pp. 364-368).**

• Cf. *Synodum Libanensem,* part. 2, c. 14, nn. 21 sq.; J. Feghali, "La hiérarchie d'Ordre dans l'Eglise Maronite," *Annuaire de l'école des législations religieuses* (Institut Catholique de Paris) II, a. 1951-1952 (Paris 1953) 7-9.

russi, *Rumeni,' Rutheni* Bulgari, Graeci, Melchitae, Copti* (inter Coptos tamen monophysitas abissinos, binos ordines minores practice obsolevisse videntur). Quorum praxi favere videntur antiqua Euchologia, uno excepto *Euchologio Allatii,* ex *Cod. Barberino-graeco* (saec. 13) antiquae sed incertae originis, in quo ritus lectoratus et cantoratus separatim exhibentur ("Ordo in promotione cantoris," "Officium in ordinatione lectoris") ;[0] ceterum reliqua Euchologia nequaquam significant utrumque gradum esse unum, sed aut eodem fere ritu, aut simul et eodem tempore seu in eadem copulata caeremonia, conferri; copulatus enim ritus ad hunc unformiter reducitur: Post titulum "In ordinatione lectoris et cantoris" sequitur tonsio capillorum, impositio manuum et oratio; subinde dicitur lectori tradi librum Scripturarum, *"cantori vero"* psalterium,[10] ubi fit distinctio inter cantorem et lectorem; imo in Euchologio a Goar edito, ea distinctiva rubrica sic magis determinatur: "Si vero cantor ordinetur."[11]

Alia varietas in eo est quo quidam dicunt ceteros ordines minores qui formaliter habentur in ritu latino (ostiariatum, exorcistatum et acolythatum), *contineri quoque, etsi virtualiter tantum,* in eorum ritu orientali seu in ipso lectoratu et subdiaconatu, quibus etiam propria officia ceterorum ordinum conferuntur, ut constat ex oratione episcopi, ita ut nulla vera discrepantia inter utrumque ritum existat quoad numerum ordinum. Ita *Synodus Sciarfensis Syrorum* (c. 5, a. 13, § 1, n. 5): "Ordines . . . minores in nostro Ritu hi sunt: Ordo Psaltis seu Cantoris, Lectoratus et Subdiaconatus. Ordo quidem Psaltis continet primam Tonsuram et Exorcistatum Ecclesiae Romanae. Subdiaconatus autem continet Ostiariatum et Acolythatum Ecclesiae Romanae."[12] *Synodus Alexandrina Coptorum* (sect. 2, c. 3, p. 2, a. 7, § 1, n. 5): "Officium vero subdiaconi triplex esse deprehenditur. Etenim stare debet ad portam ecclesiae ut eam custodiat atque ab ingressu prohibeat eos quibus sacrificio assistere non licet; munus eius praeterea est accendere lucernam quae durante sacrificio lucere debet et porrigere diacono ante sacrificia vasa liturgica ut diaconus ea altari imponat. Ipsius etiam est in Ecclesia legere populo omnes scripturas Novi Testamenti praeter Evangelium. Propter hanc triplicem relationem quam habet subdiaconatus ad divinum sacrificium, triplicem ordinem minorem [excipitur ergo exorcistatus] in se con-

TCf. *Synodum Alba Iuliensiem et Fogariensem,* tit. S, ca. 7.

*Cf. *Synodum Zamostenam* a. 1720. tit. 3. 7.

'Cf. apud Morinum, *op. cit.* (supra, in p. 322), pars 2, pp. 104-107; Goar, Evxo Xóyiop *sive Rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum: S. Piget 1647) 234-236.

"Cf. apud Morinum, *ibid.* 71 sq. 81 sq., 97.

n0p. cit. 233.

uSynodus Sciarfensis Syrorum in monte Libano celebrata a. 1888 (Romae: Ex Typographia Polyglotta S. C. de Propaganda Fide 1896) 132 sq.

tinere censendus est."[13] Exceptis praefatis Syris, nulli orientales exorcistatum in eorum ordinibus, etiam tali virtuali modo, comprehendunt, cum in nulla ordinatione fiat explicita mentio officii sive potestatis imponendi manus super energumenos; de Maronitis tamen dubitari potest utrum includant exorcistatum in cantoratu *(Synodus Libanensis:* "Exorcistae pro cantoribus sumuntur"), ut vult Feghali,[14] vel illum prorsus ignorent, ut sustinet Cappello,[16] qui ait Synodum Libanensem accipere vocem "exorcistae" in sensu improprio ad significandum ipsum officium cantandi, non vero potestatem imponendi manus super energumenos.

Quod attinet ad ipsos scriptores orientales, non parva observatur in enumerandis ordinibus varietas, quae cum ipsis eorum liturgicis libris non congruit. Inter *Graeco-Russos, Gabriel Severus*[10] numerat septem ordines, sed in primo coniungit in unum ostiarium et acolythum et in ultimo collocat episcopum; *Metrophanes Critopulos* in sua *Confessione fidei* (c. 11) eosdem septem enumerat sed omittit mentionem acolythi; *Petrus Moghila* in sua *Confessione Orthodoxa* (p. 1, q. 111) enumerat sex ordines: sacerdotium (in quo non explicite distinguit duos gradus episcopatus et presbyteratus, secus ac ceteri Orientales), diaconum, subdiaconum, lampadarium, cantorem, lectorem;[17] *Maltzev* pariter memorat sex ordines, sed distinguit episcopum a presbytero et coniungit lectorem cum cantore: episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, lector-cantor, ceroferarius; *Lebedinskji,* traditis quinque vulgatis ordinibus (ep., presb., diae., subd., lect.), ait adesse et alios ordines, tam illis superiores (patriarcham, metropolitam, archiepiscopum) quam inferiores (acolythum, cantorem, psalmistam). Ut patet, ostiariatus et exorcistatus prorsus ignoratur ab his liturgistis et canonistis; ceterum ipsi scriptores dogmatici silere solent de omnibus minoribus ordinibus ac solum agunt de episcopatu, presbyteratu ac diaconatu. Inter *Nestorianos, Ebedjesu* in suo *Nomocanone* (parte 6, c. 1) et in *Libro Margaritae* commemorat quinque consuetos ordines (episc., presb., diae., subd., lect.), sed eis commiscet plures alios gradus, scilicet archidiaconum, periodeutam, metropolitam et patriarcham, ut inde conficiat novenariam hierarchiam, in

[13] *Synodus Alexandrina Copiorum habita Cairi in Aegypto a. 1898* (Romae: Ex Typographia Polyglotta S. C. de Propaganda Fide 1899) 134.

[14] *Op. cit.* (supra, in p. 330) 8.

[16] *Op. cit.* (supra, in p. 313) 515 sq.

[17] *XvvTay/iaTtov* . . . (Venetiis 1691) 91.

[17] "Ante sacerdotium suntne aliqui ordines? *R.* — Sacerdotium continet in se omnes gradus (qui tamen rite debent peragi), uti lectorem, cantorem, lampadoferum, subdiaconum, diaconum, de quibus sufficientius in Euchologiis Archiepiscoporum, quae dicuntur Tactica" (Apud A. Malvy et M. Viller, *La Confession Orthodoxe de Pierre Moghila* [Paris 1927] 65sq.).

similitudinem hierarchiae angelorum. *Timotheus II* patriarcha refert septem ordines (exorcistam, cantorem, lectorem, subd., diae., presb., episc.) et per additionem metropolitae et patriarchae conficit pariter novenarium catalogum; ubi notabilis sane est mentio exorcistae et distinctio lectoris a cantore. Inter *Monophysitas* similis novenaria enumeratio, et quidem tanquam in suis omnibus gradibus ex divina institutione procedens, affertur; theologus coptus *Ibn Sabba* eosdem ac Ebedjesu novem gradus enumerat, *Dionysius bar Salibi* vero novenarium catalogum obtinet, expungendo archidiaconatum et periodeutatum sive hegumenatum et dividendo lectorem, cantorem et psalmistam sive recitatorem (patr., metrop., episc., presb., diae., subd., lectorem, cantorem, psalmistam).[18]

Praefati quinque ordines, etiam in Ecclesia orientali, dividuntur in *maiores sive sacros, et minores,* idque sin minus verbo,[19] saltem re, quatenus diversa dignitate donantur et in diversis circumstantiis conferuntur. Maiores enim ordines conferuntur intra sanctuarium et intra Missam pontificalem, minores vero extra sanctuarium et extra chori portas nec intra Missam solemnem (imo antiquitus conferebantur extra Ecclesiam, seu potius in diaconico sive secretario); maioribus ordinibus necessario adnectitur lex continentiae iuxta morem orientalem, seu inhabilitas ad contrahendum matrimonium cum liceitate utendi iam contracto matrimonio; quidam auctores notant tres ordinationes maiores vocari x«poTov¿as, minores vero x«po0€o-ías, sed hoc non tam stricte accipiendum est, nam binae voces indifferenter usurpari solent pro omnibus ordinibus, ratione impositionis manuum quae in omnibus exercetur.[20]

Maiores ordines censentur tres: episcopatus, presbyteratus et diaconatus; minores vero reliqui duo: subdiaconatus et lectoratus (vel tres, ubi lectoratus distinguitur a cantoratu). Subdiaconatus igitur ab Orientalibus computari solet inter ordines minores, si excipiantur Armeni (qui adoptarunt enumerationem latinam, ut dictum est supra, p. 330, in nota21), Italo-Graeci, Abissini et Malabarici. Praecipua ratio, quare subdiaconatus habeatur ut ordo minor, videtur esse quia subdiaconus non ministrat ad altare, nec vasa sacra tangit cum sunt

"De his omnibus confer Jugie, *op. cit.* (supra, in p. 314) III 404 sq.; V 326-329, 744-746.

" Recentioribus temporibus, saltem apud catholicos, invaluit mos ea ipsa vocabula adhidendi, ut constat ex praefatis Synodis Syrorum, Armenorum, Coptorum, Ruthenorum et Maronitarum.

"Cf. De Meester, *op. cit.* (supra, in p. 314) 243 sq.

***n Concilium Nationale Armenorum,* tit. 3, c. 9, n. 510: "Maiores vel sacri ordines sunt: ordo sacerdotalis, diaconatus et subdiaconatus. . . Neque vero audiendi sunt pseudo-magistri illi, qui etiam apud nos, subdiaconatum inter minores, Graecorum more, adnumerandum asserunt" *(Acta et decreta Concilii Nationalis Armenorum Romae habiti a. 1911* [Romae: Typis Polyglottis Vaticanis 1913] 253).**

super altare, nec ad altare accedit dum sacrificium peragitur. Quoad legem continentiae, iuxtam novam disciplinam inductam *Motu Proprio* "Crebrae allatae," 22 febr. 1949,[22] apud omnes catholicos orientales subdiaconatus assimilatur ordinibus maioribus, etiam quoad vim dirimendi matrimonium (quod quidem non importabat ipsa lex continentiae, quae afficiebat etiam subdiaconatum in antiqua disciplina byzantina); ex quo sequitur orientalem subdiaconatum saltem sub hac ratione vocari posse ordinem maiorem (in praefato tamen *Motu Proprio* videtur retineri communis attributio ordinis minoris), vel potius praefatam ordinum distinctionem in maiores et minores non eundem prorsus sensum habere in Ecclesia orientali ac in Ecclesia latina.

II. HISTORIA SUBDIACONATUS ET ORDINUM MINORUM.[23]

Primus, inter diaconatu inferiores ordines, qui in antiquis documentis certo occurrit, est lectoratus, et quidem iam circa finem saec. 2, apud *Tertullianum, De praescr. haeret,* (circa a. 200), 41. 6-8: "Ordinationes eorum temerariae, leves, inconstantes. Nunc Neophytos conlocant, nunc saeculo obstrictos, nunc apostatas nostros ut gloria eos obligent quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur quam in castris rebellium ubi ipsum esse illic promereri est. Itaque alius hodie episcopus, cras alius; hodie diaconus qui cras lector; hodie presbyter qui cras laicus" *(CCL* 1. 221 sq.). Numerantur quatuor ordines; ipsa aggregatio lectoris cum diacono, presbytero et episcopo, et quidem sub communi nomine ordinationis et sub conceptu separationis a laicis ("Saeculo obstrictis"), ostendit tum rationem officii sacri stabiliter constituti, tum elementum ipsius ecclesiasticae hierarchiae nec tantum sectarum haereticarum, puta Valentinianorum et Marcionitarum, quarum abusus hic Tertullianus reprehendit. Ceterum ipse loquitur de lectore tantummodo incidenter et tanquam de officio communiter noto, quod quidem suadet remotiorem eius antiquitatem.[24]

"*AAS* XLI (1949) 20: "Subdiaconatui, aeque ac maioribus ordinibus, vis dirimendi matrimonium tribuitur."

"Inter auctores suprarelatos (pp. 313-315) confer peculiariter *Andrieu, Duchesne, De Ghellinck, Goar, Gabillot, Harnack, Jugie, Leclercq, Martène, Morinum, Oppenheim, De Puniet, Reuter, Righetti, Tymczak, Wieland, Wilmart.*

"Ad rem J. B. De Rossi: "Tertullien écrit le *De praescriptionibus* dès les premières années du IIP siècle; et il y reproche aux hérétiques la perturbation jetée par eux dans la hiérarchie sacrée: 'Apud vos hodie diaconus qui cras lector? Or Tertullien voulant opposer aux sectaires qui s'étaient séparés de l'Église au IIe siècle ce désordre hiérarchique, n'aurait pas choisi pour exemple le grade des lecteurs, si, à l'époque ou il écrivait, il eût été dans l'Eglise catholique d'institution récente, et par conséquent

In *Apologia I lustini* (a. 148-155), n. 67, fit distinctio inter praesidentem celebrationi eucharisticae et lectorem ("Deinde, ubi lector desiit, is qui praeest admonitionem verbis et adhortationem . . . suscipit," *ML* 6. 430; cf. tom. 1, p. 256); at inde non necessario deducitur talem lectorem fuisse iam constitutum aliquem gradum ecclesiasticum, a laicis distinctum, nec a fortiori ipsum distingui a presbytero vel diacono qui lectionis munus persolveret. Minus adhuc deduci potest ex paulo fortasse antiquiore (circa a. 150) *Pseudo-Clementis Romani Epistola II ad Corinthios* 19. 1, ubi legitur: "Ut animum advertentes ad ea, quae scripta sunt, et vosmet ipsos salvetis et eum, qui legit inter vos" *(Funk* 1. 209), nam haec referuntur ad ipsos presbyteros verbum divinum praedicantes. Satis incerte etiam huc adducitur textus *Hermae* (a. 140-155): "Scribes igitur duos libellos et mittes unum Clementi et unum Graptae. . . Tu autem leges in ista civitate cum presbyteris, qui praesunt ecclesiae" *(Vis.* II. 4. 3; cf. in tom. 1, p. 250), nam non constat ibi agi de lectione liturgica, nec de aliquo officio lectoris, eo vel magis quod ibi lectio libri videatur committi etiam mulieri, i.e. Graptae, nec de lectore distincto a presbytero, nam Hermas iubetur librum legere cum presbyteris, ex quo quidem aliqui critici deducunt Hermam fuisse (realiter vel fictitie, iuxta indolem operis) presbyterum. Ex epistolis *Ignatii Antiocheni* (t circa 107), in quibus tam frequenter gradus ecclesiasticae hierarchiae exhibentur nec ulla habetur mentio nisi episcopi, presbyteri et diaconi, necnon ex coaevis ceteris documentis, iure deduci potest nullum adhuc inferiorem ordinem extitisse in Ecclesia in priori parte saec. 2.

Secunda mentio inferiorum ordinum, et quidem tam lectoratus quam subdiaconatus, occurrit in Traditione Apostolica, Hippolyto Romano attributa, quae proinde exarata dicitur in priori medietate saec. 3, ante a. 235 (hoc enim anno Hippolytus martyrium subiit) et in ipsa Ecclesia Romana. G. Dix sequenti modo sensum originalis textus graeci reconstruit ex variis versionibus (deficit autem latina versio quoad hanc partem) et derivatis documentis: "The Reader (âvayvœar^ç) is appointed (*a0.) by the bishop's handing to him the book. For he does not have hands laid upon him (xuporomv). . . Hands shall not be laid on a subdeacon (wroStaxovos) but he shall be named that he may serve the deacon. . . If anyone among the laity appear to have

nouveau et presque inconnu des hérétiques." Quibus verbis consentit H. Leclercq inquiens: "La fonction de lecteur est certainement très ancienne et remote au moins au II* siècle, suivant une excellente observation de J.-B. De Rossi," ac subinde afferens ex eodem De Rossi (BmZ/. *di arch, crist.* [1871] 32-34, [1876] 104) duas inscriptiones, verisimiliter ex priori medietate saec. 2, inventas in romanis caemeteriis, in quibus legitur: "Favor lector," "Claudius Atticianus lector" ("Lecteur," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* VII-2 [Paris 1929] 2245 sq.; cf. 2242).

received a gift of healing by a revelation, hands shall not be laid upon him, because the matter is manifest."[25]

Cum nihil adduci possit contra authenticitatem huius textus et ut genuinus afferatur sive a Dix sive ab E. Jungklaus,[20] hic habemus iterata antiquissima mentio lectoratus et *prima mentio subdiaconatus;* agitur enim de duobus officiis ecclesiasticis, quorum primus dicitur constitui per traditionem libri scripturarum, alter per simplicem nominationem, neuter per manuum impositionem, qua, iuxta idem documentum, constituuntur episcopus, presbyter et diaconus. Nec obstat quod ibidem enumerentur etiam aliae nec hierarchicae classes personarum, seu confessores, viduae et virgines (sex quidem enumerantur: confessor, vidua, lector, virgo, subdiaconus, vir habens charisma sanationum [exorcista?]), nam discrimen satis clare ostenditur ex diverso genere officiorum, cum in lectore et subdiacono agatur de aliquo ministerio, legendi nempe in Ecclesia et "ministrandi diacono," in confessore vero, vidua et virgine agatur de mera aliqua meriti dignitate ac propterea de vidua dicitur "eam non esse ordinandam, quia non offert sacrificium nec exercet sacrum ministerium."[27] Solum dubitari potest an in ultima parte citati textus ille qui habet charisma sanationis sit intelligendus *exorcista;* id quidam asserunt, ac probabile videri potest ex parallelo textu *Constitutionum Apostolorum* 8. 26, in quo ea verba *Traditionis Apostolicae* sic accommodantur: "Exorcista non ordinatur [i.e. non accipit manuum impositionem]; haec enim certaminis laus pendet a libera et bona voluntate et a gratia Dei per Christum adventu spiritus sancti; qui enim accipit charisma sanationum, per revelationem a Deo declaratur cunctisque manifesta est gratia, quae est in ipso. Si autem opus eo fuerit in episcopum vel presbyterum vel diaconum, ordinatur" *(Funk* 1. 529); attamen, uterque textus suggerit non agi de officio sed de mera dignitate proveniente ex extraordinario charismate.

Quidam recentes eruditi, ut *R. Cadiou*^ *G. Bardy*[29] et *J. Danielou*™ significant lectorem, de quo hic agitur, nondum esse ordinem lectoratus, sed officium quoddam, recenter institutum ad instruendos catechumenos, quod committebatur alicui perito laico (qui proinde nullam accipiens manuum impositionem, laicus manebat) quodque

n The treatise on The Apostolic Tradition of St, Hippolytus of Rome I (London 1937) 21 sq.

M Die Gemeinde Hippolyts (Leipzig 1928) 65-67.

** Op. cit.* 20.

28 La jeunesse d'Origéne (Paris 1936) 31 sq.

""Aux origines de l'Ecole d'Alexandrie," *Recherches de Science religieuse* XXVII (1937) 65-90; "Pour l'histoire de PEcole d'Alexandrie," *Vivre et penser* II (1942) 80-109.

"Origine (Paris [1948]) 24sq.

subînde fuit origo ordinis lectoratus.[31] Cui interpretationi opponi potest: Defectus impositionis manuum non obstat rationi veri ordinis: adhuc in posterioribus saeculis Basilius, *Canones Hippolyti* et *Statuta Ecclesiae antiqua* prohibent manus imponere lectori, cum tamen iam lectoratus esset verus ordo; Tertullianus, scribens viginti circiter annis ante Hippolytum (si, iuxta communiorem sententiam, Hippolyti est ea *Traditio Apostolica),* videtur clare accipere lectoratum ut hierarchicum officium, illud consocians diaconatui, presbyteratui et episcopatui sub ratione ordinationis et separationis a laicis; paulo post in eadem Romana Ecclesia, ad quam refertur hoc Hippolyti testimonium, Cornelius R. P. (251—253) ostendit ordinem lectoratus tam firmiter stabilitum ut iam adessent "exorcistae et lectores cum ostiariis quinquaginta duo."[32]

Praeterea, notandum est supracitatam pericopen (p. 335) de ordinibus inferioribus ad nos pervenisse, secus ac expositionem de tribus superioribus, non ex fideliori, utut incompleta, versione latina, sed ex versionibus coptica, arabica et ethiopica, quae, conformiter cum orientali traditione, non alios praeter subdiaconatum et lectoratum agnoscunt ordines, diaconatu inferiores. Unde fieri potuit ut in textu graeco originali alii quoque ordines numerarentur, iuxta occidentalem traditionem quae paulo post, in eadem ecclesia romana, tam conspicue manifestatur per mox referendum testimonium Cornelii Papae.

Circa idem tempus, probabilius ante a. 250, *etiam in Asia* (probabiliter in Syria septemtrionali) mentio eorundem duorum ordinum *lectoratus et subdiaconatus* occurrit in altero antiquissimo opere canonico-liturgico, seu in *Didascalia Apostolorum* 2. 28: "Si quis autem et presbyteros voluerit honorare, duplum sicuti diaconis dabit illis [nempe de temporalibus erogationibus]. . . Si autem et lector est, accipiat et ipse una cum presbyteris" *(Funk* 1. 108; cf. integrum textum allatum in tom. 1, p. 339); 2. 34: "Episcopus de populo accipiens ibi quoscumque loci dignos esse existimaverit presbyteros constituet et consiliarios sibi et contractatores, diaconos et subdiaconos intra domum ministrare eis" *(Funk* 1. 116 sq.).

Quidam critici dubitant utrum haec subdiaconi mentio sit genuina, an posterius interpolata; in quo altero casu, ait Nau, corroboraretur

"Ad rem Daniélou, *ibid.:* cette époque, cette préparation [catéchétique] s'organise. Les évêques confiaient cette charge à des chrétiens instruits. L'évêque leur remettait le livre, mais ne leur imposait pas les mains: ils restaient des laïcs. Nous trouvons ces indications dans un texte du temps [d'Origène] la *Tradition Apostolique,* d'Hippolyte de Rome. . . C'est l'origine du degré de lecteur."

"Cuius rationis vis increscit, si tempus compositionis *Traditionis Apostolicae* ulterius, cum quibusdam eruditis, protrahatur usque ad annos immediate praecedentes mortem Hippolyti, quae contigit a. 235, et a fortiori si cum Nautin dicatur opus illud exaratum esse ab alio auctore circa a. 245, seu immediate ante pontificatum Cornelii.

opinio quae, attento examine interno, refert hoc opus ad ipsum initium saec. 2.[33] Si lectio est genuina, verisimiliter dicetur ad eosdem subdiaconos referri subsequentem mentionem iuniorum in ecclesia ministrantium, 2. 63: "Qui iuniores sunt in ecclesia, in omnibus negotiis necessariis diligenter sine socordia ministrando cum magna modestia ac verecondia" *(Funk* 1. 178).

In priori textu post verba "Si autem" ante mentionem lectoris, in antiqua versione latina (circa finem saec. 4), edita ab Hauler, adest aliqua lacuna, ibi autem *Constitutiones Apostolorum* (circa a. 400) addunt lectori mentionem *"cantoris et ostiarii** (Funk 1. 109), ex quo tamen non necessario sequitur hanc mentionem fuisse ubi adest illa lacuna in originali opere *Didascaliae ex* quo *Constit. Apostolorum* descendunt.

In quodam prologo, qui *Didascaliae* praefigitur in ipsa versione syriaca prout continetur in *Codice Mesopotamico* saec. 11 quique tamen est multo posterior additio (saec. 5-7) dependens a *Constit. Apostolorum,* introducuntur (praeter episcopum, presbyterum et diaconum) tres gradus *subdiaconi, lectoris et cantoris;* Funk sic vertit: "Et confitemur, ut unusquisque stet et confitetur et credat, sicut ei a Deo dispensatum est, hoc est episcopus ut pastor, presbyteri ut doctores, diaconi ut ministri, subdiaconi ut adiutores, anagnostae ut lectores, cantores ut psalmistae intellegentes et constantes, atque reliqui laicorum sicut auditores verborum evangelii in disciplinam" *{Funk* 1. xiv). Eundem prologum fert *Didascalia arabica (Funk* 2. 120).

Circa medium eiusdem saeculi occurrit clarum testimonium omnium ac singulorum ex quinque ordinibus infra diaconatum, et quidem in una et eadem serie ac sub consueto nomine et ordine relatorum ab ipso *R. P. Cornelio* (251-253), ex quo ostenditur Ecclesiam saltem Romanam tales hierarchiae gradus stabiliter et, ut verisimiliter argui potest, ab aliquo iam tempore, habuisse; redactor primae editionis *Libri Pontificalis* tribuit creationem septem subdiaconorum Fabiano (236-250), praedecessori Cornelii: "Hic [Fabianus] regiones divisit diaconibus et fecit vii sudiaconos qui septem notariis imminerent ut gesta martyrum fideliter colligerent."[34] In sua igitur *Epistola* ad Fabium antiochenum (relata ab Eusebio Caes, *Hist. eccles.* 6. 43), Cornelius schismaticum Novatianum sic arguit: "Ergo ille Evangelii vindex ignorabat unum episcopum esse oportere in Ecclesia catholica. In qua tamen sciebat (quomodo enim illud nescire potuisset?) presbyteros quidem esse quatuor et quadraginta; septem autem diaconos

[33] ***La Didascalie des Douze Apótres*** **(éd. 2, Paris 1912) xix, xxi.**
[34] ***"Liber Pontificalis,*** **ed. Duchesne I (Paris 1886) 65.**

totidemque subdiaconos; acolythos duos et quadraginta; exorcistae et lectores cum ostiariis quinquaginta duos; viduas denique cum infirmis et egentibus plus quam mille et quingentas" *(MG* 20. 622). Nec mentio viduarum quidquam detrahit vero ac hierarchico characteri illorum ordinum.

Circa idem tempus *Cyprianus* (episcopus 249-258), Cornelii amicus, pro ecclesia cathaginiensi saepius commemorat *subdiaconum, acolythum* et *lectorem,* tacet vero de ostiario et exorcista.[35] Ceterum exorcistae mentio fit in epistolis aliorum ad ipsum Cyprianum, scilicet pro ecclesia ipsa Carthaginiensi *Libellus Luciani* et aliorum martyrum, qui sic absolvitur: "Praesente de clero et exorcista et lectore, Lucianus scripsit" *(Epist.* 16, inter Cyprianicas, *ML* 4. 276), et pro ecclesia orientali epistola *Firmiliani,* Caesareae Cappadociae episcopi, ad eundem: "Hic [spiritus diabolicus] et unum de presbyteris Rusticum, item et alium diaconum fefellit ut eidem mulieri commiscerentur, quod paulo post detectum est: nam subito apparuit illi unus de exorcistis vir probatus . . . [qui] erexit se contra illum spiritum nequam revincendum. . . Ille exorcista, inspiratus, Dei gratia fortiter restitit, et esse illum nequissimum spiritum, qui prius sanctus putabatur, ostendit" *{Epist.* 75, inter Cyprianicas, 10, *ML* 3.1212 sq.).[30]

Praefatos tres gradus Cyprianus pluries refert, sub personali ipso nomine singulos indigitans atque eorum quaedam officia (praecipue lectoris), data occasione, designans.[37] Subdiaconos[38] vocat: Crementium *(Epist.* 3. 1 sq.), Optatum *(Epist.* 24 et 29), Philumenum et Fortunatum *(Epist.* 28. 3), Mettium *(Epist.* 43), Herennianum *(Epist.* 78. 3; 79. 1; 80); acolythos vero: Favorinum *(Epist.* 28. 3), Navaricum *(Epist.* 36), Nicephorum *(Epist.* 49. 1), Satyrum *(Epist.* 55. 1), Felicianum *(Epist.* 55. 9), Lucianum, Maximum et Amantium *(Epist.* 78. 3; 79; 80); lectores: Satyrum *(Epist.* 24, 29 et 32), Aurelium *(Epist.* 33 et 34), Celerinum *(Epist.* 34).

[u] In *Epist.* 76.15 (ad Magnum) loquitur quidem de exorcistis, at, cum sese referat praecipue ad exorcismos baptismales, non necessario ibi prae oculis habet ipsum peculiarem ordinem exorcistatus, sed potius generalem potestatem exorcizandi quae multipliciter exercetur in Ecclesia et peculiariter a presbytero baptizante: "Quod hodie etiam geritur, ut per exorcistas voce magna et potestate divina flagelletur et torqueatur diabolus. . . Cum. . . ad aquam salutarem atque ad baptismi sanctificationem venitur, scire debemus et fidere quia illic diabolus opprimitur" *{ML* 3.1189). De qua exorcizandi generali potestate apud Cyprianum, confer D'Alès, *La théologie de Saint Cyprien* (éd. 2, Paris 1922) 18 sq., 317, in nota.

[M] In hoc textu non clare significatur exorcistam accipi pro officio ecclesiastico potiusquam pro homine charismatico; id tamen suadet ipsa pluralis expressio: "Unus de exorcistis."

[n] Cf. D'Alès, *op. cit. 316-318.*

"Cyprianus praefert graecam dictionem: hypodiaconum; Presbyterium Romanum in suis epistolis ad Cyprianum utitur utraque voce: subdiacono *{Epist.* 2.1) et hypodiacono *{Epist.* 30.1).

Enarrat quoque ipsam "clericam ordinationem" Aurelii, Celerini, Saturi et Optati, ad "officium lectionis," sive "inter lectores" et eiusdem Optati ad subdiaconatum. *Epist.* 33: "In ordinationibus clericis, fratres charissimi, solemus vos ante consulere et mores ac merita singulorum communi consilio ponderare. Sed expectanda non sunt testimonia humana cum praecedunt divina suffragia. Aurelius frater noster, illustris adolescens, a Domino iam probatus et Deo charus, in annis adhuc novellus, sed in virtutis ac fidei laude provectus [existit]. . . Merebatur talis clericae ordinationis ulteriores gradus et incrementa maiora, non de annis suis sed de meritis aestimandus. Sed interim placuit ut ab officio lectionis incipiat, quia et nihil magis congruit voci quae Dominum gloriosa praedicatione confessa est, quam celebrandis divinis lectionibus personare. . . Hunc igitur, fratres dilectissimi, a me et a collegis qui praesentes aderant ordinatum sciatis" *(ML* 4. 325-328). *Epist,* 34: "Referimus ad vos Celerinum fratrem nostrum, virtutibus pariter et moribus gloriosum, clero nostro, non humana suffragatione sed divina designatione coniunctum. . . Hunc ad nos, fratres dilectissimi, cum tanta Domini dignatione venientem ..., quid aliud quam super pulpitum, id est super tribunal ecclesiae, oportebat imponi, ut . . . legat praecepta et Evangelium Domini, quae fortiter ac fideliter sequitur? . . . lungendus in lectione Aurelio fuerat, cum quo et divini honoris societate coniunctus est. . . Hos . . . lectores interim constitutos sciatis" *(ML* 4. 329-332). *Epist.* 24: "Quoniam oportuit me per clericos scribere, scio autem nostros plurimos absentes esse, paucos vero qui illic sunt vix ad ministerium quotidiani operis sufficere, necesse fuit novos aliquos constituere qui mitterentur. Fecisse me autem sciatis lectorem Saturum et hypodiaconum Optatum confessorem, quos iam pridem communi consilio clero proximos feceramus, quando aut Saturo die Paschae semel atque iterum lectionem dedimus, aut quando cum presbyteris doctoribus lectores diligenter probaremus, Optatum inter lectores doctorem audientium constituimus, examinantes an congruerent illis omnia quae esse debent in iis qui ad clerum parabantur" *(ML* 4. 293 sq.).

Inde a saec. 4 testimonia multiplicantur, quorum iuverit praecipua colligere ex Patribus, Conciliis et liturgicis documentis, usque ad finem circiter aetatis patristicae.

CONC. ELIBERITANUM, circa a. 300, can. 30, refert *subdiaconum,* decernens de quodam impedimento ad eius ordinationem (cf. in tom. 1, p. 894).

EUSEBIUS CAES., Hist. eccles. 8. 6, refert tantum *lectores et exorcistas* una cum episcopis, presbyteris et diaconis (cf. in tom. 1, p. 392). Nihilominus ipse novit ceteros ordines floruisse in ecclesia romana, cum nonnisi ex eius relatione cognoscamus supradictam epistolam Cornelii ad Fabium antiochenum (supra, p. 338). Praeterea ipse testatur in Cone. Nicaeno I adfuisse magnum numerum

acolytarum, *De vita Constantini* 3. 8: "In praesenti autem choro episcopi quidem supra ducentos et quinquaginta adfuerunt; presbyterorum vero qui eos comitati sunt, diaconorum, acolythorum [¿koAovtwv] aliorumque complurium numerus iniri vix potest" *(MG* 20. 1062 sq.); attamen clarum non est utrum vox "acolythi" ibi accipienda sit in proprio sensu ordinis potiusquam in generali sensu omnium comitantium proprium episcopum in concilio, et, in priori sensu, utrum agatur de solis acolythis latinis qui advenerint cum suis episcopis.

CONC. ANTIOCHENUM, a. 341: *subdiaconus, lector et exorcista.* Can. 10: "Ordinent [chorepiscopi] etiam lectores, et subdiaconos, atque exorcistas: quibus promotiones istae sufficiant. Nec presbyterum vero, nec diaconum audeant ordinare" *(Harduin* 1. 597).

CONC. SARDICENSE, a. 343, can. 13: *lector* (cf. in tom. 1, p. 900).

CONC. LAODICENUM, inter 343 et 381, in uno et eodem can. 24 nominat *omnes ordines, excepto acolytho,* addens cantorem: "Quod non oporteat sacro ministerio deditos, a presbyteris usque ad diaconos, et reliquum ecclesiasticum ordinem, id est usque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas, et ostiarios, et ex numero continentium et monachorum, ingredi tabernas" *(Harduin* 1. 785). Etiam in aliis canonibus plura disponuntur circa singulos istorum ordinum; de subdiacono, cann. 20, 21, 22, 24, 25, 43; de exorcista, cann. 24 et 26; de lectore, cann. 23 et 24; de cantore, cann. 15, 23, 24; de ostiario, can. 24. Aliquos ex his canonibus citavimus in tom. 1, p. 901.

EPHRAEM, Sermo de secundo adventu (incertae authenticitatis): *subdiaconus, cantor, lector. Acta Mar Abrahae Kidunaiae 5.* 10 (non omnino certae authenticitatis): subdiaconus, lector (cf. in tom. 1, pp. 382, 386).

EPITAPHIUM LIBERII: lector (cf. ibidem, p. 448).

ATHANASIUS, Epistola ad Dracontium: lector ("Maximus lector"); *Historia Arianorum* (exarata paulo post a. 357), 60: *subdiaconus* ("Eutychius subdiaconus [v7ro8iaxovos], vir probe Ecclesiam ministrans," *MG* 25. 766). Hoc est unum ex antiquissimis certis documentis de subdiaconatu in ecclesia orientali, quod certo praecedit solum testimonium Cone. Antiocheni a. 341; nam praefata opera Ephraem non sunt certo authentica, Cone, vero Laodicenum a quibusdam probabiliter dicitur celebratum circa a. 364. In *Apologia contra Arianos* 7 citantur "ministri [Attrovpyoi] et clerici omnes" *(MG* 25. 262), ubi ministri videntur intelligi presbyteri et diaconi, cum agatur de clero alexandrino gaudente de reditu sui episcopi; *ibid.* 37 et 41 dicuntur quidam adulescentes, qui Athanasium accusabant, "ne minimum quidem clericatus gradum" habuisse *(MG* 25. 314; haec ceteroquin verba sunt supradictae Synodi Sardicensis, quae explicite lectores commemorat).

CYRILLUS HIER., Catech. 23. 20 non improbabiliter alludit ad *cantorem,* cum ait: "Audivistis deinde vocem psallentis" *(MG* 33. 1123). *Procatech.* 4, utitur comparatione ianitorum sive ostiariorum, quin clare appareat num velit alludere ad aliquod ecclesiasticum officium: "Nos enim qui ministri Christi sumus, unumquemque excepimus, et tanquam ianitorum vice fungentes, liberam permisimus ianuam" *(MG* 33. 339).

BASILIUS, Epist. 217. 51, distinguit generaliter clericos in duas classes, alteram superiorem, eorum nempe qui sunt "in gradu [/$a0pw]," alteram inferiorem, scilicet eorum qui sunt "in ministerio [vm/peo-ia], quod manuum impositione non datur" *(MG* 32. 795), unde praeter episcopatum, presbyteratum et diaconatum, qui tradebantur per manuum impositionem, distinguit alias species clericorum ministrantium. *Ibid.* 69 loquitur explicite de *lectore,* et probabiliter etiam de *subdiacono:* "Lector, si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit,

postquam anno cessaverit, ad legendum suscipiatur; non tamen ultra promovendus. Quod si absque despensatione furtim coierit, cessabit a ministerio. Eadem et ministri [ἱπτηρετη] ratio" *(MG* 32. 799-802); minister hic probabiliter designat subdiaconum. In *Epist.* 54 (ad chorepiscopos) distinguuntur presbyteri, diaconi et ministri altarium (ὑπηρεται) sub quo nomine subdiaconi indicantur: "Deinde rem negligentes, presbyteris et diaconis permisistis, ut quos vellent, vita non examinata, ... in Ecclesiam indignos introducerent. Quapropter multi quidem ministri in unoquoque pago numerantur, sed dignus ministerio altarium ne unus quidem" *(MG* 32. 399-402).

NAZIANZENUS refert *lectorem. Or.* 43. 27, loquens de gradibus per quos Basilius successive ascendit ad episcopatum, commemorat tantum lectoratum et presbyteratum. *Or.* 42. 11, loquens de clero constantinopolitano, commemorat tantum episcopum, presbyterum, diaconum et lectorem (cf. in tom. 1, pp. 409, 857).

EPIPEANIUS, Adv. haer. 59. 4, loquens de sacerdotio eiusque sanctitate, refert *subdiaconum* una cum episcopo, presbytero et diacono *(MG* 41. 1022 sq.). *Ibid.* 79, expositio fidei, 21, refert *omnes ordines inferiores, excepto acolytho,* sed eis commiscet diaconissas, interpretes linguarum, copiâtes sive fossarios (i.e. sepelientes mortuos) et generice reliquas classes, quae, ut ait, sunt institutae ratione disciplinae: "Secundis vero nuptiis implicitus in Ecclesia ad sacerdotium non admittitur ... : eiusdmodi, inquam, ab episcopi, presbyteri, diaconi et subdiaconi gradu [τά^εω] reficitur. Secundum hos gradus [ἱερωσυμην] lectorum ordo *[τάγμα]* ex omnibus ordinibus *[ταγμάτων]* eligi potest, hoc est, e virginibus, monachis, continentibus, viduis et fis, qui honestis matrimoniis illigantur. Imo, si necessitas tulerit, ex illis etiam asciscuntur, qui post prioris uxoris obitum cum altera sese copularint: quippe lector non sacerdos est, sed tanquam divini verbi scriba. At diaconissae ad hunc unum usum adhibentur, ut mulierum decoris et honestatis causa sint administrae, si id forte necesse fuerit, sive dum baptismo initiandae sunt, sive dum earum corpora perscrutanda. . . Post illos omnes ordines deinceps exorcistae sequuntur, et interpretes ex una lingua in aliam vel in lectionibus vel concionibus. Sequuntur laborantes [κοττιάται], qui mortuorum corpora curant. Tum ostiarii ac reliqui disciplinae causa ordines instituti" *(MG* 42. 823-826).

CHRYSOSTOMUS, In Act., hom. 19. 5 et *In 2 Thess.,* hom. 3. 4, ostendit *lectorem* intra Missam legentem populo Scripturam (cf. tom. 1, p. 863).

MOPSUESTENUS, In 1 Tim. 3. 8-15, commemorat *subdiaconum* et *lectorem,* quos dicit ideo ab Apostolo non nominari quia posterius sunt introducti ob utilitatem ministerii: "Illud vero dictis nostris adici dignum est, quoniam non convenit demirari si neque subdiaconum neque lectorum memoriam apostolus fecisse videtur. Illis enim gradibus functionum qui in ecclesiis necessarium habentur, isti postea magis sunt adiecti propter utilitatem ministerii. . . Unde nec ordinationem [χειροτοηαν] ante altare adsequuntur, eo quod nec mysteriis ministrare statuuntur, alii quidem eorum lectionum officium implent, alii vero intra diaconicum illa praeparant quae ad diaconum pertinent ministeria" (cf. integrum textum in tom. 1, pp. 864 sq.).

SACRAMENTARIUM SERAPIONIS (saec. 4) refert *subdiaconum* et *lectorem,* cui addit interpretem. Post orationem enim pro episcopo, presbyteris et diaconis, habet: "Deprecamur autem pro subdiaconis et lectoribus et interpretibus: omnes ecclesiae ministros recrea" *(Funk* 2. 169-171).

CONSTITUTIONES APOSTOLORUM (circa a. 400), praecipue in libro VIII (usque ad c. 47 exlusive, de quo infra), referunt *omnes inferiores ordines, excepto acolythatu;* tamen eis vario modo commiscent alias classes personarum, ita ut omnes ordines et classes simul accepti ad hos reducuntur: *episcopus, près-*

byter, diaconus, subdiaconus, lector, cantor, exorcista, ostiarius, confessor, asceta, et, inter feminas, *diaconissa, virgo, vidua* (cui quandoque aggregantur orphani). Ut constat ex his quae dicuntur ubi de ordinatione (l. 8, praecipue cc. 19-26), hi omnes nequaquam parificantur, sed potius in duas categorias dividuntur: alteram cui competit ordinatio sive impositio manuum: episcopus (c. 4), presbyter (c. 16), diaconus (cc. 17-18), cui assimilatur diaconissa (cc. 19-20), subdiaconus (c. 21), lector (c. 22); alteram cui talis ordinatio non competit: confessor (c. 23), virgo (c. 24), vidua (c. 25), exorcista (c. 26); de asceta, cantore et ostiario, nihil dicitur quoad ordinationem, sed ipso silentio videtur haec denegari, nisi dicatur cantor intellegi simul cum lectore cum quo semper coniungitur in enumeratione graduum.

Praetermissa diaconissa, ordines hierarchici videntur in *Constit. Apost,* reduci ad *quinque gradus,* qui posterius classici permanserunt in Ecclesia orientali quique in l. 8, c. 46, n. 13 simul et ordinatim nominantur: "episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, lectores" *{Punk* 1. 561). Duo minores ordines, *subdiaconatus et lectoratus* (ordinarie unitus cum cantoratu), frequentissime simul referuntur tanquam peculiare binomium (2. 25; 3. 11; 8. 10. 9-10; 8. 12. 43; 8. 13. 14; 8. 21-22; 8. 28. 7; 8. 31. 2; 8. 46. 13). De confessoribus peculiariter agitur, sed excluditur ordinatio (8. 23), itemque de exorcistis (8. 26); ostiarii vero sive ianitores mere referuntur in enumeratione classium (2. 25; 3. 11) nec ulli dicuntur ordinationis aut institutionis caeremoniae subici.

En varii modi quibus supradictae classes personarum aggregantur; 2. 25: diaconus, lector, cantor, ostiarius, diaconissa, vidua, virgo, orphani; 3. 11: lector, cantor, ostiarius, minister (subdiaconus); item: diaconissa, lector, minister, cantor, ostiarius; 8. 10. 9-10: diaconus, minister, lector, cantor, virgo, vidua, pupilli; 8. 12. 43: episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, lector, cantor, virgo, vidua; 8. 13. 14: episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, lector, cantor, asceta, et in feminis diaconissa, virgo, vidua; 8. 28. 2, 3, 7: diaconus, subdiaconus, lector, cantor, diaconissa; 8. 31.2: episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, lector, cantor, diaconissa; 8. 46.13: episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, lector.

CANONES APOSTOLORUM (seu caput 47 *Constit. Apostolorum,* probabiliter exaratum ab eodem compilatore ex canonibus praefatorum Conciliorum Antiocheni a. 341 et Laodiceni 343/381), agentes de electione, ordinatione et officiis clericorum, proponunt tres inferiores ordines *subdiaconatus, lectoratus et cantoratus,* immediate post episcopatum, presbyteratum et diaconatum (nn. 42-43 et 69). Lectores et cantores semper simul citantur et ut infimi gradus, tunc in clericatu existentes, considerari videntur, n. 26: "Qui innupti ad clerum promoti sunt, ex iis iubemus lectores ac cantores solos uxores ducere, si velint" *(Punk* 1. 571). De aliis gradibus sive classibus, de quibus supra in *Constit. Apost.,* sermo non est. Pluries nominatis episcopo, presbytero et diacono, generaliter additur: "et reliqui clerici,"; aut "vel quilibet ex sacerdotali (aut clericorum) catalogo" (nn. 1, 8,15, 51, 63).

PSEUDO-IGNATIUS ANTIOCHENUS (saec. 4-5), dependenter a praefatis *Constitutionibus Apost. eosdem fere ordines* recenset in *Epistola ad Antiochenos,* 12: "Saluto sanctum presbyterium. Saluto sacrosanctos diaconos. . . Saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes [i.e. copiatas sive fossarios], exorcistas atque confessores. Saluto custodes sanctarum portarum diaconissas. . . Saluto susceptrices Christi virgines. . . Saluto pudicissimas viduas. Saluto plebem Domini" *(Punk* 2. 171).

OPTATUS MILEVITANUS refert *lectorem* et *subdiaconum. De schismate Donatistarum* 1. 13 et 2. 14, sermo est generatim de ministris infra diaconatum (cf. in tom. 1, pp. 449, 875); *ibid.* 1. 19, inducitur "Maiorinus qui lector in diaconio Caeciliani fuerat" (cf. in tom. 1, p. 449); in *Historia Donatistarum* (cuius authenticitas nunc generatim ab eruditis conceditur) memoratur, praeter

varios lectores, Sylvanus subdiaconus: "Inde sese magistratus ad domos lectorum contulerunt, qui non multum repugnantes sacros codices tradidere. Imprimis vero Sylvanus, tunc subdiaconus, qui lucernam et capitulatam argenteam quae latebant, ultro protulit, dicens se pone arcam eas invenisse" *(ML* 11. 775).

AMBROSIUS[30] infra diaconatum commemorat *lectorem, cantorem et exorcistam.* Simul eos refert in *De officiis* 1. 215: "Alius distinguendae lectioni aptior, alius psalmo gratior, alius exorcizandis qui malo laborant spiritu sollicitior, alius sacrario opportunior [i.e. diaconus; cf. 1. 255: 'Eligitur levita, qui sacrarium custodiat']" *(ML* 16. 87). Lectorem bis iterum introducit, *De excessu fratris sui Satyri* 1. 61: "Per vocem lectoris parvuli Spiritus sanctus expressit" *(ML* 16. 1303); *Expositio evang. sec. Luc.* 4. 45: "Ille [i.e. Christus] ita ad omnia se curvavit obsequia, ut nec lectoris quidem aspemeretur officium" *(ML* 15. 1625 sq.). Ad exorcistam iterum alludit, *ibid. I. 29:* 'Non solum officii in clericis, sed etiam virtutis opera requiruntur [ut possit per impositionem manus imperari spiritibus immundis]" *(ML* 15. 1794). Tacet autem de subdiacono, acolytho et ostiario; adfuisse tamen tunc in ecclesia mediolanensi ostiarii officium, probabiliter colligi potest ex Augustino, *Confess.* 6. *2:* "Cum [mater mea] ad memorias sanctorum, sicut in Africa solebat, pultes et panem et merum attulisset atque ab ostiario prohiberetur . . ." *(ML 32.* 719).

AMBROSIASTER bis refert *exorcistas* et *lectores,* eosque ordines appellat, quos comparat cum diaconatu, ac fatetur eorum officium exequi etiam a presbytero et contineri in episcopo. *In Ephes.* 4. 11: "Pastores possunt esse lectores, qui lectione saginant populum audientem. . . Magistri vero exorcistae sunt, qui in Ecclesia ipsi compescunt et verberant inquietos. . . In episcopo omnes ordines sunt" *(ML* 17. 409sq.); *Quaestiones V. et N. Testamenti* 101: "Presbyter enim et diaconi agit officium et exorcistae et lectoris" *(ML 35. 2302).*

HIERONYMUS, omnes ordines inferiores transeunter refert, etsi non omnes simul, et addit praeterea *cantorem* et *fossarium.* In *Epist. 52.* 5 refert acolythum, lectorem et cantorem: "Si lector, si acolythus, si psaltes, te sequitur, non ornentur veste, sed moribus" *(ML 22. 532).* In *Tit. 2.* 15, refert exorcistam, lectorem et aedituum sive ostiarium: "Non solum episcopi, presbyteri et diaconi debent magnopere providere ut cunctum populum cui praesident, conversatione et sermone praecedant, verum et inferior gradus, exorcistae, lectores, aeditui, et omnes omnino qui domui Dei serviunt. Quia vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse quam clericos" *(ML 26. 625* sq.). In *Epist.* 102 et 103, commemorat subdiaconum Asterium *(ML 22.* 830 sq.). In *Epist.* 1. 12 refert etiam fossarium, tamquam unum de clericis: 'Clerici, quibus id officii erat, cruentum linteo cadaver obvolvunt, et fossam humum lapidibus construentes, ex more tumulum parant" *(ML* 22. 330).

PSEUDO-HIERONYMUS, De septem ordinibus Ecclesiae, refert tres ordines *ostiarii, lectoris* et *subdiaconi,* quibus praemittit *fossarium,* tacet vero de exorcista et acolytho, etsi intendat enumerare omnes gradus ecclesiasticos eorumque officia describere. Septem ordines, quos explicandos suscipit, sunt: "Primus igitur in clericis fossariorum ordo est. . . Secundus ostiariorum locus est. . . Tertius lectorum ordo est. . . Quartus ecclesiasticae dispositionis in subdiacono est ordo. . . Quintus in diaconibus ordo sacramenti est. . . Sextus seniorum ordo est qui sacerdotibus datur, qui presbyteri dicuntur. . . Septimus autem in his dispositionibus episcopalis ordo est" *(ML 30.* 150-158). Ab hoc textu Pseudo-Hieronymi videtur immediate pendere anomymus auctor *Chronicon Palatini* (circa a. 740; infra cit., in p. 382), qui tamen refert ostiarium ut primum ordinem.

AUGUSTINUS commemorat *subdiaconum, acolythum, lectorem,* et probabiliter

[30] Cf. F. H. Dudden, *The life and times of St. Ambrose* (Oxford 1935) I 129-131.

etiam *ostiarium* et *exorcistam. Sermo 356. 3,* agens de vita et moribus clericorum suorum, praeter presbyteros et diaconos refert subdiaconos: "Omnes fratres et clericos meos, qui mecum habitant, presbyteros, diaconos, subdiaconos, et Patricium nepotem meum [quem inferius dicit esse subdiaconumj, tales inveni, quales desideravi:" *{ML* 39. 1575; cf. n. 7, coi. 1577). *Epist.* 194. 1 nominat "Albinum acolythum" *{ML* 33, 874). Lectores pluries commemorat; lector est gradus ecclesiasticus sive clericorum, *Epist.* 209. 3: "Adolescens, praeter lectionis officium nullis clericatus gradibus notus" *{ML* 33. 954), *De consensu evang.* 1. 10: "In gradu lectorum" *{ML* 34. 1049), *Epist.* 64. 3: "Lector ecclesiasticus" *{ML 33.* 234); legit in Ecclesia scripturas ecclesiasticas, uti psalmos et etiam evangelium, *Epist.* 64. 3, *Enarr. in psal.* 138. 1, *Sermones* 12. 1; 32. 23; 67. 1; 235. 1; 352. 1. Probabilis mentio ostiarii habetur tum in *Serm.* 46. 13: "Puta ovem [i.e. fidelem] de Oriente venisse in Africam, quaerit gregem suum, incurrit in te, in basilicam tuam intrare vult; commoveris ignota facie, vel tu vel minister tuus, stans vel sedens ad ostium" *{ML* 38. 288), tum in *Confess.* 6. 2 (cf. supra, p. 344). Probabilis mentio exorcistae, tamquam peculiaris ac distincti officii, habetur in opere *De beata vita* 3. 18, ubi, loquens de spiritu immundo qui agitat energumenos, "qui [nempe] extrinsecus invadit animam sensusque conturbat," ait: "Cui excludendo qui praesunt [i.e. qui ad hoc deputati sunt], manum imponere vel exorcizare dicuntur, hoc est, per divina eum adiurando expellere" *{ML* 32, 968).

SIRICIUS R. P., decernens de interstitiis ordinationum, seu graduum "sacrae militiae," refert *lectorem, exorcistam, acolythum* et *subdiaconum;* tacet de ostiario. Ita in *Epistola* ad Himerium tarraconensem, quam citavimus in tom. 1, p. 882.

INNOCENTIUS I, Epist. 2. 5, distinguit generaliter "clericos tam superioris ordinis, quam inferioris" *{ML* 20. 472); *Epist.* 37. 6, sese referens ad praefatam constitutionem Siricii, nominat tantuw *lectorem* et *acolythum:* "Nec cito quilibet lector, cito acolythus, cito diaconus, cito sacerdos fiat" *{ML* 20. 604); *Epist.* 25. 8 iterum commemorat acolythos, deferentes fermentum seu panem consecratum ad alias ecclesias *{ML* 20. 556 sq.).

ZOSIMUS, Epist. 1. 1 distinguit indeterminate inter episcopum, presbyterum ac diaconum ex una parte et "inferiores gradus" (cf. supra, p. 705); *Epist.* 9. 5 renovat constitutum Siricii de interstitiis, referens pariter *lectorem, exorcistam, acolythum* et *subdiaconum* (ML 20. 672 sq.).

CONC. CARTHAGINIENSE III a. 397, cap. 21, refert *lectorem, cantorem* et *ostiarium:* "Clericorum autem nomen etiam lectores, et psalmistae, et ostiarii retinent" *{Harduin* 1. 963); in cap. 4 et 19 decernit iterum de lectoribus.

CONC. TOLETANUM I a. 400, cap. 2, refert *ostiarium, lectorem* et *subdiaconum:* "Item placuit, ut de poenitente non admittatur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus exegerit, inter ostiarios deputetur, vel inter lectores: ita ut evangelium et apostolum non legat. Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiacones habeantur: ita ut manus non imponant, aut sacra non contingant" *(Harduin* 1. 990). In cap. 4 tres simul ordines iterum referuntur; de lectore agitur etiam in cap. 3, de subdiacono in capp 5 et 20.

LEO M. refert *subdiaconos* et *lectores,* legem ferens de coelibatu subdiaconorum, hosque, tanquam altaris ministros, assimilans primis tribus gradibus ecclesiasticae hierarchiae. *Epist.* 14. 4: "Nam cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectae continentiae puritatem, nec subdiaconis quidem connubium carnale conceditur: 'ut et qui habent, sint tamquam non habentes' (1 *Cor.* 7. 29), et qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus a capite est, dignum est custodiri, quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio servandum est, ne aut levitico, aut presbyterali honore, aut episcopali

excellentia quisquam idoneus aestimetur, qui se a voluptate uxoria necdum frenasse detegitur" *(ML* 54. 672 sq.). *Epist.* 167, inquis 3: "Lex continentiae eadem est ministris altaris [diaconis et subdiaconis] quae episcopis atque presbyteris, qui cum essent laici sive lectores, licito et uxores ducere et filios procreare potuerunt. Sed cum ad praedictos pervenerunt gradus, coepit eis non licere quod licuit" *(ML* 54. 1204).

TESTAMENTUM D. N. I. C. (circa a. 475)[40] refert *lectorem* et *subdiaconum;* l. 1, c. 23: "Offerat [episcopus oblationes] intra velum una cum presbyteris, diaconis, viduis canonicis, hypodiaconis, diaconissis, lectoribus (et) habentibus charismata. Primus in medio consistat episcopus, et post ipsum immediate sistant presbyteri hinc et inde, et post presbyteros, qui sunt in parte sinistra, sequantur proxime viduae, post presbyteros, qui sunt in parte dextra, stent diaconi, et post hos lectores, et post lectores hypodiaconi, et post hypodiaconos diaconissae... Suscipiat [Eucharistiam] prius clerus sequenti ordine: episcopus, dein presbyteri, postea diaconi, hinc viduae, tunc lectores, tunc hypodiaconi, deinde qui charismatibus fruuntur"[41]; l. 1, c. 35: "Pro hypodiaconis, lectoribus et diaconissis supplicemus"[42]; l. 2, c. 19: "Diaconos, qui transeunt inter mulieres, ne ibidem forte reperiantur pueri inordinati, adiuvent lectores. Idem praestent hypodiaconi."[43]

Exhibetur propria ordinatio, consistens pro subdiacono in sola oratione, pro lectore vero etiam in traditione libri, absque manuum impositione quoad utrumque (l. 1, cc. 44 sq.). Lector plerumque nominatur ante subdiaconum, iuxta illius aetatis disciplinam, eique praecedentia relate ad subdiaconum tribuitur sive in loco quem occupat in sanctuario (l. 1, cc. 23 et 34)[44] sive in ordine accedendi ad communionem (l. 1, c. 23, nuper cit.), sive in adiutorio praestito diaconis (l. 2, c. 19, nuper cit.). Officium lectoris determinate exhibetur (l. 1, cc. 17, 19, 45), officium vero subdiaconi prorsus tacetur, si excipiatur praedictum auxilium praestitum diacono una cum lectore.

Ut constat vel ex ipsis relatis textibus, plures aliae classes dignitatum praefatis ordinibus aggregantur; tota series ad hanc fere reducitur: *episcopiis, presbyter, diaconus, lector, hypodiaconus, confessor* (l. 1, c. 39), *charismaticus* (exorcista largiori sensu; l. 1, cc. 23 et 47), *presbyterissa* (l. 1, c. 35; l. 2, c. 19), *diaconissa* (l. 1, cc. 20, 23, 35, 36; l. 2, c. 20), *virgo* (l. 1, c. 46; l. 2, cc. 4, 19), *vidua* (l. 1, cc. 19, 23, 34; l. 2, cc. 4, 8, 19). Ex his, vidua dicitur ordinari, per simplicem benedictionem episcopi (l. 1, c. 40), virgo vero dicitur non ordinari (l. 1, c. 46), charismatico dicuntur manus non imponendae (l. 1, c. 47); cum de diaconissis nihil dicatur, supponi potest eas non fuisse per specialem ritum constitutas.

CANONES HIPPOLYTI (circa a. 500), n. 217, referunt tantum *subdiaconum* et *lectorem:* "Congregentur quotidie in ecclesia presbyteri et *vTroSiaKovoi* et avayvwo-rcu omnisque populus tempore gallicinii, vacentque orationi, psalmis et lectioni scripturarum cum orationibus."[45]

PSEUDO-DIONYSIUS AREOPAGITA (circa a. 500), *De eccles hier.* 3. 2, nonnisi generaliter loquitur de varietate ministrorum in ecclesia, at in ipsa varietate officiorum quae illis tribuit videtur velate indigitare *lectorem, subdiaconum* et dia-

[40] Cf. I. E. Rahmani, *Testamentum DJtJ.C.* (Moguntiae 1899) 156-169: "Dissertatio II. De hierarchia ecclesiastica."
"*Ibid.* 35-37, 47.
"*Ibid.* 87.
"*Ibid.* 139.
MC. 23 supra citavimus. C. 34: "In ecclesia noti sint duodecim presbyteri, septem diaconi, quatuor hypodiaconi (legendum: quatuor lectores) et tres viduae habentes praecedentiam sessionis," *ibid.* 83. Versio copto-arabica, manifeste interpolando, habet: "In ecclesia sint plus quam duodecim presbyteri, septem diaconi, quatuor hypodiaconi et lectores, tres viduae sint et psalmistae ad ministerium exhibendum sacerdotibus."
"Apud L. Duchesne, *Origines du culte chretien* (éd. 5, Paris 1909) 546.

conum: "Per ministros exinde consequenter sacrarum Scripturarum lectio recitatur; qua finita, sacro ambitu arcentur catechumeni [ut Missa fidelium incipere possit]. . . Porro ministrorum quidem alii clausis templi foribus assistunt, alii vero aliud quidpiam quod sit ordinis sui agunt. Qui autem in ministrorum ordine primas tenent, una cum sacerdotibus divino altari panem sacrum calicemque benedictionis imponunt" *(MG 3,* 426).[40]

STATUTA ECCLESIAE ANTIQUA (circa a. 500), nn. 93-97,[47] enumerant *omnes et singulos ex quinque inferioribus ordinibus,* sub traditionali nomine et ordine, sicut in ipso catalogo primitus prolato saec. 3 a Cornelio R. P.; de unoquoque exhibetur ritus ipse ordinationis, consequenter ad ritum ordinationis episcopi, presbyteri et diaconi. De *exorcista* habentur duo ulteriora statuta, exhibentia eorum officia, nn. 62 et 64: "Omni die exorcistae energumenis manus imponant. . . Energumenis in domo Dei assistentibus victus quotidianus per exorcistam opportuno tempore ministretur" *(ML* 56. 885). Officium fossariorum, de quibus sermo est in aliis documentis, ut Pseudo-Hieronymo (supra relato, p. 344), dicitur committi poenitentibus, n. 66: "Mortuos Ecclesiae poenitentes efferant et sepeliant" *(ML* 56. 886).

Immediate post praefatos octo ordines, sermo est tum de cantore seu psalmista (n. 93), qui, ut notavimus supra (p. 324), non exhibetur ut ordo, tum de reliquis classibus personarum, seu virgine, vidua vel sanctimoniali auxiliante ministerio Baptismi (diaconissa), sponso et sponsa, vidua quae ab Ecclesia sustentatur (nn. 99-102).

GELASIUS I (492–496), refert *ostiarium, lectorem, acolythum* et *subdiaconum,* omisso exorcista, *Epist.* 9 (ad episcopos Lucaniae) 2 et 6, agens de interstitiis ordinationum, scribit: "Ut si quis . . . ad clericale munus accedat, imprimis eius vita praeteritis acta temporibus inquiratur, si nullo gravi facinore probatur infectus. . . [Exponuntur alia requisita]; si assecutus est litteras, sine quibus vix fortassis ostiarii possit implere ministerium: ut si his omnibus quae sunt praedicta fulcitur, continuo lector, vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres menses existat acolytus, maxime si huic aetas etiam suffragatur; sexto mense subdiaconi nomen accipiat; ac si modestae conversationis honestaeque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter. . . Nec sibi meminerint [presbyteri] ulla ratione concedi, sine summo pontifice, subdiaconum aut acolythum ius habere faciendi" *(ML* 59. 49 sq.). Duo praecipui ordines acolythi et subdiaconi iterum referuntur in *Epistola* ad Victorem episcopum (recte Gelasio adscripta): "Si quos habes vel in acolythis vel subdiaconis maturiores aetate et quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promovere" *(ML* 59. 154).

I0ANNES DIACONUS, Epistola ad Senarium (circa a. 500) 10, refert *exorcistam, acolythum* et *subdiaconum:* "Acolythi autem exorcistis hoc ordine differunt, quod exorcistis portandi sacramenta, eaque sacerdotibus ministrandi negata potestas est, tantumque manus impositioni vacent, propter quod exorcistae dicuntur, vel caetera quae infra acolythorum ordinem esse probantur, explere festinent. Acolythi vero sacramentorum portanda vasa suscipiunt et ministrandi sacerdotibus ordinem gerunt. Ideoque exorcista fieri potest acolythus, iste vero ad exorcistarum officium nulla penitus promotione descendit; qui si optime suum officium ministraverint, ad subdiaconatus gradum poterunt pervenire: cuius hic apud nos ordo est, ut accepto sacratissimo calice in quo consuevit pontifex dominici sanguinis immolare mysterium, subdiaconus iam dicatur. Qui si rursus nullo fuscatus vitio inculpabilis

"Cf. R. Roques, *L'univers dionysien* ("Théologie," n. 29 [Lille 1954]) 184-186, 196, 198.

"Praeterquam in *Patrologia Migniana* 56.887-889, pars horum Statutorum exhibens varias ordinationes refertur apud M. Andrieu, *Les Ordines Romani du moyen-âge* III (Louvain 1951) 617-619.

perseverat, ad diaconii vel presbyterii sacratissimas dignitates poterit pervenire" *(ML* 59. 404sq.).[48]

APOCRYPHA SYMMACHIANA (composita circa a. 500),[49] can. 5, referunt *omnes ordines. Pseudo-Concilium Romanum 215* episcoporum, sub *SUvestro 1,* can. 5: "Si quis ad clericatum promereri (promoveri) desiderat, hoc iustum est ut sit ostiarius annum unum, lector annos 20, exorcista annos 10, acolythus annos 5, subdiaconus annos 5, diaconus annos 5, et si *(forte* sic) ad honorem presbyterii accedat; et faciens in eo ordine annos 6 . . . , ab omni ecclesia eligatur consecrandus episcopus. . . Et dixerunt episcopi: Placet" *(ML* 8. 826; item apud *Harduin* 1. 528 sq.). Aliud *pseudo-concilium* sub eodem *Silvestro:* "Subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, ostiarius, nisi (sicut scriptum est) in septem testibus non damnabitur" *(ML* 8. 828). *Constitutum Silvestri,* c. 3, eadem verba refert *(ML* 8. 833-836); c. 11 omittit ostiarum: "Ut nullus ex laica persona ad honorem acolythus usque ad episcopatum sublevetur, nisi prius fuisset lector annis triginta, deinde uno die exorcista, et postea caperet onus acolythi, et faceret in eodem ordine acolythi annos decem, ut acciperet onus subdiaconi, et in subdiaconatu esset annos quinque. Deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus, rogantibus triginta presbyteris examen, ut esset diaconus cardinalis, quia a prima sede erat constitutum, ut serviret annis septem. Hoc enim quod si quis desideraret ordinem presbyteri, ita exigeretur ut in septem annis a cuncto clero Romano probaretur . . . , et sic ad ordinem presbyterii accederet, et faceret in eodem ordine annos tres. Et si exigat ordo vel dispositio, vel cura pietatis aut sanctitatis, ad onus episcopatus accederet, ut omnis clerus peteret ordinare ex uno voto perenni" *(ML* 8. 838).

PSEUDO-GAII R. P. (283-296) *constitutum* (exaratum circa a. 500) refert pariter *omnes ordines:* "Hic [Gaius] constituit ut ordines in ecclesia sic ascenderetur: si quis episcopus [esse] mereretur, ut esset ostiarius, lector, exorcista, sequens [acolythus], subdiaconus, diaconus, presbyter et exinde episcopus ordinaretur."[60]

JUSTINIANUS I (imperator; 527-565) refert *ostiarium, cantorem, lectorem, subdiaconum. Codex histiniani* (editus a. 534), 1. 3. 20: "Si quis presbyter, aut diaconus, aut diaconissa, seu subdiaconus, vel cuiuslibet alterius loci clericus . . ., nullo condito testamento decesserit . . ." (Kirk, *Enchiridion fontium hist. eccles.* 1025). *Leges novellae,* 1. 1: "Quapropter sancimus, ut in sanctissima magna ecclesia [constantinopolitana] non plures quam sexaginta presbyteri sint, centum vero diaconi masculi, quadraginta feminae, nonaginta subdiaconi, centum et decem lectores, viginti quinque cantores, ita ut universus numerus religiosissimorum clericorum maioris ecclesiae in quadringentis et viginti personis et centum insuper uti vocantur ostiariis consistat" *(ibid.* 1030).

PELAGIUS I (555-560) refert *ostiarium* et *acolythum.* In *Epist.* ad Sapaudum arelatensem, reprobat quod "uno eodem die laicus homo et clericus et acolitus et diaconus et presbyter et episcopus fiat".[61] Initio sui pontificatus, damnans promotiones simoniacas, declaravit "ut si quis ille est, ab ostiario usque ad gradus episcopatus, ut neque per aurum neque per alias promissiones proficiat."[62]

GREGORIUS M. (590-604) praecipue in *Registro epistolarum* refert *lectorem,*

"Editionem criticam exaravit Wilmart, *Analecta Reginensia* ("Studi e Testi," n. 59, Città del Vaticano 1933) 176.

" Cf. L. Duchesne, *Liber Pontificalis* I (Parisiis 1886) cxxxiv-cxxxvii.

"Apud Duchesne, *ibid.* 73, 161; idem refertur in *ML* 5. 181. Hoc constitutum, quamvis apocryphum, innititur antiquiori traditione et est maxime conforme cum catalogo tradito a Cornelio R. P.

[81] Apud P. Ewald, "Die Papstbriefe der Britt. Samml." *Neues Archiv V* (1880) 538 sq.

"Apud Duchesne, *op. cit.* 303.

acolythum et *subdiaconum,* tacet vero de ostiario et exorcista.[83] Multos individuos subdiaconos commemorat et ad quosdam directas epistolas mittit (cf. *Registrum epistolarum,* l. 1, epp. 1, 3, 24, 36, 39, 41, 42, 44, 65, 67, 68, 69, 72, 73; l. 2, ep. 20; l. 3, epp. 9, 10, 17, 19, 22, 23, 30, 34, 35; l. 4, ep. 36, l. 11, epp. 18, 19; l. 12, epp. 9, 12, 20, 21, 22, 24; l. 14, epp. 14, 15); confirmat legem latam a Leone M. (cf. supra, p. 345) de coelibatu subdiaconorum (l. 1, ep. 44; l. 4, ep. 36), eam fundans in eo quod "nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata" *(ML* 77. 506). De individuis pariter acolythis saepe loquitur (1. 4, ep. 19; l. 8, epp. 1, 6, 7).

DECRETUM GREGORII (posterioris tamen aetatis) haec ad rem habet: "In sancta Romana Ecclesia, cui divina dispensatio praeesse me voluit, dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, et in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inserviant, quos ad praedicationis officium eleemosynarumque studium vacare congruebat. Unde fit plerumque ut ad sacrum ministerium dum blanda vox quaeritur, quaeri congrua vita negligatur, et cantor minister Deum moribus stimulet, cum populum vocibus delectat. Qua in re praesenti decreto constituo ut in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque evangelicae lectionis officium inter missarum solemnia exsolvant. Psalmos vero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas fuerit, per minores ordines exhiberi" *(ML* 77. 1335).

ISIDORUS HISPALENSIS (circa 560-636), ad finem aetatis patristicae refert *omnes et singulos ordines,* sub consueto nomine etsi inverso ordine, eis praeterea commiscens psalmistam seu cantorem, quem tamen non videtur accipere ut peculiarem ac proprie dictum ordinem, ut observatum est supra (p. 323) agendo de septenario ordinum numero. Ex ibidem dictis patet quoque posteriores scriptores, qui ceteroquin ab Isidoro dependent, nominatim *Amalarius Metensis, Rabanus Maurus* et *Pseudo-Alcuinus,* omnes praefatos quinque ordines referre et explicare (cf. supra, p. 321, quoad psalmistam Rabanus illum coniungit cum lectore, loquens de psalmista sive lectore, Amalarius vero illum prorsus omittit); per hos doctores, eadem ordinum enumeratio uniformiter descendit ad mediaevales theologos saec. 12, ut *Ivonem Carnotensem, Algerum Leodiensem, Hugonem Victormum, Magistrum Simonem, Petrum Lombardum, Bandinum, Gandulphum Bononiensem, Beleth,* de quibus sufficienter dictum est supra (pp. 319 sq.).

Quoad ecclesiam orientalem, ad finem patristicae aetatis, iuverit addere canones Conciliorum Quinisexti et Constant. IV, qui videntur decisivum influxum habuisse in fixationem catalogi orientalis de ordinibus minoribus (subdiaconatus-lectoratus [cantoratus]), *eo* vel magis quod ex hac ipsa aetate descendit ipsum Euchologium Graecorum.

CONC. QUINISEXTUM SIVE TRULLANUM II, a. 692, can. 4: "Si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel *subdiaconus,* vel *lector,* vel *cantor,* vel *ostiarius,* cum muliere Deo dedicata coierit, deponatur, ut qui Christi sponsae vitium attulerit. Si autem laicus, segregetur." Can. 6: "Quoniam in apostolicis canonibus dictum est, eorum qui non ducta uxore in clerum promoventur, solos lectores et cantores uxorem posse ducere; et nos hoc servantes decernimus, ut deinceps nulli penitus hypodiacono, vel diacono, vel presbytero post sui ordinationem contrahere liceat" *(Harduin* 3. 1662). Can. 33, loquitur de "sacris cantoribus et divinae legis lectoribus" tanquam de his qui sunt in "cleri catalogo" et "clericorum ordine" *(ibid.* 1674).

CONC. CONSTANT. IV, a. 869, can. 5 (post actionem sive sessionem 10): "Si vero quis . . . fiat clericus, aut monachus, et omnem gradum ecclesiasticum

"Cf. B. Fischer, "Der niedere Klerus bei Gregor dem Grossen," *Zeitschrift für katholischen Theologie* LXII (1938) 37-75.

transigens, per definita nunc tempora irreprehensibilis inventus extiterit et pro* batus, ita ut in gradu *lectoris* annum compleat, in *subdiaconi* vero duos, sitque diaconus tribus, et presbyter quatuor annis, bene placuit huic sanctae et universali synodo eligi hunc et admitti [ad dignitatem patriarchae]" *(Harduin* 5. 901).

Inter utrumque concilium ultimus pater ecclesiae orientalis, *IOANNES DAMASCENUS* (+circa 749), clare proponit quinquenariam orientalem Ordinis hierarchiam: "Principium de ordine quoque dicitur, ut prima dignitas lector est, deinde subdiaconus, postea diaconus, tum presbyter, ac demum episcopus" *(Dialogus contra Manichaeos* 3, *MG* 94. 1510).

Quod attinet ad libros litúrgicos, seu Sacramentaría, Ordines et *Pontificalia,* quae in Occidente paulatim in media hac aetate efformata sunt, quaeque originem dederunt Pontificali Romano saec. 12, patri moderni Pontificalis, aliqua varietas sive oscillatio in hac re observatur, dependenter sive a graduali efformatione libri liturgici ecclesiastici sive etiam a varia vicissitudine quam aliqui ex inferioribus ordinibus sustulerunt.

SACRAMENTARIA Leonianum (saec. 6)64 et *Gregorianum* (-Hadrianum; circa finem saec. 8)66 (1) nihil ferunt de inferioribus ordinationibus; ceterum quoad ipsos tres superiores ordines episcopatus, presbyteratus et diaconatus, nonnisi orationes ordinationis proferunt.60 Nihilominus mentio inferiorum Ordi* num transmittitur in Sacramentarlo Gregoriano in solemni oratione ritus Feriae VI in Parasceve: "Oremus et pro omnibus episcopis, presbyteris, diaconibus, *subdiaconibus, acolitis, exorcistis, lectoribus, ostiariis,* confessoribus, virginibus, viduis, et pro omni populo sancto Dei."67 In derivatas vero auctasque formas, quas illa Sacramentaría assumpserunt praecipue saec. 9-10 in gallica regione, nomen et ritus inferiorum ordinum introducti sunt per derivationem ex ipsis *Statutis Ecclesiae antiquis;* ita iam in *Sacramentarium Gelasianum* saec. 8, et in *Missale Francorum* saec. 7-8 *(ML* 72. 317-320), ac subinde in *Sacramentaría Gelasianum* et *Gregorianum* secundum formam editam a Menard ac reproductam in Patrología Migniana *(ML* 74. 78. 218-223),68 necnon in *Librum Ordinum* antiquae liturgiae mozarabicae.69

ORDINES variarum ecclesiarum, quos ex eadem media aetate ediderunt Morinus,60 et Marténe,61 necnon *Ordines Romani* VIII et IX (saec. 8), editi a Mabillon02 et iterum critice ab Andrieu,08 et *Ordo de sacris ordinibus* (saec. 10) editus a Gerbert,04 exhibent easdem inferiores ordinationes.06 Non tamen omnes

"In *ML* 55. 31 sqq., et C. Feltoe, *Sacramentarium Leonianum,* Cambridge 1896.
"H. A. Wilson, *The Gregorian Sacramentary,* London 1915.
"Cf. *ML* 55. 113-116; Wilson, *ibid.* 5-8, 143.
"Apud Wilson, *ibid.* 51.
"Sacramentarii Gelasiani editionem criticam protulit H. A. Wilson, *The Gelasian Sacramentary* (London 1894) 144 sq.
"M. Ferotin, *Le Liber Ordinum* ("Monumenta Ecclesiae liturgica," n. 5), Paris, 1904.
"*Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus,* pars 2 (Parisiis 1655) 259-341.
"*De antiquis Ecclesiae ritibus,* l. 1, pars 2, c. 8 (Rotomagi 1700) 337 sqq.
"*Museum Italicum* II 85 sq. Reproducuntur in *ML* 78. 999-1004.
"*Les Ordines Romani du haut moyen âge* I (Louvain 1931) 18-20; III (1951) 603-613. Praefati duo ordines veniunt sub nn. XXXIV et XXXVI.
"*Monumenta veteris liturgiae alemannicae,* Typis San-Blasianis 1777-1779. Reproducuntur in *ML* 138. 1003 sq.
"Inter 15 *Ordines Romanos,* editos a Mabillon, et 50 editos ab Andrieu, nonnisi duo praefati Ordines VIII et IX (apud Andrieu XXXIV et XXXVI) referunt ipsas ordinationes (ipsi vero gradus subdiaconatus et acolythatus commemorantur passim in aliis *Ordinibus,* ubi agitur de celebratione liturgica, cui illi gradus maxime inserviunt); in *Ordine* tamen IX nonnisi transeunter ac modo generali commemoratur ordinatio. Andrieu praeterea inde ab anno 1925 (cf. supra, p. 326) edidit quandam adapta-

referunt singulos ordines. Ita praefatus *Ordo* IX commemorat tantum generaliter ordinationes inferiores usque ad subdiaconatum ("Usque in subdiaconatus officium ordinantur/' *ML* 78. 1003) et subinde introducit lectorem legentem Scripturam; *Ordo* VIII exhibet tantum ordinationes acolythi et subdiaconi (una cum diaconi, presbyteri et episcopi); istius vero adaptatio, exarata circa initium saec. 10 et recenter edita ab Andrieu,[66] addit ordinationem lectoris.

Pariter *PONTIFICALIA,* quae inde a saec. 10 efformari coeperunt ex fusione *Sacramentariorum* cum *Ordinibus,* scilicet *Pontificale Romano-Germanicum* saec. 10, *Pontificale Romanum saec. 12* et *Pontificale Guilelmi Durandi* (circa finem saec. 13), eosdem ordines cum relativis ordinationibus determinate exhibent, uti constat ex dictis superius (pp. 317, 319).

EUCHOLOGIUM Graecorum, inde ab antiquissimo quod noscitur exemplari *(Euchologio Barberino S. Marci,* saec. 8)[67] usque ad moderna ritualia,[68] constanter ac uniformiter exhibet duos tantum ordines ac ordinationes *subdiaconatus* et *lectoratus,* cui adiungitur *cantoratus* quandoque ut separatus ritus, plerumque vero ad modum unius, ut dictum est supra (pp. 330 sq.).

Attentum examen horum aliorumque documentorum, quorum citationem multiplicare non vacat, manifestat ipsam difficultatem diiudicandi de ortu, indole et historica vicissitudine ordinum diaconatu inferiorum. Quae quidem difficultas ex triplici praesertim capite provenire dignoscitur: *Primo* nempe, ex varia diversaque indole documentorum, in quibus illorum ordinum mentio occurrit; alia enim continent historicas allusiones, alia doctrinales implicationes, alia litúrgicas expositiones, alia disciplinares dispositiones, nec omnia proinde eundem valorem prae se ferunt in iudicando de existentia, numero et indole ordinum in aliqua ecclesia vel in aliqua aetate. *Secundo, ex* varietate ac multiplicitate ecclesiasticorum officiorum ac dignitatum, quae uno cum praefatis ordinibus, ac eodem fere tempore, in ecclesiis pullularunt quorumque genérica cognatio ac frequens cum illis ordinibus copulatio, utriusque generis officiorum indolem ambiguam reddere potest, ut peculiariter accidit officiis cantorum et fossariorum. *Tertio,* ex diversitate ipsarum ecclesiarum, orientalis nempe et occidentalis necnon romanae et gallicanae, quae diversimode ecclesiasticis necessitatibus per introductionem novorum ordinum et officiorum occurrerunt, ita ut quod fuerit verus ordo in una ecclesia, aut in una aetate, videatur fuisse merum officium in alia ecclesia aut in alia aetate, ut peculiariter accidisse videtur tribus ordinibus acolythatus, exorcistatus et ostiariatus de quibus observatur maior varietas inter ecclesiam orientalem,

tionem *Ordinis* VIII, exaratam circa initium saec. 10, quam inseruit praefato suo maiori opere de Ordinibus Romanis sub numero XXXV.

"Cf. in nota praecedenti.

"Edito a Goar, *'Evxo\6yiov sive rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum: S. Piget 1647) 233-246; item a Moreno, *op. cit.* (supra, in p. 322) 71 sq., qui ibidem, 64-126, exhibet etiam varias ac recentiores formas *Euchologii.*

"Praecipuum, quoad catholicos, est romanum Euchologium, *rb* Méya Romae 1873.

illis plerumque carentem, et ecclesiam occidentalem iugiter, non tamen universaliter et uniformiter, eisdem utentem.

Generaliter loquendo, nemo ambigere potest, inferiores ordines (abstrahendo nunc ab ipsa quaestione de eorum divina origine et sacramentalitate) ortum habuisse sive introductos fuisse ex ratione occurrendi variis ac in dies multiplicatis Ecclesiae necessitatibus, id enim ipsi quoque diaconatui accidisse noscitur. Ad rem apte *Mopsuestenus:* "Non convenit demirari si neque subdiaconum neque lectorum memoriam Apostolus fecisse videtur [loquens nempe tantummodo de episcopis, presbyteris et diaconis]. Illis etenim gradibus functionum qui in ecclesiis necessarium habentur* isti postea magis sunt adiecti propter utilitatem ministerii, quod propter multitudinem credentium per alteros postea impleri debere necessitas flagitavit."[69] Cum autem in priori tempore, Ecclesia simplicioribus necessitatibus, ordinis tam cultualis quam extracultualis, occurrit per unicum ministerium diaconorum, multiplicatis subinde exigentiis, nonnisi duplici via occurrere potuit, aut nempe multiplicando numerum ac varietatem diaconorum aut novos subalternos ordines introducendo, qui inferiora quaedam diaconorum officia haereditarent; hanc alteram ac faciliorem viam sapienter elegit, ita ut salvaretur dignitas officii diaconalis, servando quoad fieri potuit ipsum apostolicum numerum septenarium, reservando diaconos altiori ac sacratiori altaris ministerio, constituendo in gradibus inferioribus praeparatorium quoddom seminarium ad id quod *Optatus Milevitanus* "tertium sacerdotium" appellat.[70] *In hoc saltem sensu dici potest praefatos ordines originem habuisse ex quadam successiva fractione diaconatus* et ab eo descendisse tanquam rivulos ex fonte in quo virtualiter vel implicite continebantur[71]; ad rem S. *Thomas:* "In primitiva Ecclesia, propter paucitatem ministrorum, omnia inferiora ministeria diaconibus committebantur. . . Nihilominus erant omnes praedictae potestates, sed implicite, in una diaconi potestate. Sed postea ampliatus est cultus divinus, et Ecclesia

"Cf. integrum textum cit. in tom. 1, pp. 864 sq.

***w De schismate Donatistarum* 1. 13, cit. in tom. 1, p. 875.**

"Harnack, *op. cit.* (supra, in p. 314) 96-98, negat quod generaliter dici possit inferiores ordines esse quandam derivationem ex diaconatu. Eos distribuit in tres classes (subdiaconus; exorcista et lector; acolythus et ostiarius), quae disparatam omnino ac independentem originem habuerint. Solus subdiaconatus originem habuit ex diaconatu. Peculiariter acolytus et ostiarius habent originem paganam; ita acolythi sunt quaedam imitatio sic dictorum "calatorum," seu eorum qui, tanquam privati servi, subiecti erant paganis sacerdotibus. Quam opinionem refutat L. Duchesne, in *Bulletin critique* VII (1886) 1369 sq. Etiam unus vel alius catholicus theologus, ut roboret suam sententiam negantem sacramentalitatem ordinum inferiorum, docet hos non ex diaconatu immediate derivasse sed potius ex imitatione ministrorum Synagogae (subdiac., ostiar., lect., acolyt.), vel ex successione extinctae classis charismaticorum (exorcist.). Quam explicationem apte refutat Tymczak, *op. cit.* (supra, in p. 315) 269-275.

quod implicite habebat in uno ordine, explicite tradidit in diversis" (*Suppi.,* q. 37, a. 2, ad 2).

Diacono autem *duo competunt officia principalia* quod attinet ad divinum ministerium, scilicet ministerium verbi et ministerium altaris, cetera vero ac multifaria officia relate ad fideles, uti erogatio eleemosinae, assistentia pauperum, regulatio disciplinae aliaque id genus, *secundaria* sunt ac medio modo se habent inter sacra et profana. Inde intelligitur varietas modorum, quibus diaconale ministerium paulatim fractum fuerit aliisque inferioribus ordinibus vel officiis originem dederit. *Ex priori quippe officio* ministrandi verbi divini, natus est lectoratus per communicationem inferiorum partium illius officii, reservata superiori aut generaliori ratione enuntiandi Evangelii ipsi diacono; *ex altero officio* ministrandi altari, natus est subdiaconatus, per communicationem inferiorum partium illius officii, reservato altiori ac intimiori ministerio ipsi diacono; subinde per ulteriorem fractionem istius subordinati ministerii, tum altaris tum verbi, nati sunt tres gradus acolythatus, exorcistatus et ostiariatus, quorum primus magis accedit ad ministerium altaris, alter ad ministerium verbi, ultimus refertur quodammodo ad utrumque.[72] Ceterum huisumodi fractio diaconalis officii non eodem tempore, nec eadem plenitudine, nec eadem prorsus ratione, in variis ecclesiis effecta est, ut ex dicendis constabit; praeterea in eadem linea ministeriali, quaedam alia officia accesserunt, quae, etsi non proprie hierarchicum aliquem ordinem constituerint, tamen unius vel alterius ordinis lineamenta imitantes, tamquam illius complementum vel illius adiutorium instituta sunt; tales sunt cantoratus necnon catechistatus relate ad lectoratum, et diaconissatus necnon canonicus viduatus relate ad ipsum diaconatum.

Tandem ex complexu praefatorum *secundariorum officiorum* erga fideles, quae primitus diacono diversimode et iuxta necessitatem competebant, nata ac multiplicata sunt alia quaedam secundaria officia in ecclesiis, reservatis nonnumquam superioribus partibus ipsi diacono, ut praecipue patet de temporalium bonorum administratione, quae inde a prima diaconorum institutione pro servitio mensarum, his ministris, tamquam Ecclesiae officialibus oeconomis, commissa fuit. Ad haec officia revocari debent sequentes personarum classes, inferius describendae, quarum ceteroquin mentio nec constanter nec universaliter in documentis occurrit quaeque post aliquam minus conspicuam nec diuturnam sortem, mutatis historicis circumstantiis, in desuetudinem abierunt, nullo relicto vestigio: fossarii, thesaurarii, notarii, parabolani, defensores ecclesiarum, oeconomi.

[72] **Historicum ipsum modum huiusmodi successivae fractionis diaconatus in inferiores ordines conatur ostendere Tymczak, *ibid.* 276-283.**

Extiterunt praeterea quaedam personarum classes, quae non tam distincto aliquo officio quam peculiari honorifica ac privilegiata dignitate gaudebant, scilicet confessores, virgines, viduae dignitariae, diaconissae dignitariae, quaeque proinde ipsi clero, privilegiato quodam iure aggregabantur vel adnumerabantur, ut patet ex pluribus documentis supra relatis.

Praefata ministerialium officiorum diaconi fractio ac partitio *coepta est saltem circa finem saec. 2* in ecclesia romana, quoad quinque inferiores gradus, et probabiliter etiam in ecclesia syriaca quoad duos gradus quos subinde constanter agnovit orientalis ecclesia. Ceterum hanc diaconatus fractionem in proprie dictos clericorum ordines, verisimiliter et connaturaliter antecessit quaedam gradualis efformatio servitiorum ac officiorum (signanter lectoratus), ipsis laicis primitus commissorum, ex quorum subinde evolutione ac stabilizatione, enati sunt ipsi inferiores ordines clericorum.

Primus ordo, qui apparet in documentis utriusque ecclesiae, est *lectoratus,* quem in Occidente refert *Tertullianus* circa a. 200 et in Oriente *Didascalia Apostolorum* circa medium saec. 3. Hic ordo, de cuius hierarchico charactere dubitari nequit, non solum est antiquissimus in suo ortu, qui potest verisimiliter referri ad primam medietatem saec. 2, iuxta probabilem indicationem inscriptionum sepulchralium, sed etiam tenacissimus in sua existentia, cum numquam in utraque ecclesia obsoleverit, sed, una cum subdiaconatu, efformavit communem ac diuturnum nucleum omnis enumerationis ordinum inferiorum. *Secundus ordo,* quem paulo posterius prima vice documenta commemorant, est *subdiaconatus,* qui una cum lectoratu certe exhibetur in *Traditione Apostolica* in priori medietate eiusdem saeculi (iuxta omnes, saltem ante 250) et probabilius etiam in *Didascalia Apostolorum*. Quapropter in priori medietate saeculi tertii iam lectoratus viget in tribus dissitisque ecclesiis Carthaginiensi, romana et syriaca, subdiaconatus vero in ecclesia romana et probabiliter etiam in syriaca; quod si, ut quidam contra communem probabilioremque opinionem suggerunt, *Traditio Apostolica* non esset documentum romanum sed orientale, haberemus iam ante medium saec. 3 constitutam, traditionalem seriem duorum ordinum quam servat orientalis ecclesia; si vero abiciatur tum orientalis origo *Traditionis Apostolicae* tum genuinitas mentionis subdiaconi in *Didascalia,* tunc oportet expectare medietatem saec. 4 ut possit, in documentis Cone. Antiocheni, Cone. Laodiceni et Athanasii, inveniri certa mentio subdiaconatus ac certo constitui praefatum orientale binomium.

Circa idem tempus, seu circa medium saec. 3, in testimonio *Cornelii*

Papae (251—253) apparet *completa quoad romanam ecclesiam quinquenaria series inferiorum ordinum*. Idem nequit cum certitudine asseri de ecclesia africana, cum *Cyprianus* commemoret tantummodo lectoratum, subdiaconatum et acolythatum, sed tamen id conici verisimiliter potest, habita ratione commercii ac propinquitatis inter utramque ecclasiam. Vicissim, ex organizatione ecclesiae Carthaginiensis, in qua iam vigebat exorcistatus et acolythatus (de priori agitur in epistola Luciani ad Cyprianum, de altero vero frequenter loquitur ipse Cyprianus, iam episcopus ab a. 249), conici potest hos duos gradus iam ante Cornelium extitisse etiam in ecclesia romana, quod ceteroquin confirmat ipse textus Cornelii, de quinque ordinibus loquentis tanquam de stabili quadam ac numerata organizatione. luxta *Librum Pontificalem,* Fabianus (236-250), Cornelii praedecessor, divisit inter septem diaconos varias regiones urbis Romae atque etiam septem subdiaconos constituit; attento numero ministrorum, quem refert textus Cornelii, probabile est ipsum ita organizationem Fabiani complevisse, ut unicuique ex septem diaconis assignaverit in adiutorium unum subdiaconum, et unicuique subdiacono sex acolythos (hinc 42 acolythi), quasi minores subdiaconos (hinc nomen acolythi seu sequentis).

Quamvis *ex posterioribus latinis documentis*™ saec. 4—5 omnes praefati ordines, sparsim ac multifarie exhibiti, colligi queant, oportet tamen descendere ad initium circiter saeculi sexti, ut ipsa series indicata a Cornelio simul tota iterum collecta inveniatur in *Statutis Ecclesiae antiquis* (circa a. 500), in *Apocryphis Symmachianis* et in *Constituto Pseudo-Gaii* (circa a. 500), ex quibus transivit in opera Isidori Hisp., Rabani Mauri, Amalarii, Pseudo-Alcuini, et in Sacramentaria, Ordines ac Pontificalia. Ceterum, etiam in posteriori aetate incompletae enumerationes passim inveniuntur. *Epitaphium Liberti* refert tantum lectorem; Cone. Carthaginiense: ostiarium et lectorem; Ambrosius et Ambrosiaster: exorcistam et lectorem; Innocentius I: acolythum et lectorem ; Pelagius I: acolythum et ostiarium; Optatus Mil. et Leo M. subdiaconum et lectorem; *Ordo Romanus VIII:* subdiaconum et acolytum; Gregorius M. et *Ordo Romanus VIII* retractatus: subdiaconum, acolythum et lectorem; loannes Diaconus: subdiaconum, acolythum et exorcistam; Pseudo-Hieronymus, *Chronicon Palatinum,* et Cone. Toletanum: subdiaconum, ostiarium et lectorem; Gelasius: subdiaconum, acolythum, lectorem et ostiarium (deest exorcista); Siricius et Zosimus: subdiaconum, acolythum, exorcistam et lectorem (deest ostiarius); Hieronymus, et probabiliter

MDe documentis *orientalis ecclesiae* dicetur infra, pp. 362-368.

etiam Augustinus, omnes ordines commemorant, etsi non omnes simul in una serie.

Praetermissa occasionali indole plurium et his testimoniis, quae convenientem reddit rationem incompletae enumerationis, *difficultas* subsistit quoad ea praecipue documenta in quibus completa enumeratio expectaretur, uti sunt constituta Siricii, Zosimi et Gelasii de ordinationum interstitiis et duo Ordines Romani (quibus alii addi possunt) exhibentes ipsum ritum variarum ordinationum; videretur nempe non semper omnes et singulos ordines substitisse in ipsa ecclesia romana. Difficultas solvitur attendendo tum ad minorem aestimationem quam aliqui ordines, nominatim ostiariatus, lectoratus et exorcistatus, passi sunt inde a fine saec. 4 in una vel altera ecclesia, translatis praesertim eorum officiis ad alios ordines aut personas, tum ad historicum ac frequens factum ordinationis per saltum, ut constat ex sequenti brevi consideratione vicissitudinum uniuscuiusque ordinis.

OSTIARIATUS (ostiarius, ianitor, portarius, clavicularius, aedituus) raro commemoratur, praecipue in romanis documentis.[74] Inter praefata testimonia eum commemorant Pseudo-Hieronymus in Gallia, Cone. Toletanum in Hispania, Augustinus (probabiliter) pro ecclesia mediolanensi, Cornelius R. P., Gelasius I, Pelagius I, Apocrypha Symmachiana et Pseudo-Gaius in ecclesia romana. In constitutis Siricii et Zosimi de interstitiis ordinationum (circa finem saec. 4 et initium saec. 5) ceteri ordines nominantur, ostiarius vero omittitur; in simili constituto Gelasii I (circa finem saec. 5) nominatur quidem ostiariatus sed veluti transeunter, ac si revera clericale curriculum inciperet in lectoratu. Circa a. 500 Constitutum Silvestri (inter *Apocrypha Symmachiana;* cf. supra, p. 348), septies enumerans varios ordines, quinquies omittit ostiarium. Ceterum haec *Apocrypha* et *Constitutum Pseudo-Gaii* videntur potius desiderata canonistarum quam ipsam ecclesiae praxim reflectere. Tamen circa medium saec. 6 Pelagius I adhuc commemorat ostiariatum tanquam initium clericatus.

Dici ergo potest hunc ordinem circa finem saec. 4 declinare coepisse et, quamvis officialiter adhuc subsisteret, practice tamen suum momentum paulatim amisisse, quatenus eius officium inde a saec. 6 committeretur sic dictis mansionariis (de genere modernorum sacristarum) qui laici erant.[76] Inde nihil mirum si de ritu ordinationis ostiarii nihil ex antiquis documentis sciamus et si in *Ordine Romano* VIII saec. 8 (necnon in eius adaptatione, exarata circa initium saec. 10) prorsus de eo taceatur. lugiter tamen hic ordo perseveravit

[74] Cf. Ph. Oppenheim, "De antiquissima quoad 'ostiarios' documentatione," *Ephemerides liturgicae* LII (1938) 179-186.

[76] Cf. Duchesne, *Origines du culte chrétien* (éd. 5, Paris 1909) 354, in nota.

in praxi gallicana, ut constat ex *Statutis Ecclesiae antiquis,* ex qua subinde circa saec. 10 per Sacramentaria et Pontificalia iterum refluxit in ipsam praxim romanam (cf. infra, p. 369).[76]

EXORCISTATUS similem ac parallelam sortem obtinuit; maxima enim fortuna, qua ipse gavisus est saec. 3-4 (inscriptiones sepulchrales romanae, quae exorcistas nominant, sunt omnes ex saeculis 3—4), iam circa finem saec. 4 rapide declinare coepit. Inter suprarelata documenta exorcistatum commemorant Ambrosius et Ambrosiaster (saec. 4), Siricius et Zosimus (circa finem saec. 4 et initium saec. 5), *Apocrypha Symmachiana et Constitutum Pseudo-Gaii* (adhuc circa initium saec. 6). Attamen in constitutione Siricii et Zosimi momentum exorcistatus non parum deprimitur, nam adolescentes dicuntur transire a lectoratu ad acolythatum, tacito exorcistatu, adulti vero dicuntur ad acolytatum transire indifferenter vel a lectoratu vel ab exorcistatu, cuius ratio videtur esse quia inconveniens visum est ex una parte grave exorcistatus officium pueris committere et ex alia parte eos diu in inferioribus clericatus gradibus retinere; his videtur concordare etiam textus loannis Diaconi (supra, p. 347), quatenus eius ratiocinatio supponit quosdam transisse immediate ad ordinem acolytatus, non prius suscepto exorcistatu. In ipsis *Apocryphis Symmachianis,* constitutum Silvestri exigit ab exorcista interstitium unius diei ut possit ad altiorem gradum promoveri, a lectore vero interstitium triginta annorum et ab acolytho decem annorum; pariter in notitia de Silvestro, relata in *Libro Pontificali,* exorcistatui assignatur duratio triginta dierum, lectoratui vero triginta annorum; ex quibus patet quam parva iam esset illius ordinis aestimatio. In supradicto *Ordine Romano* VIII saec. 8, imo et in eius posteriori complemento, ordinatio exorcistatus prorsus desideratur.

Huiusmodi relativo occasui, qui in ecclesia romana coepit saec. 5 et consummatus est saec. 6, duplex ratio assignari potest, scilicet tum ipse occasus catechumenatus, in quo praecipue illius ordinis officium exercebatur, ita ut exorcismi baptismales iam committerentur superioribus ordinibus, acolythis nempe et presbyteris, ut constat sive ex Sacramentario Gelasiano saec. VIII[77] sive ex *Ordine Romano* VII saec. 7 (Mabillon; *ML* 78. 995 sq.; apud Andrieu, *Ordo* XI, nn. 13-16, 18-19, 21—22, 24-25), tum frequens admissio adolescentium ad ordinem lectoratus, quibus, ut nuper dictum est, conveniens non erat committere officium exorcismorum nec ex altera parte adultam aetatem expectare ut ad altiores gradus promoverentur. Ceterum, exorcistatus non minus quam ostiariatus transmittebatur in praxi

[76] Cf. J. B. Pelt, *La liturgie,* I (ve-xiiie siècle) (Metz 1937) 21, 53, 193.
[77] Apud Wilson, *op. cit.* (supra, in p. 350) 48, 78.

gallicana, ex qua subinde per commixtos utriusque ecclesiae rituales iterum in romana praxi restitutus est.

LECTORATUS tenaciorem fortunam obtinuit etiam in praxi romana, a qua numquam simpliciter disparuit, etsi post saec. 4 ac per diuturnam aliquam moram antiquum suum momentum amiserit nec leviter eviratus fuerit. Commemoratur in omnibus latinis documentis supra relatis, si excipiantur loannes Diaconus, in cuius ceteroquin discursu non expectatur, et Pelagius I, qui tamen absque dubio etiam ad lectoratum alludit in generali expressione "ab hostiario usque ad gradum episcopatus"; quamvis desit in *Ordine Romano* VIII, in huius tamen posteriori et ampliori romana editione redintegratur, sub influxu quidem gallicanae liturgiae.

Inde a fine saec. 4 momentum huius ordinis declinare coepit, idque dupliciter, sive nempe per attributionem proprii eius officii ordinibus superioribus subdiaconatus et diaconatus, sive per praxim ordinationis per saltum. Cuius praecipua ratio fuit quod ad lectoratum coeperint frequentius in dies admitti adolescentes78; unde ex una parte liturgicum officium lectionis translatum est ad provectiores et aptiores clericos, relicto iuvenibus executionem cantus liturgici, ita ut lectoratus degeneraret in quandam scholam cantorum (cf. infra, p. 369, ubi de cantoratu), et ex alia parte adulti ordinandi transferrentur per saltum immediate ad altiores gradus exorcistatus vel acolythatus, praetermisso lectoratu, ita ut hic ordo, quamvis maneret, officialiter et in via ordinaria, clericalis curriculi porta, de facto tamen in casibus particularibus ac in die frequentioribus, ut in causa adultorum, simpliciter praetermittebatur ac ita evaderet veluti quidam ordo puerorum. Siricius et Zosimus in suis constitutis de interstitiis significant lectoratum in adultis non praerequiri ut admitterentur ad exorcistatum; inde a saec. 5 sepulchrales inscriptiones RR. Pontificum non amplius mentionem faciunt ordinis lectoratus, eaque pariter deest

"Cf. Iosi, "Lectores, Schola cantorum, Clerici," *Ephemerides liturgicae* (1930) 282 sqq.; E. Pethison, "Das jugendliche Alter der Lektoren," *ibid.* (1934) 437 sqq.; Van der Leeuw, *A Study on thè Service of children in worship,* Amsterdam 1949.

Puerilem aut valde iuvenilem aetatem plurium lectorum manifestatur in ipsis documentis supra citatis. *Cyprianus, Epist.* 33, eligit ad lectoratum "Aurelium adolescentem, in annis adhuc novellum"; In *Epitaphio Liberti* significatur ipsum fuisse lectorem inde ab infantia; *Ambrosius, De excessu fratris sui Satyri* 1. 61, commemorat "vocem lectoris parvuli"; *Augustinus, Epist.* 209. 3, confert lectoratum "cuidam adolescenti" a se inde a parvula aetate nutritum; *Siricius* normam ipsam disciplinarem statuit de accessu ad lectoratum in puerili aetate: "Quicumque itaque se Ecclesiae vovit obsequiis a sua infantia, ante pubertatis annos baptizari et lectorum debet ministerio sociari. Qui accessu adolescentiae usque ad tricesimum aetatis annum, si probabiliter vixerit . . . , acolythus et subdiaconus esse debebit" *{Epist.* ad Himerium 13, *ML* 13. 1142) ; *Apocrypha Symmachiana* (circa a. 500) supponunt lectores fuisse valde iuvenes, cum decernunt ut in tali ordine permaneant 20 vel 30 annis antequam ascendere possint ad exorcistatum.

in satis determinata notitia curriculi quindecim paparum saec. 7-9 quam exhibet *Liber Pontificalis* in *Ordine Romano* VIII saec. 8 ritus ordinationis lectoratus omittitur, non minus quam ostiariatus et exorcistatus, nec nisi circa initium saec. 10 in illius Ordinis iterata et ampliata editione redintegratus est, non sine influxu gallicanae praxis.[80]

ACOLYTHATUS, (¿kóAovOos = sequens, pedisequus), una cum subdiaconatu, meliorem sortem obtinuit, saltem in liturgia romana, nam in regionibus ritus gallicani (Gallia, Hispania, Mediolani) videtur parum notus fuisse, quemadmodum in ecclesiis ritus orientalis, a quo probabiliter ipse gallicanus ritus originem habuit. Inter suprarelata testimonia, mentionem acolythatus praecise omittunt Ambrosius, Cone. Tolet., et ipse Pseudo-Hieronymus (in Gallia) qui tamen attentat completam enumerationem ordinum in suo opusculo *De septem Ordinibus Ecclesiae;* quem sequitur *Chronicon Palatinum.* Etiam postquam circa a. 500 acolythatus vulgatus est in Gallia per *Statuta Ecclesiae antiqua,* non magnum momentum ei tributum est, ut apparet ex *Sacramentario Gelasiano* et *Missali Bobbiensi* (cf. infra, p. 381), imo posterior ipse influxus liturgiae gallicanae in romanam causa fuit quare momentum acolythatus generaliter minueretur ac vetustiora munia romanorum acolythorum restringerentur.[81]

Huius vero ordinis mentionem constanter exhibent romana documenta Hieronymi, Siricii, Innocentii, Zosimi, Gelasii, *Apocryphorum Symmachianorum,* Pseudo-Gaii (qui singulariter utitur nomine latino "sequens"), Pelagii, Gregorii M., *Ordinis Romani* VIII saec. 8, qui solius acolythi ac subdiaconi ordinationem refert. Ut dictum est supra, Cornelius 42 acolythos instituit, quos aequaliter inter septem subdiaconos, tamquam istorum adiutores, distribuit[82]; Cyprianus in cognata ecclesia cathaginiensi saepe acolythos commemorat; nec nisi in his duabus occidentalibus ecclesiis acolythi mentio occurrit ante Cone. Nicaenum. Non inepte proinde dici potest acolythatum esse ordinem typice latinum ac romanum. Idque manifestat etiam incrementum fortunae quod ipse in posterioribus saeculis (a saec. 6 ad 9) cognovit in ecclesia romana; nam, labentibus eo tempore exorcistatu et lectoratu (ut supra ostensum est), acolythi manserunt fere soli ex inferioribus ordinibus qui ministrarent sacerdoti sive ad altare sive in

[80] Cf. M. Andrieu, "La carrière ecclésiastique des Papes et les documents liturgiques du moyen âge," *Revue des sciences religieuses* XXI (1947) 97.

[81] Cf. M. Andrieu, "Les ordres mineurs dans l'ancien rit romain," *Revue des sciences religieuses* V (1925) 256-268, 273-274.

[82] Cf. Duchesne, *op. cit.* (supra, in p. 356) 352 sq.; Ph. Oppenheim, *Pro Christo legatione fungimur* (Romae 1949) 131.

[83] Similis distributio, vigebat adhuc saec. 8, ut apparet ex *Ordine Romano* I (cf. Mabhxon, *ML* 78. 937, et Andrieu II 67).

collatione Baptismi,[83] ac propterea eorum mentio est frequentissima in *Ordinibus Romanis* saec. 8-9 (cf. v.g. *Ordines* I, V, VI, VII; seu, apud Andrieu, *Ordines* I-II, IX, X, XI). Ex *Ordine Romano* VIII (XXXIV apud Andrieu) inferri potest quod, saltem inde a saec. 8, acolythatus fuit necessarium praerequisitum ad subdiaconatum, dum antea poterat fieri immediatus saltus ad hunc ordinem, praetermisso acolythatu, ut significare videntur tum Zosimus, circa initium saec. 5, tum loannes Diaconus, circa initium saec. 6, tum *Liber Pontificalis* qui nonnisi in duorum RR. Pontificum ecclesiastico curriculo acolythatum commemorat.[84]

SUBDIACONATUS, antiquitate secundus post lectoratum, ceteris inferioribus ordinibus praecelluit, constantia suae existentiae et incremento dignitatis; quod quidem connaturaliter obtinuit ob suam propinquitatem ad diaconatum. Ut dictum est supra (p. 354), hic ordo apparet una cum lectoratu in ecclesia romana inde a priori parte saec. 3, ut testatur *Traditio Apostolica* et in medio hoc saeculo firmiter stabilitus invenitur sive in ecclesia romana, in qua *Cornelius* post Fabianum septem urbis regiones distribuit iuxta septenarium numerum diaconorum et subdiaconorum, sive in ecclesia Carthaginiensi, in qua *Cyprianus* frequenter subdiaconos exhibet (cf. in p. 339). Inter posteriora documenta supra relata, subdiaconatus constanter refertur, ubi eius mentio logice expectatur, scilicet in enumerationibus Ordinum (Pseudo-Hieronymus), in legibus de servandis interstitiis (Siricius, Zosimus, Gelasius, *Apocrypha Symmachiana, Constitutum Pseudo-Gaii),* in normis et expositione ordinationum *(Statuta Ecclesiae antiqua, Ordo Romanus* VIII, Sacramentaria, Ordines et Pontificalia).

Incrementum dignitatis subdiaconatus in ecclesia latina, eiusque transitus a coetu ordinum minorum ad gradum *ordinis maioris,* processit sensim sine sensu, ita ut completus fuerit circa finem saec. 12, ut exposuimus supra (p. 328 sq.). Idque factum est per quadruplicem viam, scilicet primo, per impositionem legis coelibatus, quae coepit quidem inde a Leone M. sed vim plenam ac universalem obtinuit multo serius sub Innocentio III; secundo, per aggregationem cum diaconatu aliisque superioribus ordinibus quantum ad tempus collationis, ut constat ex quibusdam, utut paucis, Sacramentariis (cf. supra, p. 328); tertio, per necessitatem suscipiendi subdiaconatum ante accessum ad superiores ordines, quae practice inducta est inde ab altera medietate saec. 8, ut constat ex biographiis RR. Pontificum, nam, post Constantinum (a. 768), omnes RR. Pontifices, quos refert

[83] Cf. Oppenheim, *loc. cit.;* Tixeront, *L'Ordre et les Ordinations* (éd. 2, Paris 1925) 92 sq.

[84] Cf. Andrieu, *art. cit.* (supra, in p. 359) "Les ordres mineurs. . 270-272.

Liber Pontificalis, hunc ordinem susceperunt antequam ordinarentur diaconi vel presbyteri, dum in anteriori aetate, iuxta Zosimi constitutionem (initio saec. 5), acolythus post interstitium quatuor annorum poterat immediate fieri diaconus et epitaphia pontificalia saec. 4 nullam produnt subdiaconatus mentionem inter lectoratum et diaconatum; quarto, per privilegium habilitatis sive ad immediatam ordinationem presbyteralem, quod videtur viguisse in altiori medio aevo,[85] sive ad episcopalem consecrationem, quod in medio aevo agnoverunt Urbanus II et Innocentius III (cf. in pp. 327-329).

Fatum, quod quinque inferioribus ordinibus contigit post medium aevum ac in recentiori aetate, est omnibus notum. Post nec diuturnam nec firmam fortunam, paulatim in practicam desuetudinem abierunt, quod attinet nempe ad eorum aestimationem et ad ipsum exercitium propriorum officiorum, quae vel a superioribus ordinibus usurpari vel ipsis laicis committi coeperunt. *Cone, Tridentinum,* sess. 23, Decr. de reformatione, cap. 17, exercitium illorum officiorum, quorum ordinativa collatio numquam intermissa est in Ecclesia, redintegrare conatum est,[88] sed frustraneum fuisse istum conatum, ostendit ipsa actualis conditio illorum ordinum, quorum de facto aliqua officia committuntur laicis, et alia superioribus ordinibus, imo quaedam de iure ipsis, ad hoc ordinatis, prohibentur. Ita, iuxta *Pontificale,* officia *subdiaconi* sunt "aquam ad ministerium altaris praeparare; diacono ministrare; pallas et corporalia abluere; calicem et patenam in usum sacrificii eidem offerre"; iamvero haec omnia fiunt aut fieri possunt vel per superiores ordines vel per laicos, respective tamen. Officia *acolythi* sunt "ceroferarium ferre; luminaria ecclesiae accendere; vinum et aquam ad Eucharistiam ministrare"; iamvero haec omnia fiunt a laicis sacristis et inservientibus. Officia *exorcistae* sunt "daemones ab obsessis abiicere; dicere populo ut qui non communicat, det locum; et aquam in ministerio fundere"; iamvero prima ac principalis functio nequit nunc fieri nisi a sacerdote, non vero ab ipso exorcista, iuxta can. 1151 Codicis I. C., ceterae fiunt a laicis procuratoribus (anglice: ushers) et inservientibus. Officia *lectoris* sunt "legere ea quae (vel ei qui) praedicat;[87] et lectiones cantare; et benedicere panem et omnes

" Cf. Andrieu, *art. cit.* (supra, in p. 3S9) "La carrière. . *P* 97 et 99.

M"Ut sanctorum ordinum a diaconatu ad ostiariatum functiones, ab Apostolorum temporibus in ecclesia laudabiliter receptae, et pluribus in locis aliquandiu intermissae, in usum iuxta sacros canones revocentur, nec ab haereticis tanquam otiosae traducantur, illius pristini moris restituendi desiderio flagrans sancta synodus decernit, ut in posterum huiuscemodi ministeria non nisi per constitutos in dictis ordinibus exerceantur."

[7] *In Pontificali Romano, saec, 12* dicebatur: "legere ei qui praedicat," subinde vero additum est: "vel ea quae praedicat." Unde primitus lectoris officium erat legendi Scripturam, de qua subinde alius disserebat, postmodum vero ei permissum est ut etiam praedicaret de his quae legerat.

fructus novos"; iamvero duo priora officia per superiores ordines expleri possunt et communiter explentur, tertia, seu benedicere, de facto ipsi lectori prohibetur, nam Codex I. C., can. 1147, 4, statuit: "Diaconi et lectores illas tantum valide et licite benedictiones dare possunt, quae ipsis expresse a iure permittuntur" nec in ullo canone aliquam benedictionem lectori expresse permittit (cf. Indicem Codicis, ad v. Benedictio, ubi de ministro), nec ex can. 2 quidquam deduci potest quod sonet huiusmodi expressam permissionem.[88] Officia tandem *ostiarii* sunt "percutere cimbalum et campanam; aperire ecclesiam et sacrarium; et librum aperire ei qui praedicat"; quae omnia fiunt a laids sacristis et inservientibus.

Hodierna igitur aetate, inferiores ordines non excluso ipso subdiaconatu, potiusquam officia explenda, se habent ut munera complenda, seu ut gradus ad maiora.[89]

ORIENTALEM ECCLESIAM quod attinet, dictum est supra (p. 354) iam circa medium saec. 3 in *Didascalici Apostolorum* fieri certam mentionem lectoratus et probabiliter subdiaconatus, imo, si cum quibusdam (minus probabiliter quidem) dicatur *Traditionem Apostolicam* esse originis orientalis, iam inveniri paulo ante ipsum medium saec. 3 certum testimonium utriusque ordinis seu orientalis ipsius ac classici binomii: lectoratus-subdiaconatus. Secus dicendum est hoc binomium nondum cum certitudine ostendi nisi circa medium saec. 4, quando prima vice occurrit certum testimonium subdiaconatus apud *Cone, Antiochenum* a. 341,[90] ac paulo post iterum apud *Cone. Laodicenum* inter 343 et 38[191] et *Athanasium* (paulo post 357).

u Contra quosdam contrarium putantes, uti Oppenheim, *op. cit.* (supra, in p. 359) 120.

• Quidam liturgistae conantur ostendere quomodo in moderna praxi saltem spiritus istorum ordinum salvari possit; ita Oppenheim, *ibid.* 111, 117, 118, 121, 127, 131, 132. Recentissime unus vel alius invocavit redintegrationem dignitatis inferiorum ordinum, sub alia tamen ratione, quam dixit esse ipsam originalem eorum indolem, seu sub ratione *meri officii sive functionis non hierarchicae, quibusdam laicis committendae,* ita ut constituatur veluti quidam status medius inter proprie dictum ac hierarchicum clericatum et laicatum, ac discrimen inter utrumque statum in Ecclesia attenuetur. Quam aspirationem exponit ac partialiter patrocinatur Congar, *loc. cit.* (supra, in p. 313; cf. infra, p. 414); idem auspicatur H. R. Philippeau, "Les ordres mineurs," *La vie spirituelle-Supplément,* n. 10 (août 1949) 176 sq. Huiusmodi ordinum inferiorum redintegratio non est confundenda cum apparenter simili restauratione antiqui diaconatus (hierarchici ac sacramcntalis), quam quidam moderni pariter auspicantur (cf. infra, art. 23, tom. 3, ubi de intentione requisita in subiecto ordinationis).

MDe attributione canonum huic concilio conveniunt historici, si excipiantur *Ballerini* et *Mansi* qui eos referunt ad aliud Cone. Antiochenum a. 332.

"Antiquae collectiones hoc Concilium referunt post Cone. Antiochenum a. 341 et ante Cone. Constant. I a. 381. Baronius peregrine putat hoc Concilium praecessisse ipsum Cone. Nicaenum a. 325. Alii eruditi communiter retinent tempus inter 341 et 381, sed dum plures hac generali determinatione contenti sunt (Tillemont, Hefele-Leclercq, Kirch), alii eligunt a. 363, vel a. 364 *(Denz.* 924, in nota), vel a. 365.

In suprarelatis praecipuisque documentis (pp. 340 sqq.) sequentes ordines referuntur ac nonnumquam iuxtaponuntur:

Lector: Cone. Sardicense, Cyrillus Hier, (probabiliter), Nazianzenus, Chrysostomus.

Exorcista: Firmilianus.

Lector-exorcista: Eusebius Caesariensis.

Subdiaeonus-lector: Didascalia (tantum probabiliter quoad subdiaconum), Ephraem (probabiliter quoad utrumque), Athanasius, Basilius (probabiliter quoad subdiaconum), *Sacr. Serapionis,* Mopsuestenus, *Constitutiones Apost., Testamentum D. N. I. C.* (lector praecedit subdiaconum), *Canones Hippolyti,* Pseudo-Dionysius Areop. (probabiliter), Cone. Constant. IV.

Subdiaconus-lector-cantor: Ephraem (probabiliter), *Constitutiones Apost., Canones Apostolorum,* Cone. Trullanum. *Euchologium Graecorum.*

Subdiaconus-lector-exorcista: Cone. Antiochenum.

Subdiaconus-lector-cantor-ostiarius: lustinianus, Cone. Trullanum.

Subdiaconus-lector-cantor-exorcista-ostiarius: Cone. Laodicenum, Epiphanius (omittit tamen cantorem et addit fossarium), *Constitutiones Apost.,* Pseudo-Ignatius (nominat ostiarium ante exorcistam).

Ex examine textuum haec facile apparent: Essentialis ac communis nucleus omnium enumerationum ordinum est *binomium: subdiaconus-lector.* Hi duo ordines continuo referuntur, et quidem saepe soli, nonnumquam addito cantore; cum vero alii ordines adduntur, lector semper eis praeponitur, tanquam praecipuus post subdiaconum (imo in *Testamento D. N. I. C.,* circa a. 475, lector praeponitur ipsi subdiacono, ostendens magnum momentum quo ea aetate assumpserit lectoratus); acolythatus et ipse solus semper deest, nec videtur unquam cognitus fuisse in praxi orientali,[92] alii vero duo ordines exorcistatus et ostiariatus, nonnumquam occurrunt, et quidem etiam in quibusdam ex praecipuis documentis quae attentant aliquam completam enumerationem, scilicet Cone. Laodiceno, Epiphanio, *Constitutionibus Apost.,* Pseudo-Ignatio, lustiniano et Cone. Trullano (Firmilianus, Eusebius Caes. et Cone. Antiochenum, referunt solum exorcistam ac silent de ostiario; lustinianus et Cone. Trullanum e converso; mirabile est, Cone. Antiochenum, quod praebet antiquissimum certum documentum de subdiacono, simul referre etiam exorcistam: subdiaconus, lector, exorcista).

Post *Cone. Trullanum* a. 692 et *Cone. Constant.* IV a. 869, in

*** Ut diximus supra (p. 341) testimonium Eusebii de acolythis in Cone. Nicaeno secundum se valde ambiguum est; in luce vero aliorum documentorum orientalium vix referri potest ad acolythos orientales, quippe qui in nullo alio documento referuntur.**

quibus nonnisi subdiaconatus et lectoratus (Cone. Trullanum lectoratui addit cantoratum) referuntur,[93] hoc binomium vel trinomium, consignatum in ipso *Euchologio* Graecorum inde saltem a saec. 8, fideliter asservatum est in praxi orientali usque ad hodiernum diem, ut dictum est supra (pp. 329-334), et ita quidem ut uterque gradus haberetur ut minor ordo,[94] nec unquam subdiaconatus pervenerit ad dignitatem ordinis maioris, saltem in ambiguo sensu quem haec vox obtinet apud Orientales (cf. supra, pp. 333 sq.). Saec. 13, Innocentius IV tentavit quidem introducere in ecclesiam orientalem tres reliquos inferiores ordines, sed frustraneo conatu. In *Epist.* "Sub catholicae," ad episcopum tusculanum, Apostolicae Sedis Legatum apud Graecos, 6 mart. 1254, rescribit: "Ad haec volumus et expresse praecipimus, quod Episcopi Graeci septem ordines secundum morem Ecclesiae Romanae de cetero conferant, cum hucusque tres de minoribus circa ordinandos neglegisse, vel praetermisisse dicantur. Illi tamen, qui iam sunt taliter ordinati per eos, propter nimiam ipsorum multitudinem, in sic susceptis ordinibus tolerentur" *(Denz.* 454). Soli Armeni, et quidem iam inde a saec. 11, latinam enumerationem adoptarunt (cf. supra, 330, in nota).

Attentis supradictis antiquis documentis, disputatur inter eruditos utrum saltem in prioribus saeculis tres minores ordines ostiariatus, exorcistatus et acolythatus extiterint etiam in graeca praxi, ita ut nullum haberetur in hac re verum discrimen inter utramque ecclesiam, nec nisi posterius, dependenter praesertim a Concilio Trullano II a. 692, cuius disciplinares decisiones Graeci susceperunt, necnon a Cone. Constant. IV. a. 869, posterior ac diuturna praxis originem habuerit.

Affirmant plures post *Arcudium*™ *Goar*™ et *Haliter,**] innixi tum supradictis documentis graecis, tum praefata epistola Innocentii IV, qui, reprehendens Graecos de negligentia in "praetermittendis" tribus inter minores ordines, videtur eo ipso supponere hos ordines in illorum ecclesia extitisse. *Goar:* "Ex praemissis itaque tum Conciliorum, tum sanctorum patrum, atque etiam neotericorum Graeciae doctorum, nec non et ipsorum ritualium testimoniis, manifeste colligitur Ecclesiam Orientalem, Ostiariorum, Exorcistarum et Acolytorum gradum pridem admisisse: nec minus quam sancta Romana Ecclesia septenarium sacris adlectorum profiteri. . . . Ostiarios, Exorcistas et Acolytos, inter

" Id in can. 6 Cone. Trullam; tamen in can. 4 refertur etiam ostiarius.

•"Iam *Cone. Laodicenum,* inter 341 et 381, cann. 21, 22·, 25 (cf. in tom. 1, p. 901), iura subdiaconorum, intra severiores limites coarctavit, obsistens fortasse ambitiosis ac indebitis quorundam usurpationibus.

***M De concordia Ecclesiae orientalis et occidentalis in septem sacramentorum administratione,* l. 6, c. 10.**

– *E,vxo\6yiov sive rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum 1647) 238-240.

« *De sacris electionibus et ordinationibus,* p. 2, sect. 2, c, 1, 6,

Ecclesiae ministros a Graecis fuisse quondam recensitos, nullus sanae mentis inficias ibit. ... Ut itaque, quae in hac re mea sit sententia proferam, indubie dicendum arbitror, Ostiarios, Exorcistas et Acolytos, licet hoc nomine non insignitos, etiam Orientalem Ecclesiam primis maxime temporibus paenes se habuisse, sed eorum munera minori forsan quam par erat attentione circumspecta, inter officia tantum Ecclesiae, qualia sunt Fossariorum, Primicerii, Sacellarii, etc., recensuisse, vel ex eo quod eorum exercitia, officiorum vel Ordinum aliorum provinciis adiunxerint, eos deinceps quasi minus necessarios Ordines censuisse, vel ex negligentia nullatenus sub Ordinis ratione respexisse."[108] Idem asserit paulo ante, in notis ad ordinationem lectoris, ubi addit "Graecorum recentiores sub Deputati et Ceroferarii nomine Acolytos videri agnoscere," proferens ex vetusto Cryptoferratensi Bessarionis codice quandam "Orationem in deputati et ceroferarii ordinatione."[100]

Negant post *Morinum* * numero plures eruditi ut *Marttne? Jugie* Tixeront, Michel, Andrieu,* innixi praesertim libris ritualibus seu Euchologiis, Cone. Constant. IV et constanti praxi orientali, quae nonnisi subdiaconatum et lectoratum (cui solet addi cantoratus) proferunt. Ad praefata autem antiqua testimonia observant in eis ostiarium et exorcistam accipi non ut ordines, sed ut mera officia et dignitates quae, sicut et alia quaedam munera, clericis iam ordinatis conferebantur per simplicem designationem, vel per aliquem ritum etiam cum manuum impositione coniunctum. Ad textum lustiniani (supra, p. 348) observat Morinus ostiarios distincte separari a clero, tanquam quosdam officiales, non ordines, Ecclesiae necessarios, nam, assignato "numero clericorum," adduntur "et centum insuper ostiarii"; pariter Cone. Trullanum in can. 6 (supra, in p. 349), ferens directe legem de clericis, refert cantores, lectores, et subdiaconos, tacitis ostiariis, qui proinde in can. 4 non ut ordinati clerici sed ut meri Ecclesiae officiales habentur; tandem *Constitutiones Apost.* (supra, p. 342 sq.), etsi exorcistam et ostiarium (sicut ceteroquin et ascetam, confessorem, diaconissam et viduam) commemorent simul cum subdiaconatu et lectoratu, tamen eos non ut ordines habent, nam exorcistae explicite denegant ordinationem ("Exorcista non ordinatur"; idem dicitur de confessore, virgine et vidua), ostiarii vero ordina-

nOp. cit. 238.
"Ibid. 237 sq.
'Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus, pars. 3, exercit. 14, cc. 1-2 (Parisiis 1655) 240-249.
'De antiquis Ecclesiae ritibus, l. 1, c. 8, a. 1 (Rotomagi 1700) 259 sq.
'Theologia dogmatica Christianorum orientalium ab Ecclesia catholica disidentium III (Parisiis 1930) 401-404,

tionem simpliciter tacent ac pro tanto implicite negant. Unde concludit *Morinus:* "Quinque sunt tantum ordines apud Graecos manuum impositione collati, ut tot auctores et omnia ipsorum euchologia continua traditione testantur [i.e. episcop., presbyt., diae., subdiac., lectoratus]. Sed praeter istos ordines multae sunt, partim dignitates, partim ministeria, quae sola clericorum electione, aut episcopi designatione conferuntur. Hoc posterius nemo negat, ut prius nemo negare debet. Dignitates autem illae et officia creverunt in immensum apud Graecos. . . Si quis istiusmodi occasione graecarum ordinationum numerum multiplicare velit, pari iure ordinationes latinas non septem, sed innumeras affirmare poterit: archidiaconatum, archipresbyteratum, decanatum, subdecanatum, praepositum, thesaurarium, sacristam, praecentorem, etc., aedituum, fossorem, Campanarum pulsatorem, massiferos, et alios quos enumerare longum esset. Quae igitur differentia inter septem ordinationes latinas et has dignitates seu ministeria, eadem inter graecas x«poTovca$ et apxovriKta. illa «at Staxonas."[4]

Haec altera sententia videtur longe probabilior, dummodo intra certos fines contineatur et aliquatenus mitigetur. Vix quippe negari potest ullam de acolytho fieri mentionem aut ullum de eo apparere vestigium in antiquis documentis; officium autem deputati et ceroferarii, quod citat Goar, est recentioris aetatis, nec ceteroquin ostenditur conferri per aliquem determinatum ritum (etsi vocetur cheirotonia sive ordinatio), nec tandem quadrat cum proprio acolythi officio, nam deputatus praeibat pontifici, e via removens populum, et ceroferarius sive lampadarius nonnisi cerum ipsius patriarchae gestabat et in ecclesia ceros accendebat. Attamen ostiarius et exorcista videntur prorsus assimilari ordinibus in quibusdam antiquioribus documentis, nominatim in *Cone. Antiocheno,* quod loquitur de ordinatione lectoris, subdiaconi, et exorcistae (supra, p. 341) et in *Cone. Laodiceno* quod exorcistas et ostiarios refert ad "ecclesiasticum ordinem" non minus quam subdiaconum et lectorem (supra, p. 341); fortasse eodem modo exorcista consideratur in testimoniis *Firmiliani* (cf. supra, p. 339) et *Eusebii Caes.* (cf. in tim. 1, p. 392), quae ipso Cone. Antiocheno antiquiora sunt. In quibusdam vero posterioribus documentis, nominatim *Constitutionibus Apost., Justiniano* et *Cone. Trullano,* ostiarius et exorcista potius a proprie dicto clero et ordine separari videntur, ut bene notat Morinus. Praeterea, quoad exorcistam notandum est, notionem exorcistae («Top/ao·^? = adiurans, ab «ropxt'£w = adiuro) in documentis orientalibus non omnino quadrare cum notione exorcistae

[4] *Op. cit.* (supra, in p. 365) 248.

occidentalis. Hic enim importabat verum quoddam officium sive potestatem, et quidem in energumenos, ille vero, ubi, in documentis indoles eius explicatur, intelligitur habere aliquod charisma, ac propterea *Constitutiones Apost,* notant exorcistam ideo non ordinari quia charismatis collatio pendet a divino beneplacito (quod iam dicebat *Traditio Afostolica* in eo loco in quo *Constitutiones Apost.* introducunt mentionem et nomen exorcistae; cf. supra, p. 736), imo intelligitur habere non necessario ipsum particulare charisma eiciendi daemones ab energumenis, sed potius generalius charisma sanitatum, ut significant eaedem *Constitutiones Apost. Testamentum D. N. I. C.,* loquens de tali charismatico viro (etsi non sub mentito nomine exorcistae), quem dicit non esse ordinandum ob eandem praefatam rationem, amplius adhuc extendit sensum huiusmodi charismatis ad gratias tum sanationum, tum scientiae, tum linguarum, et pariter Epiphanius ad modum imius loquitur de "exorcista et [de] interprete ex una lingua in aliam vel in lectionibus vel in concionibus" (supra, p. 342. *Sacramentarium Serapionis* interpretem coniungit lectori); ex quo fortasse explicari potest peregrina interpretatio recentiorum Maronitarum et Syrorum includentium exorcistatum in suo cantoratu, iuxta illud *Synodi Libanensis:* "Exorcistae pro cantoribus sumuntur" et *Synodi Sciarfensis:* "Ordo psaltis continet exorcistatum" (cf. supra, p. 331). Quapropter, in his saltem documentis, exorcista non accipitur pro proprie dicto ordine, sed pro mera dignitate quam confert ipsa charismatica electio divina, quemadmodum et ipsi confessores constituebant privilegiatam quandam classem in Ecclesia, ob dignitatem suscepti martyrii.

Unde probabiliter videtur olim, saltem in quibusdam ecclesiis Orientis, extitisse, sicut in Occidente, veros ordines ostiariatus et exorcistatus, qui subinde, sive ob minoratam populi aestimationem sive ob gradualem attributionem propriorum officiorum aliis ordinibus aut classibus personarum *(Constitutiones Apost.* 2. 57. 6 sqq., unus ex diaconis explet officium ostiarii in celebratione liturgiae) degenerarunt in aliquod officium vel dignitatem donec ab usu liturgico simpliciter exularint, ut certe contigisse videtur saltem inde a tempore Cone. Constant. IV a. 869 et ut testatur tota praxis liturgica consignata et immutabiliter asservata in *Euchologio.* Ceterum, ut supra notatum est (pp. 356 sq.), aliquid simile partialiter saltem ac per aliquod tempus contigit iisdem ordinibus ostiariatus et exorcistatus in ipsa ecclesia latina. Attenta igitur antiquiori origine et aetate, ipsa liturgia orientalis nequaquam repugnat existentiae trium inferiorum graduum, quibus de facto caret saltem a saec. 7-9; propterea hos latinos gradus

sponte adoptarunt Armeni, iam inde a saec. 11, eosque apud Graecos redintegrare vel introducere conatus est Innocentius IV saec. 135 et recentiores catholici orientales conantur ostendere quomodo de facto illi gradus etiam nunc conferantur, etsi non formaliter, saltem virtualiter, in ipsis ordinationibus subdiaconatus et lectoratus (cf. supra, p. 331).

Ut dictum est supra (pp. 353 sq.), praeter praefatos quinque ordines inferiores, *alia officia vel dignitates in variis ecclesiis variisque aetatibus pullularunt,* quae diaconatui, uno vel alio modo accesserunt eiusque officio aut dignitati participarunt; quorum praecipua sunt: *cantor, catechista, diaconissa et vidua ministeriales; fossorius, thesaurarius, notarius, parabolanus, defensor ecclesiae, oeconomus; confessor, virgo, diaconissa et vidua mere dignitariae.*

Porro horum omnium secundariorum officiorum ac dignitatum distinctio ac separatio a proprie dictis ordinibus, exinde comprobatur quod proprie dictus ordo non est mera dignitas, sed verum officium (inde excluduntur confessores, virgines, viduae, diaconissae mere dignitariae), nec est merum officium ecclesiasticum, sed officium hierarchicum quo nempe quis proprie clero aggregatur, mediante determinato ac stabili ritu accipiens veram aliquam ac directam potestatem circa divinum cultum vel ministerium, ex qua quidem consideratione excluduntur a ratione ordinis omnia fere supradicta officia, etiam si unum vel alterum exceptionaliter conferretur non per simplicem iussionem sed per aliquam benedictionem aut manuum impositionem. Ceterum, nec est improbabile quin unum vel alterum ex talibus officiis, nominatim cantoratus, fossariatus et diaconissatus, tam propinque ad veros ordines accesserit, ut in una vel altera ecclesia vel ab uno vel ab altero scriptore, tanquam unus ex illis consideraretur.

Sit breve verbum de unaquaque istarum classium.

Cantoratus sive psalmistatus nunc non est ordo in ecclesia latina, ut constat ex Cone. Trid., Catechismo Cone. Trid., Pontificali et Codice I. C., imo, inde saltem a saec. 13, consuevit a theologis excludi a ratione veri ordinis. Disputari autem potest an antiquitus in Ecclesia latina, necnon iugiter in Ecclesia orientali, tanquam verus ordo habeatur.

In latinis documentis usque ad *Statuta Ecclesiae antiqua* (circa, a. 500) raro occurrit mentio cantoratus, et quidem nonnisi inde a fine saec. 4, cum *Ambrosius, Hieronymus* et *Cone. Carthaginiense III* referunt cantoratum inter gradus clericales ac pro tanto videntur

•Simile frustraneum conamen renovavit apud *Maronitas,* sub influxu legatorum S. Sedis, *Synodus Qanni.bin* a. 1580.

ilium ut verum ordinem considerare (cf. supra, in pp. 344 sq.); an in his documentis agnoscendus sit influxus liturgiae orientalis, non constat. In ipsa ecclesia romana cantoratus multo serius apparet, et quidem ex influxu liturgiae gallicanae, quae vicissim habet probabiliter originem orientalem.

Fortasse origo Cantoratus in ecclesia latina reponenda est in liturgia gallicana et explicanda est, saltem partialiter, ex quodam occasu sive degeneratione, quam inde a fine saec. 4 cognovit ordo lectoratus. Cum enim iam a fine saec. 4 proprium lectoris officium, seu lectio scripturarum, committeretur superioribus gradibus subdiaconorum et diaconorum, cumque ad lectoratum magis ac magis exclusive pueri admitterentur, his iuvenibus lectoribus officium cantandi commissum est, ita ut lectoratus practice transformaretur in quandam scholam cantorum et assumeret speciem cuiusdam officii cantoratus.® Circa finem saec. 5 apparent in gallicana regione *Statuta Ecclesiae antiqua,* quae cantoratum explicite referunt tanquam aliquod peculiare officium, non tamen inter ordines, sed post ordines inter varias classes personarum quibus in Ecclesia competit peculiaris aliqua dignitas vel status (cantor, virgo, vidua ministrans, sponsus et sponsa, vidua stipendio Ecclesiae sustenata; cf. supra, p. 347). *Rituale Francorum,* iuxta redactionem Sacramentarii Gelasiani antiqui, videtur reponere cantoratum inter ordines, quos sic enumerat: psalmista seu cantor, exorcista, acolythus, subdiaconus, ubi in psalmista licet videre lectorem ad officium cantus detrusum.

Ex liturgia gallicana cantoratus transivit in liturgiam romanam, cum post saec. 6 coeperit paulatim fieri utriusque commixtio, praecipue mediantibus praedictis *Statutis Ecclesiae antiquis.* Romanae decretales cantoratum ignorant nec *Liber Pontificalis* illum commemorat in curriculo vitae paparum ante loannem XIII (electum a. 965); pariter existentiae praefatae scholae cantorum nullum documentum habetur ante saec. 7; in *Ordinibus Romanis* ordo cantoratus non refertur. Inde tamen a saec. 7 schola cantorum stabiliter constituta invenitur in ipsa Roma, ut constat ex *Ordinibus Romanis;l* de loanne XIII, electo papa a. 965, *Liber Pontificalis* testatur eum recepisse inter alios ordines psalmistatum;§ in libris ritualibus (iam,

'Cf. L. Duchesne, *Origines du culte chrétien* (éd. S, Paris 1909) 353, 355 sq.; M. Andrieu, "Les ordres mineurs dans l'ancien rit romain," *Revue des sciences religieuses* V (1925) 233-239, qui tamen ostendit Duchesne exaggeratum momentum tribuere scholae cantorum, dum hanc concipit veluti quoddam seminarium clericorum.

' Cf. Duchesne, *ibid.* 356, in textu et in nota. In *Ordine Romano* IX (Mabillonii) legitur: "In qualicumque schola reperti fuerint pueri bene psallentes, tolluntur inde, et nutriuntur in schola cantorum, et postea fiunt cubicularii" *(ML* 78. 1003).

'Editio Duchesne II (1892) 247: "A cunabulis ad clericatus ordinem in Lateranensi palatio est ductus, et hostiarius, psalmista, lector, exorcista, acolitus, subdiaconus, diaconus, in eadem Romana ecclesia per distinctos ordines est ordinatus."

secuta fusione, gallicano-romanis), scilicet Sacramentariis et Ordinibus in usu in ecclesiis gallicanis saec. 8-12, cantoratus frequentissime refertur (commemoratur in Sacramentario Gelasiano saec. 8, omittitur vero in Missali Francorum saec. 7-8 et in Sacramentario Gregoriano iuxta formam editam a Menard; cf. supra, p. 350); tandem per illos libros rituales transivit in ipsum *Pontificale Romanum saec. 12,* ubi refertur post tonsuram ante ostiariatum, ac si esset verus ordo, in *Pontificale Guilelmi Durandi* saec. 13, ubi refertur ante tonsuram ac ita excluditur a numero ordinum, et in hodiernum Pontificale, ubi prorsus seiungitur ab ordinationibus, una cum caeremonia "De barba tondenda."

Eandem vicissitudinem cantoratus subiit apud *scriptores latinos,* qui inde a saec. 7 dependent ab iisdem *Statutis Ecclesiae antiquis. Isidorus Hisp.* illum appendit lectoratui nec habet ut verum ordinem, *Rabanus Maurus* utrumque officium identificat, loquens de psalmista sive lectore, *Amalarius* illum prorsus omittit (cf. supra, pp. 323 et 349). In recentiori medio aevo, *Petrus Lombardus* illum separat ab ordinationibus de eoque tractat postquam agit "de aliis quibusdam, non ordinum, sed dignitatum et officiorum nominibus" *(Sent.,* l. 4, dist. 24, in fine), S. *Thomas* directe et explicite eum reicit a ratione proprie dicti ordinis, scribens: "Quidam sufficientiam ordinum assumunt per quandam adaptationem ad gratias gratis datas. . . Sed hoc nihil est . . . quia [in illorum enumeratione] . . . ponuntur quaedam quae ordines non dicuntur, scilicet episcopatus et psalmistatus. . . Psalmistatus non est ordo, sed officium ordini annexum; quia enim psalmi in cantu pronuntiantur, ideo dicitur psalmista cantor. Cantor autem non est nomen ordinis specialis. Tum quia cantare pertinet ad totum chorum. Tum quia non habet aliquam specialem relationem ad Eucharistiae sacramentum. Tum quia officium quoddam est, quod inter ordines largo modo acceptos computatur quandoque" *(Suppi.,* q. 37, a. 2, corp. et ad 5). Ex ipso textu S. Thomae videtur sequi quosdam theologos cantoratum considerasse ut verum ordinem; inter eos fortasse numerandus est ipse Innocentius III initio saec. 13, referens cantoratum inter ordines (cit. supra, p. 319, in nota).

Ex his patet cantoratum, inde a sua prima apparitione in ecclesia gallicana et romana, communiter consideratum fuisse ut *merum officium,* non ut proprie dictum ordinem. Manet tamen ambiguitas circa antiquiores, utut peregrinos, textus Ambrosii, Hieronymi et Cone. Carthaginiensis III.

In Ecclesia vero orientali inde a medio saec. 4 constans est, etsi non universalis, mentio cantoris; inter documenta supracitata, can-

toratum memorant Cone. Laodicenum (circa medium saec. 4), Ephraem, Cyrillus Hier., *Constitutiones Apost., Canones Apost.,* Pseudo-Ignatius, lustinianus, *Euchologium graecum* (cf. supra, in pp. 341, 343, 348, 351), tacent vero Cone. Antiochenum a. 341, Epiphanius, Mopsuestenus, *Testamentum D. N. I. C.,*[9] *Canones Hippolyti* (cf. supra, in pp. 341, 342, 346). Ad tramitem Euchologii omnes libri rituales in Oriente usque ad hodiernum diem ferunt cantoratum una cum lectoratu, et quidem plerumque coniunctos in una totali ordinationis caeremonia, nonnumquam separatos; quod discrimen observatur in ipsa praxi hodierna, quibusdam, ut Syris et Maronitis, utrumque ritum contra communiorem praxim separantibus (cf. supra, pp. 330 sq.).

Tam ex documentis quam ex praxi Orientalium vix cum certitudine quaestio decidi potest num cantoratus habeatur aut olim habitus fuerit ut *distinctus ordo a lectoratu,* potiusquam ut merum officium illi adnexum; utrumque tamen argumentum videtur potius favere affirmativae sententiae Morinil[0] et aliorum.

Catechistatus^ ut stabile quoddam officium electis personis commissum, extitit praesertim in ecclesia alexandrina, ubi praeterea originem dedit peculiari scholae catechistarum, in qua Clemens et Orígenes floruerunt. Illud officium non fuisse verum ordinem, exinde patet quod laicis committeretur; quidam autem moderni eruditi ex hoc ipso officio dicunt originem habuisse ipsum ordinem lectoratus (cf. supra, pp. 336 sq.).

Diaconissatus et viduatus munus, prout aliquando fuit ministeriale aliquod officium (assistendi mulieribus in Baptismo easque catechizandi) nec mera dignitas ecclesiastica, exponetur in art. 18 (tom. 3), ubi de subiecto Ordinis. Quamvis uterque gradus visus sit maxime ordinibus appropinquasse, non tamen verum ordinem fuisse suadet ipse traditionalis sensus Ecclesiae de mulieribus a hierarchica dignitate excludendis.

Fossarii,™ aut fossores (a fodiendo), vel copiatae aut laborantes («oTTiárat, KOTrtwvTeç, a kottoç == labor), quibus committebatur cura sepeliendi corpora defunctorum, constructio catacumbarum ac coemeteriorum eorumque cura, commemorantur praecipue a Pseudo-Ignatio An-

'In versione coptico-arabica bis mentio cantoris interpolatur. Cf. I. E. Rahmani, *Testamentum* D.N.I.C. (Moguntiae 1899) 83 et 107, in nota.

''*Op. cit.* (supra, in p. 322) 2S9.

uCf. Bingham, *Origines ecclesiasticae,* 1. 3, cc. 10-13 (Halae 1751) II 51-79; H. Leclercq, "Catéchèse," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* II-2 (Paris 1910) 2555.

"Cf. H. Leclercq, "Fossoyeurs," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* V-2 (Paris 1923) 2065-2092.

tiocheno, *Epist. ad Antiochenos* 12 (supra cit., p. 343), a Hieronymo, *Epist.* 1. 12 (supra cit., p. 344), Pseudo-Hieronymo, *De septem ordinibus Ecclesiae* (supra cit., p. 344), *Chronicon Palatino* (cit. ibid.), Epiphanio, *Adv. haer.* 79, expositio fidei, 21 (supra cit., p. 342) et *Codice Theodosiano,* l. 13, tit. 1: De lustrali conlatione, l. l; l. 16, tit. 2: De episcopis, l. 15. Cum hae duae leges latae sint a Constantio, Constantini Magni filio, probabiliter fossarii, tanquam determinata classis, nonnisi post restitutam Ecclesiae pacem instituti sunt. Fossarii magnis privilegiis et honoribus cumulabantur atque ipsis clericis annumerabantur;[13] ex quo tamen non necessario sequitur fossariatum ut proprie dictum ordinem habitum fuisse; quod si hoc probaretur, haberemus aliquem ordinem purae ac certae ecclesiasticae institutionis.

Thesaurarii, seu custodes Martyrum, sibi commissam habebant curam SS. Martyrum ac reliquiarum. Memoratur "custos martyrum" in *Libro Pontificali* (ed. Duchesne I 171) in enumeratione ordinum a Pseudo Silvestro constitutorum, in qua ipse primum locum obtinet, substituens ostiarium enumerationis allatae a Pseudo-Gaio (cf. supra, p. 348); ex quo conici potest hoc officium contigisse ipsi ostiario.

Notarii[*] primitus instituti sunt ad Acta Martyrum conscribenda (cf. supra, p. 338, ubi de Fabiano R. P.) ac subinde ad publica acta ecclesiastica roganda. Eorum non erat ordo, sed officium, nec aliquo ritu constituebatur. Nec refert quod a Gelasio I (cf. supra, p. 347) inter ordines commemorentur, tum quia plerumque ipsis clericis eorum officium committebatur, tum quia tempore Gelasii contingebat ut quis acolytatum susciperet, non prius sucepto lectoratu, ita ut sensus verborum Gelasii non sit quod aut notarius aut defensor ecclesiae esset ordo sicut lectoratus, sed quod ad acolythatum poterat promoveri sive qui esset in ordine lectoratus, sive qui haberet officium notarii aut defensoris ecclesiae, qumvis non esset lector.

Parabolani, vel parabalani, veluti hospitalarii fratres, instituti erant ad curandas corporales aegritudines. Commemorantur in *Codice Theodosiano,* l. 16, tit. 2: De episcopis, l. 42-43. Officium erat, non ordo, nullo ritu decoratum.

Defensores ecclesiarum[*] iura Ecclesiae atque ecclesiasticarum personarum privilegia ac immunitates apud civiles principes defendebant.

[*] Pseudo-Hieronymus: "Primus igitur in clericis fossariorum ordo est. . . . Non ergo putes parvum esse officium fossariorum, aut sicut ceteri sacerdotes in famulis Dei despicias sacramentum" *(ML* 30. 150).

[13] Cf. Bingham, *Origines ecclesiasticae,* l. 3, cc. 10-13 (Halae 1751) II 51-79.

[*] Cf. Morinum, *op. cit.* (supra, in p. 322) 295-^309.

Pluries eorum mentio occurrit post pacem constantinianam. Non ordinem sed merum officium eos suscepisse, patet ex eo quod sive ex clero sive ex laicis assumerentur. Unde de eis statuit *Zosimus* Papa, *Epist.* 9. 5: "Sane, ut etiam defensores ecclesiae, qui ex laicis fiunt, supra dicta observatione [de interstitiis ordinandorum] teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus" *(ML* 20. 673); textum *Gelasii,* in quo defensores ecclesiae referuntur inter ordines, nuper explicavimus.

Oeconomi™ specialem curam de bonis Ecclesiae temporalibus (reditibus, erogationibus, etc.) commissam habebant, ut constat ex canonibus *Conciliorum Chalced.,* can. 26, *Tolet. IV,* can. 48, *Hispal. II,* can. 9. E Clero assumebantur, et quidem ex presbyteris vel diaconis. Non ordo, sed officium erat, et quidem amplior quaedam determinatio ac restrictio officii quod ab antiquo generaliter diaconis competebat.

De confessoribus (seu his qui e martyrio, pro Christo perpesso, vivi evaserant) dicetur peculiariter in art. seq. (pp. 561-564). De *virginibus* vero, *viduis* et *diaconissis* mere dignitariis, sermo erit in art. 18 (tom. 3), ubi de subiecto Ordinis. Ceterum hos omnes non constituisse ordines quosdam, patet ex eorum mera dignitaria indole.

APPENDIX DE TONSURA.™

Ut dictum est supra (p. 316), in ecclesia latina inter ecclesiasticos ordines latiori sensu acceptos numeratur etiam tonsura, imo in Codice I. C. haec, in usu ac sensu iuridico, veris ordinibus assimilatur (cf. in p. 318). Restat igitur ut etiam de hoc gradu, qui tanquam ecclesiastici curriculi porta, inter meram dignitatem et proprie dictum ordinem medio modo se habet, breve verbum adiciamus.

Tonsio capillorum etiam *apud antiquos paganos* signum fuit humilis conditionis ac moralis simplicitatis, et signanter apud Graecos signum extitit servilis conditionis;[18] aliquando, tam apud Graecos, quam apud Semitas, ipsa assumpsit etiam symbolicum valorem actus religiosi, humilitatis nempe ac servitutis erga Deum.[10] Nihil inde mirum si

"Cf. Morinum, *ibid.* 291-295.

"Cf. *Suppi.,* q. 40, aa. 1–3. De historica evolutione tonsionis capillorum, quae praecessit ipsum ritum tonsurae, diffuse disserit Ph. Gobuxot, "Sur la tonsure chrétienne et ses prétendues origines païennes," *Revue d'histoire ecclésiastique* XXI (1925) 399-454. *Ibid.* p. 406, affertur ampla bibiographia de tonsura christiana. De tonsurae origine et symbolismo scripsit L. Musy, "Origine et signification de la tonsure cléricale," *Revue du clergé français* XXXI (1902) 150-168.

"Cyprianus, *Epist.* 77. 2, testatur Christianis, ad metalla damnatis, capillos tonsos fuisse: "Semitonsi capitis capillus horrescit" *(ML* 4. 429). Cf. *Epist.* 78. 3 *(ibid.* 434).

"Cf. Gobillot, *art. cit.* 403 sq. 448-450. Isidorus Hisp., *De eccles. ofic.* 2. 4 *(ML* 83. 779) originem Christianae tonsurae deducit ex praxi hebraicorum Nazaraeorum et remotius ex commendatione *Ezechielis* prophetae, 5. 1: "Et tu, fili hominis, sume

idem *mos transierit in usum Ecclesiae,* prius sub forma simplicitatis, humilitatis aut devotionis praxeos (cf. Tertullianum, *De cultu ¡eminarum* 2-8; *Didascdlia Apostolorum* 2. 3. 10), subinde sub ratione publicae cuiusdam ac ritualis caeremoniae, qua humilitas ac sanctitas clericalis status significaretur. Dictum Apostoli, 1 *Cor.* 11. 14: "Ipsa natura docet vos quod vir . . . , si comam nutriat, ignominia est illi" verisimiliter causa fuit quare mos ab antiquo in Ecclesia invaluerit ut iis praesertim, qui statum monasticum[20] vel ecclesiasticum[21] ingrederentur, capilli tonderentur.[22] Dum in priori aetate ea tonsio ab unoquoque ecclesiastico viro privatim fieret (nondum quidem per rasionem capillorum, sed per eorum reductionem ad breviorem formam), pedetemptim ipsi caeremoniae primae ordinationis coniungi coepit, ita ut simul fieret ab ipso ordinationis ministro, *donec tandem ab ipsa ordinatione separata fuerit, constituens distinctam aliquam caeremoniam,* qua quis primo ac proprie, in technico sensu qui nunc obtinet, clericus constituebatur, seu a laicis distinguebatur, quamvis nullum adhuc ex clericalibus ordinibus suscepisset.

Quo praeciso tempore huiusmodi separatio facta fuerit, *tonsuraque sive clericatus proprie dictus incoeperit,* nec constat nec determinari potest, cum agatur de graduali quadam efformatione ac distinctione alicuius ritus. lam quidem id stabilitum invenitur saec. 8, ut manifestant ipsa Sacramentaria Gelasianum et Gregorianum, sed eius initia satis clare apparent iam inde a saec. 6, ita ut ad hanc aetatem origo ecclesiasticae tonsurae revocari possit. Usque ad finem saec. 5 vox "clericus" designavit generaliter ac indistincte omnes viros ordinatos, ab ostiariis usque ad episcopos, ut patet ex constitutis Siricii et Zosimi necnon ex *Apocryphis Symmachianis. Pelagius I* vero (555–

tibi gladium acutum radentem pilos et adsumes eum et duces per caput tuum et per barbam tuam." Gregorius, M., *Epist. registr.,* 1. 7, ep. 4, *(ML* 77. 856) usum tondendi capillos clericorum refert ad expressiora verba eiusdem prophetae, 44. 20: "Caput autem suum [sacerdotes et levitae] non radent neque comam nutrient, sed tondentes attondent capita sua." Pariter Hieronymus, *In Ezech.* 1. 13, c. 44, occasione huius textus ait: "Exinde perspicue demonstratur, nec rasis capitibus, sicut sacerdotes cultoresque Isidis atque Serapidis nos esse debere: nec rursum comam demittere, quod proprie luxuriosum est, barbarorumque et militantium; sed ut honestus habitus sacerdotum facie demonstretur" *(ML* 25. 437).

M Hieronymous, *Epist.* 147. 5, testatur etiam in monasteriis mulierum in Oriente morem tondendi crinem invaluisse *(ML* 22. 1199; cf. textum et notam).

"luxta *Librum Pontificalem* (ed. Duchesne) I 134, Anicetus R. P. (155-166) "constituit ut clerus comam non nutriat, secundum praeceptum apostoli."

"Eandem originem ac symbolicum valorem habuit praxis, ac subinde ritus, barbam tondendi, quae ut vestigium antiquae consuetudinis adhuc asservatur ad calcem *Pontificalis Romani* ("De barba tondenda"), una cum ritu "De officio psalmistatus." In antiquis libris liturgicis invenitur etiam formula "ad capillaturam [infantuli] deponendam"; in *Sacramentario Gregoriano* (-Hadriano) saec. 8 habentur, una post aliam, tres orationes "ad capillaturam," "ad clericum faciendum," "ad barbas tondendas" (apud Wilson, *op. cit.* [supra, in p. 350] 138 sq.).

560), distinguens inter laicum, clericum, acolythum, diaconum, presbyterum atque episcopum (cf. supra, p. 348) videtur iam clericatum accipere tanquam aliquem statum distinctum ab ipsis ordinibus, medium inter hos et laicactum; *Gregorius M.* (590-604) in suis epistolis significat vitam ecclesiasticam aut monasticam ingressuros debere "tonsurari" (epp. 2. 38; 9. 21; ed. Ewald-Hartmann I 138; II 55) et de quodam Opportuno commendat illius episcopo eum "tonsurandum esse, ut vel monachus vel . . . subdiaconus fiat" *(Epist. 12.* 4, *ibid.* II 350).[23] Circa idem tempus appellativum "clericus" incipit apparere in ipsis inscriptionibus sepulchralibus,[24] quod quidem suspicionem ingerit eam vocem iam proprium ac technicum sensum assumpsisse. Cum inde a fine saec. 5 ordines minores, peculiariter ostiariatus et exorcistatus, in partialem desuetudinem devenerint, ut ostensum est supra (pp. 356 sq.) cumque frequentiores evaderent casus sic dictae ordinationis per saltum, a laicatu nempe ad aliquem superiorem ordinem, non improbabiliter conici potest, distinctam caeremoniam ac distinctum statum clericatus tunc introductum esse, eo fine ut, per transitorium aliquem statum initiationis ac praeparationis qui quodammodo substitueret inferiores ordines, obviaretur incommodo repentini transitus a statu laicali ad superiores dignitates.

Circa initium saec. 7, eodem fere tempore quo floruit Gregorius M., *Isidorus Hisp.* (560-636) exhibet tonsuram tanquam determinatum ritum, ordinationibus praevium, eiusque indolem et originem explicat *{De eccles. offic.* 2. 4, *ML* 83. 779) ; a quo pendent posteriores scriptores, ut Amalarius et Rabanus Maurus. *Cone. Toletanum* a. 633, can. 41, decernit de ipsa forma ferendae tonsurae, prohibens ne ipsa nimis abbrevietur, tondendo scilicet in solo apice capitis brevem capillorum circulum: "Omnes clerici, vel lectores, sicut levitae et sacerdotes detonso superius toto capite, inferius solam circuli coronam relinquant" *{Harduin* 3. 588). *Cone. Meldense* a. 845, can. 58: "Canonicorum autem, qui in parochiis tonsurantur et erudiuntur, interdum etiam et ordinantur, sine auctoritate [episcopi] dignitas regalis in suum periculum non dignetur recipere" *{Harduin* 4. 1493). In clericali curriculo quindecim RR. Pontificum saec. 7-9, quod refert *Liber Pontificalis,*[26] tonsura non commemoratur, sed ipsa mentio clericatus (in notitia quinque illorum) absque dubio ad tonsuram refertur, cum iam eo tempore clericatus ac tonsura constituerent distinctum statum ac ritum;[26] id ceteroquin satis clare indicatur in

" Patrologia Migniana *(ML 77.* 1226), ferens "hortandus est" pro "tonsurandus est" reputatur mendosa.

MCf. Marucchi, *Nuovo ballettino di archeologia cristiana* (1898) 167; (1904) 149.

" Cf. apud Andrieu, *art. cit.* (supra, in p. 359) 97.

M Cf. Andrieu. *ibid.* 98, et alium *art. cit.* (ibidem) 259-265.

notitia unius illorum, scilicet Constantini qui supremum pontificatum usurpavit a. 767, de quo *Liber Pontificalis* testatur: "Compulerunt eum [i.e. Georgium episcopum] orationem clericatus eidem Constantino tribui."[27]

In ipsis libris liturgicis, prout a nobis cognoscuntur, distinctus ritus tonsurae apparet prima vice saec. 8. In *Sacramentario Gelasiano* saec. 8 extant "orationes ad capillos incidendos" quae posteriori tempore insertae sunt "Ordini ad clericum faciendum"; in *Sacramentario Gregoriano* (-Hadriano) circa finem eiusdem saeculi exhibetur "Oratio ad clericum faciendum" absque descriptione ritus;[28] eadem oratio, quae probabiliter ascendit ad ipsum Gregorium M., refertur in Sacramentario Gregoriano saec. 10, edito a Ménard *(ML* 78. 212). *Ordo Romanus* Vili (Andrieu: XXXIV) saec. 8 eiusque adaptatio exarata circa initium saec. 10 (Andrieu: *Ordo* XXXV) ritum ipsum non referunt sed supponunt, quatenus introducunt iam constitutum clericum qui ordinatur lector *(Ordo* XXXV) vel acolytus (Ordo XXXIV).[29] In posterioribus Pontificalibus, quae ex Sacramentariorum et Ordinum fusione originem habuerunt, tonsura proponitur ut determinatus ritus, immediate ante ordinationes; *Pontificale Romanum saec. 12,* post introductoria verba "Incipit ordo de septem ecclesiasticis gradibus" ponit rubricam "In primis praefatio ad clericum faciendum" quam sequuntur rituales orationes, cum appositis rubricis; subsequitur oratio "ad barbam tondendam," dein constitutio cantoris, tandem incipiunt ipsae ordinationes, ab ostiariatu;[30] *Pontificale Guilelmi Durandi* circa finem saec. 13, invertit ordinem horum rituum, praeponens ritum "de psalmista faciendo" ac coniungens ritum "de clerico faciendo" (quem sequitur caeremonia "de barba tondenda") cum ipsis ordinationibus; praeterea hunc ritum magis determinat, necnon amplificat, tonsioni capillorum addens impositionem superpellicei.[81]

Apud canonistas medievales nonnullosque theologos usque fere ad Cone. Trid., tonsura non parvam obtinuit fortunam, cum, contra communem sententiam theologorum adnumerata fuerit *inter ordines proprie dictos,* ita ut novenarius ordinum catalogus conficeretur, ut

[27] Apud Duchesne, *Liber Pontificalis* II (Parisiis 1892) 468.

[28] "Ut huic famulo tuo illi qui ad deponendam comam capitis sui propter amorem christi filii tui festinat, des spiritum sanctum qui habitum religionis in eo perpetuum custodiat. . ." (apud Wilson, *op. cit.* [supra, in p. 350] 139.

[29] Cf. Andrieu, *ari. cit.* (supra, in p. 369) 240, et *op. cit.* (supra, in p. 350) III 545, 603.

[30] Cf. apud Andrieu, *Le Pontifical Romain au moyen âge* I (Città Vaticano 1938) 123-125.

[81] Cf. *ibid.* DI (1940) 335-338.

ostensum est supra (p. 323); imo quidam, ulterius procedentes, visi sunt tonsurae tribuere *ipsam rationem sacramentalitatis* et impressionem characteris, fundati tum in quadam decretali Innocentii III circa a. 210,[32] tum in initerabilitate illius ritus; ita inter alios, adhuc circa initium saec. 16, *Maior*[33] et *Eckius*,[3*] quorum sententia iam ab aevo etiam a canonistis dimissa, exponit ac reicit Morinus.[35] Fagnanus tamen (t 1678) videtur putare eam adhuc fuisse communem opinionem canonistarum: "Canonistae ponunt novem ordines non simpliciter prout sunt gradus Ecclesiae, sed prout sunt sacramentum et inter hos commemorant tonsuram et episcopatum, quod non placet theologis" *(In Decretales,* c. Cum contingat, n. 44.).

In Ecclesia orientali, tonsura κουρά) minorem obtinuit favorem ac minus iugiter servat momentum, utpote adhuc commixta, more antiquo, ipsi collationi primi ordinis, seu lectoratus et cantoratus. Quidam auctores, ut Many, Cappello, De Clercq, putant olim per aliquod tempus, inter saec. 8 et saec. 14, saltem in quibusdam ecclesiis, ritum tonsurae fuisse separatum a collatione lectoratus, sicut in ecclesia latina, donec inde a saec. 14 Orientales communiter redierint ad antiquam utriusque ecclesiae praxim coniungendi tonsuram cum collatione primi ordinis, quae apud eos viget usque ad hodiernum diem; hanc autem opinionem fundant tum in can. 14 Cone. Nicaeni II a. 787,[38] tum in commentariis super hunc canonem exaratis saec. 12—13 ab orientalibus canonistis Aristeno, Zonara et Balsamone *(MG* 137. 959-966), qui loquuntur de casu puerorum mere tonsuratorum, qui nempe nondum lectoratum susceperint; quibus addi potest confirmatio ex antiquo *Euchologio* Barberino S. Marci saec. 8, in quo extat quaedam distincta "oratio ad faciendum e laico clericum."[37] Attamen contraria sententia aliorum, uti Morini,[38]

n *Decretales,* l. 1, tit. 14, c. 11: "Quum contingat interdum, quod laici ad monasteria convolantes a suis abbatibus tonsurentur, apostolicae sedis oraculum requisisti, an clericatus ordo in tonsura [huiusmodi] conferatur? Super quo tibi respondemus, quod, cum in VII synodo sit statutum, ut lectores per manus impositionem licentia sit unicuique abbati in proprio monasterio solummodo faciendi, dummodo ipsis ab episcopo, secundum morem praeficiendorum abbatum, manus impositio facta noscatur, et constet, eum existere sacerdotem, per primam tonsuram, iuxta formam ecclesiae datam, a talibus abbatibus clericalis ordo conferatur." *{Corpus luris Canonici,* ed. Friedberg, II 129).

***K In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1.**

***"Romiliae sive sermones adversus quoscumque nostri temporis haereticos,* hom. 66.**

***u Op. cit.* (supra, in p. 322), exercit. IS, c. 4, nn. 10-12, p. 272.**

'•"Quoniam ergo videmus nonnulos a pueris cleri tonsuram accipientes, nondum accepta episcoporum manuum impositione, et in congregatione in suggestu legentes et id non canonice facientes, per praesentem canonem, ne hoc fiat iubemus: idque ipsum etiam in monachis servare: Lectoris autem manuum impositionem licet in proprio monasterio etiam soli unicuique praefecto facere" *{MG* 137. 959).

"Cf. Goar, *op. cit.* (supra, in p. 351) 240 sq., nn. 4 et 9.

***u0p. cit.* (supra, in p. 322) 269-272.**

Jugie,[39] et, inter modernos orientales, A. Veselovskij,[40] de numquam mutata apud Orientales antiqua praxi, multo probabilior apparet ex attento examine praefatorum textuum Concilii Nicaeni et canonistarum, qui loquuntur de alio prorsus genere tonsurae, quae conferebatur adolescentibus separatim a lectoratu et ratione cuius ipsi nondum censebantur clerici, donec susciperent novam, eamque proprie clericalem, tonsuram, una cum ipso cantoratu; Cone. Nicaenum igitur prohibet ne adolescentes, prima illa tonsura insigniti, agant officium lectoris, quod competebat solis tonsuratis in ipsa collatione lectoratus." Quod attinet ad praefatam orationem Euchologii, nihil ostendit eam dictam fuisse seiunctim a caeremonia in qua conferebatur lectoratus, quin e converso contrariam praxim utrumque ritum coniungendi, omnia tam antiqua quam recentia ritualia testantur, incluso *Euchologio* Barberino S. Marci.

In moderna praxi, ecclesiae orientales simul conferunt tonsuram, lectoratum et cantoratum, ita ut tonsuram habeant ut caeremoniam praeviam, cantoratum vero ut officium complens lectoratum; illi vero qui, ut Syri et Maronitae, separant cantoratum et lectoratum, tonsuram conferunt una cum cantoratu, quem habent tanquam primum inter ordines (cf. supra, pp. 330 sq.).

PARS AFFIRMATIVA

Sententia affirmans sacramentalitatem subdiaconatus et ordinum minorum communissima fuit apud theologos mediaevales usque ad Durandum (t 1334) qui primus explicite ei obstitit; longe communior pariter perseveravit apud posteriores theologos usque ad Cone. Trid.; subinde pauciores in dies defensores numeravit, praecise post positiva atque historica studia antiquorum documentorum, coepta saec. 17; inde a saec. 19 primatum decisive amisit, cum maior pars theologorum eam deseruerit; adhuc tamen a magno numero recentiorum doctorum saec. 20 sustinetur, inter quos novellam ac inopinatam fortunam obtinere videtur.

Quamvis ante saec. 12 nondum directe haec quaestio poneretur, tamen quidam Patres et antiquiores scriptores eo modo loquuntur,

[39] *Theologia dogmatica Christianorum orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium* m (Parisiis 1930) 406.

[40] *De ritibus cheirotesiae et cheirotoniae* (Kamenetz-Podolsk 1906) 7 sq.

u Morinus, *loc. cit.*, distinguit quatuor tonsuras tunc apud orientales usitatas: unam, quae dabatur a sacerdote infantibus post Baptismum; aliam, quae conferebatur adolescentibus quos proprii parentes destinabant clericatui; tertiam, quam dabant monachi suis sodalibus; quartam, eamque solam proprie clericalem, quam conferebat episcopus una cum lectoratu. Concilium igitur et praefati canonistae loquuntur de secunda et tertia tonsura ac prohibent his qui una vel altera insigniti erant ne exerceant munus lectoris donec quartam susciperent.

quo videantur institutionem illorum ordinum ad divinam originem implicite referre, vel ex quo haec origo connaturaliter inferri possit.

Primo quidem, aliqui pariformiter iudicant de *peccato simoniae* quod committitur in collatione ordinum tam superiorum quam inferiorum, ac si in omnibus gratia Dei pro pretio venundetur. Ita *Conc. Chalcedonense,* can. 2, loquitur de venditione impretiabilis gratiae ("Si quis . . . sub pretio redegerit gratiam, quae non potest vendi"), quam committit qui "ordinaverit per poecunias episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet ex his qui connumerantur in clero" *{Harduin* 2. 602); cui concinunt *Gelasius I, Epist.* 9. 24 (ad episcopos Lucaniae), sese referens ad omnes ordines, etiam minores (de quibus loquitur in c. 2), ac reprobans indignos "sacram mercatos . . . pretio dignitatem" *(ML* 59. 55), *Gregorius VII* (+ 1085) *Epist.* ad Ottonem constantiensem, loquens de "his qui per simoniacam haeresim, hoc est, interventu pretii, ad aliquem sacrorum ordinum gradum vel officium promoti sunt" *{ML* 148. 645; paulo post inferius, agens de concubinariis, explicite indicat "inferiores ordines"), et *Bernaldus,* presbyter constantiensis (+circa finem saec. 11), qui, in suo *Apologetico* decretorum Gregorii VII, citatis supradictis verbis Gelasii I, ait: "Ex qua re colligitur non solum illos reputari inter simoniacos, qui per pretium ad manus impositionem [per quam ordinatur episcopus, presbyter et diaconus] perveniunt, sed et illos, qui et alia clericorum officia per pecuniam acquirunt. Omnia autem' in huiusmodi officiis 'operatur unus atque idem spiritus' (1 *Cor.* 12), cuius donum non gratis, sed per pretium dare vel accipere, non catholicum, sed indubitanter est simoniacum" *{ML* 148. 1117).

Petrus Damianus (+ 1072) in *Libro qui dicitur gratissimus,* agens de non iterandis ordinationibus simoniacis, scribit in c. 2: "Plena fide credendum est, quod sic ministris suis Christus ecclesiasticae consecrationis delegat officium, ut tamen apud se omnium ordinum contineat principaliter sacramentum, sicque servis promovendi conservos ministerium praerogat, ut in neminem ipsum consecrandi ius virtutemque transfundat. Licet enim pontifices per iniunctae administrationis officium consecrare videantur, sed ille veraciter consecrat, qui Spiritum sanctum invisibiliter dat" *{ML* 145. 101); c. 3: "Sicut baptismus Dei est et non hominis, ita . . . omnis ecclesiastica consecratio illi specialiter competit, a quo omnium benedictionum plenitudo profluxit. . . Neque enim vel ipse baptismus, vel prorsus aliqua consecratio magnum aliquid diceretur, nisi intuitu Spiritus sancti, qui per exercitia illa tribuitur" *{ibid.* 102); c. 6: "Indubitanter igitur credendum est quod si consecratio cuiuslibet ecclesiastici ordinis intra catholicam

fiat ecclesiam . . . , quidquid bono per bonum traditur, hoc etiam malo per malum efficaciter exhibetur, quia sacramentum hoc non ministrantis vel ministraturi pendet ex merito, sed ex ordine ecclesiasticae institutionis et invocatione divini nominis" *(ibid.* 106). Hae consecrationes, de quibus Damianus loquitur, sunt "septem ordines ecclesiasticae dignitatis" (c. 15, *ibid.* 118).

Haec testimonia, absolute spectata, minus ad rem nostram facere videntur; nam peccatum simoniae committitur relate ad quodlibet sacrum officium vel obiectum, etiam quod non sit divinae institutionis, quodque potest in largiori sensu vocari gratia divina et donum Spiritus sancti, idque videtur significari etiam in ipso contextu adductorum testimoniorum. Nihilominus diffitendum non est, verba Bernaldi et Damiani satis clare suggerere divinam institutionem et sacramentalitatem omnium ordinum, etiam minorum.

Secundo, quidam dicunt illos ordines *praefiguratos ac praeformatos esse in A.T.* aut ex illa oeconomia originem habuisse. Ita Pseudo-Hieronymus, *De septem ordinibus Ecclesiae* 4, subdiaconos praeformatos videt in Nathinnaeis de quibus in libro Esdrae *{1 Esdr.* 8. 17; *2 Esdr.* 11. 3), et Isidorus Hisp., *De eccles. offic.* 2, 10, 11,12, 13, 15, varios inferiores ordines legit in A.T., scribens inter alia: "Lectorum ordo formam et initium a prophetis accepit" *(ML* 83. 791). Horum doctrinam sequuntur et amplificant passim posteriores scriptores, ut Rabanus Maurus, Amalarius Metensis, Ivo Carnotensis, Hugo Victorinus, Magister Simon, Lombardus, Gandulphus Bononiensis, peculiariter loannes Beleth (+1182; *Rationale divinorum officiorum* 13, *ML* 202. 27) quem imitatur Guido de Orchellis (1215/1220; *Tractatus de sacramentis,* ed. Van den Eynde 177 sq.). Non necessario quidem sequitur hos scriptores loqui de vera prophetia, quae supponat proinde divinam institutionem, potiusquam de aliqua notabili similitudine inter quosdam gradus A.T. et ordines N.T., quae large loquendo dici possit praeformatio et prophetia, cum totum A.T. sit generali modo figura et umbra futuri; nihilominus eorum mens videtur esse quod omnes et singuli ordines N.T. sint quaedam a Deo disposita continuatio ordinum A.T., sicut ipsum sacerdotium et levitatus.

Tertio, ac magis ad rem, plures explicite dicunt *ipsum Christum in sua vita exercuisse omnes et singulos ordines,* idque particulariter ostendunt quoad unumquemque ordinem. Haec affirmatio, coepta saec. 4, perseveravit apud doctores usque ad medium aevum.[42]

[43] De hac re peculiariter inquisivit A. Wilmart, "Les ordres du Christ," *Revue des sciences religieuses* III (1923) 305-327. Cf. etiam J. De Gheixinck, "Le traité de

Ambrosius, Exp. ev. sec. Lue. 4. 15: "Atque ille [i.e. Christus] ita ad omnia se curvavit obsequia, ut nec lectoris quidem aspernaretur officium" *{ML* 15. 1710).

Pseudo-Hieronymus, De septem ordinibus Ecclesiae 3–4: "Dominus noster legens in templo, formam lectoris assumpsit. . . Quartus ecclesiasticae dispositionis in subdiacono est ordo, qui in Esdra Nathinnei appellantur, in humilitate Domino servientes. . . Propterea Dominus noster 'formam srvi accipiens, humiliavit se usque ad mortem, mortem autem crucis' " *{ML* 30. 152).

Anonymus (probabiliter aliquis monachus aegyptius) auctor cuiusdam graeci apophtematis, exarati circa finem saec. 4 et initium saec. 5 ac latine versi saec. 6 (editi graece et latine ex pluribus manuscriptis ab A. Wilmart, qui ab hac latina versione ducit originem traditionalis illius affirmationis apud scriptores occidentales), eam applicationem ordinum in vita Christi amplificat, extendens ad omnes ordines qui tunc in Oriente vigebant, scilicet lectorem, subdiaconum, diaconum, presbyterum et episcopum: "Dixit alius senex: Propter te, homo Salvator natus est. Propter hoc venit Filius Dei, ut tu salveris. Factus est homo, manens Deus; factus est puer. Factus est lector. Accipiens namque librum, legit in synagoga, dicens: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me. Factus est subdiaconus. Faciens namque de fune flagellum, omnes eiecit de templo, oves et boves, et cetera. Factus est Diaconus. Praecinxit se linteo, lavit pedes discipulorum suorum, praecipiens eis fratrum pedes lavare. Factus est presbyter et resedit in medio magistrorum populum docens. Factus est episcopus et accipiens panem benedixit ac fregit deditque suis discipulis, et cetera."[43]

Severianus Gabalitanus episc. (scriptor orientalis, saec. 5), *Oratio in Dei apparitione* 6: "[Christus] effectus est etiam sacerdos. . . Effectus est quoque diaconus. .. Per omnes igitur transit ordines. Effectus est pariter etiam lector. 'Accipiens enim Isaiam legebat' sicut declarat Evangelium, quo etiam prophetae confirmaret voces et honoraret gradus ecclesiasticos" *{MG* 65. 19).

Missale Bobbiense (saec. 7; liturgiae gallicanae; exaratum probabiliter Bobbio, in Italia septemtrionali) refert ad Christum omnes latinos ordines, omittens tamen acolythum (qui in liturgia gallicana antiquiori vix exercebatur). Antiquissima inter huius textus redactiones legit: "Quando vel comodo implebet dominus septem gradibus in ecclesiam. Primus gradus letur fuit quando aperuit librum isage provete et dixit spiritus domini supervenit. Secundus gradus exurcesta quando eiecet septem dimoniam ex maria magdalene. Tercius gradus subdiiaconatus quando fecet di aquam vinum in galilea. Quartus gradus diiaconatus quando lavit pedes dixipolurum. Quintus gradus presbeteratum quando accepit panem et benedixit hac fregit semeleter et calecem benedixit. Sextus gradus ostiarios quando dixit tulete portas principis vestri et elevamini purte purte etemales et introibit rex gloriae. Septemus gradus episcopus quando elevavit manus super caput dixipolurum suorum et benedixit eus."[44]

Isidorus Hisp., Quaestiones de V. et N. Testamento (dubiae authenticitatis), q. 35: "Dic mihi, quomodo, vel quando implevit Christus septem gradus? Respondit: Primus gradus lector, quando aperuit librum Isaiae. . ." Prosequitur, gradus reliquos enumerans ac explicans, omnino sicut in Missali Bobbiensi *{ML* 83. 205 sq.).

Pierre Lombard sur les sept ordres ecclésiastiques. Ses souces, ses copistes," *Revue d'histoire ecclésiastique X* (1909) 296-301, et J. Crehan, "The seven orders of Christ," *Theological studies* XIX (1958) 81-93, qui complet praefatum articulum Wilmart.

"Apud Wilmart, *ibid.* 325 sq. Idem refertur in *Verbis Seniorum,* libello 4, n. 8, *ML* 73. 1015 sq.

"Apud Wilmart, *ibid.* 311 sq.

Chronichon Palatinum (dictum etiam Malalianum, a loanne Malalas; circa a. 740) 19: "Oportet inspicere quomodo [Christus] in se consecrando Ecclesiam, gradus eius singulos commendaverit, id est per septem gradus officii[48] mancipandam altario sanciverit; qui sunt ostiarius, fossarius, lector, subdiaconus, diaconus, presbyter et episcopus. Hos septem gradus implevit Christus in came. Nam ostiarius fuit, quando ostium arcae aperuit, et iterum clausit. Fossarius fuit, quando Lazarum de monumento, quarto die iam foetidum evocavit. Lector fuit quando librum Esaiae prophetae in medio synagogae in aures plebi aperuit, legit, et cum replicuisset, ministro tradidit. Subdiaconus fuit quando aquam in pelvim misit, et humiliter sua sponte pedes discipulorum lavit. Diaconus fuit quando panem benedixit et eis similiter tradidit. Episcopus fuit quando in templo populos, sicut potestatem habens, regnum Dei docebat. Et haec quidem etiam sanctus Ephraem commemorat similiter" *(ML* 94. 1170). Si vera esset haec Ephraemo (+circa 373) attributio, origo huius traditionis antiquior esset quam putatur.

Amalarías Metensis, Liber officialis 2. 6: "Christus dignatus est lector esse, ubi secundum Lucam aperuit librum et legit" (ed. Hanssens **II** 215). Tamen Amalarius paulo ante, introductionem inferiorum ordinum revocat ad ecclesiasticam auctoritatem: "Ceteri ordines his [i.e. sacerdotio et diaconatui] adiecti sunt; crescente ecclesia, crevit officium ecclesiasticum; ut multitudini ecclesiae subveniri possit, adiiuntur inferiores in adiutorio praepositorum" *(ibid.* 213); subinde, sub nomine Ambrosii, citat textum Mopsuesteni, de quo in pp. 342 et 404.

Ivo Carnatensis, Serm. *2:* "Haec officia septem gradibus sunt distincta. . . Haec officia in propria persona Dominus noster ostendit et Ecclesiae suae exhibenda reliquit: ut forma quae praecesserat in capite repraesentaretur in corpore" *(ML* 162. 514); subinde singillatim ostendit quomodo Christus unumquemque ordinem exercuerit *(ibid.* 514-515).

Honorius Augustodunensis, Sacramentarium, c. 24: "Qui ordinantur, Christo incorporantur. Ipse fuit ostiarius. . Prosequitur per singulos ordines *(ML* 172. 759 sq.).

Hugo a S. Victore, De sacram. 2. 3. 15: "Septem ergo spiritualium officiorum gradus proinde in sancta Ecclesia secundum septiformem gratiam distributi sunt, quos Dominus lesus Christus eiusdem spiritus plenitudinem habens, omnia in semetipso exhibuit, et corpori suo, id est Ecclesiae imitanda reliquit, cui ipsius spiritus participationem concessit" *(ML* 176. 423). Subinde id ostendit per singulos ordines, sicut Ivo Camotensis.

Magister Simón, Tractatus de sacramentis: "Hos [septem ordines] Dominus et Salvator noster in se ostendit. Hostiarius enim esse voluit. . . Hi sunt septem gradus qui et in capite ostensi sunt, et in corpore eius quod est Ecclesia, in his qui ad eos vocantur, considerari possunt" (ed. Weisweiler 65 sq.; cf. 97 et cciv-ccix).

Petrus Lombardas, Sent., l. 4, dist. 24, c. 1: "Septem sunt spiritualium officiorum gradus sive ordines, sicut ex sanctorum Patrum dictis aperte traditur et capitis nostri, scilicet lesu Christi, exemplo monstratur, qui omnium officia in semetipso exhibuit, et corpori suo, quod est Ecclesia, eosdem ordines observandos reliquit" (ed. Quaracchi **II** 892). Subinde (cc. 5-11) id ostendit per singulos ordines. In fine (c. 12) haec addit, assimilans verba Urbani **II** et Gratiani: "Cumque omnes [ordines] spirituales sint et sacri, excellenter tamen canones duos tantum sacros ordines appellari censent, diaconatus scilicet et presbyteratus; quia hos solos

40In editione Mommsen, *MGH* XIII-1, 432 sq., habetur sex pro septem; quae lectio, si est originalis, indicaret auctorem *Chronici* habere presbyterum et episcopum pro uno et eodem gradu. Tamen, tum Mai, auctor editionis a Migne reproductae, tum Wilmart, putant ibi adesse errorem amanuensis, scribentis sex pro septem.

primitiva Ecclesia legitur habuisse, et de his solis praeceptum Apostoli habemus [Urbanus II]. Apostoli enim in singulis civitatibus episcopos et presbyteros ordinaverunt; levitas etiam ab Apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus; subdiaconos vero et acolythos, procedente tempore, Ecclesia sibi constituit [Gratianus]" *(ibid.* 901 sq.).

Bandinus, Sent., 1. 4, dist. 23. Abbreviat Lombardum *(ML 192.* 1103-1105).

Gandulphus Bononiensis (circa a. 1170), *Sent.,* 1. 4, §§ 203-209. Pariter abbreviat Lombardum.[46]

Stephanus augustodunenis (•f* circa 1186) *De sacram, altaris* 6: "Dominus noster in propria persona praedictas suscepit administrationes [i.e. ostiarii, lectoris, exorcistae, acolythi et subdiaconi], quatenus exemplo sui cum pia devotione et vitae emendatione suscipiendas esse demonstrat" *(ML* 172. 1277); pergit determinando per singulos ordines.

Inter *Nestorianos* idem dicit auctor anonymus *Expositionis officiorum Ecclesiae* (saec. 9)[47] et inter *Monophysitas, Dionysius Bar Salibi* (f 1171), *Comm. in Euangelia.*[48]

Quamvis ea praeformatio officiorum singulorum Ordinum in vita Christi non necessario probet ipsam horum institutionem per Christum, sed possit intelligi ut mera similitudo inter actus Salvatoris et officia ministrorum ab Ecclesia instituta, tamen mens illorum doctorum videtur esse[40] quod existentia etiam inferiorum ordinum connectatur cum voluntate Christi, etsi huiusmodi nexus ab eis non explicetur; dicunt enim ideo Christum praefata officia exercuisse ut honoraret vel commendaret gradus ecclesiasticos (Severianus Gabalitanus), et Christum eos ordines vel officia Ecclesiae exhibenda, imitanda, observanda reliquisse (Ivo Carn., Hugo Viet., Lombardus). Nec obstat quod Amalarius et Lombardus dicant inferiores ordines nonnisi posteriori tempore sibi Ecclesiam constituisse, nam posteriorem hanc ecclesiasticam introductionem non excludere (iuxta illorum mentem) anteriorem divinam institutionem, vel ex eo patet quod idem asseritur a posterioribus theologis saec. 13 qui explicite defendunt divinam illorum institutionem ac sacramentalitatem. Eadem divinae originis persuasio subiacet sequenti litterariae fictioni, qua *Constitutiones Apostolorum* (circa a. 400) introducunt ipsos apostolos decernentes, ex voluntate Christi, de singulis ordinibus atque ordinationibus: "Simul igitur existentes nos duodecim Domini apostoli hasce divinas constitutiones de omni ecclesiastico ordine vobis iniungimus . .

"*Magistri Gandidphi Bononienis Sententiarum libri quatuor* (ed. I. De Walter, Vindobonae 1924) 500-504.

"Apud Jugie, *op. cit.* (supra, in p. 378) V (1935) 328.

"Versio Vaschalde (1933) II 8. Idem habent duo posteriores doctores orientales, Ibn Saba (saec. 14), pariter monophysita, in suo libro *Margarita pretiosa,* cit. a Jugie, *ibid.* 744-746, et Simeon Thessalonicensis (saec. 15) schismaticus graecus in suo opere *De sacramentis,* c. 238 *(MG* 155. 454 sq.).

[48] Quidquid in contrarium videatur putare Wilmart, *op. cit.* (supra, in p. 380) 320, 323, 324.

(8. 4. 1); prosequuntur inducentes Petrum decernentem de ordinatione episcopi (8. 4. 2 sqq.), loannem de ordinatione presbyteri (8. 16), Philippum de diacono (8. 17. 1 sq.), Bartholomaeum de diaconissis (8. 19), Thomam de subdiacono (8. 21), Matthaeum de lectore (8. 22) *(Funk* 1. 471-473, 521-527).

Attentis huiusmodi tam communibus ac constantibus, utut indeterminatis et ambiguis, antiquorum affirmationibus, nemo mirabitur si sententia affirmans divinam institutionem et sacramentalitatem inferiorum ordinum, veluti sponte enuntiata et amplexa fuerit a *theologis saec. 13,* cum primo explicita haec quaestio agitata est.[80]

Usque ad Durandum a S. Porciano (+ 1334) nullus noscitur theologus qui illi sententiae contradixerit,[81] eamque peculiariter exponunt et amplectuntur *Guilelmus Alverniensis* (+ 1249),[82] *Alexander Halensis* (t 1245),[83] *Pseudo-Alexander Halensis* (i.e. Guilelmus de Melitona, 1 1257, scribens ad mentem sui magistri Halensis), *Albertus M., S. Thomas, Bonaventura, Richardus de Mediavilla, Scotus, Aureolus* (t 1322). Sit breve verbum de quatuor praecipuis ac notioribus inter hos doctores, i.e. Alberto, Thoma, Bonaventura et Scoto.

Ipsi quaestionem de inferiorum ordinum sacramentalitate (potiusquam de divina institutione, quam a fortiori in ipsa sacramentalitate inclusam supponunt) agitant ubi de numero ordinum (ac de unitate sacramenti non obstante pluralitate ordinum) et de impressione characteris: Albertus M., *In 4 Sent.,* dist. 24, aa. 3-6 (de distinctione ordinum); aa. 17, 25, 26 (de impressione characteris in ostiariatu, acolythatu et subdiaconatu); S. Thomas, *Suppi,,* q. 37, a. 2 (de distinctione ordinum); q. 35, a. 2 (de impressione characteris in omnibus ordinibus); Bonaventura, *In 4 Sent.,* dist. 24, pars 2, a. 2, q. 4 (de distinctione ordinum); a. 1, q. 1 (de impressione characteris in omnibus ordinibus); Scotus, *In 4 Sent.,* dist. 24, q. unica (Opus Oxoniense), § De tertio articulo (de distinctione ordinum) et § Sed tunc de quarto (de characteribus); *ibid.* (Opus Parisiense), § Quantum ad quartum principale (de distinctione ordinum eorumque divina institutione).

Contra divinam institutionem ac sacramentalitatem inferiorum or-

"Quoad quosdam scriptores Orientales confer infra, p. 415 sq.

"S. Thomas, *Suppi.,* q. 35, a. 2, refert quosdam negantes in diaconatu aut saltem in inferioribus ordinibus imprimi chracterem, sed exhinde non necessario sequitur eos negasse divinam originem aut sacramentalitatem illorum ordinum; eorum enim negatio refertur ad solum effectum characteris non vero ad ipsam naturam sacramentalem.

"Nonnisi tamen breviter ac generali modo quaestionem tangit, quatenus mere statuit, ut quid pacificum, apostolicam originem septem ordinum, nihil ulterius determinando. Cf. *De sacramentis. De sacramento Ordinis,* c. 3, *Opera omnia* (Parisiis 1674) I 530sq.

" L. 4, dist. 24, *Glossa in quatuor libros Sententiarum IV* (Quaracchi 1957) 399 sqq.

dinum, *ipsi sibi obiciunt duas rationes,* alteram ex auctoritate Pseudo-Dionysii *{De eccles. hier.* 5. 5 sq.) numerantis tantummodo tres ordines episcopatus, presbyteratus et diaconatus, alteram ex auctoritate Petri Lombardi dicentis (ex Decreto Gratiani) initio nonnisi tres illos ordines extitisse ac subinde ipsam Ecclesiam ceteros inferiores ordines sibi constituisse. *Primae rationi* respondent Bonaventura et Scotus: Ps-Dionysium in tribus illis omnes ordines tacite comprehendisse; Albertus vero: initio solos tres illos vocatos esse ordines, ceteros vero officia, quamvis et ipsi veri ordines essent; S. Thomas tandem: Pseudo-Dionysium loqui de ordinibus non secundum quod sunt sacramentum, sed secundum quod sunt actiones hierarchicae, ac ideo numerare tres tantum gradus, incluso episcopatu qui non est sacramentum et exclusis inferioribus ordinibus qui tamen sunt sacramentum *{Suppi.,* q. 37, a. 2, ad 1). *Secundae rationi* respondet S. Thomas: Initio Ecclesiae omnes potestates propriae inferiorum ordinum extiterunt implicite in una diaconi potestate, subinde vero Ecclesia explicite tradidit in diversis ordinibus id quod iam implicite habebat in uno ordine, et hoc sensu Lombardus dixit Ecclesiam hos ordines sibi constituisse54; similis est responsio Bonaventurae: Initio Ecclesiae, ordines minores existebant et conferebantur implicite in impositione manuum qua conferebatur ordo superior, subinde vero facta est eorum distinctio sive separatio55; Scotus vero adhuc ad rem nostram explicitius: In primitiva Ecclesia erant omnes ordines immediate iam instituti ab ipso Christo, qui etiam eos in propria persona exercuit, ut docet ipse Petrus Lombardus, sed de facto Ecclesia non usa est omnibus ordinibus sed contulit tantum presbyteratum et diaconatum;

*** *Suppi.,* q. 37, a. 2, ad 2: "In primitiva Ecclesia, propter paucitatem ministrorum omnia inferiora ministeria diaconibus committebantur, ut patet per Dionysium, iii cap. *De eccles. hier.* . . . Nihilominus erant omnes praedictae potestates, sed implicite, in una diaconi potestate. Sed postea ampliatus est cultus divinus, et Ecclesia quod implicite habebat in uno ordine, explicite tradidit in diversis. Et secundum hoc dicit Magister in littera quod Ecclesia alios ordines sibi instituit."**

***In 1 Tim.,* c. 3, lect. 2 (exarato 1259/1265), S. Doctor similiter ait: "In primitiva. . . Ecclesia solum erant tres ordines, ut dicit Dionysius, scilicet episcoporum, presbyterorum et ministrorum; et non dividebantur [scilicet ministri] per diversos gradus, sed omnia erant in uno ordine [diaconatus] propter paucitatem ministrorum et propter novitatem Ecclesiae."**

In opusculo *Contra pestiferam doctrinam retrahentium homines a religionis ingressu* (exarato circa a. 1270), parte 2, c. 22, scribit: "Etsi duo ordines tantum [i.e. episcopi et presbyteri] essent instituti a Domino qui possent praedicare propria auctoritate, posset tamen Ecclesia tertium ordinem statuere praedicatorum, qui propria auctoritate praedicarent, et praecipue Papa, qui habet plenitudinem potestatis in Ecclesia; sicut etiam in primitiva Ecclesia fuerunt soli duo ordines sacri, scilicet presbyteri et diaconi; et tamen postea Ecclesia minores sibi ordines instituit, ut Magister in Sententiis dicit."

***u In 4 Sent.,* dist. 24, p. 2, a. 1, q. 4, ad 3: "In impositione manuum in Ecclesia primitiva ceteri Ordines implicabantur, qui postmodum processu temporis explicati sunt sive explicite et quantum ad verbum et quantum ad signum et quantum ad personas"; idem fere repetit inferius, a. 2, q. 1, ad 3 et 4 *(Opera theologica selecta,* ed. minor, IV [Ad Claras Aquas 1949] 617, 619).**

subinde vero, aucta necessitate ministrorum, Ecclesia introduxit ceteros ordines, non igitur instituendo, sed iam olim institutos tunc conferendo.[56]

Praefata *responsio S. Thomae* de explicatione inferiorum ordinum, facta ab Ecclesia ("Ecclesia quod implicite habebat in uno ordine, explicite tradidit in diversis") *aliquam ambiguitatem redolet,* secus ac responsio Scoti. Potest enim dupliciter intelligi: vel nempe ita quod Christus explicite instituerit tantummodo diaconatum, aut gradum ministerialem in globo, atque implicite ceteros particulares gradus sive participationes illius ministerii; subinde vero Ecclesia, ex potestate sibi a Christo collata, instituerit explicite ceteros illos gradus, veluti frangendo diaconatum, aut praefatum globalem gradum ministerialem; vel ita quod Christus explicite quidem instituerit omnes gradus, sed Ecclesia illis non semper usa est nec in esse applicavit nisi iuxta temporum necessitates, ita ut initio contenta fuerit solo diaconatu, in quo ceteroquin virtualiter continentur omnes potestates inferiorum ordinum, subinde vero introduxerit ceteros ordines quos Christus iam instituerat et Ecclesiae introducendos ac regulandos commiserat. In priori sensu haberetur quaedam mediata institutio inferiorum ordinum per Christum, immediatam vero per Ecclesiam; in altero sensu haberetur immediata institutio per Christum et merus usus, isque liber, per Ecclesiam, ut explicite docet ipse Scotus.

Quidam patroni sententiae negantis sacramentalitatem inferiorum ordinum, occasione huius responsionis S. Thomae, conantur eum trahere ad suam sententiam; ita Pesch: "Auctoritas S. Thomae non minus pro nostra sententia est quam pro opposita" (n. 585, in nota), Huarte: "Plurimi scholastici, quorum tamen auctoritas in contrarium invocari solet explicite fassi sunt eos [ordines] esse institutos ab Ecclesia . . . S. Thomas . . ." *(De Ordine et Matrimonio,* n. 21), Otten (n. 352) et Cappello (n. 91), quibus favet Benedictus XIV scribens:

"*In 4 Sent.,* dist 24, q. unica [Opus Parisiense]: "Ad aliud, cum dicitur quod in primitiva Ecclesia et in veteri lege non erant nisi duo ordines, scilicet diaconatus et sacerdotium, dico quod hoc est falsum, quia in primitiva Ecclesia erant omnes septem ordines instituti a Christo immediate, et illos Christus in persona propria exercuit et omnes illorum, sicut dicit Magister in littera ibi, 'Omnis actus,' etc., quia illorum omnium praecessit figura in veteri Testamento, sicut ibi in cap. 1 'Utilitatem,' etc. In primitiva autem Ecclesia pauci erant adhuc conversi ad Deum, et ideo propter paucitatem illorum credentium sufficiebat tunc paucitas ministrorum in Ecclesia, ut diaconatus et presbyteratus. Medio autem tempore, quando fides Ecclesiae erat multiplicata, Ecclesia multiplicavit ministros et officia, non tunc instituendo ordines, quia omnes prius erant instituti a Christo, sed tunc illos quinque ordines conferendo, quando erat necessarium illos conferre" *(Opera omnia XXIV* [Parisiis: Vivés 1894] 358). Idem dicit in Opere Oxoniensi *(ibid.* XIX 104).

"Ex quo colligitur dubiam saltem fuisse hac in re Angelici praeceptoris mentem" {*De syn. dioec.* 8. 9. 11); ad quod probandum adducunt tres textus supra citatos (p. 385, in nota).

Attamen huiusmodi interpretatio vana esse videtur. Nam in supradictis locis *Supplementi* (ex *Comm. in Sent.),* in quibus directe agit de natura et effectu horum ordinum, S. Doctor clare affirmat illorum sacramentalitatem. In *Suppi.,* q. 37, a. 2, ad 1, significat quod si ordines considerantur ut actiones hierarchicae, sunt tantum tres (episc., presbyt. et diae.), sed si considerantur "secundum quod sunt sacramentum" sunt septem, ut explicatur in toto corpore articuli ubi "ordinis sacramentum" dividitur per septem gradus; ibid., a. 3, explicite ait quemlibet ordinem esse sacramentum: "Ordo sacer dicitur dupliciter. Uno modo, secundum se; et sic quilibet ordo est sacer, cum sit sacramentum quoddam. Alio modo, ratione materiae circa quam habet aliquem actus [seu ratione materiae consecratae]... Et sic sunt tantum tres ordines sacri, scilicet sacerdos, et diaconus . . . , et subdiaconus"; *Suppi.,* q. 35, a. 1, explicite statuit "in omnibus [ordinibus] characterem imprimi" contra quosdam qui "dixerunt quod in sacris ordinibus imprimitur character, non autem in omnibus" (cf. ob. 1 et 2 cum resp.); eadem doctrina proponitur in opusculo *De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis* (exarato a. 1261/1268), nisi quod omittatur mentio characteris, ubi varii ordines exhibentur. Inter tres textus qui in contrarium adducuntur, primus et alter non magnam faciunt difficultatem ac duplici modo explicari possunt, ut supra dictum est (p. 386). Tertius vero, ex opusculo *Contra pestiferam doctrinam* etc. (exarato circa a. 1270), si consideratur solus et absolute, veram affert difficultatem, cum videatur significare minores ordines non ipsum Christum instituisse sed Ecclesiam; attamen imprimis, vix intelligi potest S. Doctorem doctrinam suam tam cito mutasse (non enim magna est temporis distantia inter duo praefata opuscula) idque nonnisi tam incidenter ac transeunter significasse; secundo, in altero opusculo S. Doctor non agit directe de origine et natura ordinum minorum, sed eos tantummodo incidenter assumit ad modum comparationis ut probet Ecclesiam instituere posse aliquid ultra id quod Christus instituit; tertio, haec ipsa comparatio non magis requirit quam ut Ecclesia possit explicite tradere id quod Christus implicite instituit, ita ut verba S. Thomae sic glossari possint: "In primitiva Ecclesia fuerunt soli duo ordines sacri [a Christo explicite instituti], et tamen postea Ecclesia minores ordines [qui nonnisi implicite a Christo instituti erant] sibi instituit [explicite]," quod quidem quadrat cum primo ex obiectis textibus; idque confirmatur ex hoc quod S.

Doctor non dicit: "Soli duo ordines sacri, scilicet presbyteri et diaconi, sunt instituti a Domino," sed "Soli duo ordines sacri, scilicet presbyteri et diaconi, fuerunt in primitiva Ecclesia."

A saec. 14 ad Cone. Trid., eadem sententia communis permansit, etsi ei adversatus fuerit Durandus saec. 14 et alii pauci theologi saec. 16 immediate ante Cone. Trid. (cf. infra, pp. 405-408). Ut paucos tantum nominemus, eam peculiariter defenderunt *saec. 14:* Petrus de Palude, *In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1 (ubi solvit contraria argumenta Durandi); *saec. 15:* Capreolus, *In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1, conci. 2; a. 2, arg. Durandi et aliorum; a. 3, ad argumenta Durandi et aliorum; S. Antoninus, *Summa theol.,* 3 p., tit. 14, c. 16; Biel, *In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1, a. 2; *saec. 16:* Silvester Prierias; J. Maior; Hosius; Nausea; Delphinus; Viguerius; Eck; Gropper; Tapper; Melchior Cano, *De locis theologicis,* l. 3, c. 4, nn. 1—20[67]; Contarini, *De sacramentis Christianae legis et catholicae Ecclesiae,* l. 4, c. 1; M. Ledesma, I et II quartae (in Thomam), q. 36, a. 1; Petrus Soto, *De institutione sacerdotum,* l. 4.

Inter quadraginta sex *theologos minores qui in Concilio Tridentino* de Ordine disseruerunt, fere omnes ex illis tredecim qui quaestionem de ordinibus inferioribus tetigerunt (reliqui 33 de hac quaestione tacuerunt) istorum sacramentalitatem asseruerunt: nonnisi enim unus (Didacus de Paiva) eam negavit, et unus (I-B. Burgos Valentinus) valde ambigue locutus est (cf. infra, p. 408), undecim vero affirmarunt: Federicus Pendasius, Franciscus Sanctius, Ioannes Cavillonius, Vincentius de Messana, Benedictus de Mantua, Theodorus Masius, Ferdinandus Tricius, Andreas Cahnetius, Laurentius de Brixia, Ioannes Gaglio, Melchior Cornelius.[68] Pariter inter *Patres conciliares* maior longe pars sacramentalitatem inferiorum ordinum admittebat vel ei non ambigue favebat. Inter alios, *Tarentinus:* Probetur sacerdotium esse ordinem et exponatur tota hierarchia, incipiendo a summo sacerdote usque ad infimos gradus; *Panormitanus* (cui consentiunt novem alii Patres): Ubi numerantur ordines, significetur hanc sacram

[67] "Si in quaestionem veniat, num minores ordines ... ex traditione apostolorum habeamus ... si in dubium vocetur, an minores ordines subdiaconatus, lectoratus et ceteri ex apostolorum traditione in Ecclesia sint, hunc in modum pervestigabitur: si horum ordinum initium vel a Damaso sit vel a Symmaco vel ab ullo alio seu Pontifice seu Concilio, certe apostolorum traditio non fuit: sin ante quemcumque Pontificem, ante quodeumque Concilium mentio hius rei apud priores habetur, donec ad apostolorum tempus perventum est, tunc demum intelligimus minores ordines ex apostolica traditione fuisse, ut et re vera fuerunt, quoniam non posteriores modo sed Ignatius, ep. 8 ad *Antioch.,* Dionys. 3. cap. *Eccles. hier.,* Clemens in *epist. ad univers.,* Anaclet. in decretis suis, eius rei tanquam in Ecclesia iam acceptae meminerunt" *{Opera theologica* [nova editio, Romae 1900] I 168).

[68] Cf. praecipue hos duos postremos, quorum aliorumque verba habes apud A. Theiner, *Acta genuina ss. oecumenici Concilii Tridentini* (Zagabriae [1874]) II 136-146.

hierarchiam esse a Christo praemonstratam, et ponatur aliqua auctoritas pro minoribus ordinibus; *Caprulanus:* Exprimatur Christum omnes ordines exercuisse; *Interamnensis:* Minores ordines imprimunt characterem; *Assisiensis:* Omnes septem ordines a Christo instituti sunt, et eos etiam Christus exercuit atque adimplevit; *Senogalliensis:* Non placet quod dicatur de inferioribus ordinibus sermonem esse apud Patres et Concilia, nam ita videtur dici eos ordines esse tantum de iure positivo sive ecclesiastico; *Calvensis:* In cap. 2 exprimatur Christum eos ordines per seipsum exercuisse; *Almeriensis:* Minores ordines sunt omnino sacramentum (sed quia multi de hoc dubitant, non est definiendum); *Vestanus:* Minores ordines sunt sacramentum.[89]

Post Cone. Trid. usque ad saec. 19, adhuc multi eidem sententiae adstipulati sunt, in minori iam numero et cum minori firmitate (quatenus nempe plures contenti sunt illius probabilioritatem affirmare). *Saec. 17:* Valentia, *In 3 p.,* disp. 9, q. 1, punct. 1; Estius, qui etsi controversiam dirimere renuat, tamen in uno ac principali loco, i.e. *In 4 Sent.,* disp. 24, § 8, cit. in tom. 1, p. 620, videtur propendere in hanc sententiam (quamvis in alio loco, i.e. *In 1 Tim.* 3. 8, propendat in contrariam); Suarez[00]; Bellarminus, De ordine, l. 1, cc. 7-8, qui hanc appellat sententiam communem[61]; Henriquez; Leander; Bonacina; Granadus; loannes a S. Thoma; Hyquaeus, Comm. in Scotum, *In 4 Sent.,* dist. 24, q. unica, qui loquitur de "communi sententia Scholae"; Isambertus; Silvius; Amicus; Silvester Maurus; Hallier, *De sacris electionibus et ordinationibus,* pars 2, sect. 2, c. 1, a. 1, § 7; Mastrius, *Theologia moralis,* disp. 19, a. 1, qui ait hanc esse sententiam communem[62]; Fagnanus, *In Decretales,* cap. Cum contingat, n. 72; Thomassinus, *Vetus et nova Ecclesiae disciplina,* pars 1, l. 2, c. 30, qui aliquam mitigationem verbalem inducit, a quibusdam posterioribus, ut Einig, Hurter et Forget, tanquam quandam sen-

***u*Ibid. 154, 158, 159, 161, 170, 184, 594, 595.**

M Non scripsit tractatum de Ordine, nec unquam directe de nostra quaestione loquitur; tamen in sequentibus transeuntibus verbis videtur significare se cum communiori opinione sentire: "Sicut [Ecclesia] adiunxit sacris ordinibus inhabilitatem ad matrimonium, ita si expedire iudicaret, potuisset illam addere minoribus ordinibus, quos aliqui putant ab Ecclesia esse institutos, imo etiam posset eam adiungere primae tonsurae, quam constat esse speciem quandam consecrationis constitutivae ab Ecclesia inventam." *(De professione religiosa,* l. 6, c. 17, n. 13, *Opera omnia XV* [Parisiis: Vives 1859] 484).

°"Est . . . valde probabile, etiam hunc ordinem [subdiaconatus] esse sacramentum . . . Haec est communis theologorum sententia, antiquorum et recentiorum, uno Durando excepto et Caietano. . . Absolute . . . probabilior sententia est, quae ordines omnes [etiam minores] sacramenta esse docet. . . Id asserunt veteres Scholastici, Durando excepto."

" "Dicendum est, non tantum Ordinem in genere, sed etiam in particulari unumquemque ordinem ecclesiasticorum esse sacramentum; ita statuimus . . . cum communi ac retinenda theologorum ac canonistarum sententia."

tentiam mediam vocitatam ac cum favore susceptam[63]; Gonet, *De sacr. Ordinis,* disp. 2, a. 1, §§ 2 et 4; Salmanticenses Morales (Andreas a Matre Dei, † 1674), *De Ordine,* c. 1, punct. 1, dub. 1, qui adhuc loquuntur de "communi opinione" (tamen, inferius, c. 4, n. 42, concedunt probabilitatem contrariae sententiae quoad solos ordines minores; propterea a quibusdam auctoribus inepte citantur inter patronos contrariae sententiae). *Saec. 18:* Frassen, *De Ordine,* disp. 1, a. 2, circa finem, Petes 2; Montefortino, *Summa Theol.,* q. 37, a. 2; Gotti, *Theol. scholastico-dogmatica,* t. 3, tr. 12, q. 8, dub. I[64]; Billuart, *De Ordine,* diss. 1, a. 3, qui adhuc loquitur de sententia communiori; Berti; Collet; Chardon, *Histoire des sacrements, Ordre,* p. 1, chap. 1; De Rubeis; Wirceburgenses (Holtzclau, † 1783), *De Ordine et Matrimonio,* diss. 1, c. 2, a. 3, qui fatentur quod, quamvis haec sententia sit fere omnium Thomistarum et Scotistarum, tamen "complures recentiores" eam reiciunt. *Saec. 19,* pauci sunt qui huic sententiae adstipulantur: C. Schneider; Glossner; Fr. Egger, *Enchiridion theologiae dogmaticae specialis* (ed. 8, *Brixinae* 1915) 935, 956; De Augustinis, *De re sacramentaría, De Ordine,* a. 6, qui loquitur de sententia probabiliori; Hurter, *Theol. dogm. compendium* (ed. 7, Oeniponte 1891) III 534, qui mediam positionem assumit declarans quod "utramque sententiam negantem et affirmantem conciliare forte licebit, si dicamus cum Thomassino . . . [Citat verba istius, supra relata]."

Nostro saec. 20, haec sententia novellum favorem acquisivit apud plures theologos optimae notae, quamvis antiquum suffragium ac firmitatem resumere nequiverit, ita ut adhuc minus communis permanserit. Eam cum maiori vel minori asseverantia defendunt sequentes praesertim theologi,[65] quorum fere omnium verba mox referemus:

" "Certum definiri non potest tempus quo primum coeperint singuli Ordines hi minores. Nihil autem probabilius, quam, veluti quasdam portiones esse diaconatus, aliis aliisque temporibus et necessitatibus ab eo decerptas. Quamobrem aliquo sensu, eoque vero, recte dixeris minores Ordines in fonte suo ac origine, id est, in diaconatu, unde tanquam rivuli scaturierunt, institutionis esse divinae. Ministerii enim sacerdotalis partes et segmenta sunt, quod totum ac plenissimum est in diaconatu" (ed. Lugduni 1706, p. 310).

*** "Dupliciter dici potest subdiaconatum et ceteros minores ordines a Christo in*stitutos fuisse. Uno modo explicite, distincte et in particulari; alio modo implicite solum et in generali, instituendo scilicet explicite et in particulari ordinem illum, in quo ceteri, ut ei subservientes includerentur, relinquendo ut Ecclesia singulos in eo inclusos in particulari distingueret. Primo ergo modo, Christus instituit sacerdotium, ad quem omnes ordines ordinantur, et diaconatum, in quo ut in proximo et immediato ad sacerdotium ministerio, cetera inferiora ministeria implicite continentur. Secundo vero modo alios inferiores ordines instituit ut inclusos in superiori, quos Ecclesia particulariter distinxit."**

*** Plures doctores, ut Sasse, Fei, Vermeersch, Prümmer, Abárzuza, a dirimenda quaestione abstinent et utramque opinionem probabilem dicunt. Attentis autem, tum modo quo loquuntur tum historica circumstantia praevalentiae negativae sententiae, non inepte quis in eis videt velatum favorem pro affirmativa.**

Einig (ambigue loquitur, assumens praefatam explicationem Thomassini et Hurter), Paquet (id docet ut saltem probabilius), Billot (ut probabilius sive conformius documentis Ecclesiae), Tanquery (ut probabilius), Lottini,[88] Mancini,[87] Bucceroni (ut valde probabile quoad subdiaconatum, ut probabilius quoad ordines minores), Roberkof (ut probabilius) Forget (ut probabilius), Hugon (decisive), Hugueny (decisive), Galtier (consentit cum Billot), Lépicier (ut probabilissimum, et de quo vix ambigi possit), Minges[88] (decisive, ad mentem Scoti), Périnelle (decisive), Périnelle-Boisselot (decisive), M. Bauerle de Neukirch (ut probabilius), Pegues (decisive), Gerlaud (satis decisive), Lahitton (ut probabilius), Merkelbach (ut probabilius), Van Noort-Verhaar (favet, ut patet ex contextu),[89] Tymczak (ut longe probabilius et certius), Zubizarreta (ut probabilius), Ferland (ut probabilius), Daffara (ut probabile ac favens maiori aestimationi ordinum inferiorum), Gigon (decisive), Audet (decisive), De Beaucourt (decisive), Denis (ut vere probabile ac documentis Ecclesiae conformius), Thomas (decisive), Henry (decisive), Campo (ut probabilius), Journet (quatenus peregrine docet ordines inferiores fuisse probabiliter sacramentales in latina ecclesia tempore praeterito, puta usque ad a. 1947, quando Constitutio Pii XII eos reduxerit ad statum merorum sacramentalium).

P. EINIG: "Haud immerito dici poterit, hos ordines comprehenso subdiaconatu quasdam esse diaconatus portiones aliis aliisque temporibus et necessitatibus ab eo decerptas, ita ut in fonte suo, sc. in diaconatu unde veluti rivuli scaturierint, divinae institutionis atque adeo sacramenta esse merito dici possint, quamvis in se ipsi sacramentalia potius sint quam sacramenta."[70] Est eadem mitigata sententia Thomassini et Hurter, aggravata per ambigua ultima verba de sacramentalibus.

A. A. PAQUET: "Non solum presbyteratus, sed et diaconatus certo sacramentum dici debet; imo probabiliter etiam subdiaconatui et minoribus ordinibus convenit ratio sacramenti . . . 3a pars de subdiaconatu et ordinibus minoribus sententiam saltem probabiliorem promit. Etenim haec sententia magis consentanea est declarationibus Conciliorum."[71]

L. BILLOT, S.J.: "Participatio sacramenti Ordinis est etiam in subdiaconatu, imo in quatuor minoribus ordinibus. — Huc facit primo decretum pro Armenis. . . Huc praeterea facit. . . Tridentinum. . . Non igitur multum aberrabit quisquis dixerit magis consentaneam Conciliorum determinationibus doctrinam quae tenet alios quoque gradus diaconatui inferiores partem potestativam esse huius sacramenti, atque ideo singulas ordinationes characterem imprimere et conferre gratiam.

[70] ***Institutiones theologiae dogmaticae specialis*** **III 459 sq.**
[71] ***Theologia dogmatica*** **IV 289.**
[72] ***I. D. Scoti doctrina philosophica et theologica*** **(Ad Claras Aquas 1930) II 673.**
[73] ***Tractatus de sacramentis*** **II (ed. 2, Hilversum 1940) 145 sq.**
[74] ***Institutiones theologiae dogmaticae. Tractatus de sacramentis,*** **pars 2 (Treveris 1901) 160.**
[75] ***Commentaria in Summam Theologicam S. Thomae — De sacramentis*** **(secunda pars) (Quebeci 1903) 272-274.**

Ad difficultatem autem petitam ex hoc quod minores ordines non semper fuenmt saltem in eodem numero, imo quod in Ecclesia graeca nullus est minor ordo praeter lectoratum, (si verum est id omne quod ibi asseritur) : responderi potest, omnes ordines inferiores semper fuisse implicitos in supremo ordine ministrorum, id est in diaconatu; caeterum relictum fuisse dispositioni Ecclesiae ut decerneret explicitant eorum collationem in parte vel in toto, prout expedire videretur."72

A, TANQUERY: "Alii . . . [theologi] cum S. Thoma, fere omnibus Scholasticis et Thomassino, putant hos ordmes in fonte suo, seu in diaconatu, institutionis esse divinae, et Christum Ecclesiae potestatem reliquisse dividendi diaconatum in varios inferiores ordmes quibus gratia conferri posset. Quam opinionem, olim inter Scholasticos communem, tamquam probabiliorem amplectimur."73

I. BUCCERONI, S.J.: "Quod subdiaconatus valde probabiliter, et minores ordmes etiam sint singuli probabilius sacramenta deducitur ex Flor. Decr. pro Arm. . . Simile argumentum confici potest ex Trid."74

J. ROBERKOF: "Voilà rapidement, il est vrai, mais bien fidèlement, il nous semble, exposées les deux thèses adverses touchant la sacramentalité du sous* diaconat; nous n'avons pas caché notre pensée personnelle. Certes, l'opinion scolastique nous sourit davantage; cependant, remarquons en finissant que si nous concluons avec nos maîtres que le sous-diaconat est un sacrement, c'est une manière catégorique ou plutôt rapide d'exprimer la chose; il serait préférable de dire que le sous-diaconat participe à la nature de sacrement; il est sacrement, comme dit Lottini, 'participative.' Par cette remarque importante, nous laissons intact le septénaire sacré.' "78

J. FORGET: "Les deux conciles oecuméniques de Florence et de Trente semblent appuyer très sérieusement cette manière de voir. . . Il y a semble-t-il, moyen de concilier, avec Thomassin . . . les deux sentiments [i.e. duas oppositas opiniones] : c'est de considérer comme des démembrements successifs du diaconat tous les ordres qui lui sont inférieurs."76

P. GALTIER, SJ.: "Au sujet du sacrement de l'ordre en particulier, il est manifeste que les deux conciles [de Florence et de Trente] professent la même doctrine. L'un et l'autre considèrent comme sacrements, des ordinations [i.e. le sous-diaconat et les ordres mineurs] où n'intervient à aucun titre l'imposition des mains et où l'on ne saurait assigner d'autre matière que la tradition des instruments . . . [La] définition [de Trente] vise aussi directement, sinon surtout, les ordres inférieurs au diaconat. Nous n'entendons pas affirmer pour autant qu'il soit de foi que ces divers ordres soient eux aussi des sacrements. . . Ici encore, les discussions qui, depuis le concile de Trente, ont pu se poursuivre librement dans l'Eglise touchant cette question, obligent à admettre que ce canon n'a pas été compris au sens strict d'une définition de foi. . . Comment et dans quel sens le sacrement ainsi entendu peut-il néammois être dit institué immédiatement par le Christ, on peut le voir dans les théologiens qui, comme saint Thomas, *Sum. theol.,* iii* *Suplem.,* q. xxxvii, a. 2, enseignent cette doctrine; ce n'est pas ici le lieu d'insister là-dessus. Il suffit d'avoir montré l'accord parfait de doctrine que l'on constate entre les deux conciles de Trente et de Florence. En reconnaissant l'un et l'autre un sacrement dans des ordinations d'où est totalement absente l'imposition des mains, ils achèvent de mettre en lumière à quel point ce rite, pour ancient et constant qu'il soit dans l'Eglise, a cessé d'y être considéré pour

n *De Ecclesiae sacramentis* **II (ed. 7, Romae 1930) 283 sq.**
n *Synopsis theologiae dogmaticae* **III (ed. 22, Romae 1921) S65 sq.**
"*Institutiones theologiae moralis* **II (ed. S, Romae 1908) 336 sq.**
w**"Le sous-diaconat est-il un sacrement?,"** ***Revue augustinienne XV*** **(1909) 105.**
'· **"Exorciste,"** ***Dictionnaire de théologie catholique N-2*** **(Paris 1913) 1783 sq.**

l'Occident comme matière propre du sacrement de l'ordre. Contre la pensée de l'Eglise ainsi manifestée, il n'y a pas de théorie systématique et *a priori* qui puisse prévaloir."[77]

E. HUGON, O.P.: "Subdiaconatus et singuli Ordines minores sunt sacramenta vera, partialia tamen, quae ad unum integrum sacramentum referuntur . . . [Sz *obiciatur]:* Deest institutio a Christo facta. Ergo deest ratio sacramenti. — *Resp.:* Dist. antecedens: deest institutio a Christo facta in specie et seorsim pro singulis, concedo; facta in institutione totius, nego, et nego conseq. — Quum Ecclesia possit aliquid determinare de materia specifica, sufficit ut illi ordmes contineantur in toto et cum ipso toto fuerint instituti; sicut diaconatus non videtur institutus a Christo separatim, sed in ipsa institutione sacerdotii. Quemadmodum qui dat viginti libellas in imo nummo aureo censetur dator singularum libellarum quae postea dividuntur; ita Christus censetur auctor singulorum ordinum instituendo totum, nempe sacerdotium, licet postea Ecclesia, pro temporum opportunitate, in plures ordines diviserit; sicut Apostoli iam in illo toto diviserant diaconatum, presbyteratum, episcopatum. — Singuli porro ordines sunt sacramenta partialia, quae ad unum integrum sacramentum ordinantur. . . Quapropter concludimus cum Eminentissimo Billot [recitat verba Billot supra relata].. ."[78]

A. H. M. LEPICIER, O.S.M.: "Probabilissime . . . tenetur subdiaconatum necnon quatuor minores ordines . . . sacramenti rationem participare. . . Vix ambigi potest subdiaconatui et ordinibus minoribus vere inesse sacramenti rationem, maxime si prae oculis habeantur Conciliorum Florentini atque Tridentini verba. . . Quo autem plenius haec veritas attingatur, advertendum est totam ordinis plenitudinem, ut docet S. Thomas, in sacerdotio contineri: non hoc sensu, ait Silvius, quod gratia et character in eo solo reperiatur, sed quia in aliis ordinibus gratia et character sunt quaedam participationes effectuum qui sunt in sacerdotio, quatenus referuntur ad ministerium superioris ordinis. Quocirca, nec Christus per seipsum, nec Apostoli initio Ecclesiae statim ordinaverunt distinctas a diaconis personas, quae ministerio inferiorum ordinum fungerentur: unde, propter fidelium paucitatem, omnia illa officia diaconis committebantur. Crescente autem, non diu post Ecclesiae exordia, fidelium communitate, inferiora ministeria separatim collata sunt, et in distinctos ministros distributa; unde non tunc de novo instituti sunt illi ordines, sed qui prius per unum administrabantur, coeperunt singulis distribui. . . Igitur, quaestioni utrum Christus an Ecclesia ordines presbyteratu inferiores instituerit, respondendum est cum distinctione: nimirum, eos utique directe et per se instituit Christus, prout virtute continentur in presbyteratu; prout autem singillatim et distincte explicati sunt, eos instituit Ecclesia."[70]

J. PERINELLE, O.P.: "Rejeter la sacramentalité des ordres inférieurs apparaît comme un expédient théologique assez arbitraire. Peut-on adopter cet expédient sans regret ni malaise quand on connaît la simple et puissante synthèse de saint Thomas sur le sacrement de l'Ordre?"[80]

"Comment s'étonner . . . qu'au-dessous d'une dignité si sublime [du sacerdoce] et à son service, toute une hiérarchie d'ordres moins élevés ait trouvé place? . . .

'"Imposition des mains," *Dictionnaire de théologie catholique* V1II-2 (Paris 1923) 1418-1420.

***n Tractatus dogmatici* III (ed. 14, Parisiis 1948) 699-702. Idem repetit in "Etudes récentes sur le sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* XXIX (1924) 487-490. In posteriori articulo "Autour du sacrement de l'Ordre," *ibid.* XXXI (1926) 266, rediens breviter ad eandem quaestionem, concludit: "Nous resterons fidèle à la doctrine de saint Thomas, qui est aussi celle du concile de Florence, celle du Pontifical Romain et donc celle de l'Eglise Catholique."**

***n Tractatus de sacramento Extremae Unctionis et de sacramento Ordinis* (Romae 1928) ISS, 160, 161, 164; cf. 16S, in nota.**

'"'La doctrine de S. Thomas sur le sacrement de l'Ordre," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XIX (1930) 2S0.

Sainte hiérarchie où le Christ exerce ses prêtres et les forme aux vertus de leur sublime office. . . . Ainsi l'a exigé le progrès de l'Eglise. La Cène, en son incomparable sublimité, avait été toute simple. Mais il était normal que la messe, destinée à la renouveler, devînt une liturgie plus ample et plus solennelle. . . En dehors même de la liturgie eucharistique, la préparation des fidèles comportait une oeuvre immense d'enseignement et de purification. . . Ainsi naquirent, à partir de la divine simplicité de l'Apostolat primitif, les six ordres de 'ministres.' Ce développement se produisit peu à peu et comme en deux étapes: les Apôtres instituèrent les diacres, puis l'Eglise confia explicitement à différents ordres ce qu'elle possédait implicitement dans le diaconat. . . A l'heure actuelle les diacres et leurs auxiliares 'ne battent plus les mers.' Il demeurent fort paisiblement dans les Grands Séminaires et n'apportent plus guère aux prêtres d'aide active: les raisons 'de service,' qui avaient amené leurs institutions, ont rapidement perdu de leur force. Et cependant ce serait une grave erreur de penser que ces ordres de ministres n'ont plus de valeur. La diminution de leur rôle actif n'a pas supprimé tous leurs avantages et le concile de Trente a proclamé la portée permanente de leur existence. Degrés nécessaires à franchir pour s'élever jusqu'au sacerdoce, ils en sont comme le noviciat, l'école d'apprentissage, et *y* préparent très efficacement par la grâce qu'ils confèrent."[81]

MICHAEL BÄUERLE A NEUKIRCH, O.F.M.Cap.: "Si aliqualem solutionem theologicam in hac controversia invenire volumus ante omnia necesse est facere distinctionem inter *Sacramentum* Ordinis et *officium* seu *potestatem* Ordinis ut talis. Certum est enim Ecclesiam non posse instituere Sacramentum vere dictum et proprie, i.e. ritum externum significantem et conferentem gratiam sanctificantem ex opere operato, quia Sacramentum institutione per Christum indiget, sicut omnes theologi probant. Ecclesia vero habet sine dubio potestatem determinandi officium seu Ordinis potestatem, quae ex Sacramento Ordinis emanat. Hoc dico non de sacerdotio, sed tantum de Sacramento et officio seu de *ministerio* Diaconatus et Subdiaconatus. . . Existimo ergo meo iudicio hoc: Ecclesia in primo saeculo vel in secundo tantum Diaconorum ministerium determinavit, hoc Sacramentum vero ut tale institutum est a Christo ipso. Dico ergo unum Sacramentum ministerii, sed diversa officia. . . Dico ergo hoc: Ecclesia non alia Sacramenta, sed alios Ordines sibi instituit; hoc est per *unum* et *idem Sacramentum* et diversis ordinationibus *diversa ministeria* tradidit. In hac explicatione a S. Thoma facta, nostra distinctio inter Sacramentum et ministerium eius saltem quoad Diaconatum solidum fundamentum habet. Ex hac nova nostra distinctione patet satis, quod Sacramentum ministerii non ab Ecclesia, sed a Christo sit institutum, ministeria vero ab Ecclesia per diversas ordinationes determinata sunt. . . .

"*Obiectio.* . . luxta hanc solutionem idem Sacramentum sacri ministerii in Ecclesia Graeca ter dispensatur scii. Lectoratus, Subdiaconatus et Diaconatus. In Ecclesia Latina hoc Sacramentum ministerii sexies dispensatur, scilicet quatuor Minores, Subdiaconatus et Diaconatus. Atqui in unaquaque dispensatione alia materia et alia forma adhibentur. Ergo non est unum idemque Sacramentum ministerii, sed in Ecclesia Graeca tria diversa, in Ecclesia Latina vero sex Sacramenta ministerii diversa, A Christo autem unum tantum Sacramentum ministerii sacri institutum est, non vero sex talia Sacramenta. Ergo solutio haec nova nihil valet. *Respondeo breviter:* Concedo a Christo tantum imum Sacramentum institutum esse ad haec diversa ministeria sacra; sed diversitas materiae et diversitas formae non faciunt hic diversa Sacramenta, quia referuntur tantum ad officia vel ministeria diversa, non ad Sacramentum ministerii ut tale. Substantia materiae et formae in Diaconatu, et Subdiaconatu, immo etiam in quatuor Ordinibus Minoribus est eadem: impositio seu porrectio manuum ab Episcopo

"*Le sacerdoce* (Paris [1936]) 57 sq., 65 sq., 69 sq. Idem repetit in "Six ordres de 'ministres' préparent au sacerdoce" [par Périnelle et Boisselot], *La vie spirituelle* XXXI (1932) 236-239.

facta. Porrectio vero libri vel instrumentorum diversorum refertur ad ministeria diversa. Hoc patet esse ritu Graeco, nam in ordinatione ad Diaconatum iuxta ritum Graecum etiam forma ad Ostiariatum utitur simul cum forma pro Diaconatu. Diversitas ergo formae refertur ad officium seu ministerium expressum et collatum; substantia vero formae est in omnibus sex ordinationibus essentialiter eadem, nempe expressio circa Sacramentum sacri ministerii. Ergo non sunt sex Sacramenta diversa in Ecclesia Latina neque tria Sacramenta ministerii sacri diversa in Ecclesia Graeca, sed est unum Sacramentum sacri ministerii tantum a Christo institutum in Ecclesia Graeca et Latina."[82]

T. PEGUES, O.P.: "Au corps de l'article ***[Suppl.,*** q. 35, a. 2], saint Thomas répond que 'sur ce point, il y a une triple opinion. — Quelques-uns, et effet, ont dit que le caractère est imprimé dans le seul Ordre sacerdotal. . . D'autres ont dit que le caractère est imprimé dans les Ordres sacrés, mais non dans les Ordres mineurs. . . [Puisque] le caractère est un certain signe qui distingue des autres, il faut que le caractère soit imprimé en tous les Ordres. On a un signe de cela dans le fait qu'ils demeurent toujours et qu'ils ne sont jamais réitérés. Et cette opinion est la troisième, qui est la plus commune.'—-Beaucoup de modernes, parmi les théologiens et les canonistes, voudraient revenir à la deuxième opinion, sinon même à la première. L'argumentation de saint Thomas, ici, est péremptoire. Et il n'y a aucune raison de ne pas s'y tenir purement et simplement. . . Aucun doute n'est pas possible pour saint Thomas: tous les Ordres, depuis l'Ordre des portiers jusqu'à celui de la prêtrise, impriment un caractère dans l'âme. Tous, en effet, ont raison de sacrement et de sacrement dans lequel est conféré au sujet qui le reçoit, une vraie puissance spirituelle ayant trait à l'administration des sacrements et même du plus grand de tous qui est l'Eucharistie."[83]

J. GERLAUD, O.P.: "L'Eglise Orientale, au dessous de l'épiscopat ne compte que cinq ordres . . . ; l'Eglise romaine au contraire en reconnaît sept . . . ; que l'on rencontre l'un ou l'autre courant, on doit admettre que le nombre établi peu à peu fut l'objet de nombreuses hésitations. En Occident ***chantres*** et ***fossores*** n'ont ils pas eu leur place marquée dans la hiérarchie ecclésiastique? Le texte le plus ancien qui témoigne de la situation hiérarchique des Ordres inférieurs au diaconat n'appartient qu'au milieu du troisième siècle; c'est une lettre du pape Corneille décrivant l'Eglise de Rome. En Orient, les officiers inférieurs de tout genre sont également multipliés, les uns parfois élevés au rang du clergé pour en être ensuite exclus, d'autres toujours écartés. A l'âge apostolique, à côté des épiscopes, on ne voit que les diacres établis par les apôtres pour le service des églises et l'on sait comment les murmures des Hellénistes furent l'occasion de leur institution (Actes 6. 1-7.). Ne semble-t-il pas que ces fluctuations effacent le caractère sacré que l'on attribue au septénaire des ordres? Dans les ordres subalternes qui naissent avec les diverses circonstances de la vie ecclésiastique, peut-on reconnaître une note sacramentelle, puiusqu'il est de la nature d'un sacrement d'être institué par le Christ?

"Le fait historique est évident: Le Christ, à la cène, a institué le sacerdoce; l'Evangile ne trahit aucune autre intervention du Seigneur pour créer le cadre hiérarchique dont le presbytérat est le sommet; toutes les paroles et tous les gestes de Jésus ne sont certes pas rappelés dans nos quatre évangiles, mais la tradition ne semble pas se recommander de l'autorité du Christ pour établir l'un ou l'autre des offices sacerdotaux. Conclure immédiatement de ce fait que les ordres inférieurs ne sont pas des sacrements, que le septénaire hiérarchique n'est qu'un cadre extérieur dont une vertu réellement sacerdotale n'informerait pas tous les degrés, serait abusif; en cette matière, le dernier mot n'est pas à l'his-

[83] **"Nova controversiae solutio de subdiaconatu ac de quatuor ordinibus minoribus,"** ***Estudis Franciscans*** **XLII (1930) 20 sq., 27 sq.**

u Commentaire français littéral de la Somme Théologique XX **(Toulouse 1931) 24 sq.**

torien: à lui de livrer le fait tel qu'il l'a rencontré, au théologien de l'expliquer à la lumière de la foi.

"Le Concile de Trente enseigne que la hiérarchie de l'Eglise catholique établie de droit divin comprend les évêques, les prêtres et les ministres; la proposition est de foi (Loc. cit. can. 6). Ce Concile désigne par un terme général le dernier échelon hiérarchique, n'ayant pas jugé opportun de prendre position en un problème non assez mûri, encore trop agité dans la théologie. Les ministres sont au moins les diacres, les premiers dans le ministère; de leur institution il faut donc dire qu'elle est de droit divin bien qu'en fait l'initiative en appartienne aux apôtres. Mais ces *Ministres* ne sont-ils que les diacres? Le Concile se tait; à la théologie d'essayer une interprétation, le problème soulevé se présente entier avec des solutions diverses. Pour nous, il nous semble difficile de ne pas étendre ce terme à tout ce qui compose le *ministère* de l'Eglise. Dans un canon précédent et dans le 4e chapitre définissant la hiérarchie ecclésiastique, le Concile range dans le sacerdoce, non seulement l'Episcopat, le presbytérat, mais aussi les *autres* ordres, majeurs et mineurs. Ces ordres portent en eux, comme les premiers, bien qu'à un titre moindre, le reflet de la dignité sacerdotale; ils sont comparés à des degrés qui conduisent au sacerdoce. Mais une relation si intime, affirmée entre ces ordres subalternes et l'ordre principal du sacerdoce, n'oblige-t-elle pas à conclure qu'une réalité commune se retrouve en tous, celle qui relie les parties au tout: le sacerdoce même du Christ? Cette vue devient plus plausible si elle est rapprochée de l'instruction donnée aux Arméniens par le Concile de Florence. Ce décret formule toute la doctrine générale des sacrements et celle qui est particulière à chacun d'eux. . . Manifestement ce décret présente le sixième sacrement comme un tout dans lequel se distinguent divers ordres ; presbytérat, diaconat, sous-diaconat et autres ordres; chacun de ceux-ci participe à la dignité sacramentelle, comme il concourt à la perfection du sacrament total; aussi à chacun, aux ordres inférieurs comme au presbytérat, une forme et une matière sont-elles assignées. Cette exégèse s'impose; pour éluder la conclusion on ne peut que recourir à un argument extrinsèque: refuser au décret une autorité doctrinal. Qu'il suffice pour répondre de reproduire ici la conclusion solidement étayée du P. de Guibert (dans le II bulletin de littérature ecclésiastique (1919) ... 'Si ce document ne prend pas rang parmi les définitions de foi proprement dites, son autorité est telle qu'aucun titre ne semble permettre de s'y soustraire; ainsi d'ailleurs fut-il reçu au Concile de Trente où les présidents ne permirent pas qu'on en contestât le caractère conciliaire et où en matière sacramentaire il fut une norme à laquelle on se référa?

"Cette conclusion d'autorité n'en laisse pas moins une ombre qu'il faut maintenant dissiper. Il est essentiel à tout sacrement d'être institué par le Christ; de pareille institution nulle trace ne nous apparaît en ce qui concerne le diaconat aussi bien que les ordres subalternes. C'est tout le problème de l'institution immédiate des sacrements par le Christ et du pouvoir de l'Eglise en cette matière, force nous est donc d'en rappeler brièvement les donneés.. .

"L'histoire nous rapporte des modifications multiples en matière sacramentaire, spécialement en ce qui concerne le sacrement de l'Ordre; nous tenons déjà la clef de l'énigme. A la Cène, le Christ a institué le sacerdoce auquel il a confié le double pouvoir de consacrer son Corps réel et de sanctifier son corps mystique. Si l'eglise ne peut constituer un sacerdoce nouveau, elle a autorité pour déployer la richesse du sacerdoce et pour le répartir en des sujets divers. Explicitation n'est point addition . . . l'Eglise ne crée pas en dévidant la vertu sacerdotale, contenue dans le sacerdoce premier institué par le Christ; ce sacerdoce était gros de la perfection maintenant exploitée. ... Au gré de . . . circonstances, bien que sous l'impulsion de l'Esprit, le diaconat et les diverses formes de ministère, ont donc pu apparaître

tributaires à des degrés divers du sacerdoce de la Cène, sans que celui-ci soit scindé ni profondément modifié.”“4

J. LAHITTON: “Probabilius dicitur subdiaconatum, et quatuor alios ordines minores habere rationem sacramenti et characterem imprimere. . . . Quoad difficultates ex historia petitas, notandum: a) Christus explicite non determinavit nisi de episcopatu, presbyteratu et diaconatu; hinc tres illae potestates apparent solae in primitiva Ecclesia, b) Christus reliquit Ecclesiae potestatem dividendi diaconatum in diversos ordines, quibus distribuerentur multiplicia diaconatus munera, seu ministeria. Haec divisio et distributio pro opportunitate temporum facta est. Hinc recte S. Thomas (q. 37, a. 2, ad 2) ‘In primitiva Ecclesia, propter paucitatem ministrorum, omnia inferiora ministeria diaconis committebantur. . . Nihilominus erant omnes praedictae potestates, sed implicite, in una diaconi potestate. Sed postea ampliatus est cultus divinus; et Ecclesia, quod implicite habebat in uno ordine, explicite tradidit in diversis?

“*Note.* Il est donc vrai que les ordres mineurs sont, en un sens, d’institution ecclésiastique; c’est bien l’Eglise qui a créé cette distribution d’offices et de pouvoirs; mais il est plus vrai encore de dire qu’ils sont d’institution divine; car tous ces offices, tous ces pouvoirs, viennent du Christ, qui les a tous résumés dans le seul diaconat, en laissant à l’Eglise le soin de les développer en plusieurs ordres distincts, selon que les circonstances le permettraient. Et qui ne voit combien cette doctrine nettement thomiste est de nature a rehausser la noblesse des fonctions des ordres, dits mineurs? Pour qui s’est bien pénétré des vues du saint Docteur sur le caractère sacramentel, celui qui agit en vertu d’un caractère agit comme instrument du Christ, et c’est bien le Christ qui agit par lui. . . . Et donc, quand le prêtre dit: ‘Hoc est corpus meum,’ Jésus Christ lui-même, en personne, prononce ces paroles par son prêtre. Quand le diacre, comme tel, distribue la sainte communion, c’est Jésus Christ lui-même qui, par lui, se donne à ses fidèles, comme il s’est donné en nourriture, de ses propres mains, aux premiers communiants du cénacle. Il en va de même de toutes les fonctions des ordres *in ordine ad sacrificium eucharisticum.* Il n’est pas jusqu’au plus humble des ordres mineurs, jusqu’à l’ostiaire, qui ne doive se dire: ‘Quand j’ouvre la porte du temple du Seigneur aux fidèles qui viennent assister au divin sacrifice, c’est le Christ en personne qui daigne se servir réellement et actuellement de mon âme, de mes mains, pour remplir cet office. Il n’y a que lui qui puisse dire, de plein droit, aux fideles, et il le dit par mon humble office: entrez; je vous convie au sacrifice de mon corps et de mon sang, et je vous invite à ma table eucharistique.”86

B. H. MERKELBACH, O.P.: “Omnes ordines probabilius sunt sacramenta, sed non constituunt nisi unum Ordinis sacramentum. — Est sensus obvius Cone. Flor, et Trid.”80

A. TOMCZAK suas conclusiones sic breviter resumit: “In fine resumimus supra dicta distinguendo, quid a Christo, quid vero ab Apostolis et Ecclesia, quid denique ex evolutione historica procedat, nempe:

“1. Christus instituit ministros in genere sacramenti Ordinis ac extensionem potestatis ministerialis itemque ritum Ordinationis (generice) determinavit.

“2. Christus Apostolis plures ministros ordinare praecepit, eisque conferre sive plenitudinem potestatis ministerialis, sive eius partem. Non tamen determinavit,

M *L’Ordre* **(“Saint Thomas, Somme Théologique,” Paris 1931) 206-212. Cf. “Le ministre extraordinaire du sacrement de l’Ordre,” *Revue thomiste* XXXVI (1931) 876, 885.**

*** *Theologiae dogmaticae theses* IV (Paris 1932) 239 sq.**

*** *Summa theologiae moralis* III (ed. 3, Paris 1939) 702.**

qualis pars huius potestatis singulis ministris inferioribus competere debeat, sed hoc Apostolis et Ecclesiae determinandum reliquit. Hinc Christus diaconos explicite, Ordines minores implicite instituit.

"3. Apostoli primitus ordinabant solos ministros plena potestate ministeriali praeditos i.e. diaconos. Discipulis suis vero tradiderunt Christi voluntatem conditionatam crescente fidelium numero ordinandi etiam ministros inferiores.

"4. Ecclesia primaeva (Apostolorum discipuli) ordinando ministros inferiores singulis quasdam functiones commisit et extensionem potestatis singulorum determinavit, sicque diaconatum divisit. Conformiter autem ad divisionem potestatis diaconatus Ecclesia primaeva divisit etiam materiam, circa quam potestas diaconi exercebatur eamque explicite tradidit ut materiam, per quam singuli Ordines minores conferuntur. Hinc Ordo summorum ministrorum i.e. diaconorum una cum Ordine sacerdotii, episcopatu et presbyteratu, ad vitam Ecclesiae necessarius est necessitate praecepti divini absoluti (necessitas medii); Ordines vero diaconatui inferiores necessarii sunt necessitate praecepti divini conditionati i.e. dependenter a necessitate et determinatione Ecclesiae.

"5. Evolutio historica Ordinum minorum secum fert circumstantias extemas, quae fuerunt occasio introductionis ministrorum inferiorum, ut sunt: evolutio cultus Ecclesiae, crescens fidelium numerus, unde paucitas diaconorum non sufficiebat; studium praeparandi in gradibus inferioribus ministros ad sacerdotium. Evolutionem subierunt nomina Ordinum minorum et functiones, quae modo huic modo alteri Ordini commissae fuerunt iuxta determinationem Ecclesiae. Extra evolutionem vero est ipsa potestas sacra, quae in diaconatu ab ipso Christo immediate descendit?*

Inferius auctor sic generalius concludit: "Resumendo expositam doctrinam concludimus:

"1. Ad mentem S. Thomae consideramus, Ordines minores tamquam successivas divisiones diaconatus, in quo communi fonte sunt originis et institutionis divinae. Materia circa quam exercetur potestas Ordinis, ab Ecclesia determinata est ad materiam, per quam potestas traditur. Ideo Ordines minores tamquam partes potestativae a diaconatu derivatae sunt sacramentales i.e. ex opere operato producunt gratiam correspondentem sacrae potestati singulorum.

"2. Haec sententia conformis apparet cum factis et textibus historicis etiam antiquissimis, cum constanti doctrina theologorum, praesertim S. Thomae, cum declarationibus Concilii Florentini et Tridentini.

"3. Ex alia parte evolutio historica isti sententiae non contrariatur, siquidem bene explicatur, quomodo initio Ordines minores ignorabantur et postea successive, licet non constanti modo, introducebantur; cur non idem est numerus eorum in Oriente et Occidente. Sic sufficienter — putamus — difficultates omnes solvuntur.

"Ideo prae opinione negante sententia affirmans apparet nobis longe probabilior et certior et traditionalis."[87]

V. ZUBIZARRETA, O.Carm.Exc.: "Subdiaconatus et quattuor ordines minores probabilius sunt sacramenta sub uno diaconatu. . . Merito adserit Van Noort-Verhaar hanc doctrinam esse conciliis magis consentaneam."[88]

***" Quaestiones disputatae de Ordine. Historico-dogmatica disquisitio de ordinibus minoribus nec non de quaestionibus connexis* (Presmiliae 1936) 290 sq., 317. Eandem materiam auctor iterum breviter exposuit ac defendit in "Quaestiones disputatae de Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XL (1937) 543-562, in responsionem ad criticam sui operis, factam a G. M. Perrella, "Il decreto di Eugenio IV pro Armenis relativo al sacramento dell'Ordine," *ibid.* XXXIX (1936) 481-483; LX (1937) 563 sq. Tymczak theoriam refutavit etiam Diekamp, *Theologiae dogmaticae manuale* IV (ed. A. Hoffmann 1946) 22-24, 415 sq. De connexa theoria eiusdem auctoris circa materiam et formam Ordinis, confer infra, p. 813.**

***w Theologia dogmatico-scholastica* IV (Bilbao 1939) 397 sq.**

A. FERLAND, P.S.S.: "Subdiaconatus et quatuor ordines minores sunt ritus sacramentales. . . Sententia probabilior. . . Licet praefati ordines non explicite assignentur nec habeantur duobus prioribus saeculis, non exinde dicendi sunt institutionis ecclesiasticae. . . Siquidem Ecclesia, cuius est in specie determinare ea quae a Christo tantum generice praefixa sunt, potuit explicite dividere ordines in Diaconatu iam inclusos. Hinc Subdiaconatus omnesque Minores ordines, qui sunt participationes ac divisiones Diaconatus, in isto ordine a Christo instituuntur in Ultima Coena."[89]

M. DAFFARA, O.P., expositis rationibus tum affirmativae tum negativae sententiae de sacramentalitate inferiorum ordinum, ait: "Sed ne haec quidem sententia [negans] excedere videtur simplicis probabilitatis limites; nam nulla ratio adducta in eius confirmatione vim habet cogendi. . . Quaestio igitur aperta manet; nullumque sequitur incommodum (e contra maior aestimatio circa ordines minores) si cum S. Thoma et antiquioribus theologis eorum sacramentalitas retineatur."[90]

A.-C. GIGON, O.P.: "Subdiaconatus et quatour minores ordines vere participant rationem sacramenti ordinis; in eorum collatione: I°, aliquid characteris sacerdotalis imprimitur et 2°, gratia sanctificans datur."[91]

L. AUDET: "Le pouvoir sacerdotal n'est pas conféré tout d'un coup dans l'Eglise de Dieu. Il se fractionne en sept degrés différents. Notons-le, chacun de ces ordres successifs imprime dans l'âme du jeune lévite un caractère, qui est une participation plus ou moins large au sacerdoce de Jésus-Christ. . . D'après saint Thomas, chacun des ordres sacrés est un vrai sacrement, chacun imprime un caractère. . . Ces ordres inférieurs sont ainsi de vrais sacrements, mais partiels, ordonnés à un seul ordre sacerdotal, qui est la perfection de tous les autres."[82]

C. DE BEAUCOURT, C.F.V.: "S'ils [les ordres mineurs] n'ont pas été institués immédiatement par Notre-Seigneur, ils n'en remontent pas moins jusqu'à lui, car ils étaient renfermés implicitement dès l'origine dans le diaconat, institué par les apôtres, comme la Confirmation, sur le commandement de Notre Seigneur et l'inspiration du Saint-Esprit. Plus tard, quand son culte se fut développé, la sainte Eglise les a détachés du diaconat et en a fait des ordres distincts, tant elle jugeait grandes leurs fonctions. . . Toutes les ordinations sont donc sacramentelles, confèrent un pouvoir sacré, impriment un caractère, communiquent la grâce."[83]

L. DENIS, S.J.: "Haec . . . opinio [de sacramentalitate inferiorum ordinum] saepe a modernis qui historiae student antiquata videtur. Sed revera nobis videtur vere probabilis. Ipsa studia historica aperte monstrant institutionem sacramentorum a Christo rigidius non esse intelligendam et potestatem Ecclesiae maiorem esse in hac materia quam multi putant. Quae si accuratius intelliguntur, iam nullam facit difficultatem opinio sancti Thomae quae documentis ecclesiasticis et libris liturgicis conformior videtur."[84]

J. THOMAS: "Comme le diaconat, comme le sous-diaconat, les ordres mineurs sont des 'ordres' et dès lors participent à la sacramentalité de l'Ordre. Tous peuvent se retrouver dans les *diaconi* de l'Ecriture, dans les *ministri* du concile de Trente; tous sont des degrés pour atteindre au presbytérat, et ainsi au sacerdoce en

*** *Commentarius in Summam D. Thomae. De sacramentis in speciali. De Novissimis* (Montréal 1940) 455 sq.**

[89] *De sacramentis et Novissimis* (Taurini 1944) 609sq.

[90] *De sacramento Ordinis* (Friburgi Helv. 1945) 68.

[91] "Notre participation au sacerdoce du Christ: étude sur le caractère sacramentel," *Laval théologique et philosophique* II (1945) 113 sq.

[82] Ch. De Beaucourt et E. Mura, *Les degrés du Sacerdoce,* I: *Ordres mineurs* (Paris 1947) 73 sq .

[83] *Tractatus de sacramentis* II (Braine-Le-Conte 1947) 109.

perfection; tous sont incohation véritable de l'Ordre. . . Tout cela nous parait clair, simple, solide et riche tout à la fois."[08]

A-M. HENRY, O.P.: "Toute fonction ordonnée à la célébration de l'Eucharistie sera sacrement d'ordre. S'il est vrai que les ordres mineurs et majeurs ont été institués en vue de la célébration et qu'ils tirent leur raison d'être de leurs diverses références au sacrifice eucharistique, il faut admettre, avec saint Thomas, que ces divers ordres sont des sacrements ou du moins les parties potentielles ou subjectives d'un sacrement qui est le sacrement de l'ordre, et qu'ils donnent chacun un certain pouvoir près du corps eucharistique du Christ à ceux auxquels ils sont conférés."[00]

C. JOURNET huc adducimus, quia, quamvis doceat ordines inferiores hodie, post Constitutionem Pii XII, non esse sacramenta, tamen ut probabile habet eos olim in ecclesia latina fuisse sacramenta; unde eius sententia nonnisi accidentaliter ac per peregrinam illam interpretationem Constitutionis Pii XII, differt a sententia de sacramentalitate illorum ordinum. Scribit: "Que dire du sous-diaconat et des ordres mineurs? Ils sont évidemment d'institution ecclésiastique... Faut-il les regarder comme des sacrements? Saint Thomas le pense. . . Cet enseignement paraît être celui du concile de Florence, qui voit dans la tradition des instruments et les paroles appropriées, la matière et la forme du presbytérat, du diaconat, du sous-diaconat et des autres ordres. . . Faut-il au contraire regarder le sous-diaconat et les ordres mineurs comme des sacramentaux? C'était l'opinion de Cajetan. . . Elle est aujourd'hui la plus répandue. Nous la faisons notre. Il nous semble que Pie XII, en redonnant au rite primitif de l'imposition des mains un rôle essentiel et exclusif dans l'ordination, a réduit, de ce coup, au rang de simples sacramentaux le sous-diaconat et les ordres mineurs, qui sont donnés sans imposition des mains." In nota addit: "On trouvera un exposé historique du problème chez H. Lennerz. . . Il ne voit dans le sous-diaconat et les ordres mineurs que de simples sacramentaux. Ce sera aussi notre conclusion. Mais avec deux reserves: 1° selon saint Thomas, tout en étant d'institution ecclésiastique, ces ordres pouvaient être sacramentels, et représenter le déploiement en éventail des pouvoirs divins du diaconat; 2° ils ont probablement été, dans le passé de l'Eglise latine, vraiement sacramentels."[07]

Ex nostro aevo (saec. 20) adduximus 34 auctores; fere omnes sunt dogmatici (si excipiantur duo morales, aliunde in re dogmatica minime ieiuni, scilicet Bucceroni et Merkelbach) adeoque in propria provincia iudicantes; aliqui inter ipsos, nominatim Billot, Lépicier et Hugon, inter excellentiores modernos dogmaticos merito computantur; plures, ut Billot, Hugon, Tanquery, Van Noort, Zubizarreta, Ferland, Daffara, sunt auctores currentium ac informativorum textuum sive manualium; maior pars pertinet ad scholam thomisticam, aut colorem sive tendentiam thomisticam prae se fert. Ex quibus patet *non levem exaggerationem redolere sequentia dicta* quorundorum patronorum contrariae sententiae, de quibus infra: Gasparri (qui quidem scripsit a. 1893, sed cuius verba libenter recitant quidam recentiores) : "Longe probabilius, ne dicamus certum, et *apud recentiores passim receptum*

[00] "Presbytérat et ordres inférieurs," *Revue diocésaine de Tournai* II (1947) 226; cf. 500, 502, 504.

[00] "Qu'est-ce qu'un prêtre?," *La vie spirituelle* LVIII (1948) 186sq.

[07] "Vues récentes sur le sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* LUI (1953) 107 sq.

est, alias ordinationes infra diaconatum non esse sacramentum"; Boudinhon (a. 1906): *"Presque tous les théologiens modernes* se refusent à voir dans le sous-diaconat et les ordres inférieurs de véritables sacrements"; Tixeront (a. 1925): "Chez les modernes ..., et surtout chez ceux qui s'occupent d'histoire, *l'opinion unanime* se fait jour de plus en plus que nous n'avons pas là . . . des sacrements proprement dits"; MacGuinness (ed. 3, 1925): *"Sententia hodie communis ac fere certa";* E. Jombart (a. 1930): "L'opinion médiévale qui voyait dans les ordres mineurs des sacrements est *aujourd'hui presque universellement abandonnée";* Perrella (a. 1936): "Tale è *l'opinione della quasi totalità dei moderni specialmente dopo Sant'Alfonso.* . . Fù opinione degli antichi scolastici, tra i quali San Tommaso, che questi cinque ordini fossero sacramenti; ma questa opinione fu quasi interamente abbandonata col sorgere degli studi positivi"; Lennerz (adhuc a. 1953): *"Hodie pauci solum sunt,* qui affirmantem sententiam teneant: De Augustinis, Billot, Tanquery, Hugon et recentissime Tymczak."

Examen doctrinae praefatorum recentiorum theologorum haec manifestat (similia ceteroquin invenies apud antiquiores):

Primo, plures ex his doctoribus suam opinionem proponunt ut probabiliorem. Quidam tamen magis decisive aut asseveranter loquuntur, etsi nullus loquatur de sententia certa: Lépicier rem proponit ut probabilissimam, imo de qua vix ambigi possit; Paquet saltem ut probabiliorem; Bucceroni ut valde probabilem quoad subdiaconatum; Minges, Hugon, Périnelle, Pègues, Gerlaud, Tymczak, Gigon, Audet, De Beaucourt, Thomas, Henry, decisive et asseveranter loqui videntur. Quidam contenti sunt significare solidam opinionis probabilitatem in eamque favorabiliter inclinare: Einig, Van Noort-Verhaar, Daffara, Denis, Journet.

Secundo, omnes insistunt in argumento deducto ex *Cone. Flor. et. Trid.,* quae est praecipua ratio soliditatis huius opinionis; ante haec Concilia vero, antiqui theologi invocabant rationes deductas ex natura ordinum, quae nunc habentur potius ut secundariae. *Ad obiectionem vero deductam ex Traditione,* seu ex tardiori ac ecclesiastica introductione inferiorum ordinum, quae est vicissim praecipua ratio contrariae opinionis, omnes satisfacere conantur assumentes ingeniosam distinctionem olim indicatam a S. Thoma de implicita continentia inferiorum ordinum in superioribus a Christo institutis, quam intelligunt primo modo supra indicato (p. 386), seu in hoc sensu quod Christus explicite instituerit solum ordinem superiorem, in quo implicite continentur inferiores, Ecclesia vero, per collatam sibi a Christo potestatem, explicite constituerit ordines inferiores.

Ceterum in formulatione huiusmodi responsionis, non parva nec indifferens observatur varietas. Et imprimis, generatim dicunt Christum eos ordines instituisse non explicite, non immediate, non in seipsis, sed implicite vel in ipso toto in quo implicite continentur; sed *Einig* ita hoc ligamen cum Christi institutione extenuat, ut dicat eos ordines dici posse a Christo institutos solum in suo fonte seu in diaconatu, non vero in seipsis, ac proinde, si in seipsis considerentur, potius esse sacramentalia, seu ritus ecclesiasticae institutionis, quam sacramenta; *Lépicier* e converso ita praefatum ligamen exaggerare conatur, ut dicat eos ordines directe et per se institutos esse a Christo, prout tamen virtualiter continentur in superiori ordine, quamvis addat eos, ut singillatim et distincte explicatos, ab Ecclesia institutos esse.

Praeterea, generatim dicunt inferiores ordines a Christo institutos fuisse in ipso *diaconatu.* Sed unus vel alter significare videtur eos potius institutos esse in *generaliori quodam gradu ministerii,* cuius una amplior que determinatio, facta ab apostolis, est ipse diaconatus; Lépicier, ulterius ascendens, ait in ipso *presbyteratu,* ex quo ipse diaconatus primitus manavit;08 *Hugon* tandem ac *Gerlaud,* ultimum gradum ascendentes, aiunt illos institutos esse in generali ac ampliori *ordine sacerdotii, ex* quo episcopatus ipse ac presbyteratus et diaconatus primitus manarunt, per determinationem factam ab ipsis apostolis, et ex quo posterior Ecclesia deduxit ceteros inferiores ordines; in qua quidem explicatione fit gressus ad sententiam de sola mediata institutione divina ipsius presbyteratus et episcopatus, expositam ac refutatam in art. 4 (pp. 9sqq.).

Tandem, praefati theologi generatim appellant ad *potestatem Ecclesiae* in determinationem eorum quae sunt a Christo genetice tantum instituta; quod quidem cognationem habet cum vulgata sententia de genetica institutione sacramentorum per Christum, etsi non convertatur cum ea, imo eam potius excedat ac directe connectatur cum principiis praefatae sententiae de mediata institutione ipsius presbyteratus et episcopatus et immediata institutione solius sacerdotii totaliter ac globaliter spectati, de qua dictum est in art. 4 (pp. 9-24).00

"In nota ad textum supra citatum (p. 393) signantius addit: "Sane, dicendus est Deus ordines hos immediate et expresse instituisse, prout virtute continentur, non in diaconatu, sed in presbyteratu, in quo et ipsa diaconatus virtus continetur."

"De facto Hugon alludit ad eam sententiam de generica institutione sacramentorum, cum ait: "Quum Ecclesia possit aliquid determinare de materia specifica. . ." (cf. supra, p. 393) ; Roberkof vero provocat etiam ad sententiam quorundam (uti *Pourrai)* de sola mediata institutione: "L'hypothèse scolastique en question est tout aussi légitime et aussi acceptable que celle de l'institution médiate ou immédiate, ou que celle de l'institution immédiate *in genere* ou *in specie,* fort connue par les théologiens [In nota revocat Pourrat]" *(Art. cit.* [supra, in p. 392] 99).

Praefatus *Michael Bäuerle a Neukirch* (p. 394 sq.; cui accedit *Tymczak*)* attentat aliquam ingeniosam sed *peregrinam explicationem* de modo quo Ecclesia determinavit id quod Christus instituit, in collatione ordinum inferiorum. Distinguens inter sacramentum ipsum et potestates ab eo manantes, docet Christum directe instituisse sacramentum diaconatus sive ministerii, in quo omnes ministeriales potestates sive officia sive ordines continentur; *Ecclesia autem, illud idem sacramentum ministerii saepius ac diversimode applicat, potestates in eo contentas diversimode determinans ac distribuens,* ita ut aliquando eas conferat plenario modo (inde diaconatus), aliquando vero veluti partialiter ac restricte, et quidem sub hac vel illa restrictione (inde ceteri inferiores ordines); ex quo sequitur unum idemque esse ac permanere sacramentum ministerii ab ipso Christo immediate institutum, sed plures esse ordines sive ordinationes, ab Ecclesia institutas, in quibus illud idem sacramentum repetitur, ac determinatur, quaeque, qua parte inter se differunt in sua particulari materia et forma (puta porrectione instrumentorum), non sunt divinae institutionis, qua parte vero continent eandem materiam et formam (impositionem manuum), sunt divinae institutionis, quia ita sunt illud idem atque unicum sacramentum ministerii, a Christo immediate institutum.

Praecipuum vitium huiusmodi voluntariae ac peregrinae explicationis in eo est quod, affirmata ex una parte multiplicitate ac varietate effectuum, simul affirmat unitatem et identitatem sacramenti in diversis ritibus, cum quivis novitius sciat sacramentum specificari ab effectu (sicut omne signum a signato) ac ideo multiplicari ac diversificari iuxta multiplicitatem ac varietatem effectuum. Cum igitur Christus, iuxta Bäuerle, instituerit directe ipsum ac solum plenarium ministerium diaconale, nonnisi tradendo hanc plenariam potestatem, Ecclesia applicat sacramentum Christi; si vero partialem tantum tradit potestatem, iam non applicat sacramentum a Christo directe institutum, sed aliud quod fortasse potuit instituere, scindendo ipsum sacramentum Christi.

PARS NEGATIVA

Sententia negans divinam originem ac sacramentalitatem subdiaconatus et ordinum minorum *incoepit saeculo 14 cum Durando,* nec nisi raros ac haesitantes defensores habuit ante Cone. Trid., inter quos praecipuus est Caietanus. Posteriori vero aetate, praesertim

'Mirum est Tymczak ne verbum quidem facere de hac Bäuerle opinione nec ipsum nominare in toto suo opere. Si id casu accidit, haberemus curiosum casum duorum scriptorum eodem fere tempore ad eandem fere conclusionem prorsus independenter pervenientium.

inde a saec. 17, cum evoluta sunt historica studia antiquorum documentorum, decisivum favorem, tam apud positivos quam apud dogmaticos theologos, usurpare coepit, donec sensim sine sensu communior evaserit ac talis adhuc nostro aevo permanserit, non obstante novello favore quem, ut dictum est supra (pp. 378, 390, 400), contraria sententia iterum assumere coepit.

Inepte pro hac sententia invocarentur quaedam expressiones occurrentes apud *aliquos Patres.* Ita *Epiphanius, Adv. haer.* 79. 21 (cit. in p. 342), loquitur de "ostiariis ac reliquis disciplinae causa ordinibus institutis"; attamen ex una parte haec verba non referuntur ad lectores et subdiaconos, de quibus ipse loquitur antea, eos aggregans episcopis, presbyteris et diaconis, et ex alia parte non necessario significant meram ecclesiasticam institutionem. *Ambrosiaster, In Ephes.* 4. 11 sq., ait distinctionem ac determinationem ordinum et officiorum in Ecclesia inductam esse post tempus apostolicum: "Postquam in omnibus locis ecclesiae sunt institutae et officia ordinata, aliter composita res est, quam coeperat. Primum enim omnes docebant et omnes baptizabant... At ubi omnia loca circumplexa est Ecclesia, conventicula constituta sunt, et rectores, et caetera officia in ecclesiis sunt ordinata. . . Et coepit alio ordine et providentia gubernari Ecclesia. . . Ideo non per omnia conveniunt scripta Apostoli ordinationi quae nunc in Ecclesia est" *(ML* 17. 410); attamen, haec referuntur non directe ad ipsos ordines inferiores, sed ad omnes gradus et officia ecclesiastica, et signanter ad episcopatum, ac propterea difficultas, quae exinde deduci potest, soluta est supra (pp. 52, 60), ubi de divina origine episcopatus. *Mopsuestenus, In 1 Tim.* 3. 8-15 (cit. in p. 342), ait ideo Apostolum non commemorasse subdiaconum et lectorem (sed tantum sacerdotem et diaconum) quia "isti postea magis sunt adiecti propter utilitatem ministerii"; attamen nec posterior illorum introductio, nec utilitarius finis introductionis, necessario probat meram ecclesiasticam institutionem. Idem dicendum est quoad sequentia verba *Amatorii Metensis* (qui ab ipso Mopsuesteno, sub falso Ambrosii nomine citato, dependet), *Liber officialis,* l. 2, c. 6, n. 1: "Notandum est eos ordines qui potissimum necessarii sunt in ecclesia apostolum Paulum denominasse [i.e. sacerdotem et diaconum]. . . Ceteri ordines his adiecti sunt; crescente ecclesia, crevit officium ecclesiasticum; ut multitudini ecclesiae subveniri possit, adiciuntur inferiores in adiutorio praepositorum" (cf. integrum textum in tom. 1, p. 939; cf. dicta superius, pp. 380, 382). Tamen Morinus ad hunc textum confidenter observat: "Nihil mihi clarius his verbis fingi posse videtur."[3]

[3] *Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus,* pars 3, exercit. 11, c. 1 (Parisiis: G. Meturas 1655) 194.

Inepte pariter pro hac sententia adduci solent quidam antiquiores *doctores mediaevales,* ut *Urbanus* II, *Gratianus, Hugo a S. Victore?* et *Petrus Lombardus,* eo quod dicant primitivam ecclesiam solos presbyteros et diaconos habuisse (verba sunt Urbani II in Cone. Beneventano a. 1091, quae alii repetunt: "Hos siquidem solos primitiva legitur ecclesia habuisse; super his solum praeceptum habemus apostoli"), ceteros vero ordines Ecclesiam subinde sibi constituisse (verba sunt Gratiani, *Decr.,* pars 1, dist. 21, circa initium: "Subdiaconos et acolithos procedente tempore ecclesia sibi constituit,"* quae repetit Petrus Lombardus [cf. supra, p. 382], et ex ipso ceteri theologi usque ad S. Thomam). Neutra enim affirmatio necessario implicat meram ecclesiasticam originem ordinum diaconatu inferiorum, et ceteroquin Victorinus et Lombardus etiam dicunt ipsum Christum inferiores ordines in propria persona exhibuisse et Ecclesiae observandos reliquisse (cf. supra, pp. 382 sq.); inde est quod in praefata assertione Gratiani et Lombardi nullam difficultatem invenerunt posteriores theologi qui, ut S. Thomas et Scotus, divinam illorum ordinum originem defenderunt (cf. supra, pp. 384 sq.). Unde cum nimia confidentia Morinus, recitatis illarum auctoritatum verbis, ait: "Isto consensu nihil expressius requiri potest."[8]

Primus qui, saltem explicite, sacramentalitatem inferiorum ordinum negaverit, merito dicitur *Durandus a S. Porciano,* O.P. (t 1334). Ipse quidem affirmat ita sentire *"aliquos"* quorum opinionem exponit atque ut probabilem proponit ("Videtur aliquibus . . . quod solum sacerdotium est ordo et sacramentum, caetera vero sunt ordines non tamen sacramenta, sed solum quaedam sacramentalia"), sed fortasse ita arbitrarie interpretatur sententiam quorundam qui iam tempore S. Thomae "dicebant in solo ordine sacerdotali characterem imprimi" *(Suppi.,* q. 35, a. 2), quique tamen non negabant ipsam sacramentalitatem ceterorum ordinum. Verba Durandi recitavimus in art. 3 (tom 1, pp. 617 sq.), ubi notavimus ipsum ex una parte suam sacramentalitatis negationem extendere ad ipsum diaconatum et ex alia parte non multum fidere suae ipsius opinioni, vel saltem nonnisi caute ac haesitanter eam proponere ("Nec video quare hoc non possit teneri probabiliter").

Saec. 16, paulo ante Cone. Trid., tres magni theologi thomistae, *Caietanus, Victoria* et *Dominicus Soto,* sententiae Durandi tanquam

• Cf. P. M. Pession, "L'ordine sacro e i suoi gradi nel pensiero di Ugo di S. Vittore/' *La scuola cattolica* LXIV (1936) 136-141, 149.

* *Corpus Iuris Canonici,* ed. Friedberg, I 67.

**Op. cit.* 195. Morinum repetunt vel sequuntur plures posteriores, ut Benedictus XIV, S. Alphonsus, Pesch, Huarte, Otten.

probabiliori adhaeserunt, saltem quod attinet ad negationem sacramentalitatis quatuor ordinum minorum.

Caietanus quidem (t 1534) consentit Durando modo generali, etiam quod attinet ad subdiaconatum, imo et ad ipsum diaconatum. Eius verba, praecipue in causa diaconatus, citavimus et exposuimus in art. 3 (tom. 1, pp. 618 sq.); satis erit haec ad rem nostram recolere: "Si collecta fuerint quae pontificales codices, quaeque ratio auctoritasque doctrinae tradidit, incerta valde apparebit, presbyteratu excepto, reliquorum natura ordinum. Et de minoribus quidem ordinibus et sundiaconatu, Magister Sententiatum, in xxiv distinctione IV *Sent.,* dicit institutos esse ab Ecclesia. De diaconatu vero ambiguum magis est. . . Quod magis urget, nulla videtur certa forma in diaconatu. .. Idemque quoque apparet in subdiaconatu: in quo nullum pontificale habet nisi materiam sine forma, scilicet traditionem calicis vacui, etc. Taceo de minoribus ordinibus: in quibus varietas multiplex invenitur etiam inter antiqua pontificalia. Ex quibus apparet quod *huiusmodi ordines sacramentalia quaedam videntur, magis quam sacramenta.* Et ad hoc ducit ratio. Quia per nullum dictorum ordinum potest ordinatus actum aliquem qui, si sine illo ordine fieret, esset nullus: ut patet discurrendo per singulos actus diaconi et inferiorum. . . Haec autem sint collecta non ea ratione ut novam velimus ingerere doctrinam de sacramento ordinis: sed ut doctus quisque percipiat incertitudinem materiae de qua est sermo."[6] Ex ultimis verbis patet Caietanum fateri novitatem suae sententiae.

Franciscus de Victoria (t 1546) non omnino sibi constans est nec sine aliqua ambiguitate procedit, quamvis in sententia Durandi et Caietani vehementer inclinet, praecipue quod attinet ad quatuor minores ordines: "Ego nisi esset opinio tantorum in contrarium mallem tenere cum Durando, *nescio enim quid cogat ponere quattuor ordines esse sacramentum,* nam quae potestas est illa spiritualis in acolito deferre ceros et afferre materiam subdiacono. . . Et tamen quia omnes oppositum tenent non auderem hoc tenere. . . Dico igitur quod ad hanc quaestionem tenenda est communis opinio. Secundo dico, quod opinio Durandi et Caietani est probabilissima, quod solum sacerdotium est sacramentum, vel saltem quod quattuor minores ordines non sunt sacramentum."[7]

"Nec nunc disputo, an ex privilegio summorum Pontificum Abbates aliqui habeant conferre aliquos ordines, vel minores vel etiam maiores.

[6] *Opuscula,* **tom. 1, tr. 11, a. unic.: De modo tradendi aut recipiendi Ordines, in editione leonina** *Operum Omnium S. Thomae* **XII (Romae 1906) 369.**

[7] ***Summa de sacramentis Ecclesiae ex doctrina Fr. Francisci Victoria*** **(ed. Thomae de Chaves, Calari 1570) 229. Hoc opus est compendium commentarii Victoriae in** ***Sententias,*** **exaratum ab eius discipulo Thoma de Chaves et ab ipso Victoria perlectum atque adprobatum.**

Si enim aliqui ordines non sunt iuris divini, *ut certo constat de minoribus,* non est dubitandum, quin collatio illorum committi possit non Episcopo. Si vero maiores omnes iuris divini sunt *{quod in praesentia non puto)* profecto videtur nec committi etiam posse nisi Episcopis, qui soli iure divino habent: quamquam non est eadem ratio de Presbyteratu, et Diaconatu, ut fateor, sed hoc omnino videtur probabilius, quod nec etiam Diaconi ordinari possint nisi ab Episcopis, siquidem iuris divini ille ordo est."[8]

Agens de peccato simoniae, quod committitur etiam per venditionem earum rerum quae sunt sacrae ex solo iure positivo, adducit in confirmationem exemplum subdiaconatus, imo haesitanter etiam exemplum diaconatus: "Confirmatur clare, quia etiam subdiaconatus, et fortasse diaconatus, sunt in Ecclesia solum de iure positivo, et tamen non est dubitandum, quin consecratio illius ministerii empta, aut vendita, sit simoniaca de iure divino, et ita est spiritualis consecratio ipsa calicis, sicut consecratio diaconi."[9]

Dominicus Soto (+ 1560; *Comm. in Sent.* edidit a. 1557-1560, adeoque ante Tridentinas decisiones de Ordine), quamvis non simpliciter reprehendat opinionem Durandi negantem sacramentalitatem diaconatus et subdiaconatus, a communi tamen affirmativa sententia temerarie non recedendum affirmat; quoad minores vero ordines ait sacramentalitatem sine periculo erroris negari posse, et huic sententiae *satis clare ipse adhaeret,* declarans praeterea ipsum S. Thomam illi suum calculum daturum si ad hanc quaestionem in sua Summa pervenisset: "Rationes Durandi [contra sacramentalitatem omnium ordinum infra presbyteratum] adeo profecto non sunt despicabiles, ut plurimum habere videantur energiae. . . Re vera qui opinionem Durandi sustinere vellet, non esset magna reprehensione dignus. Nihilominus non est tam facile a communi antiquorum opinione deflectendum: esset enim nonnulla temeritatis nota. Ob idque subiungitur sexta conclusio. Diaconatus et subdiaconatus sunt vere iure divino sacramenta. . . Septima conclusio. Reliquos quatuor ordines minores absque erroris periculo sustineri potest non esse proprie sacramenta, quibus vel gratia infundatur, vel imprimatur character. Hanc opinionem insinuat Magister sententiarum dicens hos ordines fuisse institutos ab ecclesia. . . Neque arbitror profecto, quod si D. Thomas ad hunc locum in Summa pervenisset, in contraria perstitisset opinione, quam in Quarto Sententiarum, vulgus secutus, tenuit."[10]

[8] ***Relecciones teológicas del Maestro Fray Francisco de Vitoria*** **(edición critica por L. G. A. Getino, Madrid 1933-1935) II 154.**

[9] ***Ibid.*** **III 44; cf. 240.**

[10] **MDist. 24, q. 1, a. 4, *In quartum (quem vocant) Sententiarum* (Venetiis: I. M. Lenus 1575) II 19-21.**

Inferius, transeunter tangens quaestionem de sacramentalitate ordinum minorum, clare manifestat se Durando consentire: "Et ad illud capitulum Durandus non respondet, eo fortasse, quod non censuit ordines minores esse sacramenta, quod nos supra similiter concessimus."[11]

Martinus Perez de Ayala (+ 1566), episcopus segoviensis et pater tridentiniis (cf. infra, p. 409) in suo opere *De divinis apostolicis atque ecclesiasticis traditionibus* (parte 2, cap. De Ordine), edito a. 1549, seu ante sess. 23 Cone. Trid., ordines minores habet ut originis ecclesiasticae.

Bartholomaeus de Carranza (t 1576), theologus tridentinus, in suo opere *Summa conciliorum et pontificum* edito a. 1546, seu ante sess. 23 Cone. Trid., docet ordines minores esse ecclesiasticae institutionis.

In Cone. Trid. (sess. 23) inter quadraginta sex theologos minores, qui quaestiones de Ordine discusserunt, *unus tantum* sacramentalitatem minorum ordinum negavit, et alter ambigue locutus est (ut diximus supra, p. 388, undecim eam sacramentalitatem admiserunt et viginiti tres de hac quaestione tacuerunt). *Didacus de Paiva,* lusitanus, clare asseruit: "Subdiaconatus et alii isti ordines inferiores non sunt sacramentum, sed ab Ecclesia instituti, cum nihil isti habeant, quod a laicis exerceri non posset; neque in sacris literis testimonium habent."[12] *loannes Baptista Burgos (Valentinus'),* hispanus, Ordinis S. Augustini, ambigue declaravit: "Minores etiam ordines sunt sacramenta sed valde distincta a diaconatu et presbyteratu, ita ut potius sacramentalia, quam sacramenta dici debeant: et proprie episcopatus et presbyteratus sacramentum est."[13] Inter Patres conciliares, saltem *duo explicate negarunt* sacramentalitatem ordinum inferiorum, scilicet *Prosper Rebiba,* episc. Troianus: "Verba illa, ecclesiastica hierarchia a Christo instituta, non placent, quia non videtur verum, ut omnes gradus a Christo instituti sint"[14]; et *Stephanus Bouchier,* episc. Corusupinensis (Quimper): "Non videtur verum, quod Christus instituerit hierarchiam ecclesiasticam, cum minores ordines neque ipse, neque apostoli instituerint, ut patet de subdiaconatu et caeteris inferioribus ordinibus."[15]

Ceterum plures alii Patres suum dissensum vel dubium satis clare significarunt, petentes ne verba cap. 2 et can. 2 ita componerentur ut videantur significare divinam institutionem ordinum inferiorum. Ita episcopus *Bracharensis:* "In doctrina, hier. ecc. etc. . . . advertatur, an sit verum, quod Christus instituerit quatuor ordines minores; loco:

[10] **Dist. 25, q. 1, a. 2, *ibid.* 48.**

[11] **Apud A. Theiner, *Acta genuina ss. oecumenici Concilii Tridentini* (Zagabriae [1874]) II 136.**

[12] ***Ibid.* 139.**

[13] ***Ibid.* 184.**

[14] ***Ibid.* 194.**

a Christo Domino, dicatur, divina sapientia institutam."[18] Episcopus *Hydruntinus:* "In doctrina sequentium ordinum nomina apud patres et concilia habentur, melius aptentur, ut dicatur, ecclesia tradidit."[17] Episcopus *Nicosiensis:* "De inferioribus ordinibus placent not. Hydruntini."[18] Episcopus *Genuensis:* "In doctrina ... [ubi dicitur] apud patres et concilia, advertatur, an sit verum."[19] Episcopus *Lucerinus:* "Omittenda ea quae possunt alere inter patres disceptationes, veluti illam, an episcopatus sit ordo: item an minores sint vere ordines, et sacramentum."[20] Episcopus *Segoviensis* (Martinus Perez de Ayala), cuius votum sic compendio exposuit Laynez, praepositus generalis S.J.: "In 2 cap., cum de ordinibus infra diaconatum dicitur quod de illis fiat mentio apud patres et concilia, asseri videtur, quod sint de iure positivo, cui postea contradicere videtur, quod dicitur, hierarchiam esse a Christo institutam. . . Quintum caput valde confusum est, nec videtur verum illud, quod ecclesia haec militans sit similis triumphanti, nisi statuatur, quod sicut in coelesti inferiores ordines divina institutione sunt subiecti mediis et medii supremis, ita in ecclesia hac presbyteros esse iure divino subiectos episcopis. . . Rursus quia minores ordines et subdiaconatus videntur iure humano instituti, et hic non asseritur, episcopatum esse ordinem distinctum et sacramentum, et videtur esse: fit ut tantum remaneant in hierarchia sacerdotium et diaconatus, qui duo ordines hierarchiam facere non possunt, cum ex tribus constet, secundum B. Dionysium, quem d. Thomas sequitur. . . Canon 2, non placet, quia videtur ferire anathemate eos, qui negant inferiores ordines a diaconatu, quos tamen aliqui Catholici putant esse de iure humano."[21] Ipse *Laynez:* "Quod [in cap. 5] dicitur etiam de ecclesiastica hierarchia, non placet, cum archiepiscopi patriarchaeque pertineant ad hierarchiam ecclesiasticam, et tamen sunt de iure positivo. Et similiter secundum aliquos diaconi et inferiores ordines, et tamen in doctrina dicitur, hierarchiam ecclesiasticam esse institutam a Christo."[22]

Post Cone. Trid. usque ad saec. 19, numerus patronorum incessanter crevit. Observa tamen plures doctores (sicut iam D. Soto) suam negationem limitare ad ordines minores, *retenta sacramentalitate subdiaconatus:* ita Medina, Navarrus, Vasquez, Sanchez et Bona; generalis tamen eorum opinio sic enuntiari potest: subdiaconatus probabiliter, minores vero ordines probabilius, non sunt sacramentum;

[17] *Ibid.* 157.
[18] *Ibid.* 156.
[19] *Ibid.* 595.
[20] *Ibid.* 157.
[21] *Ibid.* 157.
[22] *Ibid.* 157.

Concilium Tridentinum (editio Goerresiana), IX: *Actorum pars sexta* (curante St. Ehses, Friburgi Brisgoviae 1924) 139 sq.
Ibid. 225.

pauci sunt qui magis assertive ac veluti certitudinaliter loquantur, uti Medina, Goar ("In comperto est"), Morinus ("Certum et evidens") et recenter Gasparri, quem quidam alii repetunt ("Longe probabilius, ne dicamus certum").

Notiores auctores sunt: *Saec. 16:* Michael Medina (t 1578), theologus tridentinus, *De sacrorum hominum continentia* (edito a. 1568), l. 1, cc. 44-46, qui iam loquitur (non leviter exaggerando) de communiori theologorum sententia[23]; Navarrus (+ 1586), *Manuale sive enchiridion confessoriorum et poenitentium,* c. *22,* n. 18 (opus brevius hispanice est editum a. 1557, auctum vero hispanice a. 1569 et latine 1588); J. Angles (t 1587), *Flores theologicarum quaestionum*. pars. 1: De sacr. Ordinis. *Saec. 17:* Vasquez, *In 3 partem D. Thomae,* disp. 237, c. 2; disp. 238, c. 2; disp. 239, c. 1; Thomas Sánchez, *De Matrimonio,* l. 7, disp. 31, n. 17; Estius, qui, ut notavimus supra (p. 389), in uno loco in hanc sententiam propendit, *In 1 Tim.* 3. 8[24]; Lessius, *De Ordine,* c. 4, dub. 4; J. Goar, EvxoAóyiov *sive rituale Graecorum,* Lutetiae Parisiorum 1647[25]; J. Morinus (t 1659), *Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus* (quod opus non parvum influxum habuit in vulganda ac firmanda apud posteriores hac opinione), pars 3, exercit. 11, c. 1[20]; L. Maeratius, *Disp. in S. Theologicam S. Thomae.* t. 3, disp. 8, sect. 2; Card. J. Bona, *Rerum liturgicarum,*

[23] "Reliqui minores ordines, etsi a multa antiquitate eos iam receperit Ecclesia, eisque utatur, quoniam tamen neque a Christo sunt instituti, neque sunt sacramenta, neque demum Eucharistiae, aut ministrandae, aut consecrandae aliqua ratione necessaria subserviunt, communiori theologorum sententia, a numero sacrorum ordinum excluduntur" (Venetiis: I. Ziletus 1569, p. 33).

[24] "Forte etiam quaerat aliquis, cur hypodiaconorum hic nulla mentio fiat? Sed in promptu responsio est, aut eum ordinem tunc nondum fuisse institutum, in illa adhuc paucitate eorum, qui ad sacra ministeria possent assumi: aut sub generali nomine diaconorum comprehendi. Nam quotquot initiati sunt presbytero inferiores, quodammodo diaconi sunt, id est presbyterorum ad sacra peragenda ministri: licet hi quoque suos inter se gradus habeant; sive a Christo Domino, sive, *quod nobis est probabilius,* ab Apostolis eorumque successoribus per officia distinctos" *(In omnes D. Pauli Epistolas, item in Catholicas commentarii* [curante J. Holzammer] II [Moguntiae 1859] 681).

"In Ordinem fieri solitum in Ordinatione subdiaconi notae, n. 11, p. 247: "Haec tamen manus extensio in subdiacono promovendo, non arguit apud Symeonem Thessalonicensem, rituum Graecorum expertissimum theologum, et canonistam disertissimum, sicut nec apud Graecorum modernorum reliquos, subdiaconatus vel lectoratus ordinem, esse verum sacramentum: quem nec apud latinos probatos authores, huiusmodi nomine dignum esse in comperto est." Idem ait paulo ante, p. 238, in notis de ordine fieri solito in ordinatione lectoris et cantoris.

[20] "Quum examino et perpendo antiquorum Patrum de subdiaconatu et minoribus ordinibus testimonia, propositionem illam qua asseritur, et subdiaconatum et quatuor minores ordines non esse sacramenta, iudico tam *esse certam et evidentem,* ut qui ea consideraverit, in contra vix possit. Scholastici qui primi de ea re disputarunt, argumenta e Pontificali Romano cum antiquorum Patrum dictis et factis non satis comparato deprompserunt. Deinde eorum discipuli pauca quae Magistri non viderant, edocti, ab ea quam hauserant sententia secessionem non fecerunt, existimantes iis de facile respondere posse. Verum si quis antiqua monumenta diligentius scrutetur, ut posteri fecere, tanta contra se testantium nube obruetur, ut nisi affirmet veri sacramenti istos ordines rationem non habere, difficillime de eorum verbis exitum sit expediturus" (ed. Parisiis 1655, p. 194).

1.1, c. *25,* n. 16 sq. *Saec. 18:* C. Witasse, *De Ordine,* pars *2,* q. 4, a. *2;* L. Habert, *De Ordine,* pars' 1, c. 6; A. Boucat, *Theologia Patrum dogmatica scholastico-positiva,* tom. 5, diss. 9, a. 8; C. Juenin, *De sacram.,* diss. 9, q. 6, c. 1; q. 7, c. 1; H. Tournely, *De Ordine,* q. 7, aa. 4-5; R. H. Drouin, *De Ordine,* c. 3, § 1 (qui valde ambigue loquitur, attentans quandam formulam mediam, quae ad formulam Thomassini, patroni affirmativae opinionis, appropinquat), N. Herminier, *De sacramentis,* torn. 3, c. 3, conci. 3–4; S. Alphonsus, *Theol. moralis,* l. 6, n. 73 7.27 Quidam hic referunt etiam Benedictum XIV (t 1758), *De synodo dioecesana,* l. 8, c. 9, sed inepte, cum ipse, relatis duabus oppositis sententiis et fassus "plurimos recentiores" esse pro negativa sententia Morini, concludit: "Dubii pariter et nos haeremus, nec ullam in hac difficillima controversia sententiam ferimus" (cf. longiorem textum supra, p. 316). *Saec. 19:* Klüpfel; Klee; Berlage; Seidl; Wieland; Schwetz; Oswald; Scheeben; Heinrich; Schanz; De San; Bouix; Scavini; Müller; Gury, vol. 2. n. 699; J. Perrone, *De Ordine,* c. 2. n. 81 (ait "maiorem [theologorum] numerum" ita sentire); Gury-Ballerini (ed. 10, a. 1889), vol. 2, n. 699; Ballerini-Palmieri (ed. *2, a.* 1893), vol. *5, p.* 712; Lehmkuhl, vol. 2, n. 581 (ed. 1, a. 1883; ed. 10, a. 1902; ait hanc "sententiam hodie communem esse"); Franzelin, *De Traditione,* thes. 17, n. 2 (ait: "Penes vetustos scholasticos totam hanc rem non in certa sententia, sed in opinione positam fuisse et ultro citroque disputatam"); T. Specht, "Sind die niederen Weihen und der Subdiakonat sakramental?," *Theologisch-praktische Monatsschrift* III (1893) 233-240, 339-346, 389–414; Gasparri, *De sacra ordinatione* I (Paris 1893) 25 (cit. supra, p. 400); Wernz, *Ius decretalium,* ed. 2, II 39; Gihr, *Les sacrements de VEglise catholique* (versio Mazoyer, Paris 1900) IV 107; Ch. Pesch, *Praelectiones dogmaticae* VII (ed. 3 [prima editio fuit 1894-1897], Friburgi Br. 1909) 287-293.

Nostro saec. 20, haec sententia, non obstante novella quadam reviviscentia contrariae opinionis (cf. supra, pp. 390, 400), primatum numeri retinuit, ratione fortasse canonistarum et moralium theologorum qui, extra propriam provinciam rem nonnisi levi digito generatim tangentes, eam facile amplectuntur ac aliis transmittunt.

Inter dogmaticos, quibus adnectimus unum vel alium positivum, sequentes auctores indicamus, quorundam signantiora dicta mox relaturi: Pohle-Preuss, Bartmann, H. Mazzella, Herrmann, Tepe,

r "Sententia prima [de sacramentalitate inferiorum ordinum] est probabilis. . . . Sed mihi probabilior est quarta sententia, quae docet, tantum sacerdotium et diaconatum esse sacramentum, non vero alios ordines. . . Probatur, quia pro his deest materia et forma sacramenti Ordinis" (ed. L. Gaud€, Romae 1909, III 747).

Sanda, A. Mayer, Otten, Quera, Tixeront (historicus), Rouzic,[28] De Puniet[29] (liturgista), Huarte, Michel,[30] Perrella,[31] Larnicol, Diekamp-Hoffmann, Vehamme, Puig de la Bellacasa, Lennerz, Baisi, Oppenheim (liturgista), A. Mancini,[32] Croce,[83] Lercher-Umberg, Bozzola, Solà, Dander, Congar, Gy.[34]

Inter canonistas ac moralistas satis erit sequentes indigitare: Boudinhon,[35] Many, Noldin-Schmitt, Génicot-Salsmans, Ferreres, Aertnys-Damen, Wouters, Piscetta-Gennaro, Jombart, Cappello, Conte a Coronata, Regatillo, Fanfani.

Si haec doctorum saec. 20 series comparetur cum ea quam supra (p. 390 sq.) dedimus pro sententia affirmativa, nihil illa videtur huic invidendum habere, quod attinet ad theologicam sive dogmaticam auctoritatem patronorum. Notandum pariter est, non omnes hi doctores cum eadem asseverantia suam opinionem proponere; unus vel alter mere inclinat vel favet huic opinioni; quidam (ut Rouzic et Oppenheim) valde moderate, necnon ambigue, loquuntur; alii ac communius suam opinionem proponunt ut probabiliorem (Diekamp, Baisi, Dander, Fanfani); unus vel alter ut longe probabiliorem, aut probabilissimam, aut fere certam, eam proclamat, ita Cappello: "Sententia longe communior et probabilior, nobis aliisque certa," Regatillo: "Probabilissimum, imo, ut puto, certum," Lercher-Umberg: "Moraliter certum."; Michel: "Thèse aujourd'hui *certa* et non plus simplement *probabilior*" (cf. infra, p. 423); quae quidem exaggerationem redolent.

J. TIXERONT: "On a déjà dit que le concile de Trente n'avait pas voulu trancher la question de l'institution divine ou seulement ecclésiastique du sous-diaconat et des ordres mineurs. Sur ce point les anciens théologiens étaient partagés. Chez les modernes cependant, et sourtout chez ceux qui s'occupent d'histoire, l'opinion unanime se fait jour de plus en plus que nous n'avons pas là des ordres institués immédiatement par Jésus-Christ, ni des sacrements proprement dits, mais des degrés établis par l'Eglise, et des cérémonies qui, pour vénérables qu'elles soient, ne sauraient être mises sur le même pied que celles du diaconat, du presbytérat ou de l'épiscopat. Ces ordres ont été établis sans doute en vertu du pouvoir divin donné par Jésus-Christ à son Eglise: ils sont conformes à sa volonté et même à son commandement, en ce sens que Jésus-Christ a voulu que son Eglise instituât tous les ministères nécessaires ou utiles au culte et au bon

"Ambiguë et haesitanter loquitur, *Les Saints-Ordres* (ed. 3, Paris 1826) 12sq.

9 *The Roman Pontifical* (Transi. M. V. Harcourt, London 1932) 150, 196.

""Ordre," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1380 sq. Cf. infra, p. 423.

""H decreto di Eugenio IV pro Armenis relativo al sacramento dell'Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XXXIX (1936) 465 sq.; cf. quaedam verba citata supra, p. 401.

'"H potere di ordine extrasacramentale," *Divus Thomas* (Piacenza) XXVI (1949) 52.

""Die niederen Weihen und ihre hierarchische Wertung," *Zeitschrift fur katholische Théologie* LXX (1948) 257-314.

**** *Journet,* qui docet hodie inferiores ordines non esse sacramentales, olim vero tales fuisse, retulimus inter patronos sententiae positivae (p. 400), a qua nonnisi accidentaliter differt.**

""Chronique de droit canonique," *Revue du clergé français* XLV (1906) 183.

gouvernement des âmes. Les rites par lesquels-on les confère ne sont pas vides de grâce; Dieu a attaché sa grâce aux rites et aux prières par lesquels on les donne. Mais enfin il y a une différence essentielle entre eux et les ordres dont nous avons parlé jusqu'ici: ils sont d'institution ecclésiastique, tandis que les seconds sont d'institution proprement divine."[30]

FR. DIEKAMP: "Subdiaconatus et ceteri quatuor ordines minores non sunt sacramentales. Sententia probabilior. Omnes fere theologi scholastici, necnon multi posteriores . . . hos ordines sacramentales esse propugnant. Cui doctrinae nonnullae declarationes doctrinales [i.e. Cone. Flor, et Trid.] favere videntur. . . Quibus non obstantibus subdiaconatus et quatuor ordines minores inter sacramentales enumerari non posse videntur. . . Alia ex parte gravissimis rationibus suadetur istos ordines sacramentales non esse. 1. Usque ad finem saeculi 2 ullum ex istis quinque ordinibus extitisse historice probari nequit. . . 2. Ecclesia non habet potestatem materiam et formam ordinis sacramentalis mutandi; hoc enim idem esset ac novum sacramentum instituere."[37]

H. LENNERZ, S.J. valde confidenter scribit: "Subdiaconatus et ordines minores non conferuntur sacramento. . . Longe maior pars scholasticorum mediaevalium putabant illos ordines esse sacramentales; plurimi vero canonistae hoc negabant. Quo magis autem, maxime post concilium tridentinum, inquisitionibus historicis vicissitudines horum ordinum manifestabantur, eo magis quoque theologi ab ista sententia recesserunt, et hodie pauci solum sunt, qui affirmativam sententiam teneant: De Augustinis, Billot, Tanquery, Hugon et recentissime Tymczak. . . Argumenta theologorum mediaevalium pro sacramentalitate subdiaconatus et minorum ordinum hodie iam non solent proponi; qui nostris temporibus eam sententiam defendunt, praeter auctoritatem illorum theologorum invocant auctoritatem Decreti pro Armenis et concilii tridentini. Sed haec argumenta non videntur efficacia. . . Neque ex *Decreto pro Armenis* quidquam in hac re probari potest. . . Neque ex *concilio tridentino* argumentatio valida fieri potest in favorem [illius] sententiae. . . Ex concilio tridentino . . . neque pro una neque pro altera sententia argumentum fieri potest. Si autem non probatur, hos ordines esse sacramentales, non affirmari debet eos esse sacramentales; nam aliquid esse sacramentum non supponendum, sed probandum est. Sed insuper potest ratio adduci, quae ostendit, illos ordines non esse sacramentales; nam non sunt a Christo instituti, sed ab Ecclesia."[38]

C. BAISI, sequens argumentationem Lennerz, minus confidenter scribit: "Nullum extat ecclesiastici magisterii explicitum documentum de sacramentalitate vel non subdiaconatus atque ordinum minorum. . . Inter ecclesiastica documenta quaedam, ut *Decretum ad Armenos* et *Cone. Trid.* (D. 958 collatum cum 959) favent sacramentalitati subdiaconatus et ordinum minorum. . . Si itaque Decretum pro Armenis accipiendum esset veluti ad fidem spectans, difficile esset negare subdiaconatus et ordinum minorum sacramentalitatem. At, de auctoritate huius decreti acriter disputatum est, et conclusio adhuc desideratur. P. Lennerz tamen probat ad mentem Patrum Tridentinorum auctoritatem talis Decreti non esse talem, ut minuat, aut restringat libertatem disputationis in hac quaestione. . . Relate autem ad Cone. Trid. scimus illud noluisse definire quaestiones inter catholicos auctores controversas. . . Argumenta hinc inde allata ex theologicis rationibus nullo modo videntur evincentia.

"Unicum sat validum argumentum erui potest ex praxi Ecclesiae. Ex qua constat: a) Hos ordines, saltem praecisive sumptos, prioribus saeculis in Ecclesia non fuisse, b) Eorum numerum ac officia non fuisse stabilia, sed diversis ecclesi-

"*L'Ordre et les Ordinations* (éd. 2, Paris 1925) 86 sq.

"*Theologiae dogmaticae manuale* (2a versio ex ed. 9 germánica, curante A. Hoffmann) IV (Parisiis 1946) 414 sq.

***De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 114-122.**

arum et temporum necessitatibus accommodata, c) Ecclesias Orientis etiam nunc valde differre in eodem numero ab Ecclesia latina. Hae ipsae rationes, quae essent contra sacramentalitatem praedictorum ordinum, nullo tamen modo videntur cogentes. Siquidem, responderi posset cum S. Thoma . . . [Citat *Suppi.,* q. 37, a. 2, ad 2, de implicita continentia omnium inferiorum ordinum in diaconatu] Ecclesia autem potuit harum functionum quasdam decursu temporis diaconis iterum demandare atque, consequenter, particularem quendam ordinem praecisive sumptum, nunc non amplius necessarium supprimere. . . Concludimus itaque sub* diaconatum aliosque ordines minores probabilius non esse sacramentum, sed mera sacramentalia. Confitemur tamen rem esse valde incertam."[39]

PH. OPPENHEIM, O.S.B., videtur litem dirimere velle per aliquod verbale compromissum quod nihil ad theologicam claritatem confert nec a sententia nega* tiva, nisi sua ambiguitate, ullatenus differt. Expositis nempe, contrariis opinionibus, sic concludit, instituens ingeniosam quandam comparationem inter catechumenatum relate ad sacramentum Baptismi et clericatum relate ad sacramentum Ordinis: "Vi* detur potius dicendum eos [ordines inferiores] esse Sacramentum in sensu veteris Ecclesiae, quae sub hoc nomine intelligebat etiam Sacramentalia, id est omne signum visible quod actu confert gratiam vel spiritualem potestatem. Res optime forsitan comparari potest cum administratione Baptismi: neque Catechumenus, neque Electus qui tamquam classes infra fideles distinguuntur, recepit unquam ipsum Sacramentum Baptismi, quamvis certo quodam modo iam Christianis adnumeraban* tur et participabant quaedam iura et obligationes; ritus qui circa ipsos peraguntur, habent proprium suum effectum, et propriam suam gratiam; *Ordo ad jaciendum catechumenum* cum suis signationibus, exsufflationibus et insuflationibus aliisque caeremoniis, suisque orationibus v.g. certe constituit hominem in ordine Catechumenorum, eique gratias conferunt; similiter reliqui sacri ritus praeparant ad digne et recte suscipiendum sacramentum Baptismi; verumtamen non sunt ipsum sacramentum Baptismi, sed tantum gradus ad illud. Similiter etiam *Ordo ad faciendum Clericum* et omnes ordines infra sacerdotium [Numquid etiam diaconatus?] sunt quidem Ordinationes, quae certe habent suam gratiam quaeque conferunt veram potestatem spiritualem Ordini propriam, verumtamen non sunt ipsum Sacramentum Sacerdotii."[40]

K. *M.-J. CONGAR,* O.P., sequens ideas *W. Croce (op. cit.,* supra, in p. 412), ordines minores nequidem ut veros ordines, seu ut gradus hierarchicos (utut ecclesiasticae institutionis) considerat, sed ut meros ordines "functionales," fundamentaliter de genere laicali, quibus theologi mediaevales hierarchicam indolem contulerunt. Quae quidem *opinio satis peregrina* est nec satis congruere videtur documentis sive Cone. Flor, et Trid. sive antiquae ipsius traditionis.

Ad rem ipse: "L'histoire nous apprend que les 'ordres mineurs' sont des consécrations constituant en un certain degré *(ordo)* dans le service et donc dans la hiérarchie de l'Eglise, en vue d'exercer une certaine fonction: des fonctions sacrées, mais des fonctions, au fond, laïques, ne supposant aucun 'pouvoir' hiérarchique. . . L'élaboration d'un traité des sacrements et singulièrement d'un traité de l'ordre, dans la Première scolastique (fin xie à début xiii® s.) amena la définition de l'ordre comme *potestas,* 'pouvoir' donné dans l'ordination indépendamment de toute considération de fonction ou service réellement exercés. Au lieu d'être envisagés comme des consécrations répondant à des charges ou fonctions réelles, les 'ordres mineurs' furent définis, de façon bien fictive, comme des 'pouvoirs': de façon bien fictive, disons-nous, car, à la vérité, quel 'pouvoir' l'acolyte ou le lecteur reçoivent-ils qu'ils n'avaient pas avant leur ordination et que tout homme n'a pas aussi bien qu'eux? Ce qu'ils ont d'original, précisément, ce n'est pas un 'pouvoir,' mais un office, une fonction dans le service de l'Eglise, ce pourquoi ils sont 'ordonnés' par une consécration liturgique. Ainsi la systématization univoque,

m *Institutiones theologiae scholasticae* **IV (Milano 1949) 597-601.**
******Pro Christo legatione fungimur* **(Romae 1949) 11 sq.**

géométrique, des divers degrés du ministère ecclésiastique sous le signe du pouvoir sacramentel du sacerdoce aboutissait-elle à ignorer le véritable statut des 'ordres mineurs' et à consolider le lamentable divorce entre l'ordre ou la dignité, et la fonction."[41]

P.-M. GY, O.P., unus ex paucis thomistis modemis qui huic sententiae suffragatur (alii sunt Diekamp et Congar nuper cit.), resumens eandem fere comparationem quam inter Baptismum et Ordinem instituit Oppenheim. necnon partem eiusdem ambiguitatis, scribit: "Le sous-diaconat et les ordres inférieurs ne sont pas sacramentels, mais ces bénédictions de l'Eglise procurent efficacement la grâce actuelle et préparent à recevoir le sacrement de l'ordre. En cela leur rôle est théologiquement comparable à celui des exorcismes préparatoires au baptême, mais leur raison d'être est d'aider le diacre à donner sa structure vivante à l'assemblée liturgique. Comme il est normal cette structure se diversifie à mesure que l'assemblée devient plus nombreuse. Le nombre et l'importance de ces ordres ont varié."[42]

S. MANY: "Subdiaconatus et minores ordines non sunt sacramenta. Cuius ratio peremptoria est, quod non sunt institutionis divinae nec apostolicae. Hoc autem ultimum satis demonstratur ex expositione historica supra facta, ex qua constat hos ordines non memorari ante saeculum iii."[43]

E. JOMBART, SJ.: "Le sous-diaconat, très probablement, n'a pas le caractère sacramentel: il ne fut assimilé qu'assez tard aux ordres sacrés et n'est encore qu'un ordre mineur dans l'Eglise grecque. L'opinion médiévale qui voyait dans les ordres mineurs des sacrements est aujourd'hui presque universellement abandonnée. Comment auraient été institués directement par Jésus-Christ ces rites dont on ne voit pas trace avant le troisième siècle et qui, dans l'Eglise grecque actuelle, sont réduit aux degrés de lecteur et de sous-diacre?"[44]

Quoad Schismaticos Orientales, Goar (cit. supra, p. 410) testatur Graecos sui aevi ordines inferiores non habuisse ut sacramentales, idemque de hodiernis Graeco-Russis testatur *Jugie,* scribens: "Unanimiter . . . profitentur inferiores ordines, subdiaconatu non excepto, non esse sacramenta divinitus instituta, sed mera sacramentalia ab Ecclesia originem trahentia [cf. Milasch et Dyovuniotis]; tres gradus superiores solos, episcopatum videlicet, presbyteratum et diaconatum sacramenti rationem habere [cf. N. Bulgaris, Macharium et Mesoloras]; immo . . . auctores haud pauci, dum de Ordine sub aspectu dogmatico tractant, de subdiaconatu ac lectoratu omnino tacent."[48] Nihilominus *Simeon Thessalonicensis* (saec. 15) docet Christum in sua persona exercuisse omnes et singulos ordines, in quo videri potest significata aliqua ratio divinae institutionis, ut notavimus supra (p. 383), ubi retulimus etiam unum scriptorem *nestorianum,* i.e. anonymum auctorem *Expositionis officiorum Ecclesiae* (saec. 9) et duos doctores *monophysitas,* i.e. *Bar Salibi* (saec. 12) et *Ibn Saba* (saec.

"Jalons pour une théologie du laicat ("Unam Sanctam," n. 23, Paris 1953) 309 sq.
43 "L'Ordre," *Initiation théologique* IV (Paris 1954) 716.
"Praelectiones de sacra Ordinatione (Parisiis 1905) 41.
"Le sacrement de VOrdre (Paris 1930) 13.
"Theologia dogmatica Christianorum orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium III (Parisiis 1930) 407.

14), idem dicentes, quorum postremus etiam explicite docet ipsum "Dominum Nostrum Christum instituisse septem ordines ecclesiasticos."[48] Praeterea *Petrus Moghila* (t 1646) in sua celebri *Confessione Orthodoxa,* parte 1, qq. 109 et 111, videtur omnes ordines, una cum ipso sacerdotio in quo includuntur, ad Christi institutionem revocare: "Sacerdotium sacramentale est constitutum a Christo in Apostolis. . . Sacerdotium continet in se omnes gradus (qui tamen rite debent peragi), uti lectorem cantorem, lampadoferum, subdiaconum, diaconum" (cf. supra, p. 332).

Protestantes, ut par est, negationi sacramentalitatis ordinum inferiorum ultro adstipulantur, quam non solum involvunt in generaliori negatione sacramentalitatis Ordinis, sed etiam peculiariter reiciunt, inde occasionem arripientes impugnandi ipsam convenientiam ecclesiasticae illorum ordinum institutionis, prout saltem intelliguntur et a saeculis exercentur in Ecclesia catholica. Quam impugnationem *Conc. Trid.* retundit sive in cap. 2, statuens antiquitatem illorum ordinum *(Denz.* 958), sive in can. 2, definiens: "Si quis dixerit, praeter sacerdotium non esse in Ecclesia catholica alios ordines, et maiores et minores, per quos velut per gradus quosdam in sacerdotium tendatur, A.S." *(Denz.* 962).

Tertius inter septem *articulos,* ex Novatorum operibus depromptos ac theologis tridentinis examinandos propositos, legit: "Ordinem non esse unum sacramentum; nec infimos et medios ordines velut gradus quosdam tendere in sacerdotii ordinem."[47]

Calvinus, aliorum Novatorum sensum declarans, scribit: "Quartum locum in eorum [i.e. catholicorum] catalogo tenet sacramentum Ordinis: sed adeo foecundum, ut septem ex se sacramentula pariat. Est vero istud perquam ridiculum, quod quum affirmant septem esse sacramenta, dum recensere ipsa volunt, tredecim enumerant. Neque vero causari possunt, unum esse sacramentum: quia omnia in unum sacerdotium tendunt, et velut quidam ad ipsum sunt gradus. Siquidem quum in singulis diversas esse ceremonias constet, diversas esse gratias ipsi loquantur: nemo dubitet quin septem sacramenta dici debeant, si eorum placita recipiuntur. Et quid, quasi rem ambiguam, controvertimus, quando ipsi plane distincteque septem declarant? ...

"Ne tamen mulierculis adhuc fucum faciant, traducenda est obiter eorum vanitas. Creant eximia pompa ac solennitate suos lectores, psalmistas, ostiarios, acoluthos, ad ea ministeria exequenda quibus vel pueros, vel certe quos vocant laicos, praeficiunt. Quis enim cereos ut plurimum accendit, quis urceolo vinum et aquam infundit, nisi puer,

[48] Apud Jugie, *ibid. N* (1935) 745sq.
[47] Apud Thetner, *op. cit.* (supra, p. 408) 133.

aut ex laicis sordidulus aliquis qui ex ea re quaestum facit? Nonne iidem canunt? nonne templorum ianuas claudunt et aperiunt? Quis enim in eorum templis unquam vidit vel acoluthum, vel ostiarium suis portibus fungentem? Quin potius qui puer acoluthi munere functus est, quum in ordine acoluthorum cooptatur, desinit esse id quod dici incipit; ut videantur ex professo velle munus ipsum abiicere quum titulum assumunt. En cur Sacramentis consecrari et Spiritum sanctum accipere necesse habeant, nempe ut nihil agant. Si praetexant, hanc esse temporum perversitatem, quod ministeria sua deserunt ac negligunt, simul fateantur nullum hodie esse in Ecclesia usum nec fructum sacrorum suorum ordinum, quos mirifice depraedicant, totamque Ecclesiam suam anathemate plenam. . .

"De veteribus acoluthis et ostiariis et lectoribus alibi dictum est, quum Ecclesiae ordinem exponeremus [cf. hic, infra]. Nobis hic propositum est duntaxat pugnare contra novitium illud inventum de septemplici sacramento in ordinibus ecclesiasticis: de quo nusquam alibi quam apud ineptos istos rabulas, Sorbonistas et Canonistas, legitur. lam de ceremoniis quas adhibent videamus. . . Ostiarii in consecratione claves templi accipiunt, quo sibi mandari custodiam intelligant. Lectores, sacra Biblia. Exorcistae, formulas exorcismorum, quibus super energumenos et catechumenos utantur. Acolythi, cereos et urceolum. En ceremoniae quibus (si Deo placet) tantum inest arcanae virtutis ut esse possint gratiae invisibilis non modo signa ac tesserae, sed etiam causae. Hoc enim secundum suam definitionem postulant, quum inter Sacramenta haberi volunt. Verum, ut paucis absolvam, dico absurdum esse quod in scholis et canonibus minores istos ordines Sacramenta faciunt: quando, eorum etiam qui hoc tradunt confessione, primitivae Ecclesiae incogniti fuerunt, et multis postea annis excogitati [Lib. 4. Sent. dist. 24 cap. 9]. Sacramenta autem, quum Dei promissionem contineant, neque ab Angelis, neque ab hominibus, sed a Deo solo institui debent: cuius unius est promissionem dare."[48]

In superiori autem capite eiusdem operis, agens de statu veteris Ecclesiae qui fuit ante Papatum, Calvinus laudat antiquam institutionem inferiorum ordinum, quos concipit, non tanquam electiones ad quaedam munera explenda, sed tanquam exercitia quae adolescentes assuefaciebant ad serviendum Ecclesiae in futuro ministerio, cui destinabantur: "Lectoris . . . et Acoluthi nomina non erant certorum munerum: verum quos clericos vocabant, eos ab adulescentia certis exercitiis assuefaciebant ad serviendum Ecclesiae, quo melius

[48] *Instit. christ. relig.*, l. 4, c. 19, nn. 22-27, *Ioannis Calvini opera selecta* (ed. P. Barth et G. Niesel), V: *Institutionis Christianae religionis 1559 librum IV. continens* (Monachii 1936) 456-462.

intelligerent quorsum essent destinati, et paratiores in tempore ad officium accederent. . . Omnes autem eiusdem tyrociniis imbuebantur, generali nomine vocabantur Clerici. Vellem equidem aliud nomen magis proprium inditum illis fuisse; haec enim appellatio ex errore, vel certe prava affectione nata est: quum tota Ecclesia clerus, hoc est haereditas Domini, a Petro dicatur [1 Pet. 5. a. 3]. Ipsum tamen institutum sanctum ac salutare imprimis fuit."[40]

Hanc Protestantium recriminationem iam suggesserat saec. 14 *Wicleff* (t 1384), eorum praecursor, scribens: "Ex istis . . . potest convinci quomodo interpolata celebracio sacramenti ordinis potest sive bene fieri sive male. Nam in primitiva ecclesia Christus immediate fecit apostolos suos sacerdotes, hoc est, episcopos, et post ascensionem tempore apostolorum constituerunt dyaconos, nec alios ordines clerici seorsum exhibitos legi illas columpnas ecclesie celebrasse. Et Deus scit utrum ritus ille foret hodie solempnior, facilior et ecclesie Christi utilior. Omnia enim que faciunt clerici inferioris ordinis possunt clerici ex vi potestatis sacerdotalis perficere et a probabili efficacius et humilius quam fiunt modo. Christus enim summus sacerdos exercuit omnia ista officia (ut alias explanavi). Ideo videri posset quod foret ad alleviamen ecclesie non habere tot ritus sacramentales et tot leges de clericis per saltum, cum hoc quod foret ecclesie efficacius et brevius ministratum."[80]

Eandem recriminationem post Protestantes renovarunt saec. 18 *lansenistae,* ut constat ex sequenti prop. 55 *Cone. Pistoriensis,* damnata a Pio VI in *Const.* "Auctorem fidei," 28 aug. 1794: "Item [doctrina synodi], qua vehementer optare se profitetur, ut aliqua ratio inveniretur minutuli cleri (quo nomine inferiorum ordinum clericos designat) a cathedralibus et collegiatis submovendi, providendo aliter, nempe per probos et provectioris aetatis laicos, congruo assignato stipendio, ministerio inserviendi Missis et aliis officiis veluti acolythi etc., ut olim, inquit, fieri solebat, quando eius generis officia non ad meram speciem pro maioribus ordinibus suscepientis redacta erant; quatenus reprehendit institutum, quo cavetur, ut minorum ordinum functiones per eos tantum praestentur exerceanturve, qui in illis constituti adseriptive sunt (Cone. prov. iv Mediol.), idque ad mentem Tridentini (sess. 23, c. 17), ut sanctorum ordinum a diaconatu ad ostiariatum functiones ab apostolicis temporibus in Ecclesia laudabiliter receptae et in pluribus locis aliquandiu intermissae iuxta sacros canones revocentur, nec ab haereticis tamquam otiosae traducantur:

[40] *Ibid.,* c. 4, nn. 1 et 9, pp. 58, 65 sq.
[80] *Iohannis Wyclif tractatus de Ecclesia* (primo editus a I. Loserth, London 1886) 515.

—suggestio temeraria, piarum aurium offensiva, ecclesiastici ministerii perturbativa, servandae quoad fieri potest in celebrandis mysteriis decentiae imminutiva, in minorum ordinum munera et functiones, tum in disciplinam per canones et speciatim per Tridentinum probatam iniuriosa, favens haereticorum in eam conviciis et calumniis" *(Denz.* 1555. Hae censurae referuntur· cumulative ac ditributive ad totam synodi doctrinam de Ordine, enunciatam in propp. 51-55).

CONCLUSIO

Quamvis probabile sit subdiaconatum et minores ordines esse quomodolibet institutionis divinae ac vere sacramentales, tamen probabilius videtur eos esse merae ecclesiasticae institutionis nec ullatenus sacramentales.

Probatur.

Quoniam utraque sententia suam probabilitatem trahit ex triplici fonte, seu ex *Documentis Ecclesiae, ex Traditione* et ex *propria natura illorum ordinum,* priori quidem fonte magis affirmativae sententiae favente, altero vero negativae, tertio utrique quodammodo, utilius videtur simul utriusque sententiae rationes sub triplici illo capite coadunare et ad invicem conferre, ut inde appareat tam utriusque probabilitas quam alterius probabilioritas.

I. DOCUMENTA ECCLESIAE.

Sententiam affirmativam prima fronte implicare videntur praecipue duo maiora documenta, scilicet Cone. Florentinum et Cone. Trid., quorum vim in decidenda hac quaestione frustra ac leviter quis seponere conaretur.

Cone. Florentinum, Decretum pro Armenis: "Sextum sacramentum est ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo: sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino et patenae cum pane porrectionem; diaconatus vero per libri Evangeliorum; subdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem; et similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem" *(Denz.* 701). Unde Concilium, asserta sacramentalitate Ordinis, hoc sacramentum immediate dividit in gradus, inter quos refert etiam subdiaconatum aliosque inferiores ordines, pariformiter de omnibus assignans id quod dicit esse materiam sacramenti Ordinis; subinde pariter, absque ulla distinctione aut separatione, ait ministrum huius sacramenti esse episcopum, effectum vero augmentum gratiae. Inde patroni sententiae affirmativae concludunt, cum magna confidentia, sacramentalitatem ordinum inferiorum esse sensum obvium

Cone. Flor.; Hugon: "Les Pères de Florence ne permettent pas le moindre doute," Merkelbach: "Est sensus obvius Conc. Flor."; Gerlaud: "Manifestement ce décret présente le sixième sacrement comme un tout dans lequel se distinguent divers ordres, presbytérat, diaconat, sous-diaconat et autres ordres"; Galtier: "Au sujet du sacrement de l'ordre ... il est manifeste que les deux conciles [de Florence et Trente] professent la même doctrine. L'un et l'autre considèrent comme sacrement, des ordinations où n'intervient à aucun titre l'imposition des mains. . . Le concile de Florence le fait explicitement pour le sous-diaconat et les ordres mineurs"; iam Estius, qui, quamvis dicat "non videri de ea [re] quicquam esse definitum ab Ecclesia" ac ideo se "opinionis electionem studiosis relinquere," tamen fatetur: "Quamquam non est negandum quin tam Florentini quam Tridentini concilii verba videantur eo propendere, ut significentur omnes septem ordines esse sacramenta, et sub generali nomine sacramenti esse comprehensa."

Conc. Tridentinum, in sua doctrina, prius distinguit Ordinem sive ordinationem in septem gradus (cap. 2) et immediate postea (cap. 3) sine ulla discriminatione docet Ordinem esse vere et proprie sacramentum; pariter in sua ipsa definitione, prius definit adesse in Ecclesia ordines sive maiores sive minores (can. 2) et immediate postea (can. 3) definit Ordinem esse sacramentum a Christo institutum. Unde obvius sive connaturalis sensus, resultans ex toto contextu et ex ea immediata iuxtapositione duarum affirmationum, est omnes et singulos ordines esse sacramenta. Confirmatur ex eo quod, si inferiores ordines essent institutionis ecclesiasticae, frustra Concilium in can. 3 definiret, tanquam dogma, existentiam horum ordinum et damnaret, tanquam haereticos, eos qui illam negant.

Praeterea, in cap. 2 Concilium affirmat inferiores ordines extitisse ab ipso initio Ecclesiae ("Ab ipso Ecclesiae initio sequentium ordinum nomina atque uniuscuiusque eorum propria ministeria, subdiaconi scilicet, acolythi, exorcistae, lectoris et ostiarii in usu fuisse cognoscuntur"); imo in Decreto de reformatione (eiusdem sessionis 23), cap. 17 (cit. supra, in p. 361) explicite asserit eos ordines extitisse inde a tempore apostólico ("Sanctorum ordinum a diaconatu ad ostiariatum functiones, ab apostolorum temporibus in ecclesia receptae ...'"). Unde de mente Concilii est, hos ordines ascendere ad tempus apostolicum et qua tales esse divinae institutionis, non minus quam diaconatum.

Praeterea, Conc. Trid. praecipue intendit refutare adversam doctrinam Protestantium de sacramento Ordinis; iamvero Protestantes

signanter ac praecipue reiciebant ac deridebant inferiores ordines (cf. Calvinum, cit. in pp. 416 sq.), facile concedentes presbyteratum et diaconatum, de quibus est explicita mentio in Scriptura; ergo etiam ac praecipue ad inferiores ordines refertur tridentina definitio de divina origine et sacramentalitate Ordinis et Ordinationis.

Praeterea, in can. 6 Concilium definit "in Ecclesia catholica esse hierarchiam, divina ordinatione institutam, quae constat episcopis, presbyteris et ministris," quod quidem "ministri" nomen, cum sit generale, non solum diaconos sed etiam inferiores ordines ad divinam ordinationem sive institutionem revocat.

Praeterea, fere unanimiter theologi et Patres tridentini admittebant divinam originem et sacramentaliatem inferiorum ordinum, adeoque, iuxta hanc suam opinionem, doctrinam et canones formulasse censendi sunt. Ut enim dictum est superius (pp. 388, 408 sq.), inter triginta sex disserentes theologos, nonnisi unus illi opinioni contradixit, undecim explicite affirmantibus ceterisque tacentibus, pariterque maior pars Patrum eidem opinioni consentit nec nisi paucissimi contradixerunt.

Catechismus Cone. Trid., intendens mentem ipsius Concilii aperire, docet, "ordines septenario numero contineri, semperque ita a catholica Ecclesia traditum esse" (p. 2, c. 7, q. 12), quo quidem omnium ordinum apostolica origo significatur. Sub eadem ratione sacramenti ac sacramentalis effectus omnes ordines colligit, dum loquitur de aptitudine promovendorum ad ordines: "Sequitur nunc, ut explicetur, quinam ad hoc sacramentum, in primisque ad sacerdotalem ordinem apti sint, et quae in eis potissimum requirantur. Ex hoc enim difficile non erit statuere, quid in aliis ordinibus dandis pro cuiusque officio et dignitate observare oporteat. Maximam autem in hoc sacramento cautionem adhibendam esse ita colligitur, quod cetera gratiam ad illorum sanctificationem et usum tribuunt, a quibus percipiuntur; at vero qui sacris initiantur, ob eam rem coelestis gratiae participes fiunt, ut eorum ministerio Ecclesiae atque adeo omnium hominum saluti consulatur" (q. 30).

Pontificale Romanum, in prologo "De ordinibus conferendis" ait: "Moneat [episcopus] ordinandos, quod instrumenta, in quorum traditione character imprimitur, tangant"; quae admonitio refertur generaliter ad omnes ordinandos, etiam inferiores, qui proinde sacramentum, per quod solum character imprimitur, accipere censentur. Praeterea, etiam in inferioribus ordinationibus significatur conferri aliqua spiritualis potestas; ita de lectoribus: "Accipite, et estote verbi Dei relatores," de exorcistis: "Accipite, et commendate memoriae, et habete potestatem imponendi manus super energumenos," de sub-

diaconis: "Videte cuius ministerium vobis traditur."

Pius VI (supra cit., in p. 418), agens contra Cone. Pistoriense, repetit verba Cone. Trid., aiens "sanctorum ordinum a diaconatu ad ostiariatum functiones ab apostolicis temporibus in Ecclesia laudabiliter receptas [esse]." Quod quidem indicat apostolicam, ac pro tanto divinam, originem inferiorum ordinum, non minus quam diaconatus.

Codex L C., can. 108, § 3 ait "ex divina institutione sacram hierarchiam ratione ordinis constare episcopis, presbyteris et ministris," quod quidem "ministri" nomen, cum sit generale, comprehendit etiam inferiores ordines, non minus quam diaconos, ita ut ibi aequaliter omnium ordinum divina origo significetur.

Sententia autem negativa, fateri quidem oportet, nihil fere ex documentis Ecclesiae in suum favorem positive adducere potest quod queat etiam a longe aemulari vim praefati argumenti contrariae opinionis.

Prima quidem fronte significativum in hac re videri potest altum silentium quo inferiores ordines teguntur in *Constitutione Pii XII* de sacris ordinibus, in qua agitur de sacramento Ordinis. Idque notare non omittunt aliqui theologi. Ita *C. Baisi:* "Constitutio Apostolica Pii XII, quae, agens de materia et forma quorundam ordinum, silet de subdiaconatu et reliquis inferioribus ordinibus, *potius favet* sententiae neganti."[51] S. *Corrà:* "Degli Ordini minori e del Suddiaconato la 'Sacramentum Ordinis' non si occupa. Tuttavia l'opinione, oggi più corrente, secondo la quale in essi non si realizzerebbe il Sacramento, ci sembra trovare nel documento un qualche appoggio. Sembra infatti che secondo la Costituzione le due espressioni 'Diaconato, Presbiterato ed Episcopato' e 'il Sacramento dell'Ordine' siano equivalenti. Ciò lascia intendere che al di là dei tre Ordini di cui si occupa, il Papa ignora, *anzi esclude,* l'esistenza di altri Ordini che siano Sacramentali."[52] *J. Crosignani:* "Ipsa [Constitutio] . . . inscribitur: 'De Sacris Ordinibus Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus' et tantum de his tribus Ordinibus agit. Sed, quamvis Subdiaconatus et Ordines minores in eam non includantur, quaestiones controversae de his Ordinibus non videntur omnes manere 'in statu in quo hucusque fuerunt,' ut tenet P. Hiirth. . . Nam eo ipso quod nova Constitutio instrumentorum traditionem decernit ad substantiam et validitatem Sacramenti Ordinis non requiri, *indirecte sententiam simpliciter con-*

[51] *Op. cit.* (supra, in p. 414) 598.
[52] "Solenni decisioni di Pio XII intorno al sacramento dell'Ordine," *Studia patavina* I (1954) 368.

firmat eorum qui Subdiaconatum et quattuor Ordines minores non esse sacramentales tenent, sed merae ecclesiasticae institutionis; etenim qua ratione hi Ordines iam sacramentales esse possunt cum conferantur tantum porrectione instrumentorum et essentiali ritu sacramentan, impositione nempe manuum, omnino careant?"[53] *A. Michel:* "Il semble bien que soit définitivement dirimée la controverse relative au sousdiaconat et aux ordres mineurs. L'imposition des mains étant inexistante dans la collation de ces ordres, *on ne peut plus les considérer que comme sacramentaux.* Thèse aujourd'hui *certa* et non plus simplement *probabilior.*"[**]

Attamen, ipsum silentium argumentum negativum constituere non valet, nisi aliunde probaretur S. Pontificem de omnibus sacramentalibus ordinibus loqui velle, nec potius abstrahere a quibusdam de quibus dubia et anxietates, quas ipse dissipare intendit, non habebantur. Unde *F. Hürth,* qui illius Constitutionis praeparatoria acta examinandi, et ad eorum tramitem aliquod commentarium edendi, licentiam specialem obtinuit, explicite declarat: "Subdiaconatus hac Constitutione non comprehenditur; multo minus comprehenduntur ordines minores. Ideo ex hac Constitutione nihil deduci potest relate ad quaestionem controversam, utrum subdiaconatus vel etiam ordines minores participent in ratione 'sacramenti Ordinis,' an sint solummodo aliquod 'sacraméntale' (cfr. can. 1144) iuris mere ecclesiastici."[55] Idem sentiunt plures alii commentatores illius Constitutionis, ut *McCarthy, lorio, Delchard, Pujorlas.* Ceterum, etiam si inferiores ordines in hac Constitutione includerentur, non inde necessario sequeretur eos esse sacramentales, quemadmodum id non sequitur de ipso episcopatu, ut explicatum est supra (pp. 240-242).

Praeterea, pro hac negativa sententia quidam, ut *Cappello,* provocant ad *Codicem I. C.,* can. 107, in quo dicitur non omnes clericos esse divinae institutionis ("Ex divina institutione sunt in Ecclesia clerici a laicis distincti, licet non omnes clerici sint divinae institutionis"), et can. 108, § 3, in quo dicitur alios gradus, praeter divinitus institutos episcopos, presbyteros, ministros et papatum, ex Ecclesiae institutione accessisse ("Ex divina institutione sacra hierarchia ratione ordinis constat Episcopis, presbyteris et ministris; ratione iurisdictionis, pontificatu supremo et episcopatu subordinatu; ex Ecclesiae autem institutione alii quoque gradus accessere"); attamen, ad veri-

" "Constitutio Apostólica de Sacris Ordinibus Diaconatus, Presbyteratus ct Episcopatus. Adnotationes," *Divus Thomas* (Piacenza) XXV (1948) 159.

""Matière et forme du diaconat, du sacerdoce et de l'épiscopat. Constitution Apostolique et commentaire théologique," *Uami du clergé* LVIII (1948) 346.

***"Constitutio Apostólica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus, episcopatus. Textus et commentarius cum appendice* (Roma 1948) 12.**

ficandum sensum can. 107 sufficit excludere a ratione sacramenti primam tonsuram, nam ab ipso Codice, can. 108, § 1, clerici definiuntur "qui divinis ministeriis per primam saltem tonsuram mancipati sunt" et ad verificandum sensum can. 108, § 3, sufficit excludere a divina institutione reliquos gradus hierarchiae iurisdictionis, praeter papatum et episcopatum, uti sunt archiepiscopatus, primatus et patriarchatus, nam ultima verba illius canonis de ecclesiastica institutione non tam ad hierarchiam ordinis referuntur (ut patet ex ipso indefinito nomine "ministri," infra quos nemo proprie in ea hierarchia invenitur) quam ad hierarchiam iurisdictionis, in qua plures, praeter papatum et episcopatum, gradus inveniuntur.

Quapropter totum fere robur sententiae negantis in hac re est mere negativum, sive ipsius argumenti contrariae opinionis destructivum, et eo quidem efficacius quo in hoc praecise argumento ea opinio maxime fundatur.

Ad Cone, igitur Florentinum quod attinet, concedendum est ipsum, prima saltem fronte, favere illi opinioni; idque fatentur plures inter ipsos huius opinionis adversarios: Diekamp: "Cui doctrinae nonnullae declarationes doctrinales favere videntur. Etenim in Decreto pro Armenis . . ."; Baisi: "Inter ecclesiastica documenta, quaedam ut Decretum ad Armenos et Cone. Trid. favent sacramentalitati subdiaconatus et.ordinum minorum"; Lennerz: "In hoc Decreto, secundum sententiam eo tempore apud theologos communiorem, supponi subdiaconatum et ordines minores esse sacramentales, facile concedi potest, licet non verbis explicitis hoc dicatur. Directe enim sermo est de materia et forma sacramenti ordinis; sed afferendo exempla, post indicatam materiam presbyteratus, diaconatus et subdiaconatus, pergit: 'et similiter de aliis.' Qui ita loquitur, supponit subdiaconatum et reliquos ordines esse sacramentales." Attamen, inde confici non posse sufficiens argumentum ad certitudinem aut etiam probabilioritatem illius sententiae stabiliendam, patet ex sequentibus:

Primo, nondum satis constat inter theologos, imo maxime adhuc controvertitur, tum de auctoritate seu doctrinali valore Decreti pro Armenis, tum de sensu doctrinae quae circa essentiam et gradus sacramenti Ordinis in eo continetur. De qua re utilius disputabimus in aptiori ac difficiliori loco, ubi de materia et forma huius sacramenti (pp. 698 sqq.).

Secundo, quidquid sit de generali indole et auctoritate illius Decreti, ipsum nihilominus in re nostra non cogere, patet tum ex eo quod fere ad verbum referat sententiam S. Thomae de sacramento Ordinis, ita

ostendens se exponere communes tunc theologorum ideas potius quam ipsam Ecclesiae doctrinam consulto ac directe determinare; tum ex eo quod, non obstante hoc decreto, quidam inter insigniores, eosque thomistas, posteriores theologos ante Cone. Trid., nominatim Caietanus et D. Soto, qui ceteroquin eo decreto magni facere solent, contrariae opinioni decisive favent; tum ex eo quod in ipso Cone. Trid., non obstante cognitione huius decreti et auctoritate ei communiter attributa, quidam, etsi pauci, theologi ac Patres eandem opinionem expresserunt et alii explicite petierunt ne doctrina Concilii eo modo formularetur quo ea opinio damnari videretur (cf. infra, pp. 427 sq.).

Ad intelligentiam vis illius decreti iuxta mentem Patrum tridentinorum, observat *Lennerz:* "Nullus . . . videtur esse casus, in quo patres concilii ipsa auctoritate huius Decreti inducti fuerint ad amplectendam et proponendam aliquam doctrinam, si agebatur de quaestionibus eo tempore in ecclesia controversis. Indicari autem potest casus, in quo potius contrarium apparet, idque praecise in materia de sacramento ordinis. Patres enim concilii optime noverunt, quae sententia de materia et forma ordinis in Decreto pro Armenis continetur; imo ipsa auctoritas huius Decreti inducebatur in concilio in favorem sententiae, materiam esse traditionem instrumentorum. Sed patres auctoritate Decreti non solum non movebantur ad amplectendam vel praeferendam hanc sententiam, sed considerabant hanc quaestionem talem, de qua libere disputari potest. Neque ullum habetur indicium, secundum mentem patrum hanc libertatem Decreto restrictam vel diminutam esse. Ergo Decreto in hac quaestione nullam specialem auctoritatem tribuerunt. Et quoniam, non obstante Decreto pro Armenis, hanc quaestionem numerabant inter quaestiones libere disputatas, verba decreti sui ita mutabant et aptabant, ut ista quaestio omnino non tangeretur. Ergo auctoritas Decreti pro Armenis secundum mentem patrum concilii non est talis, ut minuat aut restringat libertatem disputationis in hac quaestione. Si autem ita est, argumentum validum ex auctoritate huius Decreti in huiusmodi quaestionibus fieri nequit; theologi enim non debent huic Decreto maiorem auctoritatem tribuere, quam patres concilii tridentini."[50]

Tertio, quidquid sit de indole et auctoritate illius decreti, in eo explicite et directe unum tantum proponitur, scilicet sacramentalitas Ordinis generice ac indeterminate spectati, varii autem ordines nonnisi exemplificando proponuntur nec de ullo directe et explicite dicitur ipsum pertinere ad sacramentum Ordinis seu ad Ordinem praecise ut est sacramentum; unde, ut apte observant Pesch, Huarte, et Otten, omnia quae directe dicuntur in illo decreto, scilicet Ordinem esse

[50] *De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 119 sq.

sacramentum, eius materiam esse traditionem instrumentorum, et adesse in Ecclesia plures ordines a presbyteratu usque ad minores, salva manent, etiam si dicatur unus vel alius ordo non esse sacramentum. Aliud enim est dicere Ordinem esse sacramentum ac dividi in plures, et aliud est dicere Ordinem esse sacramentum ac dividi in plures prout est sacramentum. Similis fallacia indigitatur a quibusdam theologis in quaestione de divina institutione hierarchiae constantis triplici gradu episcopatus, presbyteratus et diaconatus, a Cone. Trid. definita in can. 6, qui dicunt Concilium definire quidem divinam institutionem hierarchiae *quae constat* illis gradibus, non vero *prout constat* illis gradibus (cf. supra, p. 108 sq., ubi tamen hanc interpretationem non probavimus), eandemque nos exclusimus in difficiliori fortasse expositione Constitutionis Pii XII de sacris ordinibus (cf. in p. 242), dicentes ibi proponi quidem sacramentalitatem Ordinis, qui constat episcopatu, presbyteratu et diaconatu, non vero directe prout constat tribus illis gradibus, ita ut inde non necessario sequatur episcopatum esse sacramentum.

Ad Cone. Tridentinum™ quod attinet, argumentum in favorem sententiae affirmativae ex una parte videtur fortius, quatenus agitur de documento certe infallibili, sed ex alia parte apparet manifeste debilius tum ex consideratione ipsius textus tum ac praecipue ex examine *Actorum* quae tridentinam decisionem praecesserunt.

Et imprimis, *ipse textus,* aliter ac in decreto florentino, non ita concinnatus est ut de sacramento Ordinis et de variis ordinibus fiat sermo in eodem continuato discursu seu in eadem contexta oratione, sed in distinctis capitibus et in distinctis canonibus, ita ut in cap. 2 et in can. 2 agatur de distinctione ordinum in maiores et minores, absque ulla mentione sacramental!tatis, et subinde in cap. 3 et can. 3, definiatur sacramentalitas Ordinis generice ac indeterminate, absque ulla mentione singulorum ordinum; quae omnia, sive nempe sacramentalitas Ordinis sive existentia singulorum ordinum, salva manent, etiam si dicantur inferiores ordines non esse sacramentales, dummodo admittatur (quod quidem ex littera tridentina necessario sequitur) aliquem ordinem, saltem primum sive presbyteratum, esse sacramentalem. Ceterum, quamvis ipsa immediata iuxtapositio duorum locorum, quorum unus affirmat existentiam diversorum ordinum et alter immediate subiungit Ordinem in genere esse sacramentum, videatur hanc consequentiam suggerere quod omnes praefati ordines sint sacramentum, ac pro tanto affirmativae sententiae favere dicenda sit, tamen huiusmodi consequentiam non necessario infert, quia iterum,

,TCf. M. Quera, "EI Concilio de Trento y los Ordenes inferiores al Diaconado," *Estudios eclesiásticos* IV (1925) 337-358.

ut dictum est quoad textum florentinum, aliud est dicere adesse plures ordines et Ordinem esse sacramentum, et aliud est dicere adesse plures ordines et omnes esse sacramentum. Ceterum, ratio quare omnes ordines in unum revocentur, cum est sermo de sacramento Ordinis, est ipsa eorum intima cognatio et ad invicem coordinatio, sicut connaturale est ut fiat mentio ipsius unctionis quae tamen ad sacramenti essentiam non pertinet (can. 5), et sicut conveniens est ut sermoni de Baptismo aliisque sacramentis coniungatur sermo de caeremoniis (uti de catechumenatu qui ad sacramentum ablutionis disponit, quemadmodum inferiores ordines praeparant ad superiores ac sacramentales ordines); propterea in eodem cap. 2 Concilium mentionem addidit ipsius clericalis tonsurae, id postulantibus quibusdam Patribus, qui tamen illius caeremoniae sacramentalitatem nullatenus docebant, quemadmodum hodiernus Codex I. C. sub titulo de Ordine agit de eadem tonsura, imo eam iuridice ordinem appellat, quamvis simul eam excludat a numero ordinum, etiam minorum (cann. 948-950).

Examen Actorum Concilii ostendit Patres non intendisse definire aut docere sacramentalitatem ordinum inferiorum. Quamvis enim longe plures, tam inter theologos quam inter Patres, huic sacramentalitati faverent, ac ideo huiusmodi opinio connaturaliter reflecteretur in quibusdam formulis praeparatoriorum schematum, tamen, ex una parte quidam illi opinioni contradixerunt et ex alia parte alii postularunt ne huiusmodi disputatae quaestiones doctrinae Concilii commiscerentur (cf. supra, p. 408).

Quod quidem de facto obtinuisse, ostendit successiva mutatio in formulatione doctrinae capp. 2 et 4 donec excluderetur quidquid sonare poterat divinam institutionem inferiorum ordinum. Ita formula 13 oct. 1562 sonabat: "Quare non solum sacrae literae de diaconis apertam mentionem faciunt, sed etiam ab ipso ecclesiae initio frequentissime legimus sequentium ordinum nomina et munera, subdiaconi, acolythi, exorcistae, lectoris et ostiarii. . . Porro quemadmodum ordo sacramentum est, ita etiam unum sacramentum esse s. synodus docet. Nam etsi plures in eo sint gradus ac potestates inter se distinctae, omnes tamen ad unum eucharistiae sacramentum et sacrificium ordinate referuntur";[58] iamvero in formula 3 nov. 1562 (cap. 3) et in definitiva formula (eiusdem capitis) 15 iul. 1563, prior pars illius formulae attenuata est, altera vero, de unitate sacramenti in pluralitate ordinum, simpliciter omissa est.[59] Item,

[58] Apud A. Theiner, *Acta genuina ss. oecumenici Concilii Tridentini* (Zagabriae [18741) II 152.

[59] Cf. *ibid.* 155 (et *Denz.* 958).

formula 3 nov. 1562 in cap. 5 ferebat: "Verum praeter iam commemoratos diversos ordinum gradus et spirituales potestates docet s. synodus, episcopos in ecclesia catholica sub uno Christi in terra vicario, romano pontifice, . . . praecipuum locum obtinere, atque ita ad similitudinem coelestis Hierusalem, ecclesiasticam hierarchiam per succedentium ordinum aptissimam dispositionem a Christo domino constitutam esse";[60] in definitiva vero formula 15 iul. 1563 (iam cap. 4), haec allusio ad institutionem Christi, quae poterat intelligi de omnibus ordinibus, omissa est, ita ut breviter dicatur: "Sancta synodus declarat, praeter ceteros ecclesiasticos gradus episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem praecipue pertinere" *(Denz.* 960).

Pariter satis significativa esse videtur mutatio facta in can. 2. Nam formula 3 nov. 1562 ferebat: "Si quis dixerit, praeter sacerdotium non esse in ecclesia alios ordines, et infimos et medios, qui velut gradus quidam in sacerdotii ordinem tendant; vel ordinem esse figmentum quoddam humanum excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis: anathema sit";[61] formula vero definitiva omittit secundam partem ("vel ordinem esse . . ."), quae poterat suggerere divinam institutionem omnium ordinum, eamque aggregat can. 3, ubi omittitur distinctio ordinum et agitur generaliter de "Ordine sive sacra ordinatione" sub ratione sacramenti *(Denz.* 962 sq.).

Huic rationi, ex examine Actorum deductae, *Hugon opponit:* "Quoi qu'il en soit des discussions qui précédèrent la définition, il est permis de s'appuyer sur le texte actuel pour argumenter en faveur de notre thèse [sur la sacramentalité des ordres inférieurs]... Il ne s'agit pas de savoir le sens que pouvait entendre tel ou tel théologien dans les débats préliminaires; nous avons le droit de considérer le sens que comporte logiquement la rédaction definitive."[62] *Attamen,* quamvis ultro concedamus primam regulam interpretationis decretorum conciliorum esse ipsum rationale ac logicum examen litterae, sub assistentia Spiritus S. finaliter propositae, nec exaggerandum esse (cum quibusdam modernis "feticismo" *Actorum* exagitatis) momentum studii praeliminarium disputationum quae ad eam litteram duxerunt, nemo negabit tale studium non parum conferre ad ipsius litterae intelligentiam, maxime cum littera, ut contingit in nostro casu, minime clara est. Ceterum, ipse *Hugon* alibi ad huiusmodi methodum recursum habet, ut confirmet suam opinionem in hac ipsa quaestione de sacramentalitate ordinum inferiorum, scribens: "Mens Concilii colligitur ex

[60] *Loc. cit.*
[61] *Loc. cit.*
[62] "Autour du sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* XXXI (1926) 265sq.

mente theologorum qui aderant. Porro ex quindecim theologis unus tantum in disputationibus obstitit, et in congregatione generali omnes [??] videntur admisisse singulos Ordines esse sacramenta."[68]

Cetera quae ex Cone. Trid. obiciuntur, non magnum pondus habere videntur.

Et imprimis ex hoc quod Concilium damnet ut haereticos eos qui negant *esse in Ecclesia alios ordines maiores et minores,* non sequitur hos quoque esse sacramentales; nam haeresis quae implicaretur in ea negatione, qua parte respicit inferiores ordines, esset negatio potestatis Ecclesiae statuendi accidentales caeremonias circa essentiam sacramenti, quam potestatem Clemens VI a. 1351 a catholicis Armenis exigebat ut tanquam fidei dogma crederent *(Denz. SIQvo}.* Ceterum, huiusmodi fidei definitiones circa ea quae sunt solius ecclesiasticae institutionis, et nominatim circa ecclesiasticas caeremonias de sacramentis, non raro occurrunt in Cone. Trid.; ita, in hac ipsa sessione 23 de Ordine, in can. 5 definitur: "Si quis dixerit, sacram unctionem, qua Ecclesia in sancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam et perniciosam esse, similiter et alias caeremonias, A.S." *(Denz.* 965).

Quod autem Concilium dicat inferiores ordines fuisse *"ab ipso initio Ecclesiae"* non necessario referendum est ad ipsum tempus apostolicum, sed intelligi potest de saec. 2-3, eo vel magis quod ipsum Concilium distinguat inter diaconos, cuius mentio habetur in ipsis "sacris litteris," et ceteros inferiores ordines, de quibus mentio fit "a Patribus et sacris Conciliis." Pariter, cum ait diaconatum aliosque inferiores ordines receptos esse in Ecclesia inde a tempore apostólico, id intelligi potest ratione diaconatus, qui est praecipuus inter illos ordines et in quo ceteri quodammodo continentur, vel etiam tempus apostolicum accipi potest in generaliori sensu pro primis Ecclesiae temporibus, ita ut quoad diaconatum intelligatur stricte, quoad ceteros latius. Ceterum eae expressiones "Ab initio Ecclesiae" et "Ab apostolorum temporibus" ex una parte sunt tantum obiter prolatae et ex alia parte sunt satis elasticae, ut possint facile ac cum grano salis ad varios ordines diversimode accommodari, nec ceteroquin improbabile aut inconveniens est asserere, theologos, qui eas confecerunt, ad latiorem sive ambiguam illam formulationem ductos fuisse ex indebita ac tunc communi attributione quorundam antiquorum documentorum, uti epistolarum Pseudo-Ignatii Antiocheni et Constitutionum Pseudo-Clementis Romani.

Ex hoc quod Concilium intendat damnare *negationem et irrisionem*

* ***Tractatus dogmatici*** **III (ed. 14, Parisiis 1948) 700.**

Protestantium circa ordines minores, non sequitur ipsum docere sacramentalitatem illorum ordinum; ut constat ex verbis Calvini supra citatis (pp. 416 sq.), Protestantes impugnabant adulterationem eorundem ordinum inductam ab Ecclesia romana, sicut etiam reiciebant "sacram unctionem, qua Ecclesia in sancta ordinatione utitur" (Conc. Trid., can. 5). Ceterum, praecipua negatio Protestantium vertebat circa ipsum sacramentum Ordinis et circa ipsos ordines maiores, praesertim episcopatum; Lutherus ipse in praecipua sua impugnatione operis *De captivitate babylonica,* acriter invehens contra sacramentum Ordinis, ne quidem explicitum verbum facit de ordinibus diaconatu inferioribus; unde exaggerat Galtier cum ait: "Surtout les erreurs protestantes que condamne le canon 3, en les opposant á la doctrine qu'il définit, prouvent que Fordination visee est aussi celle des ordres inférieurs au diaconat; ce sont eux surtout, ce sont surtout les traditions des divers Instruments que les protestants traitent de 'figmentum quoddam humanum excogitatum a viris rerum ecclesiasticarum imperitis' . . . [La] définition vise aussi directement, sinon surtout, les ordres inférieurs au diaconat."[64]

In can. 6 de hierarchia divinitus instituta, quae constat episcopis, presbyteris et ministris, vox "ministri" non sonat comprehensive, quasi complectens omnes qui ministri dicuntur, sed mere abstractive ac indeterminate, ita ut importet aliquos saltem ministros, adeoque saltem altiores ministros sive diaconos.

Ex quibus omnibus constat frustra Concilii doctrinam invocari in favorem opinionis de sacramentalitate inferiorum ordinum eamque reapse abstrahere ab hac quaestione, quamvis quaedam indicia aut expressiones, indebite pressa aut minus attente considerata, videantur prima fronte illi favere. In cuius rei confirmationem addi potest ipsum significativum factum quod, praecise post Conc. Trid. et non obstante eius decisionibus de sacramento Ordinis, sententia negans sacramentalitatem inferiorum ordinum ampliorem in dies favorem apud theologos obtinuit donec recentiori tempore communior evaserit; quod quidem saltem ostendit doctrinam Concilii non ita obviam esse ut quidam fautores contrariae opinionis sibi persuadere videntur.

Catechismi Conc. Trid. expressio de septenario ordinum numero "semper a catholica Ecclesia tradito," eodem modo explicatur ac praefata verba tridentina de existentia inferiorum ordinum ab initio Ecclesiae. Pariter Catechismus non dicit eos ordines esse sacramentales, sed tantum sermonem de illis commiscet sermoni de sacramento Ordinis. Ceterum non est improbabile auctores Catechismi

***A^t. cit.* (supra, in p. 393) 1419.**

suam formulationem confecisse sub influxu thomisticae ac communioris tunc opinionis de sacramentalitate illorum ordinum.

Pontificale Romanum dicit quidem characterem imprimi in traditione instrumentorum, sed non dicit eum imprimi in omni traditione instrumentorum; sufficit autem ut imprimatur in ritibus presbyteratus et diaconatus ut episcopus in generali allocutione ad omnes ordinatos possit indeterminate asserere characterem imprimi in traditione instrumentorum. Ceterum, concorditer cum decisis in Constitutione Pii XII "Sacramentum Ordinis," a. 1947, de impositione manuum tanquam sola materia superiorum ordinationum, ea verba a textu Pontificalis expuncta sunt, per Decretum S. C. Rituum, 20 febr. 1950 (cf. infra, p. 755). Ex hoc quod omnes gradus ecclesiastici vocantur ordines non sequitur omnes esse ordines sacramentales. Potestas quae significatur conferri per ordines inferiores non necessario est potestas divina, quae per sacramentum confertur, nam etiam Ecclesia potest aliquam potestatem moralis generis conferre per sua sacramentalia.

Ad verba *Pii VI,* qui repetit Conc. Trid., satisfactum est supra (p. 429).

Codex I. C., referens fere ad verbum can. 6 Conc. Trid. de hierarchia divinitus instituta, constante episcopis, presbyteris et ministris, vocem ministri accipit in eodem generali ac indefinito sensu, quo saltem superiores ministri sive diaconi significentur, non vero in comprehensivo ac determinato sensu quo omnes ac singuli ministri includantur.

Sic concidit, vel saltem magna ex parte sua vi destituitur, praecipuum argumentum quod pro sententia affirmativa afferri potest quodque a suis defensoribus post Conc. Trid. maxime urgetur.

II. TRADITIO.

Pro sententia affirmativa, argumentum probabile confici potest ex eo quod iam in priori medietate saec. 3 ordines inferiores incipiunt apparere in documentis Traditionis, tanquam aliquid usitatum ac stabilitum in quibusdam ecclesiis, et signanter in ipsa ecclesia romana (cf. supra, pp. 334 sq., 354), cumque eorum initium ignoretur, verisimiliter conici potest eos iam inde a tempore apostólico extitisse, sub aliqua forma incipienti aut implicita, puta sub larvali forma quorundam ecclesiasticorum officiorum quae subinde, ad imaginem ipsius diaconatus, determinata hierarchica lineamenta pedetemptim assumpserint, aut sub implicita forma virtualis ipsius continentiae in ipso diaconatu, ex cuius ministeriali amplitudine paulatim dissecti fuerint.

Ut patet, hoc argumentum non multum robur habet atque incerta coniectura vel difficili explicatione laborat, de qua amplior sermo

erit inferius; imo generatim ex ipso argumento Traditionis, quod constituit praecipuum fulcrum contrariae sententiae, vulnerabile punctum huius opinionis ostenditur.

Sententiae igitur negativae favet, et quidem quam maxime, argumentum Traditionis, quod ad hanc formam redigi potest: Ex his quae documenta Traditionis nobis produnt de historia et vicissitudine ordinum diaconatu inferiorum, satis clare apparet hos ordines non fuisse a Christo institutos, sed ab Ecclesia. Atqui quod non est a Christo sed ab Ecclesia institutum, nequit esse sacramentum. Ergo hi ordines nequeunt esse sacramentum.

Maior ostenditur ex defectu trium notarum quae competunt his quae sunt a Christo instituta, scilicet existentiae inde ab origine, unitatis in omnibus ecclesiis et immutabilitatis sive quoad existentiam sive quoad numerum sive quoad essentiam, ut constat de ipsis superioribus ordinibus episcopatus, presbyteratus et ipsius diaconatus.

Imprimis, ordinibus inferioribus non competit *existentia inde ab origine,* Nihil in Scriptura de eis invenitur, nihilque in documentis prioris Traditionis saec. 1-2, in quibus signanter agitur de gradibus ecclesiasticae hierarchiae, nominatim *Epistola Clementis Romani, Didache,* et peculiariter *epistolis Ignatii Antiocheni* quae de variis Asiae ecclesiis testimonium praebent. Expectandum est initium saec. 3 ut apud Tertullianum detegatur primum solidum testimonium de existentia alicuius ordinis infra diaconatum, et quidem unius tantum ordinis, scilicet lectoratus, nec nisi circa medietatem eiusdem saeculi omnes inferiores ordines a Cornelio Papa prima vice referuntur, et quidem quoad solam ecclesiam romanam (cf. supra, pp. 334 sq., 354 sq.). Vis huius rationis non est reponenda praecise in ipso silentio priorum documentorum (nam ita conficeretur argumentum mere negativum, quod contra admissam ab omnibus existentiam aliarum divinarum institutionum retorqueri posset), sed in ipso significativo silentio documentorum in quibus, cum explicitus sermo sit de gradibus hierarchiae, mentio inferiorum ordinum logice expectatur, sicut habetur mentio superiorum graduum.

Secundo, his ordinibus non competit *unitas seu identitas in omnibus ecclesiis,* ut patet ex diversitate sive inter ecclesiam latinam, in qua communiter quinque numerantur, et ecclesiam graecam, in qua communiter duo tantum (vel tres) referuntur; sive in ipsa ecclesia latina, in qua olim non semper iidem nec uniformiter numerabantur (cf. supra, p. 355); sive in ecclesia graeca, in qua etiam aliqua varietas observatur et probabile est aliquando in quibusdam locis etiam ostiariatum et exorcistatum extitisse (cf. in pp. 362 sq., 367).

Tertio ac. praecipue, his ordinibus non competit *immutabilitas.* Neque nempe *quoad existentiam;* nam in ecclesia latina, quidam ordines pro aliquo tempore practice saltem cessarunt, donec iterum in usum restituerentur, ut constat ex dictis supra (pp. 355-357) de ostiariatu et exorcistatu; in partibus gallicanis acolythatus pro aliquo tempore vix notus fuisse videtur, dum Romae magni habebatur (p. 359); unum vel aliud officium, uti fossarius, qui non improbabiliter in quibusdam locis consideratus fuit ut verus ordo, effimeram vitam habuit ac mature semel pro semper sepultus est; in ipsa ecclesia graeca, quaedam officia, seu ostiariatus et exorcistatus, qui, ut dictum est, probabiliter in quibusdam locis tanquam veri ordines considerati fuerunt, mature ac perpetuo deciderunt. Neque *quoad numerum;* nam, dependenter ad ipsa quorundam ordinum perpetua aut temporanea cessatione, numerus ipse necessario variabatur, ut patet ex diversis numerationibus allatis a Pseudo-Hieronymo, *Chronico Palatino,* Cone. Toletano, Siricio, Zosimo et Gelasio (p. 355). Neque *quoad essentiam,* seu propria officia unicuique ordini attributa; nam officium subdiaconi non est idem in ecclesia latina et in ecclesia graeca, sed potius subdiaconus graecus aequiparari potest acolytho latino, et in antiquo ritu romano officium acolythi aliud erat ab eo quod subinde inolevit ex influxu sive adoptione ritus gallicani in ecclesia romana.

Patroni contrariae et affirmativae sententiae huic argumento satisfacere simulque supradictum suum exangue argumentum corroborare, conantur per aliquam ingeniosam distinctionem quae occasionalem originem ducit ex ipsis verbis S. *Thomae* (supra relatis et explicatis, inpp. 385 sq.) de implicita sive virtuali continentia omnium inferiorum ordinum in diaconatu ac de potestate Ecclesiae determinandi et explicandi virtuale illud contentum per diversos ordines.[85] Ceterum, ut notatum est supra (p. 402), in formulatione praefatae distinctionis non prorsus hi doctores conveniunt, nam plurimi quidem dicunt inferiores ordines institutos esse ut virtualiter contentos in diaconatu; alii in generali gradu ministerii, cuius prima determinatio, facta ab ipsis apostolis, fuit ipse diaconatus; Hugon et Gerlaud in ampliori ordine sacerdotii, cuius priores emanationes, productae ab ipsis apostolis, fuerunt superiores gradus episcopatus, presbyteratus et diaconatus, posteriores vero emanationes, factae ab Ecclesia, fuerunt inferiores ordines.

®Haec est longe communior responsio; quidam tamen post Scotum (supra, p. 385), ut Frassen, Montefortino et Minges (ad mentem sui magistri Scoti), Gonet, De Augustinis et, ut videtur, Billot (supra, p. 391), simpliciter respondent ipsum Christum directe instituisse ordines inferiores, relicta Ecclesiae facultate, pro opportunis circumstantiis, eis utendi seu eos primo introducendi. Mens ipsius S. Thomae clara non est, ac potest etiam in hoc sensu explicari (cf. supra, p. 386).

Iamvero, huiusmodi explicatio, quae ob suam ipsam ambiguitatem mentes non leviter allicit, admitti non posse videtur, nam claudicat utroque pede seu in duplici suo asserto de virtuali continentia inferiorum ordinum in superiori et de potestate Ecclesiae dividendi unum ordinem sacramentalem in plures.

Primo enim *virtualis illa continentia* inferiorum ordinum in alio superiori, ab ipso Christo directe instituto, necessario supponit quod de voluntate Christi propria officia inferiorum ordinum (puta aperire ostium ecclesiae atque pulsare campanas [ostiarii], vel legere Scripturam [lectoris], vel daemones ab obsessis eiicere, dicere populo ut qui non communicat det locum, aquam in ministerio fundere [exorcistae], vel ceroferarium ferre, vinum et aquam in Missa ministrare [acolythi], vel aquam ad ministerium altaris praeparare, diacono ministrare, pallas et corporalia abluere, calicem et patenam in usum sacrificii diacono offerre [subdiaconi]) non debeant exerceri nisi a viris qui ad ipsa specialiter ac sacramentaliter ordinati fuerint, sive sint in ipso superiori gradu sive saltem in aliquo inferiori ac sacramentali gradu. Iamvero, fere omnia haec officia Ecclesia exercuit et exercet etiam per laicos, imo plura nonnisi per laicos; ergo haec non continentur virtualiter in aliquo ordine sacramentali a Christo instituto, secus Ecclesia a mente Christi defecisset.

Secundo ac praecipue, quidquid sit de hac virtuali continentia, explicatio quae fieret ab Ecclesia secundum varios determinatos ordines, vel, si placet, fractio superioris ordinis in inferiores aut amplioris sacramenti in frustula sacramentaria, supponeret in Ecclesia *potestatem in substantiam sacramenti,* et quidem sive in substantiam metaphysicam, quatenus Ecclesia determinaret peculiarem gratiam et potestatem conferendam per inferiorem ordinem, sive in substantiam physicam, quatenus Ecclesia totaliter determinaret materiam et formam inferioris ordinis, a Christo nullatenus, ne quidem generice, determinatam; iamvero notum est ex Cone. Trid. Ecclesiam nullam habere potestatem in substantiam sacramenti, saltem metaphysicam, ut omnes theologi interpretantur.

Nec proinde valet hic cum *Hugon* (cf. supra, p. 393) invocare sententiam satis communem inter modernos, iuxta quam Ecclesia habet potestatem specifice determinandi in sacramentis ea quae a Christo fuerint *tantummodo generice instituta.* Nam, non obstante identitate formularum, praesens casus esset prorsus diversus nec est ullatenus reducibilis ad illam sententiam, quoniam haec docet Christum determinasse saltem essentiam metaphysicam, imo (iuxta communem illorum auctorum explicationem) etiam essentiam physicam seu ma-

teriam et formam, hanc tamen tantummodo generice, ita ut Ecclesia nihil aliud addat nisi specificam determinationem materiae et formae, in praesenti vero casu Ecclesia determinaret totum sacramentum, utut partiale, quoad utramque physicam ac metaphysicam essentiam, ut explicatum est. Exemplum autem ab Hugon adductum, de eo nempe qui accipit nummum aureum viginti libellarum quique potest illum frangere ac distribuere per singulas libellas, ineptum est, quia distributio vel fractio potestatis et gratiae contentae in superiori ordine fieret per sacramentum, adeoque implicaret potestatem Ecclesiae in substantiam sacramenti. Ceterum illud exemplum in hoc claudicat quod gratis supponit Christum ita sacramentalem Ordinis potestatem commisisse Ecclesiae, sicut committitur alicui nummus viginti libellarum, ut nempe possit pro libito scindi ac in partes distribui, quod saltem in pluribus manifeste falsum est, ut quoad duas presbyteri potestates absolvendi ac consecrandi et quoad alias potestates de quibus infra (pp. 436sq.).[110]

Nec valet opponere quod hic ageretur de determinatione non alicuius sacramenti simpliciter, sed partis eius vel, si placet, partialis sacramenti. Nam, ex una parte iugiter verificaretur quod Ecclesia tangeret ac frangeret substantiam sacramenti et ex alia parte unusquisque ordo sacramentalis, quamvis partialiter se habeat respectu totius et in comparatione ad alios ordines, tamen in seipso constituit determinatam aliquam ac completam entitatem sacramentalem, cum propria materia et forma et cum proprio effectu gratiae et characteris.

Nec valet dicere cum *Bauerle* (a quo essentialiter non discrepat *Tymczak)* Ecclesiam idem omnino sacramentum diaconatus, a Christo institutum, pluries ac diversimode conferre per varios ordines minores, ita scilicet ut nihil immutet, sed tantum varias potestates in diaconatu contentas per frustula applicet, et eandem materiam impositionis manuum pluries ac diversimode repetat per ipsam variam traditionem instrumentorum (cf. supra, p. 403). Nam, iterum haec partialis ac

MIdem duplex defectus continetur in alio, utut aptiori, exemplo allato a Roberkof scribente: "Bien plus, c'est une hypothèse très raisonnable. H est très aisé, en effet, de concevoir un pouvoir confié dès l'abord pleinement à un seul, puis par après, sous l'influence de diverses circonstances, subdivisé et réparti entre plusieurs. Nous avons un exemple frappant de cette répartition de pouvoir dans l'armée; le général en chef le détient dans toute son intégrité, les officiers supérieurs lui en empruntent une bonne part, puis, toute proportion gardée, ce pouvoir est réparti aussi parmi les officiers inférieurs jusqu'aux plus humbles, de sorte qu'on peut légitimement conclure que tous sont des commandants ayant le pouvoir les uns partiellement, les autres intégralement. Or, ce qui se passe dans la hiérarchie militaire peut en tout point se vérifier dans la hiérarchie ecclésiastique, et si l'on admet que le diaconat est d'institution divine, l'Eglise par après l'ayant démembré, a réparti le pouvoir entre tous les degrés inférieurs qu'elle jugea à propos d'établir pour constituer aussi sa hiérarchie. Et si le diaconat est un sacrement, tous les ordres en dessous de lui participeront par le fait à sa sacramentalité" *(art. cit.* [supra, in p. 392] 99 sq.).

multiformis traditio potestatum, in diaconatu contentarum, sacramentalis est, et qua talis diversa a plenaria traditione potestatis diaconalis, sicut pars differt a toto, ac ideo per eam non habetur applicatio ipsius sacramenti a Christo instituti, sed potius applicatio plurium partialiter distinctorum sacramentorum, ab actione Ecclesiae originatorum, ut iam notatum est supra (p. 403). Quod autem idem auctor dicit de determinatione materiae impositionis manuum per traditionem instrumentorum, non minus peregrinum videtur; nam, praetermisso quod voluntarie dicatur traditionem instrumentorum continere manuum impositionem eamque determinare, haec ipsa hypothetica et implicita manuum impositio quae ñeret in ordinibus inferioribus non esset formaliter eadem impositio manuum quae fit in ordinatione diaconi, cum non haberet eandem significationem quae ab effectu determinatur, sicut non est formaliter eadem impositio manuum quae fit in ordinatione presbyteri, quae est significativa ac collativa diversae potestatis.

Ceterum generalis illa responsio, sive recursus ad potestatem Ecclesiae scindendi sacramentum a Christo institutum, in sua apparenti facilitate et ingenuitate plures mirabiles consequentias parit. Exinde enim sequeretur Ecclesiam posse dividere ministeriales potestates, implicite contentas in diaconatu, in tot sacramentales ordines quot illae sunt aut imaginari possunt, puta in viginti aut triginta inferiores ordines, ita v.g. ut habeatur ostiarius, campanarius, aquarius, lampadarius, pallarum et corporalium ablutor, calicis et patenae porrector, aliaque innumera officia aut officiorum commixtiones. Item Ecclesia posset instituere duas vel tres species ipsius diaconatus, aliam ad baptizandum, aliam ad praedicandum, aliam ad ministrandum altari; item, duas species presbyteratus, puta ad offerendum unam et ad absolvendum alteram, vel, si placet, unam ad utrumque, alteram ad absolvendum tantum87; item, duas ac separatas species sacerdotii, alteram mere presbyteralem, alteram mere episcopalem, ita ut haberetur episcopus qui non sit presbyter quique possit ordinare ac confirmare sed non possit absolvere et consecrare. Praeterea, sicut Ecclesia fregisset ordinem superiorem in inferiores, sic etiam posset

wNec satisfacit Tymczak *(op. cit.* [supra, in p. 398] 285 sq.) negando paritatem inter "potestatem ministerialem diaconatus, cuius divisio non repugnat" et potestatem sacerdotalem cuius "separatio in potestatem consecrandi Eucharistiam, remittendi peccata, conferendi sacramentum confirmationis, extremae unstionis etc. . . . — putamus — repugnat," eo quod "qui potestatem circa S. Eucharistiam accepit, quae est sacramentum sacramentorum, eo ipso accepit etiam (saltem in radice) potestatem circa alia sacramenta." Nam, quidquid sit de hac voluntaria disparitate, cui nec ipse auctor simpliciter fidere videtur, ex illa ad summum sequeretur non posse esse consecratorem qui simul non sit potens absolvere, non vero vicissim, seu non posse dari ministrum potentem absolvere qui non posset etiam consecrare.

inverso processu illum ad pristinam formam revocare, ita ut ordines minores supprimantur ac veluti in diaconatum iterum absorbeantur, ipse diaconatus iterum in presbyteratum refundatur, pariterque presbyteratus ac episcopatus in originale ac generale sacerdotium.

Ex quibus patet quod si quis absolute velit tenere divinam originem et sacramentalitatem inferiorum ordinum, sincerius ac facilius recurret ad explicationem olim traditam a Scoto, ac historicam difficultatem, saltem quae petitur ex tardiori illorum apparitione, resolvet dicendo Christum ordines a se institutos, ita in manu Ecclesiae reliquisse, ut pedetemptim, iuxta rerum opportunitatem ac necessitatem, in ecclesiasticam organizationem introduci possent (cf. supra, p. 2).

III. *RATIO THEOLOGICA.*

Pro sententia affirmativa plures rationes assignari solent, quarum praecipuas sequens argumentum complectitur: In inferioribus ordinibus *nihil desideratur eorum quae requiruntur ad rationem sacramenti:* adest nempe signum sensibile, seu materia et forma; confertur praeterea proprius effectus sacramenti, seu sive aliqua spiritualis potestas, ordinata ad administrationem sacramentorum, et peculiariter ad Eucharistiam, ex cuius immediata relatione sacramentum Ordinis constituitur, sive divina gratia, quae semper ecclesiasticis officiis adnecti solet. Ergo nihil obest quominus vera sacramenta dicantur. Confirmatur ac roboratur argumentum ex hoc quod etiam inferiores ordines sunt initerabiles; ex quo sequitur eos imprimere characterem ac esse sacramenta.[68]

Attamen, quamvis haec ratio habeat suam suasivam probabilitatem, rem nullatenus evincit, ac ceteroquin ultimo fundatur in incerta interpretatione documentorum Traditionis.

Materia enim et forma constituunt aliquod sacramentum si sunt a Christo instituta, non vero si ab Ecclesia, ut ex documentis Traditionis satis constare videtur quoad ordines inferiores; potest autem Ecclesia ritus a se institutos conficere in aliqua materia et forma, ad imitationem ipsorum sacramentorum, ut verificatur aliquo modo in variis sacramentalibus et in ipsa prima tonsura, et ut maxime conveniens est illis ritibus qui, tanquam ordines inferiores, ipsi sacra-

[68] **S. Thomas, *Suppi.,* q. 35, a. 2, c. et ad 2: "Oportet quod in omnibus ordinibus character imprimatur. Cuius etiam signum est quod perpetuo manent et numquam iterantur. . . Quantumcumque homo ad laicatum se transferat, semper tamen manet in eo character. Quod patet ex hoc quod, si ad clericatum revertatur, non iterum ordinem quem habuerat, suscipit." Bellarminus, *De Ordine,* l. 1, c. 8, breviter ac nervose: "Minores ordines non possunt iterari, igitur imprimunt characterem, igitur sacramenta sunt." In eadem ratione initerabilitatis insistunt antiquiores theologi, ut *Scotus, Gonet, Montefortino, Billuart, Wirceburgenses.***

mento Ordinis famulantur.[69] Ceterum de ritu quo antiquitus illi ordines conferebantur, vix quidquam cum certitudine ex documentis cognosci potest. luxta *Traditionem Apostolicam* lector constituitur sine manuum impositione, per traditionem libri; subdiaconus pariter eligitur ad serviendum diacono quin ei manus imponantur; de utroque ordine nulla forma sive oratio indicatur. In *Constit. Apostolorum* lectori imponuntur manus, tacita traditione libri et apposita formula quae indicat potestatem legendi Scripturam; similis est ordinatio subdiaconi. In *Testamento D.N.LC.* lector et subdiaconus ordinantur absque manuum impositione (cum tamen in Oriente haec sit traditionalis materia ordinationis), sed prior per traditionem libri et formulam orationis, alter per meram formulam orationis. In ritu romano antiquiori, antequam per influxum gallicanae liturgiae adulteraretur, ostiarius et exorcista probabiliter in suum officium eligebantur absque peculiari caeremonia per meram verbalem deputationem; acolythus creabatur per impositionem sacculi linei, quod ad continendum intra missam panem consecratum destinabatur, et per generalem aliquam benedictionem quae nullam sonat potestatem (cf. *Ordinem XXXIV sazc..* 8, apud Andrieu, pp. 546 sq. et 603; ea benedictio legit: "Intercedente beata et gloriosa semperque sola virgine Maria et beato Petro apostolo, salvet et custodiat et protegat te Dominus"); ipse subdiaconus eodem modo ordinabatur, mutata sola sacculi impositione in calicis et patenae traditionem et repetita eadem prorsus generali benedictione (cf. *ibid.,* pp. 553 et 604); determinata materia et forma, exhibita pro ordinibus minoribus in *Statutis Ecclesiae antiquis* (circa a. 500), erat peculiaris observantia ritus gallicani, quae nonnisi in posteriori longe aetate in ritum romanum penetravit.

Ex hoc quod in his ordinibus *conjeratur aliqua potestas* relate ad sacramenta, et peculiariter ad Eucharistiam, non sequitur eos esse sacramenta, quia etiam Ecclesia potest condere ac conferre aliquam huiusmodi potestatem, quae tamen sit mere moralis ac iuridica, nec imprimatur in anima, sicut character sacramentalis.

Ex hoc quod dicatur in iisdem ordinibus *gratia divina conjerri* ad conveniens exercitium correspondentium officiorum, non sequitur eos esse sacramenta, nisi probetur hanc gratiam non pertinere ad generalem tantum providentiam Dei, quae adest cuilibet officio, sed ad peculiarem providentiam sacramentalem quae specificam aliquam

***Hinc patet responsio sequenti obiectioni Tymczak: "In sententia . . . negante inexplicatum manet, cur continua traditio Ordines minores simul cum diaconatu inter ministros sacramenti Ordinis collocat" *(op. cit.* [supra, in p. 398] 252). Semel enim aliunde admisso quod Ecclesia instituerit vel potuerit instituere minores ordines, eorum cognatio ac dispositiva indoles relate ad ordines sacramentales convenientem reddit eorum cum istis aggregationem, quemadmodum contingit ipsi primae tonsurae.**

gratiam confert ex opere operato mediante ipso ritu ordinationis. *Constit. Apostolorum* in ordinatione subdiaconi et lectoris significant eis conferri spiritum sanctum ("Da illi spiritum sanctum"), idemque significant quoad diaconissam ("Da ei spiritum sanctum").

Tandem ex hoc quod illi ordines *sunt initerabiles,* non sequitur eos imprimere characterem, quamvis vicissim ex hoc quod aliquis ritus probetur imprimere characterem, necessario sequatur eum esse initerabilem. Potest enim ea initerabilitas provenire ex voluntate Ecclesiae, quemadmodum ex ipsa provenit initerabilitas tonsurae clericalis, consecrationis sive benedictionis abbatis vel abbatissae vel virginis, consecrationis ecclesiae vel altaris. Nec per hoc contradicimus argumento allato in tractatu *De sacr. in genere* 279-282, ubi diximus ex initerabilitate Baptismi, Confirmationis et Ordinis, recte inferri impressionem characteris in his tribus sacramentis, nam ibi supponebamus hos tres ritus esse sacramenta atque divinae institutionis, cumque nulla alia ratio assignari poterat ad explicandam eorum initerabilitatem, recte inferebamus eam repetendam esse ex praesentia characteris; hic vero non supponitur ordines inferiores esse sacramenta atque divinae institutionis, sed potius ut res probanda assumitur; et ideo praefatum argumentum hic non currit. Ceterum, si insistendo quaeratur quare Ecclesia reddat inferiores ordines initerabiles, cum, si sint ecclesiasticae institutionis, potius conveniens esset ut per excommunicationem, depositionem, reductionem ad statum laicalem amittantur, ac subinde post absolutionem vel redintegrationem iterum conferantur, triplex ratio assignari potest: prima est, quia Ecclesia hos ordines assimilat superioribus ac sacramentalibus ordinibus eosque considerat tanquam quasdam consecrationes praeparatorias ad finalem ac characteristicam consecrationem quae in diaconali ac presbyterali sacerdotio perficitur, ac ideo, magis adhuc quam consecrationes tonsurae, abbatis, virginis et altaris, perpetuas eas esse statuit, tanquam publicas deputationes ad sacrum ministerium; secunda est, quia in casu absolutionis vel redintegrationis diaconi aut presbyteri excommunicat! vel depositi vel ad statum laicalem reducti, inconvenienter huic iterum conferrentur inferiores ordinationes aut sine illis ipse permaneret tanquam diminutus quidam minister in comparatione ceterorum; tertia ac principalis est, quia certum non est hos ordines non esse sacramentales ac characterem non imprimere, imo contrarium probabile manet, adeoque tutior est praxis quae huic probabili opinioni conformatur.

Pro sententia negativa plures quoque rationes afferuntur, quarum praecipuae in sequens antitheticum argumentum confluunt: In in-

ferioribus ordinibus omnia desiderantur quae ad rationem sacramenti requiruntur. Et, ut abstrahamus ab ipsa Christi institutione, cuius defectus iam ostensus est supra (pp. 432 sq.) in argumento Traditionis, deest imprimis propria materia et forma sacramenti Ordinis, seu impositio manuum et correspondens formula; deest praeterea proprius effectus tum alicuius sacrae ac divinae potestatis, sive characteris, nam propria officia inferiorum ordinum non talia sunt quae supernaturalem potestatem requirant, cum possint valide exequi etiam a non ordinatis ac de facto ab ipsis quoque laicis exequantur, tum ac consequenter alicuius peculiaris gratiae, adiuvantis ad ea officia rite ac digne exercenda, nam, si concidit praefata potestas, concidit cum ipsa etiam necessitas connexae gratiae. Ergo nulla est ratio quare illi ordines habeantur ut sacramenta.

Prima pars huius argumenti, de *dejectu nempe materiae et formae,* supponit impositionem manuum qualiter exercetur in presbyterali et diaconali ordinatione, esse unicam materiam sacramenti Ordinis, sive dicatur ita a Christo specifice instituta sive dicatur ita ab Ecclesia determinata nec unquam mutata; cum autem utrumque non satis constet, imo calide controvertatur inter theologos, tantum valet ea pars quantum probabilitatis huic assertioni ab hoc vel ab illo doctore concedatur, nec proinde in praesenti quaestione multum pondus habet, cum possint patroni sacramentalitatis ordinum inferiorum respondere: in his Christum instituisse aut Ecclesiam determinasse aliam materiam, scilicet traditionem instrumentorum, vel in hac ipsa instrumentorum traditione, a Christo aut ab Ecclesia determinata, involvi ac contineri, etsi modo accidentaliter diverso, eandem manuum impositionem. Unde ad aliquale robur huic parti conferendum, consultius erit eam ita generalizare ut dicatur in inferioribus ordinibus desiderari aliqua constans ac determinata materia et forma, ut patet ex dictis superius (pp. 437 sq.) contra argumentum sententiae affirmativae.

Maiorem efficaciam prima fronte habere videtur secunda pars argumenti, quod scilicet ad exercenda propria officia inferiorum ordinum *nulla requiritur supernaturalis potestas,* sive character impressus in anima, nec convenit dicere Deum frustraneam aliquam condere potestatem. Hanc rationem primus transeunter obiecit *Durandus* eamque libenter ac insistenter alii repetierunt, inde a *Caietano* qui scribit: "Et ad hoc ducit ratio. Quia per nullum dictorum ordinum potest ordinatus actum aliquem qui, si sine illo ordine fieret, esset nullus: ut patet discurrendo per singulos actus diaconi et inferiorum" (cf. supra, p. 406); item *Victoria:* "Nescio quid cogat ponere quatuor

ordines esse sacramentum, nam quae potestas est illa spiritualis in accolito deferre cereos et afferre materiam subdiacono" (cf. supra, p. 406); *Pesch:* "Ministeria, ad quae deputantur clerici minores, non ea sunt, quae specialem gratiam sacramentalem postulare videantur. Ergo Christus dicendus non est propter has functiones instituisse speciales ordines sacramentales" (n. 588); *Lennerz:* "lure videtur quaeri posse, num ministeria illorum ordinum revera talia sint, ad quae rite et digne exercenda homo indelebili charactere ornetur et speciali gratia sacramentali iuvetur. Ministerium ostiarii, quale sit, supra iam diximus. De acolytho Pontificale Romanum dicit: 'acolythum oportet ceroferarium ferre, luminaria ecclesiae accendere, vinum et aquam ad eucharistiam ministrare? Si non habentur argumenta vere convincentia, assumendum non est, Christum pro talibus ministeriis sacramentalem ordinationem instituisse" *(op. cit.* [supra, in p. 413] 123).

Attamen, etiam ista ratio non multum pondus habere videtur. Nam imprimis, si logice urgetur, ex ea sequeretur neque in ipso diaconatu imprimi characterem et conferri gratiam, ac proinde nec ipsum esse sacramentum, quoniam, quantumvis ampliora ac nobiliora sint diaconi officia, nullum tamen est inter ea, quod, si fieret a non habente ordinem diaconatus, invalide exerceretur, ut patet de ministerio ad altare, distributione communionis, Baptismo, praedicatione, nec diaconus ullum conficit sacramentum praeter Baptismum qui etiam a laico valide conficitur; unde logice Durandus et Caietanus praefatam rationem extendunt ad diaconatum ac de huius sacramentalitate pariformiter dubitant, nec logice ab aliis eadem ratio contra solam sacramentalitatem inferiorum ordinum invocatur.

Praeterea, huic rationi apte respondetur ab adversariis quod, quamvis ad exequenda quomodolibet ac materialiter munera inferiorum ordinum non requiratur spiritualis potestas sive character, tamen haec requiritur ad ea exequenda ex officio, sive tanquam publicus minister Ecclesiae, quemadmodum solus sacerdos baptizat ex officio, quamvis et alii valide et, pro casu, licite id agere possint, et pariter solus confirmatus, ac peculiari charactere insignitus, fidem ex officio tanquam publicus Ecclesiae miles profitetur, quamvis quilibet fidelis, etsi nondum confirmatus nec etiam baptizatus, id agere valeat et, casu necessitatis occurrente, utcumque debeat. Unde, nedum frustranea ea potestas dicenda sit, quammaxime potius convenit cultui divino, in quo nihil parvum aut vulgare reputatur;[70] nec aliunde ipsam dignitatem characteris, quatenus est participatio sacerdotii Christi, ipsa

"Cf. Billot, *op, cit.* (supra, in p. 392) 285; Tymczak, *op. cit.* (supra, in p. 398) 307 sq.

offendere videri potest, quin potius dignitati sacerdotii Christi, quod per sacramentales characteres operatur,71 apprime convenit ut ipse, qui Ostium est, portas Ecclesiae per ministros ostiarios fidelibus aperiat; et Ipse, qui veritas est, verba vitae per ministros lectores diffundere pergat; Ipse, qui aquam regenerationis hominibus contulit, per suos exorcistas dignetur aquam fundere in Ecclesia, symbolum aquae vivae salientis in vitam aeternam; Ipse, qui Lux est, per ministros acolythos accendat ac deferat luminaria Ecclesiae, tanquam matutinus lucifer qui nescit occasum; Ipse, qui Dominus est ac formam servi accepit, per ministrantes subdiaconos exhibeat servitium divinum, in quo tota religionis essentia consummatur.

Praefatam rationem iam solverat S. *Thomas,* respondens sequenti obiectioni deductae ex ipsa indole infimi inter ordines minores: "In quolibet actu ordinis spiritualis debet esse aliqua vis spiritualis quam habeant ordinati prae aliis. Sed in aperitione et clausione ostiorum non habent aliam potestatem ostiarii quam alii homines. Ergo non debet poni actus ipsorum." Respondet: "Quidam dicunt quod in susceptione ordinis ostiario datur quaedam vis divina ut arcere possit aliquos ab introitu templi, sicut in Christo fuit quando eiecit vendentes de templo. Sed hoc magis pertinet ad gratiam gratis datam quam ad gratiam sacramenti. Et ideo dicendum quod suscipit potestatem ut ex officio hoc agere possit; quamvis etiam et hoc ab aliis fieri possit, sed non ex officio. Et ita est in omnibus actibus minorum ordinum, quod possunt per alios licite fieri, quamvis illi ad hoc non habeant officium. Sicut etiam in domo non consecrata potest dici missa, quamvis consecratio ecclesiae ad hoc ordinetur ut in ea missa dicatur" *(Suppi.,* q. 37, a. 4, ad 9).

Huic principali argumento quidam addunt *secundarias quasdam rationes,* quae hodie nullum habent valorem.

Prima est, quia subdiaconatus in ecclesia graeca habetur ut ordo minor, et in ipsa ecclesia latina nonnisi circa finem saec. 12 coeptus est haberi ut ordo maior sive sacer (cf. supra, pp. 328 sq., 333 sq.); quod quidem ostendit ipsum non esse sacramentum, ut sunt ceteri ordines maiores. *Attamen,* haec ratio supponit solis ordinibus maioribus convenire rationem sacramenti, quod probandum est et in nostro casu continet petitionem principii. Ratio ordinis maioris, prout historice efformata et a doctoribus intellecta est, fundatur non praecise in ratione sacramenti, sed in digniori munere ministerii, praecipue relate ad sacramentum Eucharistiae, et in graviori obligatione, praecipue quod attinet ad legem continentiae; unde ex ea ratione nihil

71 Cf. Lahitton, supra cit., in p. 397.

deduci potest sive pro sive contra sacramentalitatem ordinis cui ipsa tribuitur.

Secunda ratio est, quia olim non reputabatur necessaria praevia susceptio ordinum minorum ut posset suscipi diaconatus, ut patet ex multis casibus ordinationis per saltum; ex quo deducitur inferiores ordines non habitos fuisse ut sacramentales. *Attamen,* haec ratio nihil valet, cum militaret etiam contra sacramentalitatem diaconatus, cum pariter plures ex antiquiori aetate afferri possint casus ordinationis per saltum ad presbyteratum, praetermisso diaconatu. Ceterum, ut ostendetur in art. 22 (in tom. 3), praevia susceptio unius ordinis sacramentalis non requiritur ad validam susceptionem alterius, excepta probabilius consecratione episcopali.

Tertia ratio est, quia ordines inferiores possunt conferri a simplici presbytero, ut patet ex ipsa hodierna praxi quoad ordines minores et ex quibusdam antiquis concessionibus quoad subdiaconatum; ex quo infertur eos non esse sacramentales, cum solus episcopus sit minister sacramenti Ordinis. *Attamen,* haec ratio nullam vim retinet in sententia plurium illorum modernorum qui admittunt tum historicitatem tum veritatem et auctoritatem trium bullarum Bonifatii IX, Martini V et Innocentii VIII, quae concedunt simplici presbytero facultatem ordinandi diaconos et presbyteros. Ceterum, etiam abstrahendo ab hac sententia (in art. 26, in tom. 3, discutienda), ea ratio non necessario concludit, cum patroni sacramentalitatis inferiorum ordinum invocent distinctionem inter ministrum ordinarium, qui sit solus episcopus quantum ad omnes ordines, et ministrum extraordinarium, qui sit presbyter quoad solos ordines inferiores.

Quae fuse in hoc articulo disputavimus, brevi hac recapitulatione colliguntur:

1. Utraque sententia, sacramentalitatem inferiorum ordinum affirmans vel negans, probabilis est. Negativa tamen sententia nobis probabilior apparet.

2. Attentis unice Ecclesiae documentis, praevalet sententia affirmativa, quae ab eis praecipuum fundamentum suae probabilitatis consequitur. Negativa autem sententia ex hac parte fere nihil positivum pro se habet.

3. Attentis e converso historiae aut potius Traditionis documentis, non leviter praevalet sententia negativa. Sententia autem affirmativa impingit in notabilem difficultatem tum silentii duorum priorum saeculorum tum varietatis ac mutabilitatis praxis ecclesiarum; quam difficultatem nonnisi incerta coniectura et difficili theologica explicatione redimere conatur.

4. Attenta tandem theologica ratione, utraque sententia, aequali fere lance, suam inde exanguem probabilitatem sustinet.

5. Si praeterea attendamus etiam numerum et auctoritatem patronorum, sententia affirmativa gaudet longe praevalenti suffragio antiquorum usque saltem ad saec. 17, sententia vero negativa gaudet praevalenti suffragio recentiorum. Ceterum, increscens favor ipsorum modernorum pro ea nova (et, ut videtur, peregrina) opinione quae vult sacramentum ordinis fuisse a Christo institutum tantummodo generaliter ac globaliter, relicta in manu Ecclesiae potestate illud in varios sacramentales gradus scindendi (cf. supra, pp. 9-24), auget in nostro aevo probabilitates incrementi ac veluti reviviscentiae antiquioris illius et affirmativae sententiae, cuius amplior fortuna ab ipsa sorte huiusmodi opinionis pendere videtur.[72]

6. Ratio, quare sententiae negativae maiorem probabilitatem concedamus, est quia inter duo fortiora argumenta, ex documentis nempe Ecclesiae et Traditionis deducta, quorum prius favet affirmativae et alterum negativae sententiae, hoc alterum non leviter clarius, ac pro tanto validius, nobis videtur, quamvis concedamus prius illud, secundum se ac generice spectatum, maioris fore momenti etiam in re nostra, quae, utpote dogmatica, ex Ecclesiis potius documentis, quam ex historicis Traditionis monumentis, decidenda esset.

7. Si quis autem miretur, quam facile ac praeter morem a sententia S. Thomae in hac re discedere videamur, attendat imprimis nos eam sententiam adhuc vere probabilem existimare, idque praecipue ex rationibus auctoritatis. Praeterea, haec quaestio est minoris momenti, ut patet ex ipsa leviori indole inferiorum ordinum, nec soliditati et harmoniae thomisticae synthesis de sacramento Ordinis quidquam adimitur per hoc quod inferiores ordines ab hoc sacramento excludantur, sicut vicissim contingeret si ordo episcopatus ultra meritum illi commisceretur. Tandem, S. Doctor caruit ampliori cognitione antiquorum documentorum, ex quorum indebita attributione contigit ut non pauci etiam posteriores doctores illi sententiae adhaeserint; non audemus quidem asserere cum D. Soto (cit. in p. 407) quod, si S. Thomas ad hunc locum in sua Summa Theologica pervenisset, priorem ac communem sententiam quam in Commentario exposuerat,

[72] Ratione cuiusdam explicationis, illi opinioni affinis, quam affert in quaestione de sacramentalitate episcopatus (cf. supra, pp. 206 sq., 263 sq.), modernus theologus Baisi non multum iam fidere videtur principali argumento Traditionis quod contra sacramentalitatem ordinum inferiorum, ab ipso cum aliis denegatam, afferri solet. Scribit enim: "Unicum sat validum argumentum erui potest ex praxi Ecclesiae. . . Hae ipsae rationes, quae essent contra sacramentalitatem praedictorum ordinum, nullo tamen modo videntur cogentes. . . . Concludimus itaque subdiaconatum aliosque ordines minores probabilius non esse sacramentum, sed mera sacramentalia. Confitemur tamen rem esse valde incertam" (cf. supra, p. 413 sq.).

mutasset; sed neque putamus vanam esse vel, ut iudicat Hugon,[73] mere commodam prophetiam ("Ces prophéties sont commodes"), si dicatur S. Thomas, habita praefata ampliori documentorum cognitione, suam opinionem libenter reformaturus, ut contigit pluribus ex ipsis posterioribus thomistis, inde a Caietano, Victoria et Soto.[74]

8. Quod attinet ad nexum conclusionis huius articuli cum doctrina stabilita in articulis praecedentibus, notandum est quod, expoliata cum probabiliori sententia sacramentalitate tum superioris ordinis episcopatus (art. 5) tum humiliorum ordinum infra diaconatum, *sacramentum Ordinis convenienter reducitur ad duas superiores lineas presbyteratus et diaconatus, seu simplicis sacerdotii ac simplicis ministerii,* absque ulla superiori aut inferiori sacramental! appendice vel divisione. Quod quidem ad harmonicam simplicitatem ac stabilitatem systematis de sacramento Ordinis non parum conferre videtur, eo vel magis quod aliunde etiam intelligitur quam convenienter gemini illi gradus, veluti ab extrínseco nec sacramentaliter, per ceteros ordines perfecti ac extensi fuerint: presbyterale nempe sacerdotium per hierarchicum ac divinum apicem episcopatus, diaconale vero ministerium per subordinatas atque ecclesiasticas scalas inferiorum ordinum.

ART. 7. Utrum Omnibus Christifidelibus Competat Verum Aliquod Sed Improprie Dictum, Tam Spirituale Quam Sacraméntale, Sacerdotium (de sacerdotio spirituali: 3 p., q. 82, a. 1, ad 2; *In 4 Sent.,* dist. 13, q. 1, a. 1, q. 1, ad 1; *Suppi.,* q. 36, a. 3, ad 1; de sacerdotio baptismali: 3 p., q. 63, aa. 2, 3, 5, 6; q. 72, a. 5, corp. et ad 2; *In 4 Sent.,* dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1, sol. et ad 3; alios textus cf. infra, pp. 486-503).[76]

STATUS QUAESTIONIS

Hac quaestione absolvitur caput de institutione sacramenti Ordinis ac complentur dicta in primo praesertim articulo de existentia hierarchici ac sacramentalis sacerdotii, simulque pleniori modo satisfit

[73] "Autour du sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* XXXI (1926) 26S.

[74] Valde significativa in hac re videntur supracitata (p. 388) verba Melchioris Cano, qui suam sententiam de divina sive apostólica origine inferiorum ordinum fundat unice in falsa attributione quorundam documentorum duobus apostolicis Patribus, scilicet Clementi Romano et Ignatio Antiocheno. Confer etiam Gonet, *De Ordine,* disp. 2, a. 1, § 2, n. 13.

[76] Plura de hac quaestione, praecipue a recentioribus, scripta sunt sub diversis quidem titulis et in vario contextu, iuxta multiformem materiam quae cum praesenti intime connectitur, uti de sensu *textus petrini* circa regale sacerdotium, de *apostolatu laicorum* sive Actione Catholica, de *Corpore Mystico,* de *characteribus sacramentalibus,* de *sacrificio Missae* sive de participatione fidelium in eucharistico sacrificio, de *B. Virgine* eiusque sacerdotio. Praecipua ac pleniora opera de hac re exarata sunt a *Congar (Jalons pour une théologie du laïcat),* qui rem totam complectitur sub aspectu praecipue doctrinali, a *Dabin (Le sacerdoce royal des fidèles),* qui rem considerat sub aspectu praecipue positivo, colligens ac commentans textus Scripturae et Traditionis tam patristicae quam theologicae, et *Laurentin* qui, quamvis directius respiciat quaestionem de sacerdotio B.

Virginis, tarnen generalem ipsam quaestionem de sacerdotio fidelium diffuse exagitat. Inter auctores minorum dissertationum, in ephemeridibus praesertim prolatarum, quae directius hanc quaestionem exponunt, peculiariter notandi sunt: *Audet, Botte, Boularand, Brinktrine, Capelle, Caron, Cerfaux, Charlier, Davis, Durst, Heiler, Héris, Hesburgh, Holstein, Kavanagh, Long-Hasselmans, Monsegù, Palmer, Pelland, Piolanti, Rea, Robeyns, Sauras, Smith, Thils.*

Actes du P Congrès Mondial pour l'Apostolat des Laïques,* Roma 1952.

Adam, K., *Le vrai visage du catholicisme* (trad. E. Ricard, Paris 1931) 164-172.

Alastruey, G., *Tratado de la Virgen Santísima* (ed. 2, Madrid 1947) 621-623.

Alonso, J. M., "Santo Tomas y el llamado 'Sacerdocio de los fieles,' " *XIII Semana española de teología* (Madrid 1954) 131-169.

Alonso Lobo, A., *¿ Qué es y qué no es la Acción Católica?,* Madrid 1950; "Natura giuridica dell'Azione Cattolica," *Tabor* VI (1952) 546-552; "La podestad de régimen y los seglares en la Iglesia," *Ciencia tomista* LXXXII (1955) 285-308; "Fundamento doctrinal del apostolado seglar," *XIV Semana española de teología* (Madrid 1955) 365-386; *Laicologia y Acción Católica. Estudio teológico-jurídico,* Madrid 1955.

Alves Sartori, L. M., "Fundamento sacramental do apostolado dos leigos," *Revista eclesiástica brasileira* XIII (1953) 294-322.

Ambrières, J. M. d', *Le sacerdoce du peuple chrétien,* Paris 1952.

Anger, J., *La doctrine du corps mystique de Jésus-Christ* (éd. 8, Paris 1946) 228-232, 274 sqq.

Archambault, P., *L'apostolat laïque, Montréal* 1930; *Les sources de l'Action Catholique,* Montréal 1943.

Argenlieu, B. d*, "Note sur deux définitions médiévales du caractère sacramentel," *Revue thomiste XXXIII* (1928) 271-275; "La doctrine d'Albert le Grand sur le caractère sacramentel," *ibid.* 295-311, 479-496; "La doctrine de saint Thomas d'Aquin sur le caractère sacramentel . . . ," *ibid.* XXXIV (1929) 219-233, 289-302.

Arnold, F. X., "Kirche und Laientum," *Theologische Quartalschrift* CXXXIV (1954) 263-289.

Arnoldus B. ab Usingen, *Sermo de sacerdotio regali et ecclesiastico,* Erfurt 1523.

Aubert, R., "Quelques études récentes sur la place du laïcat dans l'Église," *Collectanea mechliniensia* XXXIII (1948) 674-691; "De partibus fidelium in Ecclesia," *ibid.* XXXIV (1949) 40-47; "De apostolatu laicorum ad mentem Pii Papae XII," *ibid.* XXXVII (1952) 631-638.

Audet, L., *Notre paticipation au sacerdoce du Christ,* Québec 1938; "Notre participation au sacerdoce du Christ," *Laval théologique et philosophique* I (1945) 9-46, 110-130; "Le caractère sacramentel, participation au sacerdoce du Christ," *Le Canada français* XXIX(1941) 189-201; XXXII (1944-1945) 5-14, 170-181, 484-497, 681-696.

Balducci, E., "Il laico e la perfezione," *Vita cristiana* XXI (1952) 231-236.

Balthasar, H. Urs von, *Der Laie und der Ordensstand,* Einsiedeln 1948; *Schleifung der Bastionen,* Einsieldeln 1952.

Basiuo de San Pablo, "Precisión de conceptos y posible conciliación de opiniones [área universale fidelium sacerdotium]," *XIV Semana española de teología* (Madrid 1955) 347-363.

Belvederi, G., "Testimonianze archeologiche dell'apostolato cristiano dei laici," *Tabor* (1952) 510-513.

Benard, E. D., "Cardinal Newman and the lay apostolate," *The American ecclesiastical review* CX (1944) 17-23.

Bernimont, E., *Laïcat et plein apostolat,* Liège 1950.

Berto, V. A., "Théologie du sacerdoce," *Pensée catholique,* n. 31 (1954) 18-32.

Bertocchi, P., *Il símbolo ecclesiologico dell'Eucaristía in S. Agostino,* Bergamo 1954.

Bertram, A., *Laienapostolat, ein könogliches Priestertum? 1 Petr. 2. 9,* Freiburg i Br. 1921.

Bettencourt, E., "Os fundamentos bíblicos do apostolado dos leigos," *Revista eclesiástica brasileira* XIII (1953) 1-14.

Beumer, J., "Laientheologie," *Trierer theologische Zeitschrift* LXIII (1954) 340-354.

Beyer, J., *Les instituts séculiers,* Paris 1954.

Blinzerl, J., "lerateuma," *Episcopus* (Regensburg 1949) 48-65.

Bordini, L., *La partecipazione dei fedeli al sacrificio della Messa nella teología contemporánea,* Finalpia 1948.

Borgmann, K. (editor), *Volksliturgie und Seelsorge,* Kolmar (1942); *Gottes Lob der Liebe Zeugnis,* Kolmar 1943.

Botte, B., "L'idée du sacerdoce des fidèles dans la Tradition. I. L'antiquité chrétienne," *La participation active des fidèles au culte* ("Cours et conférences des Semaines Liturgiques," tom. 11, Louvain 1933) 21-28.

Bouëssé, H., *Théologie et sacerdoce* (ed. 3, Chambéry 1938) 106-110, 118.

Boularand, E., "Caractère sacramentel et mystère du Christ," *Nouvelle revue théologique* LXXII (1950) 252-274; "Sacerdoce de l'Eglise, sacerdoce du baptisé," *Revue d'ascétique et de mystique* XXXII (1956) 361-396.

Boyer, C., "I fondamenti dominatici di Azione Cattolica," *Corso di Azione Cattolica,* Roma 1940.

Brezzi, P., "Appunti storici sul laicato nella Chiesa," *Tabor* (1952) 40-46.

Brinktrine, J., *Das Opfer der Eucharistie,* Paderborn 1938; "Das Amtspriestertum und das allgemeine Priestertum der Gläubigen," *Divus Thomas* (Freiburg) XXII (1944) 291-308.

Broglie, G. de, "Du rôle de l'Eglise dans le sacrifice eucharistique," *Nouvelle revue théologique* LXX (1948) 449-460; "La Messe, oblation collective de la communauté chrétienne," *Gregorianum XXXV* (1949) 534-561.

Brommer, F., *Der Lehre vom sakramentalen Character in der Scholastik bis Thomas von Aqtdn inklusive,* Paderborn 1908.

Brosnan, J. B., "The act of thè Mystical Body," *The [American] ecclesiastical review* CII (1940) 306–317.

Bru Borrás, A., "Los efectos sacramentales del Bautismo y Confirmación y el sacerdocio de los simples fieles a la luz de San Agustin," *XIV Semana española de teología* (Madrid 1955) 309-332.

Butttgnoni, C., "I laici nell'amministrazione dei sacramenti," *Palestra del clero* XVII (1938) 343-349.

Callewaert, C., "De offerenda oblatione in Missa," *Periodica de re morali, canonica, liturgica* XXX (1941) 61-94.

Capelle, B., "Le chrétien offert avec le Christ," *Les questions liturgiques et paroissiales* XIX (Louvain 1934) 299-314; XX (1935) 3-17; "Problèmes du 'sacerdoce royal' des fidèles," *ibid. XXV* (1940) 81-93, 141-150; "Du sens de la messe. A propos d'ouvrages récents," *ibid.* XXVI (1941-1942) 3-25, 59-78; *Pour une meilleure intelligence de la messe* (Louvain 1946) 23-31; "Nos sacrifices et le sacrifice du Christ à la messe," *La messe et sa catéchèse* (Paris 1947) 154 sqq.

Caron, A., "Le sacerdoce des fidèles. Sa nature et son fondement dogmatique," *Revue de l'Université d'Ottawa* IX (1939) 5*-18*.

Caron, P. G., *I poteri giuridici del laicato nella Chiesa primitiva,* Milano 1948.

Carpay, H., *L'Action Catholique,* Tournai 1948.

Carpino, F., *Il giubileo sacerdotale di Pio XII alla luce della sua dottrina sul sacerdozio* (Roma 1949) 25-29.

Carré, A. M., "Les jeunes foyers à la recherche d'un culte familial," *Etudes de pastorale liturgique* ("Lex orandi," n. 1, Paris 1944) 257-266.

Casper, J., *Berufung. Eine Laienpastoral,* Paderborn, 1946.

Caryl, J.-Portier, V., *La mission des laies dans l'Eglise,* Lyon 1950.

Cerfaux, L., "Regale sacerdotium," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XXVIII (1939) 5-39; *La théologie de l'Eglise suivant S. Paul* ("Unam Sanctam," n. 10, éd. 2, Paris 1948) 111-118.

Oerpan, H., *L'Action Catholique. Essai de justification historique et de précision doctrinale,* Tournai 1948.

Charlier, P., "L'idée du sacerdoce des fidèles dans la Tradition. II. Les grands docteurs scolastiques," *La participation active des fidèles au culte* ("Cours et conférences des Semaines Liturgiques," tomm 11, Louvain 1933) 29-39.

Charmot, F., *La royauté de Marie et le sacerdoce des fidèles,* Paris 1955.

Charue, A., *Les epîtres catholiques. Première épître de saint Pierre* ("La Sainte Bible," éd. Pirot et Calmer, v. 12, Paris 1946) 452-454.

Chavasse, A.,-Denis, H.-Frisque, J., "Le laïc chrétien dans le dessein de Dieu," *Eglise vivante* IV (1952) 155-181.

Chenu, M. D., "Moines, clercs, laïcs au carrefour de la vie évangélique (XIT siècle)," *Revue d'histoire ecclésiastique* XLIX (1954) 59-89.

Civardi, L., *Manuale d'Azione Cattolica,* vol. 1, Vicenza 1924.

Congar, Y. M. J., "Sacerdoce et laïcat dans l'Eglise," *La vie spirituelle* XIV (1946) 6-39; *Le sacerdoce et le laïcat dans l'Eglise* ("Problèmes du clergé diocésain," n. 2), Paris 1947; "Pour une théologie du laïcat," *Etudes* CCLVI (1948) 194-218; "Qu'est-ce

qu'un laïc?." *La vie spirituelle-Supplément,* n. 15 (nov. 1950) 367-399; "Un essai de théologie sur le sacerdoce catholique. La thèse de l'abbé Long-Hasselmans," *Revue des sciences religieuses XXV* (1951) 288, 295-298, 301-304; "Le peuple fidèle et la fonction prophétique de l'Eglise," *Irénikon* XXIV (1951) 440-466; "Structure du sacerdoce chrétien," *La Maison-Dieu* XXVII (Paris 1951) 51-85; "Au monde et pas du monde. Principales valeurs d'une 'spiritualité' des laïcs engagés dans le monde," *La vie spirituelle* V (1952) 5-47; "La participation des fidèles à l'offrande de l'Eucharistie," *Lumière et vie* VII (1952) 54-72; *Jalons pour une théologie du laical* ("Unam sanctam," n. 23), Paris 1953; "Das Priestertum alter Gläubigen und die Pfarrei," *Anima X* (1955) 207-216.

Croegaert, A., "L'Eglise oblatrice première et universelle du Saint Sacrifice," *Cours et conférences des Semaines Liturgiques* VI (Louvain 1928) 229-237.

Cuniel, R., *El apostolado de los seglares en los primeros tiempos de la Iglesia,* Barcelona 1947.

Dabin, P., *L'apostolat laïque,* éd. 2, Paris 1931; *L'Action Catholique,* éd. 8, Paris 1932; *Le sacerdoce royal des fidèles,* I: *Dans les livres saints,* Paris 1941; II: *Dans la tradition ancienne et moderne,* Paris 1950.

Dale, R., A posição do leigo no Corpo Mistico de Cristo," *Revista eclesiástica brasileira* XIII (1953) 14-25.

Dalmais, I. H., "Sacerdoce et monachisme dans l'Orient chrétien," *Le vie spirituelle* LXXX (1949) 37-49; "La liturgie, acte de l'Eglise," *La Maison-Dieu* XIX (1950) 7-25.

Davis, H. F., "The priesthood of the faithful," *The Downside review* LXIX (1951) 155-170.

De Ambroggi, P., "H sacerdozio dei fedeli secondo la prima di Pietro," *La scuola cattolica* LXXV (1947) 52-57.

Delfosse, J., "La parole est aux laïcs," *La revue nouvelle* XVI (1952) 488-505.

Dejaifve, G., "Laicat et mission de l'Eglise," *Nouvelle revue théologique 80* (1958) 22-38.

Del Ton, G., "L'Azione Cattolica dei Padri Apostolici," *La scuola cattolica* (1940) 358-372, 465-480; "Le denominazioni dei laici cristiani nei tempi antichi," *Tabor* VI (1952) 35sqq.

Dölger, F. J., *Sphragis, Eine altchristliche Taufbezeichnung in ihren Beziehungen profanen im religiösen Kultus des Altertums,* Paderborn 1911.

Doronzo, E., *De sacramentis in genere* (Milwaukee 1946) 302–304; *De Eucharistie* II (Milwaukee 1946) 1033-1049.

Dossetti, G., *I laici e l'apostolato,* Milano 1954.

Drinkwelder, E., *Liturgische Lebensweihe der katholischen-Familie, München* 1927.

Dunker, P., "I laici nelle lettere di S. Paolo," *Tabor* (1952) 30-34.

Durable, A. M., "Prophétisme et apostolat des laïcs dans le Nouveau Testament," *La vie spirituelle* (1948) 413-427.

Durst, B., "De characteribus sacramentalibus," *Xenia thomistica* (Romae 1925) II 556 sq., 560-575, 580 sq.; *Dreifaches Priestertum,* ed. 2, Neresheim 1947; "Wie sind die Gläubigen an der Feier der hl. Messe beteiligt?," *Benediktinische Monatsschrift* (1949) 337-J54, 417-434; (1950) 1-18, 100-118, 193-209; *Das Wesen der Eucharistiefeir und der christlichen Priestertum* ("Studia Anselmiana," fase. 32, Romae 1953) 13-18, 96-101, 185-187.

Echeverría, L. de, *Ascética del hombre de la calle,* Barcelona 1943.

Evdokimofp, P., "Sacerdoce royal: Une vue orthodoxe sur la place du laïcat dans l'Eglise," *Revue nouvelle XV* (1952) 78-85.

Eizenhöfer, L., "Das Opfer der Gläubigen in den Sermonen Leos d. Gr.," *Die Messe in der Glaubensverkündigung* (Freiburg i. Br. 1950) 79-107.

Faraoni, V., *Gens sancta. La participazione* e *la collaborazione dei laici al sacerdozio cristiano,* Milano 1940.

Fenton, J. C., "The act of the Mystical Body," *The [American} ecclesiastical review* C (1939) 397–408; CII (1940) 317-320.

Ferland, A., *La sacerdoce laïque, fondement de l'Action Catholique,* Montreal 1936.

Fitzsimons, J., "'New spirituality' for the lay apostle," *Life of thè Spirit* (1950) 433-441; "New spirituality for the lay apostolato," *Catholic Mind* XLIX (1951) 373-381.

Fournier, F., *La théologie de l'Action Catholique,* Montréal 1940.

Fraeyman, M., "La spiritualisation de l'idée du temple dans les épîtres pauliniennes," *Ephemerides theologicae lovanienses* XXIII (1947) 378-412.

Froger, J., in *La pensée catholique* VU (1948) 73.
García Garcés, N., "La cooperación de Maria a nuestra redención, a modo de sacrificio," *Estudios marianos TL* (Madrid 1943) 195-247; "La Santísima Virgen y el sacerdocio," *ibid. X* (1950) 80-85, 96 sq.; "Maria, la Iglesia y el sacerdocio," *Ephemerides mariologicae* V (1955) 429-443 (recensio operis Laurentin).
Garrigou-Lagrange, R., "L'oblation dans le Corps Mystique," La *vie spirituelle* (1939) 33 sqq.
Gasquet, F. A., *The layman in the pre-Reformation parish,* London 1914.
Gérard, J., *Das Priestertum der Ehe,* Dülmen s.a.
Giovanni Battista da Farnese, *II sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessions xxiii di Trento [1515-1562}* (Roma 1946) 34-52.
Glorieux, P., *Dans le Prêtre unique,* Paris (1913); *Le prêtre et le sacerdoce des laïques sur le plan de Vapostolat,* Paris, s.a.; "L'Action Catholique et l'enseignement dogmatique," *La vie intellectuelle* (1934) 357-381; "Action Catholique et théologie," *Masses ouvrières* (1947), n. 29, pp. 25-50.
Graber, R., *Die dogmatischen Grundlagen der catholischen Aktion,* Augsburg, 1932.
Granero, J. M., "Sacerdocio y laicado," *Razón y Fe* CXLVIII (1953) 325-350.
Grangette, J., "Autour d'une spiritualité des laïcs," *La vie spirituelle-Supplément* V (1953) 49-65.
Groeber, (episcopus Friburgi i. Br.), [Memorandum de excessibus sic dicti motus liturgici; inter alia, circa fidelium sacerdotium], in *La Maison-Dieu NTL* (1946) lOOsq.
Grosche, R., "Die Pfarrei als Pflanzstätte des Laienapostolates," *Beiträge zur neuzeitlichen Seelsorgehilfe,* Freiburg i. Br. 1935; "Das allgemeine Priestertum," *Pilgernde Kirche,* Freiburg i. Br. 1938.
Guitton, J., "Le laïc peut-il être prophète dans sa communauté?," *La vie spirituelle-Supplément* V (1952) 66-73.
Gy, P.-M., "L'Ordre," *Initiation théologique TV* (Paris 1954) 707, 720, 722, 725 sq.
Haneveer, P., "Het sacramenteel merkteken en de sacraméntele genade in de afzonderlijke sacramenten," *Studia catholica* XXVIII (1953) 20-38.
Hastings, A., "The Prophet's role in the living Church," *Downside review* LXXTV (1956) 38–47.
Heiler, F., "Das allgemeine Priestertum," *Eine heilige Kirche XNTL* (1935) 325-372.
Henderson, G. D., "Priesthood of believers," *Scott. Journ. Theol.* VII (1954) 1-15.
Henry, A.-M., "Qu'est-ce qu'un prêtre," *La vie spirituelle* LXXVIII (1948) 180-183.
Héris, Ch-V., *Le mystère du Christ* ("La pensée thomiste," n. 2, Paris [1928]) 259-300 (éd. 2, Paris [1953]) 209-243.
Hermans, F., *La vie spirituelle des laïcs,* Paris 1954.
Hesburgh, T. M., *The relation of the sacramental characters of Baptism and Confirmation to the lay apostolate,* Washington 1946. Idem opus iterum prodit sub titulo: *The theology of Catholic Action* (Notre Dame, Ind. 1946) 125-188.
Hofman, L., "Die Rechte des Laien in der Kirche," *Trierer theologische Zeitschrift* (1955) 341-362.
Hoffmann, A., "Zur Lehre vom weihepriesterlichen Offerakt," *Theologie und Glaube XXX* (1938) 280-298.
Holböck, F., *Der eucharistische und der mystische Leib Christi in ihrer Beziehungen zu einander nach der Lehre der Frühscholastik* (Romae 1941) 227-239.
Holstein, H., "La théologie du sacerdoce," *Nouvelle revue théologique* LXXVI (1954) 176-183; "Le sacerdoce catholique," *Etudes* (avril 1954) 3-17.
Holzmeister, U., *Commentarius in epistulas SS. Petri et ludae* I (Paris 1937) 231-254.
Innitzer, Card. Th., [Responsum ad mémorandum Groeber, episc. Friburgi i. Br., de excessibus fautorum motus liturgici], in *La Maison-Dieu* VII (1946) 112.
Journet, Ch., *L'Eglise du Verbe Incarné* I (éd. 2 [Paris 1955]) 39 sq., 79 sq., 89 sq., 97-101; II (Bruges 1951) 248-251, 613-615, 881 sq.; cf. 587-589.
Judeaux, P., *Le sacerdoce des fidèles,* Paris 1923.
Jungmann, J. A., "Christus-Gemeinde-Priester," *Volksliturgie und Seelsorge* (ed. K. Borgmann, Kolmar [1942]) 25-30.
Kavanagh, W. A., *Lay participation in Christ's priesthood,* Washington 1935.
Kinder, E.,-Perels, O.,-Sommerlath, E., *Allgemeines Priestertum in Neuen Testament—Apostolat und Amt im Neuen Testament—Amt und allgemeines Priestertum,* Berlin 1953.

Koster, M. D., *Volk Golles im Wachstum des Glaubens,* Heidelberg 1950.
Krebs, E., *Vom königliche Priestertum des Volkes Gottes,* Freiburg i. Br. 1936.
Krueger, A. F., *Synthesis of sacrifice according to Saint Augustine* (Mundelein, Dl. 1950) 115-163.
Laake, O., *Uber den sakramentalen Character,* München 1903.
La Bédoyère, M. de, *The layman in the Church,* London 1954.
Ladrière, J., "La spiritualité des laïcs d'aujourd'hui," *Evangéliser* IX (1954-55) 117-130.
La Taille, M. de, *Mysterium Fidei* (ed. 3, Parisiis 1931), elucidationes 26 et 27, pp. 327-347; cf. 368, 559, 581, 649.
Latreille, J., "L'adulte chrétien, ou l'effet du sacrement de Confirmation chez saint Thomas d'Aquin," *Revue thomiste* LVII (1957) 5-28.
Laurain, P., *De l'intervention des laïques, des diacres et des abbesses dans ¡'administration de la Pénitence,* Paris 1897.
Laurentin, R., *Marie, l'Eglise et le sacerdoce* I (Paris 1952) 645-648, 666-668; II (Paris 1953) 11, 53 sq, 55-69, 74 sq., 80 sq., 99-106, 110-114, 119 sq., 129 sq., 139 sq., 158-162, 167, 169, 170, 202-204.
Leclercq, J., "'Sainteté' des laïques," *La revue nouvelle* XIX (1954) 449-468.
Lécuyer, J., "Le sacerdoce royal des chrétiens selon saint Hilaire de Poitiers," *L'année théologique X* (1949) 302-325; "Le sacerdoce chrétien et le sacrifice eucharistique selon Théodore de Mopsueste," *Recherches de science religieuse* XXXVI (1949) 481-516; "Essai sur le sacerdoce des fidèles chez les Pères," *La Maison-Dieu XXVII* (1951) 7-50; "Le sacerdoce chrétien selon saint Ambroise," *Revue de l'Université d'Ottawa* XXII (1952) 104*-126*; *Le sacerdoce dans le mystère du Christ* (Paris 1957) 169-275.
Leen, E., "The Mass: center of the Christian life," *The Irish ecclesiastical record* XXIII (1924) 113-138.
"Leek (De) in de Kerk. Ontwikkeling en bewustwording doorkeen de Kerkgeschiedenis," *Unwersitas-tijdschrift* XVIII (1957), nn. 4–5 (Varii articuli de munere laicorum in Ecclesia).
Lefèvre, L. J., "Theologia, ut aiunt, laicalis," *Pensée catholique,* n. 32 (1954) 34-47.
Lennerz, H., *De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 96-98; "Notae: Maria-Ecclesia," *Gregorianum XXXV* (1954) 94-198 (recensio operis Laurentin).
Lepin, M., *La Messe et nous,* Paris 1937.
Léry, C. de, "L'apostolat des laïcs," *Sciences ecclésiastiques* IX (1957) 5-26.
Lingens, J., "Die innere Schönheit des Christentums," *Stimmen aus Maria Laach* LXIV (1895) 99-106.
Long-Hasselmans, G., "Un essai de théologie sur le sacerdoce catholique" [Oposculum postumum, editum a Congar cum criticis adnotationibus], *Revue des sciences religieuses XXV* (1951) 270-287.
Loth, A., "La participation des fidèles au S. Sacrifice de la Messe," *Revue anglo-romaine* II (1896) 145-159.
Lotz, J. B., "Laienchrist und neu Frömmigkeit," *Geist und Leben* XXVI (1953) 304-308.
Luypaert, L., "Pour une spiritualité des laïcs," *Revue diocésaine de Tournai* VIII (1953) 236-241; "Spiritualité des laïcs: ce qu'ils reçoivent du prêtre," *ibid.* 539-542.
McCormack, S., "The configuration of the sacramental character," *The thomist* VII (1944) 458-491.
Mc Donald, J., *The baptismal character's participation in the priesthood of Christ according to St. Thomas,* Roma 1939.
Magnin, E., *L'Eglise enseignée: prêtres et laïques,* Paris 1928.
Martini, G., *Regale sacerdotium,* Romae 1940.
Masure, E., *Comment prendre part au sacrifice de la Messe,* Paris 1939; *Prêtres diocésains* (Lille 1947) 238-240.
Masson, J., "Laïcs missionnaires," *Nouvelle revue théologique* LXXVII (1955) 299-302.
Mathis, B., *Das katholischen Kirchenrecht für die Laien,* Paderborn 1940.
Meneser, J., *Por una auténtica espiritualidad seglar,* Madrid 1954.
Mersch, E., "Tous prêtres dans l'unique Prêtre," *La participation active des fidèles au culte* ("Cours et conférences des Semaines Liturgiques," tom. II, Louvain 1933) 95–117; *Morale et Corps Mystique* (Paris 1949) I 143-162.
Moe, O., "Der Gedanke des allgemeinen Priestertums im Hebräerbrief," *Theologische Zeitschrift* V (1949) 161-169.

Monsegù, B., "La problemática del sacerdocio en la actualidad," *Revista española de teología* XIV (1954) 529-566; "Por que no son propiamente sacerdotales los caracteres del Bautismo y la Confirmación," *XIV Semana española de teología* (Madrid 1955) 333-345; "El Papa, la teología y el sacerdocio del laicado," *Revista española de teología* XVI (1956) 157-172.

Montcheuil, Y. de, *Mélanges théologiques* ("Théologie," n. 9, Paris 1946) 113-127.

Montuclard, M., "Vivre l'Eglise. La part des laïques dans la transformation des structures religieuses," *Jeunesse de l'Eglise* VIII (1948) 11-34.

Motte, I., "L'Action Catholique dans le Nouveau Testament," *Nouvelle revue théologique* (1938) 1211-1226.

Mugner, F., "Le sacerdoce du Christ, du prêtre et du chrétien," *Christus* IX (1934) 110-120, 213-222, 319-328; *Roi, prophète, prêtre avec le Christ,* Paris 1937.

Müller, R., "Der Laie in der Kirche," *Theologische Quartalschrift* CXXX (1950) 184-196.

Mura, E., *Le Corps Mystique du Christ* II (Paris 1934) 314-337.

Murray, J. C., "Towards a theology for the layman," *Theological studies* V (1944) 43-75, 340-376.

Naz, R., "Laïques," *Dictionnaire de droit canonique* VI (fase. 32, Paris 1955) 328-331.

Nebiolo, G., "La missione educativa dell'Azione Cattolica," *Tabor,* aprile 1948.

Nélis, J., "Le caractère sacramentel," *Collectanea mechliniensia* XII (1937) 240-250.

Niebecker, E., *Das allgemeine Priestertum der Gläubigen,* Paderborn 1936.

Nosengo, *L'azione apostólica dei laici,* Roma 1945.

Noubel, J.-F., "Que font les laïques dans l'Eglise," *Bulletin de littérature ecclésiastique* LV (1954) 229-239; "Los laicos en la Iglesia católica," *Revista española de derecho canónico* XI (1956) 7-^3.

O'Connor, W., *The layman's cali,* New York 1942.

Ordóñez, V., "El sacerdocio de los fieles (Sentido escrituristico textual)," *Revista española de teología* XVI (1956) 359–379.

Palmer,-F., "The lay priesthood: Real or metaphorical?," *Theological studies* VIII (1947) 574-613; "Lay priesthood: Towards a terminology," *ibid. X* (1949) 235-250.

Paquet, L.-A., "Aux sources de l'Action Catholique," *Le Canada français* XXII-XXIII (1935-1936) 5*-17*.

Parsch, P., *Messerklärung im Geiste der liturgischen Erneuerung,* Klosterneuburg 1935; *Volksliturgie,* Klosterneuburg 1940.

Participation {La) active des fidèles au culte ("Cours et conférences des Semaines Liturgiques," tom. 11) Louvain 1934. Cf. Botte, Capelle, Charlier, Mersch, Robeyns, relatos in hac nostra bibliographia.

Pascual, J. A., "El sacerdocio de los fieles," *Liturgia X* (1955) 5-17.

Pavan, P., *Apostolato dei laici nel mondo moderno,* Roma 1954.

Pelland, L., "Le sacerdoce des fidèles," *Sciences ecclésiastiques* II (1949) 5-26.

Perrin, J.-M., *L'heure des laies,* Paris 1954.

Persich, N. C., *The priesthood in the Mystical Body* (St. Louis, 1951) 118-126.

Philips, G., "Le laïcat dans de mystère de l'Eglise," *La revue nouvelle* XVI (1952) 538-549j "Il laicato nel mistero della Chiesa," *Tabor* VII (1953) 148-159; "Les laïcs dans le mystère de l'Eglise," *Problems scelti di* teología contemporánea* ("Analecta Gregoriana," n. 68, Romae 1954) 175–187; *Le rôle du laïcat dans l'Eglise* (Tournai 1954), praecipue 79^-85; "Chronique Mariologique," *Ephemerides theologicae lovanienses XXX* (1954) 95-98 (recensio operis Laurentin).

Piolantt, A., *Il Corpo Místico e le sue relazioni con l'Eucaristia in S. Alberto Magno,* Roma 1939; *De sacramentis* ("Collectio theologica romana," v. 6, ed. 3 [Taurini 1951] 266-272; "Il sacrificio dei Corpo Mistico," *Tabor* IV (1949) 11-16; "Il sacerdozio dei fedeli," *Euntes docete* VI (1953) 166-187.

Pius XII, [Allocutio ad duplicem Congressum Mundialem pro Apostolatu Laicorum], in *Discorsi e radiomessaggi* XIII 301; *AAS* 49 (1957) 922-939 (textus cum commentario refertur etiam in *Nouvelle revue théologique* 80 (1958) 77-87, 25 sq.).

Pié, A., "Mise au point et suggestions," *La vie spirituelle-Supplément* V (1952) 91-100.

Pollet, V. M., "L'azione cattolica in alcuni libri recenti," *Vita cristiana* (1936) 430-442; "De actione catholica principiis theologiae thomisticae dilucidata," *Angelicum* XIII (1936) 442-483; *L'Action Catholique à la lumière de la théologie thomiste,* Paris 1937.

Puech, L.-M., "Le caractère sacramentel et le sacerdoce du Christ," *Culture* I (1940)

34-61, 180-206; "Le rôle du caractère sacramentel," *ibid.* II (1941) 166-199; IV (1943) 200-210, 358-392.

Rahner, K., "Weihe der Laien zur Seelsorge," *Zeitschrift für Aszese und Mystik* XI (1936) 21-34; "Uber das Laienapostolat," *Schriften zur Theologie* II (1955) 339-373; idem articulus gaUice versus "L'apostolat des laïcs," *Nouvelle revue théologique* LXXVIII (1956) 3-32; "Nochmals: Das eigentliche Apostolat der Laien," *Der grosse Entschluss,* IV (1955) 217-221; "L'apostolat des laïcs," *Nouvelle revue théologique* LXXVIII (1956) 3-22.

Rambaldi, G., "Sacerdozio gerarchico e sacerdozio non gerarchico," *La civiltà cattolica,* a. 102 (1951), v. 2, pp. 345-357; "Ministri di Gesù Cristo e membra del suo Corpo Mistico," *ibid.,* v. 3, pp. 59-69 ; *Gerarchia e fedeli nel culto e nell'apostolato,* Alba 1953.

Rea, J. E., *The Common Priesthood of thè Members of thè Mystical Body* (Westminster, Md. 1947) 141-245.

Reinhard, W.» *Der Laie in übernaturalichen Organismus der Kirche,* Freiburg i. Br. 1932.

Riudor, I., "Misión de los laicos en la Iglesia, según las enseñanzas del Papa Pio XII," *Estudios eclesiásticos* XXXI (1957) 189-204.

Robeyns, A., "L'idée du sacerdoce des fidèles dans la Tradition. III. Le Concile de Trente et la théologie moderne," *La participation active des fideles au culte* ("Cours et conférences des Semaines Liturgiques," tom. 11, Louvain 1933) 41-67.

Rocholl, N., *Ehe als geweihtes Leben,* Dülmen 1936; *Vom Laienpriestertum,* Paderborn 1940.

Roguet, A.-M., "La théologie du caractère et l'ncorporation à l'Eglise," *La Maison-Dieu* XXXII (1952) 74-89.

Roguet, P., *Amen, acclamation du peuple sacerdotal,* Paris 1947.

Rump, V., *Das allgemeine Priestertum der Christen* (I *Pet. 2. 4-10; 4. 10 sq., 5. 1-5)* Münster 1860.

Sabater, March, J., *Derechos y deberes de los seglares en la vida social de la Iglesia,* Barcelona 1955.

Sauras, F. E., "Fundamento sacramental de la Acción Católica," *Revista española de teologia* (1943) 129-158; "¿Fué sacerdotal la gracia de Maria?," *Estudios morianos* VII (Madrid 1948) 391-402; El Cuerpo Mistico de Cristo (Madrid 1952) 695-701; J*El laicado y el poder cultual sacerdotal. ¿Existe un sacerdocio laical?." *Revista española de teologia* XIV (1954) 275-326.

Scheeben, M. J., *The mysteriös of Christianity* (transi. C. Vollert, St. Louis 1947) 582-592.

Schet.t.f.r, E. J., *Das Priestertum Christi im Anschluss an den hl. Thomas von Aquin* (Paderborn 1934) 264-281, 412-^15.

Schenz, W., *Das Laien und das hieratische Priestertum nach 1 P,* Freiburg i. Br. 1873.

Schillebeeckx, H., "Le forme fondamentali dell'apostolato," *Rivista di vita spirituale* VII (1953) 368-377.

Schiller, E., *Das Priestertum Christi,* Paderborn 1924.

Schreiber, G., *Gemeinschatten des Mittelalters, Recht und Verfassung, Kult und Frömmigkeit. Gesammelte Abhandlungen,* I (Münster 1948) 213-282.

Schultze, B., "Die byzantinisch-slawische Theologie über den Dienst der Laien in der Kirche," *Ostk. Studien* V (1956) 243-284.

Serrano, A. Z., "Sur une 'spiritualité' des laïcs," *La vie spirituelle* (1950) 393-415.

Semmelroth, O., "Die Kirche als Sichtbare Gestal der unsichtbaren Gnade," *Scholastik* XVIII (1953) 23-39.

Seumois, A. V., "L'apostolat laïc de l'antiquité selon les témoignages patristiques," *Euntes docete N* (1952) 126-153.

Simon, P., *Das Menschliche in der Kirche Christi,* Freiburg i. Br. 1936; *Das Priestertum als Stand und der Laie,* Salzburg 1938.

Smith, G. D., "The priesthood of the laity," *The clergy review* XXII (1942) 1-11.

Soras, A. de, *Action Catholique et action temporelle,* Paris 1938.

Spiazzi, R. M., *La missione dei laici* (ed. 2, Roma [1952]) 171-203; "Il laicato nella Chiesa," *Problemi e orientamenti di teologia dommatica* (a cura della Pontificia Facoltà Teologica di Milano 1957) 303-358; *I valori spirituali nella vita del laico,* Brescia, 1957.

Steiner, F., "Das Laienapostolat in der katholischen Aktion," *Der grosse Entschluss* IV (1955) 150-156.

generali obiectioni Protestantium, desumptae ex traditionali doctrina de universali populi Christiani sacerdotio.

Quaestio de universali sacerdotio,70 hucusque in operibus ac manualibus theologicis nonnisi polemice ac transeunter tacta, sive ob levius momentum ipsius materiae, sive ob necessitatem potius tuendi ac inculcandi contra Protestantes veritatem ac dignitatem hierarchici

Stirnmann, H., "Die Kirche und der Geist Christi," *Divus Thomas* (Freiburg) XXXI (1953) 3-17.
Storck, H., *Das allgemeine Priestertum bei Luther,* München 1953.
Svoboda, S., "Wo steht die Bewegung des modernen Laienapostolates?," *Theologie und Glaube* XLV (1955) 108-112; "Erfahrungen und Aussichten im heutigen Laienapostolat," *Seelsorger XXV* (1954-55) 401-405.
Thiesen, U., "As possibilidades do leigo no organismo vivisel da Igreja," *.Revista eclesiástica brasileña* XIII (1953) 26-40.
Teils, G., "Le pouvoir cultuel du baptisé," *Ephemerides theologicae lovanienses XV* (1938) 683-689; *Mission du clergé et du laicat,* éd. 4, Bruges (1945).
Thiry, A., "L'Encyclique 'Mediator Dei' sur la liturgie," *Nouvelle revue théologique* LXX (1948) 113-136. /
Tiberghien, P., *L'Action Catholique. Précisions nouvelles,* Paris (1950).
Tixeront, J., *L'Ordre et les Ordinations* (éd. 2, Paris 1925) 48-52.
Torrance, T. F., *Royal priesthood,* London 1955; "Le sacerdoce royal," (trad. G. Huni), *Verbum Caro* XII (1958) 233-328.
Tromp, S., "De corpore Christi mystico et actione catholica ad mentem S. Iohannis Chrysostomi," *Gregorianum* XIII (1932) 177-210, 321-372; *Schrijtum zur katholischen Aktion und zum Laienapostolat,* Hildesheim 1934; *Actio Catholica in corpore Christi,* Romae 1936; "Die liturgie onze weermacht en onze overvvinning in Cristus," *Tijdschrijt voor Liturgie XX* (1939) 258-270; "Quo sensu in Sacrificio Missae offerat Ecclesia, offerant fideles," *Periodica de re morali, canonica, litúrgica XXX* (1941) 265-273.
Umberg, I. B., *Der Ritterschlag zur katholischen Aktion,* Innsbruck 1931.
Useros, M., "Aspectos eclesiológico-canónicos del problema del laicado cristiano," *Revista española de derecho canónico* X (1955) 609-646.
Van Camp, J., "Mystère de l'Eglise et caractères sacramentels," *Les questions liturgiques et paroissiales* XXXII (1951) 148-155.
Van der Meersch, J., *De cooblatione fidelium in sacrificio Missae,* Bruges 1942.
Varillon, F., "Pour une spiritualité des laïcs. Reflexions et expériences," *Christus* (1954) 44-69.
Villeneuve, Card. R., *La Messe,* Québec 1938.
Vitalis, J., *La spiritualité du laie,* Paris 1948.
Vonier, A., "L'idée chrétienne de l'homme dans la liturgie et sa réalisation surnaturelle par les sacrements," *Les questions liturgiques et paroissiales* XXIV (Louvain 1939) 197-209; XXV (1940) 3-21.
Walter, E., *Diener des neuen Bundes. Das Priestertum des kath. Kirche,* Freiburg 1940; "Weihe und Laienpriestertum, das eine Priestertum der Kirche," *Volksliturgie und Seelsorge* (ed. K. Borgmann, Kolmar [1942]) 31-47.
Welsersheimb, L. von, *Kirchenväter an Laien,* Freiburg i. Br. 1954.
Wendell, F. N., *The formation of the lay apostle,* New York 1954.
Will, J., *Die katholische Aktion. Biblische und dogmatische Grundlagen,* München 1932.
Winady, J., "Les moines et le sacerdoce," *La vie spirituelle LXXX* (1949) 23-37.
Zähringer, D., *Das kirchliche Priestertum nach dem hl. Augustinus* ("Forschungen zur christlichen Literatur und Dogmengeschichte," v. 17, Paderborn 1931) 200-210.

MHac expressione, utpote indefinita ac satis commoda, uti frequenter maluimus, saltem in priori ac generali parte huius articuli, quidquid ceteroquin sit de eius origine apud Protestantes aut inter controversias cum Protestantibus. Ceterae quas alii praeferunt appellationes, uti sacerdotium regale, vel fidelium, vel commune, vel laicale, vel baptismale, vel initiale, vel spirituale, vel mysticum (cf. infra, p. 542 sq.), non minus ambiguae sunt aut praeiudicatam supponunt quaestionem de natura huiusmodi sacerdotii. De quarum aptitudine verbum erit ad calcem huius articuli (p. 609, in nota).

ipsius sacerdotii, in quo firmitas ecclesiasticae structurae consistit, ultimis hisce temporibus magnum favorem suscitavit ac cum magno strepitu a quibusdam, in periodicis praesertim ephemeridibus, ventilata est. Ceterum ipsa connectitur cum generali conceptu sic dictae *theologiae laicalis,* quae rursus originem habet ex ampliori moderno *motu laicalis cuiusdam activitatis* in ecclesiastico campo tam speculativo quam practico, quo ipsa Ecclesia modernis malis simul ac tendentiis provida cura occurrere sategit. Modernis quippe erroribus laicismi, saecularismi, communismi, individualismi, et effrenati cuiusdam independentiae ac libertatis spiritus, quibus socialis activitatis ac profanae scientiae ab ecclesiastico regimine divortium consummabatur et in ipsa christiana societate moralis quaedam fractio inter laicatum et clericatum sensim sine sensu operabatur, necnon modernae cuidam tendentiae ad independentiam actionis, ad corporativam activitatem, ad progressum novasque, ut aiunt, inventiones, Ecclesia per sanum ac supernaturalem quendam laicismum occurrit, quo simul ingruentia mala sanarentur ac legitimis ipsis tendentiis quodammodo satisfieret. Optimum quippe antidotum contra malum ac haereticalem laicismum fuit laicorum ipsorum ecclesialem dignitatem doctrinaliter ostendere ac practice fovere.77

Praecipua momenta huiusmodi ecclesialis simul ac theologici motus ad haec reduci possunt:

Motus socialis, doctrinaliter incoeptus a Leone XIII in suis encyclicis, qui theologis praecipue moralibus occasio fuit evolvendi plures quaestiones, tam speculativas quam practicas, connexas cum natura utriusque ecclesiasticae ac civilis societatis necnon cum sociali populi conditione. Hic tamen motus directum influxum non habuit in nostram quaestionem.

Motus liturgicus, practice incoeptus a Pio X et doctrinaliter ab-

"Ad rem Dabin: "Le véritable danger pour les chrétiens, dans nos pays et à notre époque, n'est point de se croire trop prêtres et pas assez laïques. Tout au contraire, c'est de se croire totalement profanes et nullement consacrés. . . Seul, peut-être, le sentiment le leur consécration arrachera aujourd'hui les chrétiens à la marée montante du paganisme renaissant, sans les précipiter dans les voies sans issue du protestantisme. La conception catholique du sacerdoce adopte, en effet, une position moyenne entre la religion païenne, qui réduit la sainteté morale au bénéfice de la notion de consécration, et le protestantisme qui bannit celle-ci au profit de celle-là. Loin de favoriser l'erreur de la Réforme, qui en a cependant tellement abusé, la doctrine du sacerdoce royal, sainement entendue, est directement opposée à l'idéologie anticulturelle de Luther. Mettant en relief la consécration du caractère sacramentel, l'enseignement du sacerdoce royal des fidèles constitue un énergique antidote contre l'exaltation d'une exclusive sainteté morale, dans une Eglise purement invisibile, privée de liturgie et de hiérarchie. Il apparaît, en même temps, comme un levier robuste qui retirera la vie chrétienne du bourbier matérialiste et la haussera au niveau des impérieuses exigences de la consécration baptismale. Comme valeur de vie, la doctrine du sacerdoce royal peut exercer une influence comparable à celle du Corps mystique" *{Le sacerdoce royal des fidèles* II [Paris 1950] 62sq.).

solutus a Pio XII in Encyclica "Mediator Dei" a. 1947. Cum cultus liturgicus sit maxime communitarius, theologi ex hoc Ecclesiae motu ac doctrina inducti sunt ad instantius inquirendum quae sit liturgica functio sive cooperatio ipsorum laicorum, praecipue in oblatione Missae, eamque connaturaliter connexuerunt cum conceptu universalis sacerdotii, quod etiam laicis competeret, ratione baptismalis characteris.

Motus apostolicus, sive organizatio sic dictae *Actionis Catholicae,* tanquam immediatae cuiusdam participationis laicorum hierarchico apostolatui, quam Pius XI primus, sub hac saltem determinata forma, instituit. Hinc theologi inquisierunt de dogmatico fundamento huiusmodi laicalis apostolatus illudque pariter connexuerunt cum universalium fidelium sacerdotio, prout innititur characteri Confirmationis. Hinc plures opellae et elucubrationes de Actione Catholica pullularunt, quarum quasdam retulimus supra (pp. 446-453)[78] quibusque recentius alii addiderunt scripta de peculiari apostolatu missionario.[79]

Motus oecumenicus, paucis abhinc annis privatim nec obstante S. Sede inceptus a pluribus ecclesiasticis viris ac theologis, quo, deposita antiquiorum polemica methodo pro irenica quadam facie, peculiariter considerantur ac in luce ponuntur ea veritatis elementa in quibus ipsi dissidentes, nominatim Protestantes, cum catholicis conveniunt.[80] In qua quidem conciliationis via, facile ac connaturaliter occurrit doctrina de universali sacerdotio, quae ex una parte et in sua generalitate est traditionalis ipsa doctrina catholica et ex alia parte, in sensu exclusivo a Protestantibus intellecta, extitit atque manet praecipua eorum arma ad excludendum hierarchicum ipsum sacerdotium.[81]

"Praecipue Alonso, Alver, Archambault, Aubert, Bénard, Bernimont, Bertram, Bettencourt, Beyer, Boyer, Carpay, Caryl, Civardi, Dabin, Delfosse, Graber, Ferland, Fournier, Hesburgh, Masson, Nebiolo, O'Connor, Pollet, Rahner, Schillebeeckx, Seumois, Soras, Spiazzi, Tiberghien, Tromp, Will. Plura capita doctrinae discussa sunt in peculiari congressu international! de apostolatu laicorum, habito Romae a. 1951 et 1957.

"Cf. J. Masson, "Laïcs missionnaires," *Nouvelle revue théologique* LXX (1955) 298-302, ubi affertur etiam bibliographia.

"Cf. dicta in tom. 1, pp. 184 sq., in nota.

"Zelus unitatis et conciliationis non plene iustificare videtur quasdam exaggeratas expressiones velati criticismi in traditionalem theologiam.

Philips scribit: "Un second facteur a favorisé le regain d'estime dont il [le laïcat] se voit l'objet: c'est notre attitude de moins polémisante contre le protestantisme. Toute réplique raidit le point précis de l'attaque et fait reculer tous les autres à l'arrière-plan. Il en résulte fatalement, même pour les définitions dogmatiques, une impression de partialité, qu'il faudra corriger par une étude seraine de l'ensemble du problème. . . Quand la Réforme tenta de supprimer toute autorité hiérarchique, l'Eglise se devait, contre cette négation absolue, de remettre en honneur l'autorité des évêques et du pape. La plupart de nos catéchismes, surtout dans leur forme primitive, ont été conçus dans un sens directement antiprotestant: ils ont rendu d'immenses services, mais les générations subséquentes n'ont pas été sans se ressentir du contrecoup de cette rigidité. Aujourd'hui, nous savons mieux que le protestantisme, tout en rejetant des données parfaitement catholiques, a gardé néammois pas mal de valeurs authenti-

Motus theologicus, qui ob varias rationes mentes doctorum peculiariter convertit ad studium quarundam quaestionum, quae facile cum doctrina universalis sacerdotii connectuntur eamque in arenam connaturaliter trahunt. Ita doctrina de *Corpore Mystico,* expolita a pluribus theologis (ut Tromp, De Lubac, Meersch, Mura, Gruden, Jürgensmeyer, Leclercq, Broutin, Gonzalez Quintana, Congar, Sauras, Colomer) et auctoritative exposita ab ipso Pio XII in Encyclica "Mystici Corporis" a. 1943, quae quidem connaturaliter secum trahit quaestionem de partibus ac functionibus laicorum in hoc Corpore Christi; doctrina sacramentaría, cuius studium peculiariter conversum est ad *sacramentalem characterem,* fontem cuiuslibet sacerdotii, tam in apice Ordinationis unde fluit hierarchia sacerdotalis, quam in baptismali fundamento unde emanat plebs sacerdotalis; *doctrina mariologica,* cuius rapida ac multiformis evolutio, praecipue in linea Mediationis ac Corredemptionis, non potuit non impingere in quaestionem de sublimiori quodam sacerdotio B. Virginis, quod cum ipso universali fidelium sacerdotio connectatur et ex iisdem fere principiis explicetur.[82]

Nec ceteroquin praetereunda est, tanquam extrínseca causa, ipsa *indoles modernae mentalitatis,* quae, ex una parte in studia positiva

quement chrétiennes. Elles seront partiellement inopérantes parce qu'engagées dans une synthèse fausse, mais elles n'ont pas perdu leur marque d'origine. Elles appartiennent à l'héritage de la légitime épousej et même aux mains d'une infidèle, disait saint Augustin, elles ne perdent pas leur prix" *(Le rôle du laical dans l'Eglise* [Tournai 1954] 23 sq.).

Laurentin: "Les théologiens postérieurs [au Concile de Trente et au Catéchisme du Concile de Trente] glissent vers une perspective plus étroite. Absorbés par la controverse, ils ne retiennent bien souvent que les négations du Concile; leur réaction contre les erreurs protestantes enveloppe parfois jusqu'à l'âme de vérité contenue dans la thèse adverse. Pendant plusieurs siècles, la doctrine du sacrement de l'ordre fut présentée de façon trop unilatérale; l'idée du sacerdoce commun, sans être reniée, fut frappée de suspicion. On négligea quelque peu le sacerdoce de Jésus-Christ et l'on fit silence sur certains passages de l'Epître aux Hébreux (vii. 20-25). Quelque chose se trouvait provisoirement rompu dans le bel équilibre que manifeste la doctrine d'un saint Léon ou d'un saint Thomas. Cette crise ne fit que s'accentuer jusqu'à la fin du xixa siècle et au début du xxa siècle, en dépit de quelques tentatives intéressantes. . . Le sacerdoce hiérarchique ayant pris en pratique une place prédominante et quasi-exclusive, ce que l'on dit du sacerdoce de la Vierge ou des fidèles risque toujours d'être mal compris. . . La notion du sacerdoce sacramentel est, depuis la crise protestante, un point névralgique. Le sens catholique demeure non seulement sensible à toute confusion, mais hypersensible à tout ce qui rappelerait de loin ces confusions ou risquerait, si peu que soit, d'y conduire. De là, l'atmosphère inquiète dans laquelle se poursuit la restauration de l'idée si traditionnelle du *regale sacerdotium.* Le P. Congar parle ici de 'hantises'" *(Marie, l'Eglise et le sacerdoce* II [Paris 1953] 59, 62; cf. 64, 75).

"De intima connexione inter utrumque sacerdotium confer peculiariter opus R. Laurentin, *Marie, l'Eglise et le sacerdoce* II (Paris 1953) 201 sq.: "Le sacerdoce marial, cet aspect réel, mais secondaire et relatif de l'être et des fonctions de Marie a peu d'intérêt du point de vue de la mariologie; il en a beaucoup du point de vue de la théologie du sacerdoce chrétien. La Vierge est un élément important de ce corps sacerdotal à la fois un et multiple, un et divers, qu'est l'Eglise. Situer la Vierge dans ce traité, c'est rendre au sacerdoce chrétien ses dimensions intégrales et très particulièrement éclairer le problème difficile du sacerdoce de tous les chrétiens."

inclinans et ex alia parte quodam spiritu independentiae ac novitatis exagitata, libenter novas methodos novasque quaestiones invenit aut antiquas remiscet; cui quidem indoli facilem escam praebuit universalis sacerdotii problema, quod, ob nativam suam indeterminationem ac elasticitatem, theologicis ambiguitatibus et exaggerationibus connaturaliter patet.

Inter huiusmodi multiformes ac parallelos motus, paulatim efformata est *moderna "laicologia"* quae ceteroquin adhuc tumultuarie ac incertis passibus procedit, hinc mera quaedam desiderata manifestans, illinc larvalem quendam theologicum tractatum attentans. In votis est imprimis institutio alicuius *curriculi theologiae* laicis tradendae,[83] quod votum aliqualem resonantiam invenit in Encyclica "Deus Scientiarum Dominus" a. 1931 (AAS XXIII 245 sq.); praeterea, efformatio alicuius *laicalis spiritualitatis,* qua expellatur vigens praeiudicium cuiusdam monachalis aut clericalis reservationis spiritualitatis,[84] cui voto aliqualiter respondet nova regulatio institutorum saecularium per Encyclicam "Provida Mater Ecclesia" a. 1947;[85] item, quaedam *reformatio Codicis I. C.,* in qua amplior longe pars laicorum iuribus et activis functionibus concedatur, ac Codex amittat speciem cuiusdam exclusivi iuris clericorum, cui voto partialiter satisfacit praefata Constitutio de saecularibus institutis;[86] item *reformatio manualium theo-*

[83] Cf. J. C. Murray, "Towards a theology for the layman," *Theological studies* V (1944) 43-75, 340-376.

[84] Cf. R. M. Spiazzi, *La missione dei laici* (ed. 2, Roma [1952]) 122-126; item ephemeridem *Tabor* a. 1947, fasc. aprilis, et a. 1952. Huc refer plura ex operibus supra citatis (pp. 446-453) uti: Balducci, Balthasar, Carré, Caspêr, Chavasse, Chenu, Congar, Drinkwelder, Fitzsimons, Gérard, Grangette, Hermans, La Bédoyère, Leclercq, Luypaert, Serrand, Vitalis.

[85] "Primum opus de hac regulatione edidit recenter J. Beyer, *Les instituts séculiers,* Paris 1954. Cf. recensionem R. Carpentier, "Les instituts séculiers," *Nouvelle revue théologique* LXXVII (1955) 408-412. Ut dictum est in art. praec. (p. 362), quidam invocant similem quandam saecularizationem *ordinum minorum,* ita nempe ut hi ordines, detrusi ad originalem, ut aiunt, indolem merorum officiorum non hierarchicorum, concedantur laicis.

[86] "In hac re exaggerant quidam scriptores, quorum aliquae expressiones velatum impropriumque criticismum continere videntur. Ad rem Congar: "Beaucoup s'en prennent au droit canonique. Il est à peu près exclusivement un droit des clercs, disait un spécialiste protestant allemand [U. Stutz, *Der Geist des Codex iuris canonici* (Stuttgart 1918) 83]; un seul canon y parle des droits des laïcs, se plaignait Mgr. Simon [Da; *Menschliche in der Kirche Christi* (Freiburg i. Br. 1936) 111], le canon 282* . . . Une quarantaine de canons sont consacrés expressément aux laïcs (can. 682-725), mais seulement du point de vue des associations de piété qu'ils peuvent constituer ou dans lesquelles ils peuvent entrer: tiers-ordres, confréries, etc. --- La place des laïcs dans le droit de l'Eglise, moins minime que certains ne le disaient, est cependant assez petite. A vrai dire, ce n'est pas au Code qu'il faut demander une réponse adéquate aux questions du laïcat. Par ses origines, son histoire, sa nature même, le droit de l'Eglise est principalement une organisation du culte sacramentel; il est normal qu'il soit surtout un droit des clercs et de choses sacrées. Le malheur est que le point de vue canonique a progressivement, depuis le xiii* et surtout le xvie siècles, envahi l'esprit du clergé et déterminé pour l'essentiel les attitudes pastorales elles-mêmes" (*Jalons pour me théologie du laïcat* [Paris 1953] 10-12).

logiae, per additionem capitis de theologica indole et conditione laicatus: cui voto nondum videntur satisfacere velle prudentes auctores manualium dogmaticorum.87 Praedicta attentatio theologicorum tractatuum respicit theologiam *Actionis Catholicae, Missionologiam laicorum* (de quibus supra, p. 455) et novissime ipsam generalem ac globalem *laicologiam sive theologiam laicatus.* Huius generalis tractationis positiva fundamenta recenter iecit praecipue *Dabin* in suo opere *Le sacerdoce royal des fideles,*33 eiusque dogmatica lineamenta in quandam diffusam ac laboriosam synthesim recentissime redigere conatus est *Congar* in opere *Jalons four une théologie du laicat.*33

Phil ips: "Le Code de Droit Canon, consacre au chapitre 'de laids' a peine 44 artides sur un total de 2.414. N'exagérons pas cependant l'objection d'un Droit exclusivement clérical. Les lois sur les sacrements, par exemple, concernent les laïcs presque autant que le clergé. L'Ordre institué par le Christ distingue les clercs du laïcat pour la direction des fidèles et le ministère du culte divin, Can. 948. Les laïcs ont le droit de recevoir du clergé, d'après les normes de la discipline ecclésiastique, les biens spirituels et surtout les secours indispensables au salut, Can. 682. Voilà le principe fondamental: il met l'accent sur la 'réceptivité' des fidèles. Il leur reconnaît pourtant autres choses que des obligations: ils peuvent faire valoir de véritables exigences. De par leur baptême, ils ont dignité de 'personnes' dans l'Eglise, sujets de droits et de devoirs, Can. 87" *(op. cit.* supra, in p. 456) 20.

"Dabin conqeruitur: "Un *De laicis* existe dans le Code de Droit canonique. H est réduit a presque rien dans le traité dogmatique *De membris Ecclesiae,* qui reste confiné dans les bornes d'une Hiérarchiologie. Celui de Thomas Netter de Wald, par exemple, comprend cinquant-cinq chapitres dont deux seulement ont trait aux laïques... Celui de Bellarmin établit surtout la thèse de l'Eglise société inégale, dirigée contre les protestants. Les auteurs plus récents limitent leur recherches à la questions de l'appartenance au corps ecclésiastique, des catéchumènes, des hérétiques publics ou occultes, des schismatiques, des excommuniés, des seuls prédestinés, justes ou parfaits, etc." *(op. cit.* [supra, in p. 454] 11).

Phil ips: "Jusqu'à ces derniers temps, la théologie ne s'est pas beaucoup préoccupée des laïcs. Le *Kirchenlexicon* de Wetzer et Welte, encyclopédie en 12 gros volumes, au mot-souche *laïc* renvoie tout simplement à clergé. Le *Dictionnaire de Théologie Catholique* a même négligé cette précaution. . . Notre traité classique de l'Eglise, dans sa forme systématique, doit son origine à l'erreur de Luther et de Calvin. Il a été conçu comme une réplique à la Réforme. Il met en évidence les chapitres traitant de la hiérarchie et il insiste sur les éléments visibles. . . Pratiquement, notre ecclésiologie est restée en grande partie une défense de l'épiscopat et du pouvoir suprême du pape, une doctrine de la hiérarchie. Aujourd'hui, un nouveau chapitre est en pleine élaboration; on veut l'appeler du nom barbare de *laïcologie" (op. cit.* 20, 24).

"Dabin: "Tenter de jeter d'une façon positive et constructive les bases d'une *laïcologie* ou d'une *théologie du laïcat,* tel est le dessein général, sans doute présomptueux, d'un travail de près de vingt années" *(loc. cit.).*

"Congar: "Dans un large contexte de renouveau ecclésiologique, s'est affirmé de plus en plus le besoin d'une théologie du laïcat. Pour avoir en quelques occasions, un peu parlé ou écrit sur ce sujet, l'auteur de ces pages s'est vu sollicité de toute part de parler et d'écrire encore. Ce n'est pas que les bons travaux manquent. Les trente ou quarante dernières années en ont vu paraître d'excellents, soit sur la vie liturgique, soit sur le marriage chrétien, soit sur l'Action catholique, soit sur l'Eglise et le Corps mystique, soit même sur la responsabilité chrétienne des laïcs. Pourtant, tout cela laisse encore nombre de bons esprits sur leur faim. Ou accuse encore un vide qui demande à être comblé. . . Les laïcs . . . appellent partout de leurs voeux une véritable théologie du laïcat. Ce n'est pas une petite entreprise. . . Nous ne proposons pas ici un traité complet de l'Eglise. . . Malgré l'effort et les dimensions du volume, on n'apporte cependant ici qu'un premier essai, de simples 'jalons,' sans prétention, ni à être complet, ni à formuler du définitif. Sans prétention à être complet: nous

Etiam apud dissidentes, tam *Protestantes* quam *Schismaticos Orientales,* similis laicalis motus eodem tempore observatur.

Et primo quidem in campo practico, fovetur apostolatus laicorum tam in operibus charitatis quam in propagatione fidei. Ad rem *Philips:* "Dans' toutes les confessions chrétiennes, on constate de nos jours une participation plus large des simples fidèles tant à la propagation de la foi qu'aux oeuvres de charité corporelle et spirituelle. Les prédicateurs se plaindront toujours de la lenteur des masses et les subordonnés ne manqueront pas d'accuser les chefs de se mêler de tout. Cependant, en face de la déchristianisation générale, un nombre croissant de chrétiens ordinaires manifeste une incontestable préoccupation apostolique. Les confessions non-catholiques pratiquent des solutions très larges. Elles permettent plus facilement à des laïcs de combler les vides dans les rangs du clergé, et certains groupements n'hésitent pas à confier à des femmes la direction du culte. Sur le point précis de l'ordination de sujets féminins, la plupart des Eglises, sans doute, se montrent réticentes; les orthodoxes, résolument hostiles. Il n'en reste pas moins que la question est posée. Une remarque cependant s'impose: en élargissant les cadres des fonctions officielles et en consacrant les femmes, on ne lance qu'un appel indirect aux laïcs: un plus grand nombre d'entre eux passent à l'état ecclésiastique, mais leur situation d'ensemble n'est pas modifiée."[90]

Praeterea, in campo speculativo, plura apud Protestantes scripta sunt de índole ac functione laicorum in ecclesia.[91] Quoad usum et significationem vocis "laici" apud Protestantes observât *Philips:* "En principe, le protestantisme ne reconnaît plus l'institution sacerdotale. Il emploie néammoins couramment le mot 'laïc,' mais comment le définir? A la conférence d'Amsterdam en 1948, la question fut vivement débattue. Certains délégués voulaient désigner par 'laies' les membres de la communauté, qui ne distribuent pas, mais reçoivent les sacrements. Tendance catholicisante, combattue par la majorité. Finalement, on se mit d'accord pour appeller 'laies' ceux qui n'ont

savions trop bien nous-mêmes ce qui manque pour qu'on puisse parler, purement et simplement, d'une théologie du laïcat. . . Nous ajoutions: sans prétention à formuler du définitif. Il est trop clair que, sur tant de difficiles questions, les positions théologiques peuvent diverger" *{Jalons pour une théologie du laicat* [Paris 1953] 9, 12, 13, 14).

[90] *Op. cit.* (supra, in p. 456) 24 sq. Eodem anno 1951, quo celebrabatur Romae internationalis congressus de apostolatu laicorum, similis conventus europcorum laicorum habebatur a Protestantibus in urbe Bad Boll in Germania. Apud *Schismaticos Graecos* observatur duplex religiosus motus laicorum: *Zoè* et *Apostoliki Dhiakonia.*

[91] "Cf. *Rapport officiel de la première Assemblée du Coucil Oecuménique des Eglises, Amsterdam 1948* (Neuchâtel 1948) peculiariter 145 sqq.; J. R. Mott, *Liberating the lay forces of Christianity,* New York 1932; J. Ellul, *Presence au monde moderne,* Genève 1948; W. Stählun, *Das Ami des Laten in Gottesdienst und kirchlicher Unterweisung,* Cassel 1949.

pas leur grades en théologie. Les 'clercs' redeviennent donc, comme au moyen-âge, les hommes instruits par excellence. Etrange fortune pour les simples fidèles au sein de la Réforme."[92] Apud *Anglicanes* conceptus laid rigidior manet; *J. G. Davies* scribit: "The existence of this priestly society does not involve the denial of a separate priestly order within that society. .. It is a mistake to speak of the 'priesthood of the laity'; it is a collectivé priesthood of the λαό? as a whole, and in this all members of the society, whether lay or clerical, share."[93] Mirum est, in his aliisque Protestantium testimoniis minus laicis concedi in linea sacerdotali quam in doctrina theologorum catholicorum. In universali dissidentium conventu habito Lausannae a. 1927, schismaticus orientalis *Sergius Bulgakof* declaravit: "Les laïques ont leur place et leur valeur dans l'ensemble de l'Eglise aussi bien que le clergé. L'état laïque ne peut être défini négativement comme absence d'ordre ecclésiastique—c'est plutôt un ordre spécial qui est conféré dans le sacrement de Fonction."[94]

Apud ipsos *ludaeos* conceptus universalis sive regalis sacerdotii, de quo in *Exod.* 19. 6, assumitur a quibusdam ut solutio hodierni iudaici problematis. Ita *E. Fleg.* scribit: "On cherche de toutes parts une solution au problème juif; elle ne se trouve que dans la Bible, et c'est à Israel avant tout qu'il appartient de la fournir. Créons en nous ce *peuple de prêtres,* de créateurs que nos aïeux au pied du Sinaï ont juré de créer, et les hommes, recréés, cesseront de nous persécuter."[95]

Porro *praefatae theologiae de laicatu fundamentale problema, ad quod moderni illius propugnatores reducere solent ceteras ecclesialogicas quaestiones laicos™ respicientes, est ipsa traditionalis doctrina de universali sacerdotio,* in prima epistola S. Petri sub nomine regalis sacerdotii praeformata, ab Augustino aliqualiter, utut indirecte, corroborata, a S. Thoma sacramentali quodam elemento ditata, a posterioribus theologis communiter, utut celeri manu, transmissa, a quibusdam tandem modernis scriptoribus ita emphatice inculcata ac nonnullis exaggerationibus ampliata, ut libenter loquantur de quodam novo ac difficili problemate.[07] Negari quidem non potest huius problematis

M *Op. cit.* 20.

n *The Spirit, the Church and the sacraments* (London 1954) 170, in textu et in nota.

w Apud Ch. Journet, *L'Eglise du Verbe Incarné* I (Paris 1941) 101, in nota.

" *Le chant nouveau,* Paris 1945; cit. a Dabin, *op. cit.* (supra, in p. 454) 59.

90 De sensu et usu vocis "laicus" (λαϊκό$) confer Congar, *op. cit.* (supra, in p. 459) 19-21. G. Del Ton, "Le denominazioni dei laici cristiani nei tempi antichi," *Tabor* VI (1952) 35sqq.

" Capelle loquitur de "l'aigu malaise intellectuel que causent en nous presque tous les essais de déterminer la nature du sacerdoce des fidèles" et "les graves difficultés que soulève --- la présentation du sacerdoce des fidèles comme une communication, par le caractère baptismal, du sacerdoce du Christ" *(art. cit.* [supra, in p. 447] *Problèmes* . . . 84, 149). Charlier loquitur de "problème si délicat et qui touche à

tum peculiaris actualitas in modernis supradictis circumstantiis, tum intestinum aliquod momentum in generali quadro Ecclesiologiae,08 tum propria theologica profunditas procedens ex sua ipsa sacramental! radice, dummodo haec omnia intra debitos limites intelligantur, quos ultra citraque nequit consistere rectum. Huiusmodi proprios ac sacramentales limites olim Angelicus ipse indicavit, sacerdotalem nempe configurationem atque passivam participationem sacerdotii Christi, in Baptismo inceptam et in Confirmatione consummatam, quae est praeterea ipsum fundamentum altioris activaeque participationis eiusdem sacerdotii in hierarchico ac stricte dicto ecclesiastico sacerdotio.

Plura sunt in quibus moderni theologi discrepant, disputantes de hoc universali sacerdotio, uti circa eius extensionem, circa propriam aut metaphoricam eius naturam, circa nomen sive terminologiam ei tribuendam; sed quoniam communiter ipsi conveniunt in duabus generalibus notis, mox in Conci. 1 assignandis, in existentia scilicet alicuius universalis sacerdotii quod sit late dictum, saltem per comparationem ad hierarchicum sacerdotium, et in eius sacramental! sive baptismali quodam fundamento, consultius visum est eorum discrepantias ad calcem Conci. 1 referre (pp. 513-547), post expositam communem doctrinam, prout ex fontibus revelationis processit et a theologis subinde suscepta ac diversimode determinata est. Ceterum in Conci. 2, quae erit de essentia eiusdem sacerdotii, praefatae discrepantiae ad trutinam revocabuntur. Sit igitur duplex Conclusio, altera *de existentia seu veritate,* altera *de essentia sive impropria ac metaphorica indole,* universalis istius sacerdotii.

CONCLUSIO

Conclusio 1. Omnibus et singulis fidelibus baptizatis competit verum aliquod, utut late dictum sive non hierarchicum, sacerdotium, in baptismali eorum incorporatione ad Christum fundatum.00

tant de points de doctrine" *{ari. cit.* [supra, in p. 447] 29). Philips scribit: "Aujourd'hui, un nouveau chapitre est en pleine élaboration; on veut l'appeler du nom barbare de laïcologie" (cf. supra, p. 458). Masure loquitur de "la théologie très délicate du laïcat chrétien" *{Prêtres diocésains* [Lille 1947] 238). Laurentin loquitur de "le problème difficile du sacerdoce de tous les chrétiens," addens: "Ce sacerdoce est pour beaucoup un signe de contradiction: d'une part il est solidement établi dans l'Ecriture et la tradition; d'autre part il est un élément dissymétrique, comme une pièce en trop qu' on ne sait comment intégrer au système du sacerdoce chrétien" *{op. cit.* [supra, in p. 456] 202).

"Cum hoc quippe problemate intime connectuntur quaetiones de Corpore Mystico, de sacerdotio in genere, de sacerdotio Christi, de sacerdotio B. Virginis, de natura sacramentalis ac baptismalis characteris, de relatione inter gratiam et characterem. Inde apparet quam elastica sit ea sic dicta moderna laicologia et quantis amplificationibus ac excursibus pateat, quibus libentissime indulgent eius cultores.

"Cum velimus in hac Conclusione resolvere solam quaestionem de existentia necnon de generali indole huiusmodi sacerdotii, prout absque ulla fere controversia admittitur

Probaturi. *EX SCRIPTURA.*[1]

Sacrae Litterae duos nobis praebent classicos locos in N. T. *{1 Petr.* 2. 5, 9; *Apoc.* 1. 6; 5. 10; 20. 6), quibus addi possunt secundarii aliqui textus ex epistolis paulinis vel evangelio deprompti, quique praeterea in ipso A. T. *{Ex.* 19. 6) figuralem radicem attingunt.

1 PETR. 2. 9: "Vos autem genus electum, regale sacerdotium [βwtXeMv kpartv/xa], *gens sancta, populus adquisitionis, ut virtutes adnuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum"* Paulo ante, in eodem contextu, *v. 5,* idem conceptus sacerdotii, copulatus mentioni oblationis hostiarum, recurrit, ita ut habeatur perfectus parallelismus inter utrumque incisum: *"Et ipsi tamquam lapides vivi superaedificamini* [super "lapidem vivum" seu Christum, de quo in v. 4], *domus spiritualis, sacerdotium* [îeparev/Aa] *sanctum, offerre spirituales hostias [irvev^xiTLKas* ôvoïas] *acceptabiles Deo per lesum Christum."*

ab omnibus theologis, consulto adhibemus terminos: *"verum,"* prout hic mere excludit falsitatem vel attributionis nominis illegitimitatem, intra ambitum saltem metaphoricae attributionis, et *"late dictum,"* prout hic terminus sonat solam oppositionem sive distinctionem a sacerdotio hierarchico, quod, saltem ratione tum traditionalis usus tum suae ipsius perfectionis, ab omnibus admittitur esse sacerdotium in sensu stricto vel strictiori. Unde terminus "verum" hic non significat "proprie dictum," nec vicissim terminus "late dictum" significat "improprie dictum," sed abstrahimus ab hac ulteriori determinatione, decidenda in Conci. 2, de propria aut impropria indole huiusmodi veri ac late dicti sacerdotii.

1Blinzerl, J., "lerateuma," *Episcopus* (Regensburg 1949) 48-65.

Capeixe, B., "Problème du 'sacerdoce royal' des fidèles," *Les questions liturgiques et Paroissiales XX.V* (Louvain 1940) 141-150.

Cerfaux, L., "Regale sacerdotium," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XXVIII (1939) 5-39; *La théologie de l'Eglise suivant saint Paul* (éd. 2, Paris 1948) 111-118.

Charue, A., *Les epîtres catholiques — Première epître de saint Pierre* ("La Sainte Bible," éd. Pirot et Clamer, vol. 12, Paris 1946) 452-454.

Congar, Y. M.-J., *Jalons pour une théologie du laïcat* (Paris 1953) 159-179.

Dabin, P., *Le sacerdoce royal des fidèles, I: Dans les Livres Saints* (Paris 1941), passim, praecipue 30-32, 179-197, 223-244.

De Ambroggi, P., "n sacerdozio dei fedeli secondò la prima di Pietro," *La scuola cattolica* LXXV (1947) 52-57.

Fraeyman, M., "La spiritualisation de l'idée du temple dans les épîtres pauliniennes," *Ephemerides theologicae lovanienses* XXIII (1947) 378-412.

Holzmeister, U., *Commentarius in epistulas SS. Petri et ludae* I (Paris 1937) 231-254, praecipue 249-254: "Excursus. De sacerdotio universali Christianorum."

Kavanagh, W. A., *Lay participation in Christ's priesthood* (Washington 1935) 23-47.

Lingens, j. M., "Die innere Schönheit des Christentums," *Stimmen aus Maria Laach* LXIV (1895) 99-106.

Ordonez, V., "El sacerdocio de los fieles (Sentido escrituristico textual)," *Revista espanola de teologia* XVI (1956) 359-379.

Rump, V., *Das allgemeine Priestertum der Christen* (1 *Petr. 2. 4–10; 4. 10 sq.; 5.1-5)* Munster 1860.

Schenz, W., *Das Laien und das hieratische Priestertum nach 1 P.,* Freiburg i. Br. 1873.

Apostolus in prioribus verbis assumit et accommodat ad Christianum populum ipsa verba *Exod. 19. 6* de populo iudaico: *"Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale et gens sancta."*[*] Horum verborum quatuor variantes lectiones inveniuntur, duae de ipso originali textu hebraico, duae de translato textu graeco (LXX). Prima lectio hebraica massoretica habet *"regnum sacerdotum"* (mamleket kohanim) pro "regale sacerdotium" (cui lectioni accedit versio Vulgata "regnum sacerdotale"), adhibito tamen abjectivo pro substantivo. Secunda lectio, pariter valde antiqua, habet *"regnum, [et] sacerdotes,"* separans duo substantiva; hanc lectionem sequuntur *Apocalypsis* (1. 6: "Et fecit nos regnum et sacerdotes *[pa.<nXda.v,* Deo et Patri suo"; 5. 10: "Et fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdotes [/tanAttar xai cepas]"), biblia syriaca, versio aethiopica apocryphi libri *Jubilaeorum* 16. 18 et paraphrases aramaicae seu *Targtwnin.* Tertia lectio est versio LXX *"regale sacerdotium (JSa<rlXw>v Uparevim.)"* prout refertur ab omnibus manuscriptis et accipitur a S. Petro in sua epistola (item in versione Vulgata). Quarta lectio est eadem graeca versio, in qua tamen vox *ffanXaov* assumitur non ut adjectivum sed ut substantivum, ita ut sonet *"regnum, [et] sacerdotium,"* eamque sequuntur *2 Mach.* 2. 17, Philo et versiones armena atque sahidica, introducentes particulam "et" inter utramque vocem. Non constat quae sit authentica lectio versionis LXX, utrum tertia an quarta lectio, nec quae sit originalis lectio hebraica, utrum prima an secunda lectio; certe lectio hebraica est praeferenda versioni LXX quae nomini personae *icpw* (sacerdotes) arbitrarie substituit nomen officii *tcparcvpa* (sacerdotium) et praeterea utitur ambigua voce *ftatrlXuov* quae potest tam adiective (regale) quam substantive (regnum = *pa.tnXda.'*) accipi.[3] Ceterum in omnibus praefatis lectionibus uterque copulatus conceptus sacerdotii et regalitatis occurrit, populo hebraico attributus; in nulla tamen explicite indicatur sive regalem sive sacerdotalem dignitatem respicere ipsa individua, sed utraque dignitas ad ipsam collectivitatem directe refertur.

[2]Eadem sacerdotalis qualificatio occurrit in duobus aliis locis A. T., i.e. *2 Mach 2. 17:* "Deus autem . . . reddidit hereditatem omnibus et *regnum et sacerdotium* et sanctificationem" et in eodem libro *Exodi 23. 22* (refertur tamen in sola versione LXX; omittitur etiam in Vulgata) ubi sonat ut in priori textu. Sacerdotalis attributio redit quoque in *Is. 61. 6,* sed sub paulo diversa forma: *"Vos autem sacerdotes Domini vocabimini,* ministri Dei nostri, dicetur vobis; fortitudinem gentium comedetis et in gloria earum superbietis." Cetera verba textus petrini "Genus electum, populus adquisitionis, ut virtutes adnuntietis eius . . ." sunt libera citatio *Is. 43. 20 sq.:* "Ut darem potum populo meo, electo meo. Populum istum formavi mihi, laudem meam narrabit"; imo dici potest textum petrinum esse fusionem *Exod.* 19. 6 et *Is.* 43. 20 sq., vel. si placet, ipsum textum Isaiae, cui insertum est incisum Exodi "Regale sacerdotium, gens sancta."

[3]Rationem quare LXX interpretes taliter adaptaverint textum hebraicum in sua versione, alii aliter conantur explicare. Cf. apud Cerfaux, *op. cit.* (supra, in p. 462) *Regale sacerdotium* 10-14,

In praefato autem textu petrino inculcatur superioritas sacerdotii et oblationis N.T. prae sacerdotio et oblatione A.T., ratione spiritualitatis illius. Haec spiritualitas sacerdotii refertur praeprimis ad eius interiorem characterem, ac pro tanto indicat *sacerdotium morale?* (prout hoc distinguitur a sacerdotio rituali), ut satis clare indicant expressiones 'genus electum, gens sancta, populus adquisitionis, domus spiritualis''; hic tamen spiritualis ac interior cultus non excludit spiritualem cultum exteriorem, qualis est cultus eucharisticus, qui, quatenus est supernaturalis consecratio et oblatio Corporis Christi, vere dici potest "oblatio spiritualis hostiae," (quemadmodum de facto in prophetia *Mdlachiae* 1. 11 vocatur "oblatio munda''), nec importat individualismum religiosum (utrumque sit dictum contra protestanticam illius textus interpretationem).

Utrum autem, praeter primariam hanc ac moralem significationem, indicetur etiam ritualis aliqua indoles illius sacerdotii quod de omnibus fidelibus, saltem collective sumptis, praedicatur, ex ipso textu colligi non potest. Certum quidem est allusionem ad Baptismum multipliciter contineri, tum in ipsa allocutione quae est ad recenter baptizatos (v. 2: "Sicut modo geniti infantes''), tum in metaphora generationis spiritualis ("geniti," iuxta *Io.* 3. 5: "Nisi quis renatus fuerit''), tum probabilius in verbis "Rationabile sine dolo lac concupiscite" (v. 2), si iam tempore apostolico in usu erat antiqua caeremonia praebendi lac et mei recenter baptizatis, in signum spiritualis infantiae, tum non improbabiliter in verbis "Qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum," quae possent pariter referri ad baptismalem caeremoniam luminis; pariter probabilis est allusio ad externum altare et templum in verbis "Tanquam lapides vivi, domus spiritualis," copulatis cum "Sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias." Attamen, ex his nihil aliud necessario deduci potest, nisi quod *interius illud ac morale sacerdotium fundatur in baptismali incorporatione cum Christo,* ratione cuius omnis Christianus fit capax offerendi in altari cordis sui interiorem hostiam sanctarum actionum, quae ex mystica incorporatione ad Christum talem assumant spiritualitatis valorem, qualem non habuerunt interiores hostiae oblatae ab ipsis sanctis viris in A.T.; nihil autem ostendit in eodem Baptismo fundari aliquod sacerdotium exterius sive cultuale, seu capacitatem ad ponendam aliquam functionem cultus externi, et

4 Hoc interius ac morale sacerdotium revera est improprie dictum tantum ac metaphoricum sacerdotium, ut ostendetur infra in Conci. 2 (p. 547 sqq.) ; interim tamen abstinemus ab usu huius appellationis ne preoccupemus quaestionem de proprietate et terminoiogia et confusionem ingeramus in ipsam generalem quaestionem de existentia; nam quidam moderni sustinent hoc interius ac morale sacerdotium non esse improprium sive metaphoricum, sed proprie dictum sacerdotium.

multo minus ad offerendum ipsum sacrificium eucharisticum, quod est specificus actus stricte dicti sacerdotii, nec quidquam probat in verbis "offerre spirituales hostias" fieri allusionem ad eucharisticam prophetiam *Malachiae* 1. 11 de "oblatione munda."

APOC. 1. 6: "Et fecit nos regnum, et sacerdotes [βασιλέαν, Upd?] Deo et Patri suo"; 5, 10: "Et fecit nos Deo nostro regnum et sacerdotes [βασιλάαν καί tepet?]; *et regnabimus super terram"; 20. 6: "Sed erunt sacerdotes* [upds] *Dei et Christi et regnabunt cum illo mille annis"* Ut paralleli textus considerari possunt tum 17. 14, ubi sub aliis vocibus dicitur: "Quoniam Dominus dominorum est Rex regum, et qui cum illo sunt, vocati, electi et fideles," tum *22,* 3, 5: "Sedes Dei et Agni in illa [i.e. coelesti lerusalem] erunt, et servi eius servient illi [en allusio ad dignitatem sacerdotalem] . . . et regnabunt in saecula saeculorum." Cf. etiam 4. 4; 7. 9 sq.

Ut in 1 *Petr.,* hic fit usus textus *Exodi,* etsi minus explicite; tamen, ut patet ex supra dictis (p. 463), incisum "regnum et sacerdotes" propinquius accedit ad originalem textum hebraicum *Exodi* quam incisum petrinum "regale sacerdotium" quod ab imperfecta versione LXX descendit. Bini conceptus regalitatis et sacerdotii continuo recurrunt (dum in altera parte textus petrini regalitas omittitur) et aequali vi donantur, imo regalitas pressius urgetur. Praeterea, regalitas et sacerdotium considerantur sub duplici aspectu, tum terrestri sive temporali, tum et praecipue coelesti sive eschatologico, quo signatur ipsa eius perennitas; quo sensu hoc testimonium de universali sacerdotio est completius quam testimonium petrinum, quamvis istud praevaleat quoad explicationem sacerdotalium elementorum.

Ceterum et hic locus non aliud quam *interius ac morale sacerdotium* indicat, ut fortiori ratione patet ex ipsa eius indole coelesti et eschatologica, quae exteriorem ac ritualem cultum et sacrificium prorsus extinguit, iuxta illud 21. 22: "Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, et Agnus." Probabilius autem allusio ad Baptismum, quae praecedit primum textum ("Et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo"), indicat quidem sacramentale fundamentum illius universalis sacerdotii sed non eius destinationem ad sacramentalem ac ritualem cultum; pariter probabilis ac indirecta allusio ad eucharisticum sacrificium, quam quidam vident in verbis "Et vidi . . . agnum stantem tanquam occisum" (5. 6), praecedentibus secundum textum, nullatenus suggerit aliquam eucharisticam functionem ipsius sacerdotii fidelium, nam, etiam si ea allusio admittatur, sensus textus est quod hoc fidelium sacerdotium fundatur in redemptione, per sanguinem occisi Agni operata et per mysterium eucharisticum repraesentata.

In epistolis paulinis, quamvis numquam fiat allusio ad textum *Exodi* de universali sacerdotio neque hoc unquam explicite nominetur, sufficienter tamen innuitur, tum in seipso, secundum suam interiorem ac moralem rationem, tum in suo baptismali fundamento. Propinquius ad rem accedit *Hebr. 10. 19-25:* "Habentes itaque, fratres, fiduciam *in introitu Sanctorum* in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam et viventem per velamen, id est carnem suam, et *sacerdotem magnum* super domum Dei, *accedamus* cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala et abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem, fidelis enim est qui repromisit, et consideremus invicem in provocationem caritatis et bonorum operum, non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, et tanto magis quanto videritis adpropinquantem diem." Agitur de sacerdotio Christi; omnes fideles dicuntur accedere ad sanctuarium in quo Christus sacerdotaliter agit, adeoque innuitur et ipsos sacerdotaliter se habere, nam accessio et introitus in Sancta Sanctorum erat proprium sacerdotis ac proinde ea expressio, *tanquam technica,* sonat sacerdotaliter; *tale sacerdotium est interius seu morale,* consistens in oblatione actuum fidei, spei, charitatis; connectitur ac veluti fundatur in Baptismo ("Aspersi corda a conscientia mala et abluti corpus aqua munda"). Ad rem faciunt etiam textus in quibus Christiani vocantur *templum spirituale (Eph.* 2. 19 sq.; 1 *Cor.* 3. 9-17; 6. 19; *2 Cor.* 6. 16) ac dicuntur *offerre cultum et sacrificium spirituale (Rom.* 12. 1; *Phil.* 2. 17; 3. 3; 4. 18).[8]

Dabin scribit: "La contribution qu'il [S. Paul] apporte à la doctrine scripturaire du sacerdoce royal ne laisse pas d'être des plus riches,"[9] atque conatur id diffuse ostendere per viginti quatuor solidas paginas, in quibus tamen aliqua videntur longe quaesita; semel enim latissime extensa notione proprie dicti sacerdotii ad lineam ipsius interioris ac moralis sacerdotii, ut fit a quibusdam modernis, iam nihil fere manet in his quae Apostolus ait de operibus fidelium, prout exercentur in Corpore Mystico super fundamentum Baptismi, quod non possit vocari functio aut elementum sacerdotale.

In euangeliis pariter nec citatur *Exod.* 9. 6 nec nominatur universale sacerdotium. Hoc tamen, tanquam interius ac morale sacerdotium, discrete innuitur sive in assertione Christi de *novo cultu spirituali, Io.* 4. 23 sq.: "Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam Pater et tales, quaerit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum, in spiritu

[8] Cf. L. Cerfaux, *La théologie de VEglise suivant saint Paul* (éd. 2, Paris 1948) 112-115.
[9] *Op. cit.* (supra, in p. 462) 198.

et veritate oportet adorare," sive in eius prophetia de resurrectione corporis sui, tanquam de *constructione novi templi* non manufacti seu spiritualis, *Mare.* 14. 57 sq.: "Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant adversus eum dicentes: Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego dissolvam templum hoc manufactum et per triduum aliud non manu factum aedificabo" (cf. *Mat.* 26. 61 et *Io.* 2. 19). Mystica fidelium incorporatio per Baptismum in hoc novo Christi templo, suggerit sacerdotalem indolem omnium incorporatorum.

Dabinl conatur extrahere tale universale sacerdotium etiam ex ipso conceptu "regni Dei" apud Synopticos, quod habeat sacerdotales eucharisticas notas cuique omnes fideles incorporentur. Praeterea, ex tota Scriptura simul sumpta, ipse per ducentas fere paginas§ conatur deducere omnia elementa huius sacerdotii, scilicet institutionem in ultimam Coena, initiationem et consummationem in Baptismo et Confirmatione, consecrationem hostiarum, exercitium sacerdotale, oblationes spirituales, superioritatem huius christiani sacerdotii prae eiusdem indolis sacerdotio in antiqua lege.

Ex dictis in hoc Scripturae argumento, haec patent:

1. Sacerdotium aliquod praedicatur de omnibus fidelibus in Christo, et quidem *potius collective* quam distributive et individualiter, non secus ac in textu Exodi praedicatur de ipso populo iudaico qui erat typus populi christiani.

2. Hoc Sacerdotium describitur tantum ut *internum ac morale,* sicut sunt ipsae oblationes sanctarum affectionum et operum quas offert.

3. Ipsum *connectitur cum Baptismo,* vel Christiana initiatione, vel incorporatione ad Christum, tanquam cum fundamento ex quo Christianus fit capax praefatas interiores oblationes offerendi, nec quomodolibet, sed eo perfectiori modo quo una cum Christo offeruntur in N.T.

4. *Nullum rituale externumque elementum* sive functio huic sacerdotio tribuitur; nec contrarium deduci potest ex praefata connexione cum Baptismo.

5. Nulla connexio huius sacerdotii cum *sacrificio eucharistico* indicatur et multo minus aliqua pars in oblatione huius sacrificii ei tribuitur.

6. Ex hoc quod in Scriptura *nomen sacerdos* non tribuitur nisi Christo et omnibus fidelibus in communi, nec unquam ipsis hierarchicis ministris N.T., nihil deduci potest in favorem proprie dicti sacerdotii fidelium, ac si istud universale sacerdotium esset saltem aeque proprium ac sacerdotium ministeriale seu hierarchicum; in art. 1 (tom 1,

'Ibid. 245-267. *'Ibid.* 270-469.

pp. 89 sq.) rationem assignavimus quare hierarchicis ministris, sive in Scriptura sive in priori Traditione saec. 2, nomen sacerdotis non tribuatur, ut scilicet novum sacerdotium distingueretur tum a falso paganorum sacerdotio tum ab abrogato sacerdotio iudaico; quae quidem ratio non valet quoad universale fidelium sacerdotium, quod, utpote interioris indolis, communis ac veluti abstractae attributionis, necnon eiusdem naturae ac in antiqua lege, innocuam reddebat ipsius nominis translationem ab uno populo ad alterum. Ceterum ipse Christus non vocatur sacerdos nisi in epistola ad Hebraeos quae est ultima inter paulinas et unum ex ultimis scriptis N.T. (exaratum circa a. 67, paulo ante mortem Pauli).

7. Ex hoc quod in praefatis praecipuis textibus 1 *Petr.* et *Apoc.* duae attributiones *regalitatis et sacerdotii* intime ac fere semper copulatae inveniuntur (quidam, prementes varios textus, inveniunt etiam copulatam attributionem muneris prophetici, quae quidem non est improbabilis in textu petrino: "Ut virtutes annuntietis eius . . ."), non sequitur eas tam intime ad invicem penetrari ut conceptus christiani sacerdotii ita extendendus sit ut in se ambiat etiam conceptum regalitatis (necnon muneris prophetici); nec id necessario implicat ipsa expressio petrina "Regale sacerdotium," cui ceteroquin in ipsa originali lectione hebraica correspondebat distincta formula "regnum sacerdotum" vel "regnum et sacerdotes," sicut citatur etiam in *Apocalypsi.* Contraria quorundam interpretatio videtur procedere ex desiderio firmius stabiliendi, ope praefatae extensionis sacerdotii ad regalitatem (necnon ad munus propheticum), suam opinionem iuxta quam sacerdotium fidelium est sacerdotium proprie dictum, quod etiam ad externas functiones se extendat.[9]

8. Unde *non est exaggeranda cum quibusdam modernis vis argumenti scripturistici* in statuenda doctrina de universali sacerdotio, praecipue prout ab illis auctoribus haec doctrina premitur et expanditur. Conceptus illius sacerdotii totus evolvitur in linea interiori ac morali; nec ceteroquin nisi in duobus locis proponitur, in 1 *Petr.* quidem veluti transeunter, in *Apoc. vexo* magis insistenter sed in remotiori sensu coelesti et apocalyptico; in evoluta theologia S. Pauli

[9] Lecuyer scribit: "Nous pensons cependant que les documents de la tradition et la réflexion théologique permettent d'aller plus loin et de préciser en quoi le caractère royal des baptisés n'est pas seulement uni et juxtaposé à leur dignité sacerdotale [dans le texte de S. Pierre], mais en est une caractéristique essentielle. Ceci est déjà vrai du sacerdoce de Jésus lui-même. . . Le peuple chrétien participe à . . . [l']onction du Christ, et donc aussi à la dignité royale du sacerdoce de Jésus --- : Ponction du baptême nous fait prêtres et nous fait rois. Il faut encore préciser: ici non plus, l'alliance entre sacerdoce et royauté n'est pas simple juxtaposition accidentelle: il y a interpénétration et conditionnement réciproque de ces deux pouvoirs" ("Essai sur le sacerdoce des fidèles chez les Pères," *La Maison-Dieu* "XXNTL [Paris 1951] 24sq.).

directe non proponitur, cuius quidem silentium eloquens in hac re videri potest.

Ad rem *Cerfaux:* "En somme, notre texte de l'Exode et l'idée du sacerdoce ou de la royauté des chrétiens n'ont joué dans le Nouveau Testament, l'Apocalypse exceptée, qu'un rôle fort discret. Le silence de saint Paul est significatif."[10] *Capelle,* plene consentiens exegesi Cerfaux, apte concludit: "Pour ce qui regarde les graves difficultés que soulève ... la présentation du sacerdoce des fidèles comme une communication, par le caractère baptismal, du sacerdoce du Christ..., les textes analysés ci-dessus répondent par une significative abstention. Ni saint Pierre ni saint Jean ne laissent rien entendre de pareille communication. . . Il faut donc renoncer à fonder sur l'Ecriture ces vues contestables. L'idée originelle, authentique, du sacerdoce des chrétiens vient de l'Ecriture. Elle n'est pas à chercher dans l'Apocalypse, car ce livre ne parle que du 'sacerdotium' de l'Eglise triomphante, et il le fait dans le langage imprécis des visions. L'épître de Pierre, au contraire, nous la définit avec toute la clarté désiderable. Le sacerdoce se montre là d'ordre exclusivement spirituel et moral. Toute interprétation de 'regale sacerdotium' devra tenir compte de ce que, partout où on la rencontre, l'expression est métaphorique, solidaire toujours du terme 'roi' qui l'est évidemment. Elle n'est pas d'ailleurs tolérable que dans le sens transposé: jamais on ne voit l'Ecriture la mettre en relation aucune avec le sacerdoce ministériel."[11]

Probatur 2. *EX TRADITIONE.*[12]

Cum infinitum esset, nec ad nostrum scopum ullatenus necessarium, colligere ac singillatim examinare textus Traditionis quae ad universale

[10] *Op. cit.* (supra, in p. 462) *Regale sacerdotium* 32.

[11] *Art. cit.* (supra, in p. 462) 149 sq.

[12] Inter auctores hic relatos, praecipui sunt *Dabin* et *Lécuyer* quoad aetatem patristicam, *Chartier, Robeyns* et *Capelle* quoad mediaevalem et moderniorem aetatem.

Bordin, L., *La partecipazione dei fedeli al sacrificio délia Messa nella teología contemporánea,* Finalpia 1948.

Botte, B., "L'idée du sacerdoce des fidèles dans la Tradition. I. L'antiquité chrétienne," *La participation active des fidèles au culte* ("Cours et conférences des Semaines Liturgiques," tom 11, Louvain 1933) 21-28.

Bru Borras, A., "Los efectos sacramentales del Bautismo y Confirmación y el sacerdocio de los simples fieles a la luz de San Agustín," *XIV Semana española de teología* (Madrid 1955) 309-332.

Capelle, B., "Problèmes du 'sacerdoce royal' des fidèles," *Les questions liturgiques et paroissiales XXV* (1940) 81-93, 141-150.

Cerfaux, L., "Regale sacerdotium," *Revue des sciences philosophiques et theologiques* XXVIII (1939) 32-39.

Charlier, P., "L'idée du sacerdoce des fidèles. II. Les grands docteurs scolastiques," *La participation active des fidèles au culte* ("Cours et conférences des Semaines Liturgiques," tom 11, Louvain 1933) 29-39.

sacerdotium directe vel indirecte referuntur (quod opus egregie iam alii praestiterunt, signanter Dabin in altero volumine sui operis de regali sacerdotio), utilius erit traditionalem doctrinam per summa tantum capita referre. Quod quidem praestabimus distinguendo *quatuor periodos,* in quibus logica aliqua conceptuum evolutio sive determinatio manifestatur, scilicet periodum patristicam usque ad Isidorum Hisp. inclusive; periodum subpatristicam usque ad S. Thomam exclusive; periodum scholasticam ac postscholasticam, a S. Thoma usque ad modernam aetatem; periodum hodiernam comprehendentem ultimos viginti annos, in quibus praesens quaestio peculierem acuitatem obtinuit ac cum aliquo clamore controversa est.

I. *PERIODUS PATRISTICA, USQUE AD ISIDORUM HISP. INCLUSIVE.*

Patrum doctrina ad sequentia *sex capita* revocari potest:

1. *Affirmatur communissime aliquod sacerdotium de omnibus fidelibus,* idque plerumque in directa connexione cum textu *Exodi* prout in 1 *Petr.* et *Apoc.* refertur. Quandoque, etsi raro, tale sacerdotium invocatur sub forma polemica ad conficiendum theologicum argumentum contra disputantem adversarium, uti apud *Tertullianum* montanistam *(Exort. cast.,* infra cit., p. 476), qui illud invocat in favorem populi contra ministeriale ipsum sacerdotium hierarchicum, et *Hieronymum {Altere. Lucif. et orth.* 4), qui ex illius similitudine cum sacerdotio hierarchico argumentum petit contra Luciferianos (cf. infra). Quidam sub magis emphatica ac determinata expressione

Congar, Y. M.-J., *Jalons pour une théologie du laicat* (Paris 1953) 178-188.

Dabin, P., *Le sacerdoce royal des fidèles,* II: *Dans la Tradition ancienne et moderne,* Paris 1950. Multorum Patrum et theologorum usque ad hodiernam aetatem testimonia referuntur et exponuntur. Compendium totius doctrinae Traditionis exhibetur in pp. 33-53.

Holbök, F. M., *Der eucharistiche und der mystiche Leib Christi in ihrer Beziehungen zu einander nach der Lehre Frühscholastik* (Romae 1941) 227–239.

Kavanagh, W. A., *Lay participation in Christas priesthood* (Washington 1935) 48-115.

Lécuyer, J., "Essai sur le sacerdoce des fidèles chez les Pères," *La Maison-Dieu* XXVII (1951) 7-50 (Brevis haec opella praestat magno operi Dabin sub ratione syntheticae expositionis). Praeterea: "Le sacerdoce royal des chrétiens selon saint Hilaire de Poitiers," *Donnée théologique* X (1949) 302-325; "Le sacerdoce chrétien et le sacrifice eucharistique selon Théodore de Mopsueste," *Recherches de science religieuse* XXXVI (1949) 481-516; "Le sacerdoce chrétien selon saint Ambroise," *Revue de l'Université d'Ottawa* XXII (1952) 104*–126.*

Niebecker, E., *Das allgemeine Priestertum der Gläubigen* (Paderborn 1936) 18-50.

Robeyns, A., "L'idée du sacerdoce des fidèles dans la Tradition. III. Le Concile de Trente et la théologie moderne," *La participation active des fidèles au culte* ("Cours et conférences des Semaines Liturgiques," tom. 11, Louvain 1933) 41-67.

Schreiber, G., *Gemeinschatten des Mittelalters Recht und Verfassung, Kult und Frömmigkeit, Gesammelte Abhandlungen* I (Münster 1948) 213-282.

Tromp, S., "De corpore mystico et actione catholica ad mentem S. lohannis Chrysostomi," *Gregorianum* XIII (1932) 177-210, 321-372.

Zähringer, D., *Das kirchliche Priestertum nach dem hl. Augustinus* (Paderborn 1931) 200-210.

illud designant; ita *Irenaeus, Adv. haer.* 4. 8: "Omnes enim iusti sacerdotalem habent ordinem *[UpaTudjv* t o &v]"[13] *(MG.* 7A. 995), et *Hieronymus, Altere. Lucif. et orth.* 4, qui loquitur de "sacerdotio laici": "£[uciferianus]. Si errasse se confitetur, cur episcopus perseverat? deponat sacerdotium, concedo veniam poenitenti. O[rthodoxus]. Respondebo tibi et ego sermonibus tuis. Si laicus errasse se confitetur, quomodo laicus perseverat? deponat sacerdotium laici, id est baptisma, et ego do veniam poenitenti. Scriptum est enim: 'Regnum quoque nos et sacerdotes Deo Patri suo fecit' *(Apoc.* 1. 6). Et iterum 'Gentem sanctam, regale sacerdotium, populum acquisitum' (1 *Petr.* 2. 9). Omne quod non licet Christiano, commune est tam episcopo quam laico" *(ML* 23. 166).

2. *Hoc sacerdotium dicitur de fidelibus non tantum per extensionem,* quatenus ipsi pertinent ad societatem in qua adest sacerdotium, nempe hierarchicum (quemadmodum loquimur de familia regali, ratione unius membri qui est rex), *sed etiam per directam attributionem,* quatenus ipsi, praescindendo a speciali ac hierarchico sacerdotio, sunt sacerdotes.

Id constat tum ex distinctione quae frequenter inducitur inter sacerdotium universale et sacerdotium hierarchicum, tum ex ipsa ratione in qua plures Patres fundant illud sacerdotium, seu in Baptismo vel incorporatione cum Christo, quae distinguuntur ab Ordine et hierarchica Ordinatione. Praeterea, quamvis universale sacerdotium praedicetur de toto populo collective,[14] tamen id intelligitur etiam *individualiter ac distributive,* sicut ipse Baptismus in quo tale sacerdotium fundatur; idque signate etiam exprimunt quidam Patres, ut *Chrysostomus, In 2 Cor.,* hom. 3: "Tu quoque in baptismo rex, et sacerdos, et propheta efficeris: rex, cum omnes pravas actiones in terram abiecisti ac peccata interemisti; sacerdos, cum teipsum Deo obtulisti ac corpus mactasti atque ipse quoque mactatus es: 'Si enim ei commortui sumus,' inquit, 'et convivemus ei' (2 *Tim.* 2. 11); propheta denique, cum futura discis ac divino numine afflaris atque obsignaris" *(MG* 61. 417 sq.),[15] et *Isidorus Pelusiota, Epist.* 75: "Ut

[13] Ut notatum est in art. 1 (tom. 1, p. 270), alia ac certior lectio habet: "Omnis rex iustus sacerdotalem habet ordinem." Id tamen ad rem nostram non multum refert, quoniam in utroque casu, aliqui, praeter Apostolos qui ibidem dicuntur sacerdotes ("Sacerdotes sunt omnes Domini apostoli"), vocantur sacerdotes eo quod sint iusti.

[14] Imo Augustinus, *Serm.* 351. 4. 7, verba S. Petri de regali sacerdotio, ampliori quadam ac sublimiori ratione in qua unificatur utrumque morale et rituale sacerdotium, refert ad ipsum Christum, acceptum totaliter, una cum suo corpore mystico: "Solus enim sacerdos [Christus], sed plane ibi [i.e. in altari coelorum] totus assistet, adiuncto scilicet corpore qui caput est, quod iam ascendit in coelum. Ipse est cui dixit apostolus Petrus, 'Plebs sancta, regale sacerdotium' (1 *Petr.* 2. 9)" *(ML* 39. 1543).

[15] Attamen in hoc textu ipse potius Baptismus accipitur ut quidam actus moralis sacerdotii, quam ut fundamentum ulterioris sacerdotii.

enim in Veteri Testamento sacerdotii munere fungi exceptis sacerdotibus nemini licebat, Paschae tamen tempore omnes sacerdotii munere afficiebantur (unusquisque enim pecudem immolabat), sic etiam in Novo ac successionis experte, seiunctim quidem ac veluti praerogativo nomine, incruentae victimae sacrificium ii habent, quibus illud offerre concessum est; at interim unusquisque sui corporis sacerdos creatus est, non ut citra ordinationem et institutionem subditorum imperium arripiat, sed ut vitiis imperans corpus suum castitatis delubrum aut templum efficiat" *(MG* 78. 783).

3. *Hoc sacerdotium intelligitur internis ac morale,* scilicet pro oblatione operum sanctitatis.

Id est communissimum thema tum Patrum, tum liturgicorum documentorum, ad exaltandam dignitatem vocationis ac vitae Christianae eiusque ordinationem ad divinum servitium, in quo finis omnis cultus consummatur. Ad rem faciunt eadem iam relata testimonia Irenaei, Chrysostomi, Isidori Pelusiotae, et alia innumera, uti Clementis Rom., *Epist. ad Corinth.* 58; Ignatii Antioch., *Ad Eph.* 9; Tertulliani, *De baptismo* 7; Clementis Alex., *Strom.* 6. 5. 39; Origenis, *In Lev.,* hom. 9. 1[1]; Lactantii, *Instit.* 6. 24; Eusebii Caes., *Eclog. prophet.* 1. 19; Athanasii, *In Psal.* 67. 30; Hilarii, *In Psal.* 51. 3; Ambrosii, *In Luc.* 5. 33; 8. 52[1]; *Liber de Isaac et anima* 8. 64[8]; Chrysostomi, In 2 Cor., hom. 3[9]; Augustini, *In evang. Io.,* tract. 51, c. 12, n. 13[20]; Leonis M., *Serm.* 4. 1.[21]

" "Altare enim est [Agitur de altari physico non morali] super quod orationes nostras offerimus Deo, ut sciamus quomodo debeamus offerre, scilicet ut deponamus vestimenta sordida, quae est carnis immunditia, morum vitia, inquinamenta libidinum. Aut ignoras tibi quoque, id est *omni Ecclesiae Dei et credentium popzdo sacerdotium datum?* Audi quomodo Petrus dicit de fidelibus: 'Genus/ inquit, 'electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in acquisitionem.' Habes ergo sacerdotium, quia gens sacerdotalis es, et ideo offerre debes Deo hostiam laudis, hostiam orationum, hostiam misericordiae, hostiam pudicitiae, hostiam iustitiae, hostiam sanctitatis" *(MG* 12. 508 sq.).

[17] "Omnes autem sumus, si merita nostra patiantur, *iustitiae sacerdotes" (ML* 16. 1872).

[18] "Ubi enim est Ecclesia, nisi ubi virga et gratia floret sacerdotalis?" *(ML* 14. 553).

[19] Supra cit., in p. 471.

[20] "Cum ergo auditis, fratres, Dominum dicentem, 'Ubi ego sum, illic et minister meus erit/ nolite tantummodo bonos episcopos et clericos cogitare. *Etiam vos pro modo vestro ministrate Christo,* bene vivendo, eleemosynas faciendo, nomen doctrinamque eius quibus potueritis praedicando; ut unusquisque etiam paterfamilias hoc nomine agnoscat paternum affectum suae familiae se debere. Pro Christo et pro vita aeterna, suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat; impendat benevolentiam, exerceat disciplinam: ita in domo sua *ecclesiasticum et quodammodo episcopale implebit officium,* ministrans Christo ut in aeternum sit cum ipso. Nam et illam maximam passionis ministrationem [i.e. martyrium] multi ex vestro numero ministrarunt: multi non episcopi neque clerici . . . etiam animas suas in eius martyrio posuerunt, et honorificante Patre coronas gloriosissimas receperunt" *(ML* 35. 1769sq.).

[21] "Licet universa ecclesia Dei distinctis ordinata sit gradibus, ut ex diversis membris sacrati corporis subsistat integritas, 'omnes' tamen, sicut ait apostolus, 'in Christo unum sumus' (1 *Cor.* 12. 13); nec quisquam ab alterius ita est divisus officio, ut non ad connexionem pertineat capitis cuiuslibet humilitas portionis. In unitate igitur fidei atque baptismatis, indiscreta nobis societas, dilectissimi, et generalis dignitas, secundum illud

4. *Hoc sacerdotium fundatur in Baptismo,* vel generalius in ipsa christiana initiatione qua homo per Baptismum, Confirmatione completum, incorporatur Christo. Id sub triplici forma exprimitur: fundamentum scilicet universalis sacerdotii dicitur esse *vel Baptismus: Const. Apost.* 3. 16. 3; Chrysostomus, *In 2 Cor,,* hom. 322; Leo M., *Serm.* 4. 123; *vel unctio,* et quidem aut absque determinatione baptismalis vel confimatoriae unctionis: Origenes, *In Lev,,* hom. 9. 924; Augustinus, *Quaest. evang.* 2. 4025; *In Psal.* 26, enarr. 2. 228; Leo M., *Serm,* 4. 126bIfl; aut peculiariter unctio Confirmationis: Tertullianus, *De Bapt,* 727; Maximus Taurinensis, *De bapt,,* tr. 328; *vel incorporatio*

beatissimi Petri apostoli sacratissima voce dicentis: 'Et ipsi tanquam lapides vivi superaedificamini in domos spiritales, sacerdotium sanctum, offerentes spiritales hostias acceptabiles Deo per lesum Christum'; et infra: 'vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis' (1 *Petr.* 2. *S,* 9). Omnes enim in Christo regeneratos, crucis signum efficit reges, *sancti vero Spiritus unctio consecrat sacerdotes,* ut *praeter istam specialem nostri ministerii servitutem,* universi spiritales et rationabiles Christiani agnoscant se regii generis et sacerdotalis officii esse consortes. Quid enim tam regium, quam subditum Deo animum corporis sui esse rectorem? Et quid tam sacerdotale, quam vovere Domino conscientiam puram et immaculatas pietatis hostias de altari cordis offerre?" *(ML* 54. 148 sq.). Textus aliorum Patrum, quos non referimus, habes chronologice citatos apud Dabin *(op. cit.* supra, in p. 470).

''Cit. supra, in p. 471.

''Nuper cit.

'''Et nolo mireris quod haec aedes [i.e. Ecclesia] solis sacerdotibus pateat. Omnes enim quicumque unguento sacri chrismatis delibuti sunt, sacerdotes effecti sunt, sicut et Petrus ad omnem dicit Ecclesiam: 'Vos autem genus electum, et regale sacerdotium, gens sancta.' Estis ergo genus sacerdotale, et ideo acceditis ad sancta" *(MG* 12. 521).

'''Sacerdotium vero ludaeorum nemo fere fidelium dubitat figuram fuisse futuri sacerdotii regalis, quod est in Ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi, summi et veri principis sacerdotum. Nam et nunc omnes unguntur, quod tunc regibus tantum et sacerdotibus fiebat; et quod ait Petrus ad Christianum populum scribens: 'Regale sacerdotium* (1 *Petr.* 2. 9), utrumque nomen illi populo convenire declaravit, quo illa unctio pertinebat" *(ML* 35. 1355).

'''Tunc [i.e. in A. T.] ungebatur rex et sacerdos: duae istae illo tempore unctae personae. In duabus personis praefigurabatur futurus unus rex et sacerdos, utroque munere unus Christus a chrismate. Non solum autem caput nostrum unctum est, sed et corpus eius nos ipsi. . . Ideo ad omnes Christianos pertinet unctio. . . Inde autem apparet Christi corpus nos esse, quia omnes ungimur, et omnes in illo et Christi et Christus sumus, quia quodammodo totus Christus caput et corpus est. Unctio ista perficiet nos spiritualiter in illa vita quae nobis promittitur" *(ML* 36. 199sq.).

Mbi« **Nuper cit.**

''''Exinde egressi de lavacro perungimur benedicta unctione de pristina disciplina qua ungui oleo de cornu in sacerdotium solebant ex quo Aaxon a Moyse unctus est; unde christi dicti a chrismate quod est unctio quae <et> domino nomen adcommodavit, facta spiritalis quia spiritu unctus est a deo patre" *(CCL* 1. 282).

'''Impleto enim baptismate, caput vestrum chrismate, id est oleo sanctificationis infundimus, per quod ostenditur baptizatis regalem et sacerdotalem conferri a Domino dignitatem. . . Hoc autem chrisma, id est hacc unctio quae vobis imposita est, illius sacerdotii contulit dignitatem, quod cum semel collatum fuerit, numquam est finiendum. Mirum certe quod diximus, vos illo chrismate regnum futurae gloriae et sacerdotium esse consecutos. Verum non ego vobis, sed apostolus Petrus, imo per Petrum Christus collatam hanc pronuntiat dignitatem. Sic enim loquitur ad fideles, id est ad eos qui baptismate abluti et chrismate consecrati sunt: 'Vos autem genus regale et sacerdotale, gens sancta, populus acquisitionis. . .' (1 *Petr.* 2. 9). Considerate ergo honorem quem in illo estis mysterio consecuti, et cavete ne forte qui post peccata per baptismum filii regni facti estis, rursus peccando, quod absit, velitis effici filii gehennae" *(ML* 57. 779).

cum Christo,[29] et quidem aut cum Christo indistincte, aut cum Christo uncto: Tertullianus, *De bapt.* 7[30]; Augustinus, *In Psal.* 26, enarr. 2. 23[1]; aut cum Christo sacerdote: Augustinus, *Quaest. evang.* 2. 40[32]; *De evo. Dei* 17 et 20[33]; Prosper Aquitanus, *In psal,* 131.[34] Eas tres considerationes simul colligit Isidorus Hisp., *De eccles, offic.* 2. 26, scribens: "Eratque eo tempore tantum in regibus et sacerdotibus mystica unctio, qua Christus figurabatur; unde et ipsum nomen a chrismate dicitur. Sed postquam Dominus noster verus rex et sacerdos aeternus a Deo Patre coelesti ac mystico unguento est delibutus, iam non solum pontifices et reges, sed omnis Ecclesia unctione chrismatis consecratur, pro eo quod membrum est aeterni regis et sacerdotis. Ergo quia genus sacerdotale et regale sumus, ideo post lavacrum ungimur ut Christi nomine censeamur" *(ML* 83. 823 sq.).[33]

5. *Hoc sacerdotium, cum comparatur sacerdotio hierarchico,* dicitur sedulo cum hoc non confundendum (Basilius?); multo inferius illo, tanquam qualiscumque aut quantulacumque pars sacerdotii Christi (Augustinus, Prosper); improprie dictum (Augustinus); quoddam "pleroma sacerdotale" seu quaedam extensio hierarchici sacerdotii (Chrysostomus).

Basilius, De bapt, (dubiae authenticitatis) 2. 8. 3: "Etsi enim audivimus prophetam dicentem: 'Vos sacerdotes Dei vocabimini' [Λ. 61. 6], tamen *neque omnes eiusmodi sacerdotii aut ministerii potestatem usurpamus,* neque alius alii datam gratiam sibi sumere potest, sed fideles singuli intra proprios doni Dei fines manent, ita docente Apostolo, cum dicit ad omnes quidem: Obsecro autem vos, fratres, per miserationes Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabilem cultum . . .' *[Rom.* 12. 1]" *(MG* 31. 1602).

Prosper Aquitanus, In psal. 131: " 'Sacerdotes eius induam salutari, et sancti eius exsultatione exsultabunt.' Salutaris, id est salutem afferens, Christus est, quo quisque regeneratus induitur. . . Et hoc universa Ecclesia sub nomine assequitur sacerdotum: quia totus populus Christianus sacerdotalis est. Verum *plenius hoc ipsi rectores*

"Hoc thema maxime praefert *Augustinus,* sequens ac evolvens doctrinam paulinam de Corpore Mystico. Cf. D. Zähringer, *Das kirchliche Priestertum nach dem hl. Augustinus* (Paderborn 1931) 201 sqq.; F. Hofmann, *Der Kirchenbegriff des hl. Augustinus* (München 1933) 158 sq., 275; S. Grabowski, "Saint Augustine and the doctrine of thè Mystical Body of Christ," *Theological Studies* VII (1946) 72-125; J. E. Rea, *The common priesthood of the members of the Mystical Body* (Washington 1947) 148-156; A. F. Krueger, *Synthesis of sacrifice according to saint Augustine* (Mundelein Hl. 1950) 121-149.

''Nuper cit. ''Nuper cit. ''Nuper cit. "Infra cit. "Infra cit.

''Idem habet in posteriori aetate Florus Lugdunensis, *Expos. Missae,* n. 52, infra dt., in p. 482.

flebis accipiunt, qui specialius sumini pontificis et Mediatoris personam gerunt" *(ML* 51. 381).

Augustinus, De civ. Dei 17. 5. 5: "Quid ergo dicit iste, qui venit adorare sacerdoti Dei et sacerdoti Deo? 'Iacta me in unam partem sacerdotii tui, manducare panem' [1 *Reg.* 2. 36]. Nolo in patrum meorum collocari honore [i.e. in sacerdotio A.T.], qui nullus est: iacta me in partem sacerdotii tui [i.e. Christi]. 'Elegi' enim 'abiectum esse in domo Dei' *(Psal.* 83. 11): *qualecumque et quantulumcumque membrum esse cupio sacerdotii tui.* Sacerdotium quippe hic ipsam plebem dicit, cuius plebis ille sacerdos est Mediator Dei et hominum homo Christus Iesus. Cui plebi dicit apostolus Petrus, 'Plebs sancta, regale sacerdotium' (1 *Petr.* 2. 9). Quamvis nonnulli, 'sacrificii tui' interpretati, non 'sacerdotii tui': quod nihilominus eundem significat populum Christianum. Unde dicit apostolus Paulus, 'Unus panis, unum corpus multi sumus' (1 *Cor.* 10. 17). Quod ergo addidit, 'manducare panem,' etiam ipsum sacrificii genus eleganter expressit, de quo dicit sacerdos ipse, 'Panis quem ego dedero, caro mea est pro saeculi vita' *(Io.* 6. 52). Ipsum est sacrificium, non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech: qui legit, intelligat. . . Ideo . . . dixit, 'manducare panem'; quod est in Novo Testamento sacrificium Christianorum" *(ML* 41. 535) *Ibid.* 20. 10: "Quod autem . . . ait: 'Sed erunt sacerdotes Dei et Christi, et regnabunt cum eo mille annis' *[Apoc.* 20. 6]: *non utique de solis episcopis et presbyteris dictum est, qui proprie iam vocantur sacerdotes:*[39] sed sicut omnes Christianos dicimus propter mysticum chrisma, sic *omnes sacerdotes, quoniam membra sunt unius sacerdotis.* De quibus apostolus Petrus, 'Plebs,' inquit, 'sancta, regale sacerdotium' (1 *Petr.* 2. 9)" *(ML* 41. 675 sq.).

Chrysostomus, In Phil., hom. 3. 4: "Eo enim tempore, quo universus populus stat manibus passis ac coetus sacerdotalis [irAijpo/ia kpariKÓv], et illud horrorem incutiens sacrificium, quomodo Deum non placabimus pro istis orantes?" *(MG* 62. 204).

6. *Hoc sacerdotium quandoque exhibetur in connexione cum actibus*

"Vim huius expressionis, qua sacerdotium fidelium *aequivalenter vocatur improprie dictum,* deprimere conatur Congar, scribens: "S. Augustin dit bien une fois, à propos de *Apoc.* XX, 6, 'non utique de solis episcopis et presbyteris dictum est, qui proprie iam vocantur in Ecclesia sacerdotes . . . mais il ne s'est pas expliqué davantage, et l'expression n'a pas été reprise après lui" *(Jalons pour une théologie du latcat* [Paris 1953] 239). Tamen similis expressio recurrit apud *Prosperum Aquitanum* (nuper cit.), loquentem de "pleniori ac specialiori sacerdotio," *Florum lugdunensem,* (infra cit., in p. 482: "Quod adimpletur proprie ministerio sacerdotum") *et Stephanum Augustodunensem* (infra cit., in p. 483) dicentem sacerdotes "offerre re," fideles vero "fide et devotione." Ceterum significativum est ipsum factum quod Augustinus, quamvis maxime premat dignitatem collatam fidelibus per Baptismum eamque peculiariter connectât cum oblatione sacrificii eucharistici (cf. infra, p. 478), tamen eis denegat titulum sacerdotis proprie dicti.

cultus exterioris, signanter eucharistica celebratione, sed tamen nullus ei tribuitur activus influxus in eos actus, sub praeciso aspectu cultus exterioris.

lam *lustinus, Didi, cum Tryphone,* n. 116, connectit universale sacerdotium cum sacrificio eucharistico, ingeniose copulans allusionem 1 *Petr.* 2. 9 de regali sacerdotio cum prophetia *Malachiae* 1. 10 de sacrificio eucharistico: "Nos . . . sordidis vestibus, id est peccatis, exuti et per verbum illius vocationis inflammati, verum genus sacerdotale Dei sumus, ut Deus ipse testatur, cum sibi in omni loco in gentibus grata et pura sacrificia offerri dicit. A nemine autem Deus accipit sacrificia, nisi per ipsius sacerdotes" *(MG* 6. 746). Profecto, notabilis est tum expressio "verum genus sacerdotale" (imo archi-sacerdotale, iuxta textum graecum: *apxiepaTiKbv ro AX^Ot vov* tum directa referentia sacerdotii ad eucharisticum sacrificium; attamen nihil ostendit hoc sacrificium referri ad sacerdotium fidelium qua talium, prout distinguitur a sacerdotio hierarchico, et non potius indistincte ad sacerdotium Ecclesiae, quod utrumque comprehendit; mens Justini est asserere contra iudaeum Triphonem adesse in Ecclesia verum sacerdotium et verum sacrificium, abstrahendo a modo quo illud sacerdotium diversimode verificatur in populo et in hierarchia necnon a proximo ac proprie dicto ministro illius sacrificii.

Tertullianus, iam montañista, *De exhort. castít.* 7. 3, videtur extendere ad ipsam oblationem et consecrationem eucharisticam potestatem universalis ac laicalis sacerdotii, sed in haeretico sensu negationis distinctionis inter, illud sacerdotium et hierarchicum sacerdotium: "Nonne et laici sacerdotes sumus? Scriptum est: 'Regnum quoque nos et sacerdotes deo et patri suo fecit? Differentiam inter ordinem et plebem constituit ecclesiae auctoritas et honor per ordinis consessus sanctificatos deo. Ubi ecclesiastici ordinis non est consessus, et offers et tinguis et sacerdos es tibi solus" *(CCL* 2. 1024 sq.; cf. *De monog.* 12. 2, ibid. 1247).

Orígenes, In Lev. 9. 1 et 9 (supra cit., in pp. 472 sq.) ait fideles, qui sunt gens sacerdotalis, offerre super altare orationes Deo, et quia sunt genus sacerdotale, ideo accedere ad sancta. Attamen, accessio ad sancta non necessario dicit activam functionem in exteriorem cultum, sed potest significare passivam participationem seu sacramentorum acceptionem; activa autem oblatio orationum super altare, in quo offert hierarchicus sacerdos, non est directa ac propria oblatio ipsius exterioris ac eucharistici sacrificii, sed comparticipatio per oblationem sacrificii interioris ac moralis, seu, ut explicat ipse Orígenes in priori textu, "hostiae laudis, hostiae orationum, hostiae

misericordiae, hostiae pudicitiae, hostiae iustitiae, hostiae sanctitatis."

Didascalia et *Constitutiones Apostolorum* 2. 26. 1 sq., loquuntur de regali sacerdotio in connexione cum sacrificio eucharistico, sed illi, prout praecise refertur ad populum, tribuunt tantum interius sacrificium orationum et gratiarum actionum, reservata episcopis ipsa externa oblatione sacrificii eucharistici: "Audite ergo etiam vos, laici, electa Dei ecclesia. Nam et prior populus ecclesia vocabatur; vos autem estis catholica sacrosancta ecclesia, 'regale sacerdotium, multitudo sancta, plebs adoptata,' ecclesia magna, 'sponsa exornata' Domino Deo. . . Quae tunc [i.e. in A.T.] erant sacrificia, modo sunt orationes et precationes et gratiarum actiones; quae tunc fuerunt primitiae et decimae et delibationes et dona, nunc sunt prosphorae, quae per episcopos offeruntur Domino Deo in remissionem peccatorum" *(Funk* 1. 102 sq.).

Chrysostomus, In Phil, hom. 3 (cit. in p. 475) ostendit populum tanquam pleroma sacerdotale adstans sacrificio eucharistico, sed nullam ei activam ac ritualem functionem attribuit; loquitur tantum de orationibus, illi sacrificio coniunctis. Nec aliud essentialiter exhibet *In 2 Cor,,* hom. 18. 3, ubi fortioribus expressionibus videtur fideles sacerdoti fere adaequare in celebratione Missae: "Interdum autem nihil inter sacerdotem interest et eos quibus praeest, velut cum tremenda mysteria percipienda sunt: aeque enim omnes ad ea admittimur: non sicut in Veteri Testamento alia subditus edebat, nec plebi pars erat iis vesci, quibus sacerdos vescebatur. Nunc autem secus res se habet, omnes siquidem unum corpus, unum poculum proponitur. In precationibus quoque populum videris multum conferre. Etenim pro energumenis, et pro iis qui in poenitentia sunt, communes et a sacerdote et ab ipsis preces fiunt. . . In tremendis quoque mysteriis, ut sacerdos pro plebe, ita plebs pro sacerdote vota facit: haec enim verba, 'et cum spiritu tuo,' nihil aliud quam hoc significant. Rursus ea oratio, qua Deo gratiae aguntur [i.e. Praefatio Missae], utriusque communis est: neque enim ipse solus gratias agit, sed etiam plebs universa. . . Haec porro cuncta eo a me dicuntur, ut unusquisque, etiam ex iis qui subsunt, advigilet; illudque intelligamus, nos omnes unum corpus esse, tantumque dumtaxat inter nos differre, quantum membra a membris differunt: ac proinde ne omnia ad sacerdotes reficiamus, quin potius nos Ecclesiae totius, perinde ac communis corporis, cura afficiamur" *(ML* 61. 527).

Isidorus Pelusiota, discipulus Chrysostomi, *Epist,* 75 (cit. in p. 471), ait oblationem sacrificii eucharistici esse praerogativam sacerdotii hierarchici ("Seiunctim ac *veluti praerogativo nomine"),*

ceteris vero fidelibus morale tantum sacerdotium tribuit, quo nempe "vitiis imperando, corpus suum castitatis delubrum aut templum efficiunt."

Theodorus Mopsuestenus, Liber ad baptizandos 2. 5 (cit. in art. 1, tom. 1, p. 432), ait totum populum offerre sacrificium eucharisticum una cum sacerdote quatenus, quamvis ille ponat ipsam oblativam actionem, tamen id agit pro toto populo, tanquam lingua totius corporis. Attamen, Mopsuestenus hanc mediatam quandam fidelium oblationem non connectit cum aliquo eorum sacerdotio, sed tantum cum eorum incorporatione ad Christum.

Augustinus, (ad quem praecipue provocant illi auctores qui premunt proprietatem universalis sacerdotii) cum sacerdotium fidelium explicite inducit eosque sacerdotes appellat, non explicite hoc sacerdotium refert ad oblationem sacrificii eucharistici, sed *hanc oblationem connectit cum incorporatione fidelium ad Christum victimam simul ac sacerdotem, ex* qua sequitur totam Ecclesiam in celebratione eucharistica, una cum Christo, et offerri (passiva participatio) et offerre (activa participatio). In uno loco *(De civ. Dei* 17. 5. 5, cit. in p. 475) S. Doctor illud sacerdotium refert directe ad Eucharistiam, sed sub praecisa ratione *communionis eucharisticae,* quae non est activa sed passiva participatio sacrificii ("lacta me in unam partem sacerdotii tui, manducare panem"), quamvis in ultimis verbis illius textus ("Quamvis nonnulli" etc.) S. Doctor ingenioso modo transire videatur a conceptu passivae ad conceptum alicuius activae participationis, ope analogiae panis qui, cum significet corpus mysticum, est, ut ipse ait, ipsum "sacrificium Christianorum," in quo, ut ipse alibi asserit, idem est qui offert et quod offertur (cf. eundem Augustini textum relatum et abbreviatum ab *Isidoro Hisp.* et *Beda,* infra, pp. 479, 482).

Ceterum, fatendum est logicum nexum augustinianarum idearum ad hanc ducere conclusionem, quam aliqui posteriores scriptores (ut Florus Lugdunensis) explicite expresserunt, scilicet universale fidelium sacerdotium ostendi in eo quod etiam ipsi, suo modo, offerunt sacrificium eucharisticum; nam ex una parte Augustinus affirmat ex incorporatione ad Christum sacerdotem provenire ut omnes fideles sint sacerdotes, ex alia vero parte docet ex eadem incorporatione provenire ut ipsi offerant sacrificium eucharisticum, unde legitime infertur iuxta mentem Augustini hoc sacrificium esse functionem illius sacerdotii, cum sacerdotium maxime ex sacrificali actione specificetur. *Et in hoc sensu admitti potest Augustinum signare aliquem peculiarem ac decisivum progressum relate ad anteriores Patres in*

doctrina de universali sacerdotio, prout suo modo refertur ad eucharisticum sacrificium.[87]

En duo praecipui loci in quibus Augustinus proponit praefatam passivam et activam participationem omnium fidelium in sacrificio Missae; inveniuntur in eodem opere *De civitate Dei* in quo S. Doctor peculiariter loquitur de sacrificio. 10. 6: "Tota ipsa redempta civitas, hoc est congregatio societasque sanctorum, universale sacrificium offertur Deo per sacerdotem magnum, qui etiam seipsum obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus essemus, secundum formam servi. Hanc enim obtulit, in hac oblatus est; quia secundum hanc mediator est, in hac sacerdos, in hac sacrificium est. Cum itaque nos hortatus esset Apostolus, ut exhibeamus corpora nostra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium nostrum, et non conformemur huic saeculo, sed reformemur in novitate mentis nostrae; ad probandum quae sit voluntas Dei, quod bonum et beneplacitum et perfectum, quod totum sacrificium ipsi nos sumus: 'Dico enim/ inquit, 'per gratiam Dei. . . Multi unum corpus sumus in Christo; singuli autem, alter alterius membra, habentes dona diversa secundum gratiam, quae data est nobis' *(Rom.* 2. 3-6). Hoc est sacrificium Christianorum: 'multi unum corpus sumus in Christo.' Quod etiam sacramento altaris fidelibus noto frequentat Ecclesia, ubi et demonstratur, quod in ea re quam offert, ipsa offeratur" *(ML* 41. 284). 10. 20: "Per hoc [Christus] et sacerdos est, ipse offerens, ipse et oblatio. Cuius rei sacrificium quotidianum esse voluit Ecclesiae sacrificium: quae cum ipsius capitis corpus sit, se ipsam per ipsum discit offerre" *(ML* 41. 298).[38]

Isidorus Hisp. (t 636), ad finem proprie dictae patristicae aetatis, repetit abbreviando textum Augustini *(De civi. Dei* 17. 5. 5; cf. supra, pp. 475, 478), de relatione universali sacerdotii ad Eucharistiam. *Quaest. in V.T.,* In 1 Reg., c. 2, n. 8: "Sed quod dicit iste qui venit: 'Dimitte me, obsecro, ad unam partem sacerdotalem, ut comedam

"Cf. A. F. Krueger, *Synthesis of sacrifice according to Saint Augustin* (Mundelein Hl. 19S0) 126-149, peculiariter 131-134, 145-149. Vim tamen doctrinae Augustini in hac re non leviter extenuat A. Bru Borrás, "Los efectos sacramentales del Bautismo y Confirmación y el sacerdocio de los simples fieles a la luz de San Augustin," *XIV Semana española de teologia* (Madrid 1955) 309-332; peculiariter 326, 329-^331.

"Congar sic doctrinam Augustini resumit: "La synthèse augustinienne nous livre l'enchaînement d'idées suivant: Io le contenu du sacrifice, c'est nous: 'Totum sacrificium ipsi nos sumus,' 2° C'est aussi, équivalemment, et afin que ce sacrifice atteigne son dessain total, nous tous formant un seul corps du Christ: 'Hoc est sacrificium Christianorum: multi unum corpus in Christo.' 3° De cela, l'Eucharistie est le sacrement, c'est-à-dire le signe expressif, dynamique et réalisateur. Non seulement elle contient le sacrifice du Christ à la croix, qui incluait déjà le notre, mais elle est le sacrement de tout le sacrifice que le corps communionel fait de lui-même: 'Ubi ei (Ecclesiae) demonstratur quod in ea re quod [lege: quam] offert, ipsa offeratur"' ("Structure du sacerdoce chrétien," *La Maison-Dieu* XXVII [1951] 61).

buccellam panis'; sacerdotalem partem corpus Christi, id est, Ecclesiam dicit. Cuius plebis ille sacerdos est, mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus. Cui plebi dicit apostolus Petrus: 'Plebs sancta, regale sacerdotium' (2 *Petr.* 2. 9); in hac parte sacerdotali postulat comedere buccellam panis. Quibus verbis ipsum sacrificium Christianorum eleganter expressum est, de quo dicit sacerdos ipse: 'Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita'; ipsum quippe sacrificium non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech" *(ML* 83. 394 sq.).

Ex dictis patet conceptum universalis sacerdotii, indicatum in Scriptura, evolutum esse a Patribus directe ac formaliter *in sola linea interioris ac moralis sacrificii* (nec nisi incidenter ac materialiter attigisse ordinem exterioris ac cultualis sacrificii), attento tum eius fundamento tum ac praecipue eius exercitio. Patres huiusmodi sacerdotio assignant quidem sacramentale aliquod fundamentum, scilicet Christianam initiationem, quae de facto incipit in Baptismo et consummatur in Confirmatione, sed hanc ipsam initiationem considerant spiritualiter, aut generaliter et indistincte, *prout est quaedam spiritualis unctio ac mystica incorporatio cum Christo,* potiusquam ritualiter ac sacramentaliter, prout ontologice identificatur cum ipso sacramentali charactere, cuius indolem nondum a Patribus, neque ab ipso Augustino, plene expolita erat; inde intelligitur eorum fluctuatio in fundando universali illo sacerdotio modo in Baptismo, modo in accidentali unctione baptismali, modo in essentiali unctione Confirmationis.

Praeterea ac praecipue, huius sacerdotii functio sive exercitium, nonnisi ut morale et interius exhibetur nec nisi intra limites interioris cultus evolvitur, ita ut exterior, ac nominatim eucharisticus, cultus, *nonnisi adiacenter se habeat nec nisi incidenter ac sub ipso interiori aspectu tangatur.* Ita *Didascalia, Const. Apost.* et Chrysostomus connexionem universalis sacerdotii cum Eucharistia considerant sub solo aspectu spiritualis sacrificii orationis, ipsi rituali sacrificio copulati; Iustinus prophetiam Malachiae de sacrificio Missae connectit cum petrino regali sacerdotio, sed hoc videtur accipere in ampliori sensu sacerdotii N.L. quod complectitur utrumque commune et hierarchicum sacerdotium, nec ostendit se de utroque eucharisticam functionem praedicare; Isidorus Pelusiota ab hac functione positive excludere videtur commune sacerdotium eamque hierarchico sacerdotio reservare; ipse quoque Augustinus cum communi sacerdotio connectit solam eucharisticam communionem, quae est mera passiva participatio in rituali sacrificio, non vero ipsam eucharisticam obla-

tionem, in qua sacrificalis functio consistit; tandem Mopsuestenus hanc quidem ipsam oblationem ad omnes fideles extendit, sed eam non connectit cum eorum regali sacerdotio eamque deducit ex generaliori ratione incorporationis ad Christum; solus Tertullianus attentat eam directe connectere cum ipso sacerdotio fidelium, sed simul dilabitur in haereticam negationem ipsius sacerdotii hierarchici, concedens laicis proprias illius functiones.

Ceterum, *ipse concretus ac cultualis realismus Eucharistiae obstabat,* in mente prioris Traditionis, quominus universale ac indeterminatum illud sacerdotium eucharisticam orientationem ac destinationem assumeret, in qua confligere poterat cum ipso rituali ac hierarchico sacerdotio; inde traditionalis ipse conceptus cooperationis omnium fidelium in oblatione eucharistica per aliam viam directus et cum alia veritate connexus fuit, scilicet cum *altiori doctrina de Corpore Mystico* quae, ob suam amplitudinem et elasticitatem, utrumque sacerdotium, servatis utriusque iuribus ac characteribus, facile complecti poterat. Ceterum ex hac ipsa eorum copulatione connaturaliter contingere poterat ut gemina sacerdotia sua iura partialiter mutuo commodarent, ita ut apud aliquos posteriores scriptores universale sacerdotium assumeret etiam eucharisticam orientationem et aliqualem cultualem sive oblativam functionem sibi usurparet. Quae quidem *eucharistica evolutio, veluti seminaliter ac implicite coepta ab Augustino* et explicite proposita ab uno vel alio doctore in posteriori aetate (ut Floro Lugdunensi), numquam peculiarem obtinuit favorem apud ecclesiasticos scriptores et theologos, utpote apparenter aut occasionaliter nociva hierarchico sacerdotio, donec in moderno tempore fortunam suam tandem consecuta fuerit, cum, praeterita iam necessitate obsistendi protestantico conceptui universalis sacerdotii et expulso periculo confusionis, secundum se innocua et aliunde traditionalibus doctrinis congrua visa est, ita ut in ipsis Ecclesiae documentis proponeretur et a modernis theologis libenter assumeretur, non sine aliqua quorundam exaggerata formulatione, quae periculum iterum confusionis inducere videtur.

II. *PERIODUS SUBPATRISTICA USQUE AD S. THOMAM EXCLUSIVE.*

Nihil in hac periodo valde peculiare quoad rem nostram observatur. Sex supradicta capita doctrinae patristicae pariter inveniuntur, saepe iisdem fere verbis et in eodem contextu expressa; fit tamen aliqua *evolutio ac determinatio conceptus universalis sacerdotii relate ad junctionem cultualem et eucharisticam,* ut dictum est, ac ideo tan-

tummodo huiusmodi evolutionis praecipua testimonia vel indicia colligere utile erit.

Beda (t 735), *In Samuelem,* l. 1, c. 7, non secus ac Isidorus supra relatus, repetit et abbreviat textum Augustini de relatione universalis sacerdotii ad eucharisticam communionem *(ML* 91. 518 sq.).

Florus Lugdunensis (t circa 860), *Expositio Missae,* n. 52, evolvens doctrinam Augustini de Ecclesia oblata et offerente *explicite oblationem eucharistici sacrificii refert ad universale fidelium sacerdotium,* adnotans tamen hanc fidelium oblationem esse moralem, improprie dictam ac mediatam: "Considerandum est, quod tota Ecclesia offerat Deo illud sacrificium laudis; et quia de omni multitudine circumstantium fidelium dicitur: 'Qui tibi offerunt.' Quod enim adimpletur proprie ministerio sacerdotum, hoc generaliter agitur fide et devotione cunctorum. Omni enim Ecclesiae dicitur per beatum Petrum apostolum: 'Vos autem genus electum, regale sacerdotium' (1 *Petr.* 2. 9) . . . , quia nimirum omnes fideles summi sacerdotis membra exsistunt, cuncti oleo laetitiae signantur, illius corpori uniti, qui rex summus et sacerdos est verus. . . Offerunt ergo sacerdotes Ecclesiae, offert per ipsos et in ipsis tota Ecclesia Deo sacrificium laudis" *(ML* 119. 47 sq.).

Petrus Damianus (t 1072), *Liber qui dicitur Dominus vobiscum,* c. 8, eundem conceptum oblationis Missae per omnes fideles exprimit, pariter adnotans moralem indolem illius oblationis prout differt a rituali oblatione ipsius celebrantis; ceterum, eam oblationem explicite non connectit cum universali sacerdotio sed cum incorporatione ad Christum: "Hinc est enim, quod in ipsa celebratione missarum cui dicitur: 'Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum,' paulo post subditur: 'Pro quibus tibi offerimus,' vel 'qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis.' In quibus verbis patenter ostenditur, quod a cunctis fidelibus, non solum viris, sed et mulieribus, sacrificium illud laudis offertur, licet ab uno specialiter offerri sacerdote videatur; quia quod ille Deo offerendo manibus tractat, hoc multitudo fidelium intenta mentium devotione commendat. Quod illic quoque declaratur, ubi dicitur: 'Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed et cunctae familiae tuae, quaesumus, Domine, ut placatus accipias.' Quibus verbis, luce clarius constat, quia sacrificium, quod a sacerdote sacris altaribus superponitur, a cuncta Dei familia generaliter offeratur. Hanc autem Ecclesiae unitatem Apostolus manifeste declarat, cum dicit: 'Unum corpus, unus panis, multi sumus' (1 *Cor.* 10). Tanta est enim Ecclesiae unitas in Christo, ut unus ubique in toto orbe

terrarum sit panis corporis Christi et unus calix sanguinis eius" *(ML* 145. 237 sq.).

Rupertus Tuitiensis (+circa 1130), *In Apoc.,* l. 4, c. 5, refert commune Ecclesiae sacerdotium ad sacrificium Eucharistiae, sed non explicite distinguit in eo communi sacerdotio inter sacerdotium fidelium et sacerdotium hierarchicum, ita ut ipsi fideles dicantur offerre: "Nos secundum illam figuram fecisti in veritate Deo nostro regnum et sacerdotes *[Apoc.* 5. 10], ut iam non simus servi peccati, sed regnum iustitiae, ut non regnet peccatum in nostro mortali corpore *(Rom.* 6). . . Ecce iam et regnum hic incipit, et sacerdotes Dei sumus, nunc sacrificantes hostiam salutarem corporis et sanguinis tui, tunc autem et plene regnaturi, et incessabiles laudum hostias sacrificaturi" *(ML* 169. 934).

Pseudo-Abaelardus (sive magister Hermannus, Abaelardi discipulus, scribens circa a. 1139), *Epitome theol. christ.,* c. 31, monogamicam dignitatem Matrimonii in nova lege deducit ex regali fidelium sacerdotio, sub praeciso aspectu regalitatis: "In veteri testamento licebat uni multas uxores habere... Nunc vero non licet.. . Etiam tunc regibus non licebat multas, sed unam habere. . . Quod vero David et Salomon multas habuerunt, plane contra legem fecerunt. Nostrum vero coniugium ad regum coniugium redactum est, quia reges sumus, de quibus Petrus: 'nos sumus genus electum, regale sacerdotium' (1 *Petr.* 2. 9)" *(ML* 178. 1745).

Pseudo-Hugo a S. Victore (probabilius Robertus Paululus, † 1184), *De caer., sacr., offic. eccles.* l. 19, generaliter denegat universali sacerdotio exteriorem cultum seu ministerium: "Dehinc sacro chrismate ungitur in vertice, ut intelligat se promoveri in regem et sacerdotem, non ministerio quidem sed dignitate sanctitatis, secundum illud: 'Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis' (1 *Petr.* 2. 9)" *(ML* 117. 392).

Stephanus Augustodunensis (+circa 1186), *De sacram, altaris,* c. 13, declarans verba Canonis "quae tibi offerimus," asserit solos hierarchas offerre realiter Eucharistiam, fideles vero tantummodo spiritualiter sive moraliter per fidem et devotionem; nec ceteroquin hoc ipsum refert ad fidelium sacerdotium sed ad eorum incorporationem cum Christo: "Pro eis omnibus supra memoratis offerimus sacrificium laudis, et ipsi offerunt Deo. . . Offerimus re, ipsi offerunt fide et devotione. Offerimus sacramenta conficiendo, ipsi offerunt vota solvendo, immolant sacrificium laudis, et reddunt Altissimo vota sua" *(ML* 172. 1288).

Alanus de Insulis (+ 1203), *Distine, dict. theol.,* ad verba "Sa-

cerdos" et "Sacerdotium," citans textum 1 *Petr.* 2. 9, sacerdotium in proprio sensu attribuit toti Ecclesiae, quatenus offert sacrificium, sed non distinguit inter sacerdotium universale et sacerdotium hierarchicum; ceterum, cum ait sacerdotem proprie dici qui offert sacrificium pro populo, satis significat oblationem sacrificii referri primo ac proprie ad solum hierarchicum sacerdotium: "'*Sacerdos,* proprie. Dicitur Christus, unde David: 'Tu es sacerdos in aeternum/ Dicitur sanctus, unde David: 'Sacerdotes tui induantur iustitia'; sacerdos dicitur primas, unde in Exodo legitur quod letro fuit sacerdos Madian, id est princeps Madianitarum. Dicitur offerens sacrificium pro populo et pro aliis orans, unde Melchisedech dictus est sacerdos Dei altissimi [Haec prima pars textus satis ambigua videtur]. *Sacerdotium* proprie dicitur conventus sanctorum se offerens Deo in sacrificium. Unde Petrus in can. Epistola: 'Vos estis genus electum, regale sacerdotium,' id est reges et sacerdotes; reges, quia vos regitis; sacerdotes, quia oleo spirituali inuncti estis et vero Deo sacrificium offertis. Dicitur sanctitas, unde in Eccli.: 'Et dedit illi sacerdotium magnum'" (*ML* 210. 929).

Maiores theologi saec. 13, coaevi S. Thomae, scilicet *Hdlensis, Albertus M.* et *Bonaventura,* nullum rituale sive sacramentale momentum universali sacerdotio tribuere videntur, sed illud referunt ad solum cultum internum ac moralem, nec ad aliquam evolutionem in sensu cultualis sacerdotii illos impellere poterat ipsa tunc progrediens determinatio *doctrinae de charactere sacramentali,* cum ipsi hunc conciperent relate ad fidem potiusquam ad cultum, seu ut signum status fidei vel ut potestativam configurationem ad Christum ut ad auctorem fidei, non vero ut potentiam ordinatam ad cultum, tanquam quandam configurationem ac participationem ipsius sacerdotii Christi, quemadmodum illum consideravit S. Thomas.[39] Propterea Albertus M. ad obiectionem deductam ex 1 *Petr.* 2. 9 de universali sacerdotio, respondet per meram distinctionem inter sacerdotium iuxta propriam nominis significationem, seu hierarchicum, et sacerdotium iuxta nominis interpretationem (i.e. translatam significationem), seu sacerdotium sanctitatis: "Dicendum, quod sacerdos dicitur dupliciter, scilicet secundum significatum et secundum nominis interpretationem. Secundum significatum non est sacerdos nisi consecratus legitime in sacerdotem. Secundum nominis interpretationem dicitur quilibet iustus: quia est sacerdos per meritum et sacer dux per exemplum. Et hoc modo etiam rex dicitur quilibet iustus, ut dicitur in *Littera.*"[40]

39 Cf. dicta in tractatu *De sacr. in genere* 287 sq.; item, L. Audet, "Le caractère sacramentel, participation au sacerdoce du Christ," *Le Canada français* XXIX (1941) 193-197. *40 In 4 Sent.,* dist. 24, a. 32, resp., Opera omnia XXX (Parisiis 1894) 74.

Pariter Bonaventura ad eandem obiectionem respondet, explicite excludendo oblationem eucharisticam: "Ad aliud quod obiicitur, quod [in 1 *Petr.* 2. 9] Sancti dicuntur sacerdotes, dicendum quod non dicuntur sacerdotes ab oblatione corporis Domini, sed sui, quia unusquisque corpus suum offert 'hostiam viventem,' ad Romanos 12. 1/MOW· Nec alia est responsio eius magistri *Halensis,* iuxta relationem sui interpretis.[41]

Inter hos igitur huius periodi doctores qui, loquendo de regali sacerdotio, alludunt ad aliquem actum ritualis cultus (ceteri enim quos non retulimus, communiter ad solum interiorem cultum illud referunt), unus tantum, Florus nempe Lugdunensis, explicite sacerdotium fidelium refert ad ipsam eucharisticam oblationem, hanc tamen reducens ad meram interiorem oblationem per fidem et devotionem. Rupertus et Alanus, qui prima fronte videntur idem proponere, reapse non distinguunt inter sacerdotium commune et sacerdotium hierarchicum, cum tribuunt eam oblationem regali sacerdotio. Pseudo-Victorinus, Pseudo-Halensis, Albertus et Bonaventura, eandem oblationem fidelibus negant, seu solius moralis sacrificii oblationem concedunt. Beda nonnisi eucharisticam communionem ad commune sacerdotium refert. Pseudo-Abaelardus vero in eo fundat non ipsam ministrationem Matrimonii sed tantum huius monogamicam dignitatem. Duo reliqua testimonia, Petri Damiani scilicet et Stephani Augustodunensis, nonnisi adiacenter se habent ad nostram quaestionem, quia oblationem eucharisticam, factam a fidelibus, connectunt non cum conceptu communis sacerdotii sed cum conceptu incorporationis ad Christum, quae, ut dictum est supra, est traditionalis linea in qua enata ac evoluta est doctrina de participatione omnium fidelium in sacrificio Missae.[42]

Botte de hac et praecedenti periodo scribit: "Il y a dans la tradition une certaine doctrine du sacerdoce des fidèles, plus développée, semble-t-il, en Occident qu'en Orient. Il faut mettre au premier plan l'idée de consécration produite par la chrismation, idée exprimée par le terme de sacerdoce, pris analogiquement. L'Eglise, d'autre part, constitue le véritable sacerdoce, l'Israël nouveau qui, comme l'ancien, mais dans un sens plus vrai, est chargeé du culte 'in spiritu et

*b'· *In 4 Sent.,* **dist. 13, a. 1, q. 2, ad 4,** *Opera theologica selecta* **IV (editio minor, Ad Claras Aquas 1949) 290.**

41 *Summa theol.,* **4 p., q. 10, m. 5, §2.**

41 **F. Holböck,** ***Der eucharistiche und der mystische Leib Christi in ihrer Beziehungen zu einander nach der Lehre der Friihscholastik,*** **Romae 1941, collectis et examinatis multis testimoniis, ostendit in periodo quae currit inter Berengarium (+ circa 1088) et Innocentium III (-f 1216) eam fidelium participationem constanter connexam fuisse non cum eorum universali sacerdotio, sed cum eorum incorporatione ad Christum.**

veritate? C'est dans leur ensemble, en tant qu'incorporés au prêtre unique, que les chrétiens sont prêtres. La consécration baptismale ne confère pas au baptisé un pouvoir véritablement sacerdotal, plus spécialement sacrificiel. Dire qu'elle constitue une sorte d'ordination en vue de l'offrande eucharistique, c'est aller bien au delà des textes, sinon en fausser les sens.

"Historiquement la participation des fidèles aux actes du culte ne repose pas sur une théorie de leur sacerdoce. Si les chrétiens des premiers siècles ont pris une part plus active aux actes du culte, ce n'est pas qu'ils aient eu conscience d'une dignité proprement sacerdotale dont l'idée se serait atténuée au cours des siècles. C'est bien plutôt que leur conception du christianisme était essentiellement sociale. Ils participaient plus activement à la messe, parce qu'ils savaient qu'elle était leur sacrifice. Et ils comprenaient que la messe était leur sacrifice non parce qu'ils se croyaient prêtres, mais, parce qu'ils avaient un sentiment plus vif que la messe était le sacrifice de l'Eglise et qu'eux étaient les membres vivants de cette Eglise."[49]

III. *PERIODUS SCHOLASTICA ET POSTSCHOLASTICA, A S. THOMA AD PRIOREM PARTEM SAEC. 20.*

S. Thomae peculiaris doctrina de *sacramentali charactere* in genere, prout, etiam in Baptismo et Confirmatione, est quaedam physica potentia, ordinata ad divinum cultum ac pro tanto quaedam formalis configuratio et proprie dicta participatio ipsius sacerdotii Christi, quamvis in Baptismo et Confirmatione sit non activa, sicut in Ordine, sed passiva tantum potentia ad suscipiendos actus cultus, praebuit universali fidelium sacerdotio desideratam nec adhuc suspicatam theologicam consistentiam atque *ontologicum determinatumque fundamentum.*

DOCTRINA ANGELICI ad duo puncta reduci potest, quibus addimus tertium recapitulativum atque aestimativum punctum.

PRIMO. Est in omnibus baptizatis sacerdotium interius ac morale. De hoc S. Doctor transeunter loquitur in pluribus locis: 2-2, q. 99, a. 1, ad 2; 3 p., q. 82, a. 1, ad 2; *Suppi.,* q. 36, a. 3, ad 1 (i.e. *In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1, a. 3, q. 3, ad 1); q. 40, a. 1, ad 2; *In 4 Sent.,* dist. 13, q. 1, a. 1, q. 1, ad 1 (cf. totam quaestionem cum tribus obiect. et resp.); dist. 49, q. 1, a. 2, q. 5. ad 3; Opusc. *De regimine principum,* l. 1, c. 14; *In Is.* c. 28; *In Psal.* 26. 1; 44. 5 sq.; *In ler.,* c. 33. 5; *In Hebr.,* c. 1, lect. 4; *In 2 Cor.,* c. 1, lect. 5; Apocryph.

[49] *Art. cit.* (supra, in p. 469) 27 sq.

In 1 Petr., c. 2; Apocryph. *In Apoc.,* cc. 1 et 5. In huius sacerdotii explicatione S. Thomas manet, nec plus nec minus, in ipsa communi linea traditionali. Ad hoc sacerdotium, et ad ipsum tantum (non vero ad sacerdotium hierarchicum, nec etiam ad aliud ac sacraméntale fidelium sacerdotium) refert verba 1 *Petr.* et *Apoc.* de regali sacerdotio. Illud appellat "spirituale sacerdotium" (3 p., q. 82, a. 1, ad 2) vel mysticum sacerdotium *{In 4 Sent.,* dist. 13, q. 1, a. 1, ad 1: "Sacerdos mystice").[44]

Praecipui autem loci sunt: 3 p., q. 82, a. 1, ad 2 (i.e. responsio ad obiectionem quod laicus, utpote unitus Christo, potest agere in persona Christi tanquam sacerdos, et, utpote sanctus, est sacerdos, iuxta Chrysostomum, adeoque potest consecrare Eucharistiam): "Laicus iustus unitus est Christo unione spirituali per fidem et charitatem, non autem per sacramentalem potestatem. Et ideo habet spirituale sacerdotium ad offerendum spirituales hostias, de quibus dicitur in *Psal.* 50. 19: 'Sacrificium Deo spiritus contribulatus'; et *Rom.* 12. 1: 'Exhibeatis corpora vestra hostiam viventem.' Unde et *1 Petr.* 2. 5 dicitur: 'Sacerdotium sanctum offerre spirituales hostias.' "

In 4 Sent., dist. 13, q. 1 a. 1, ad 1 (i.e. responsio ad eandem obiectionem deductam ex iisdem verbis Chrysostomi "Omnis sanctus, sacerdos est" et ex 1 *Petr.* 2. 9): "Omnis bonus homo dicitur esse sacerdos mystice, quia scilicet mysticum sacrificium Deo offert seipsum, scilicet hostiam viventem Deo, *Rom.* 12. 1."

Suppi., q. 36, a. 3, ad 1 *{In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1, a. 3, ad 1; iterum responsio ad obiectionem quod iuxta Chrysostomum "omnis sanctus sacerdos est"): "Chrysostomus accipit sacerdotis nomen quantum ad rationem interpretationis, secundum quod sacerdos idem est quod sacra dans; sic enim quilibet iustus, inquantum sacra merita[45] alicui in auxilium dat, sacerdotis interpretationem habet. Non autem loquitur secundum nominis significationem. Est enim hoc nomen sacerdos institutum ad significandum eum qui sacra dat in sacramentorum dispensatione." Est eadem responsio iam allata ab Alberto M. (supra, p. 484), sed praecisius expressa.

SECUNDO. Ipse character sacramentatis, qui conjertur in Baptismo et Confirmatione, est quaedam participatio sacerdotii Christi, et quidem quaedam instrumentalis potentia passiva ad recipienda quae

[44] Eandem expressionem adhibuerunt Beda, *De tabernaculo,* p. 3, c. 14: "Omnes fideles mystico sacerdotum nomine censentur" *(ML* 91. 497), et Rabanus Maurus, *In Exod.,* p. 4, c. 12: "Omnes fideles mystico sacerdotum nomine censentur, utpote membra Christi, videlicet sacerdotis aeterni" *(ML* 108. 217).

[44] Huius expressionis tres lectiones in codicibus habentur: "sacra vita"; "sacramenta," quam sequitur editio parmensis; et "sacra merita," quam sequitur editio leonina. Ceterum sensum non sacramentalem clare ostendit ipse contextus.

sunt divini cultus (de hoc S. Doctor agit praecipue in 3 p., q. 63, quae tota est de essentia characteris in genere, et signanter in aa. 2, 3, 6; alii textus indicantur infra). Inde sequitur in omnibus baptizatis (ac confirmatis), praeter praefatum interius ac morale sacerdotium, adesse etiam exterius aliquod ac *sacramentale (ac pro tanto rituale) sacerdotium,* passivae tamen indolis respectu hierarchici sacerdotii quod confertur per characterem Ordinis, qui est instrumentalis potentia activa. Hanc tamen sequelam, seu existentiam sacramentalis sacerdotii adeoque duplicis fidelium sacerdotii, S. Thomas explicite ac talibus verbis non proponit, sed tantum directe docet characterem Baptismi et Confirmationis esse veram ac propriam participationem ipsius sacerdotii Christi, adeoque aliquam potentiam vere et proprie sacerdotalem. *luverit elementa huius sacerdotalis participationis enucleare:*

1. Omnis character est vere aliqua *potentia* ordinata ad ea quae sunt divini cultus, secundum quod hic cultus exercetur in christiana religione, seu secundum quod est fundatus ac ordinatus a Christo sacerdote. *3 p.^q· 63, a. 2:* "Sacramenta novae legis characterem imprimunt inquantum per ea deputantur homines ad cultum Dei secundum ritum Christianae religionis. . . Divinus autem cultus consistit vel in recipiendo aliqua divina, vel in tradendo aliis. Ad utrumque autem horum requiritur quaedam potentia; nam ad tradendum aliquid aliis, requiritur potentia activa; ad recipiendum autem requiritur potentia passiva. Et ideo character importat quandam potentiam spiritualem ordinatam ad ea quae sunt divini cultus" (cf. a. 3, infra cit.).

2. Id ad quod haec potestas ordinatur est divinus cultus et quidem *cultus externus,* qui est quaedam protestatio fidei per exteriora signa; haec signa sunt praeprimis *sacramenta,* secundario sacramentalia, uti catechismus et exorcismus, necnon generaliter *quaecumque pertinent ad fideles seu ad divinum cultum*. S. Doctor ad characterem in genere saepe refert sola sacramenta, saepe tum sacramenta tum generaliter omnia quae pertinent ad fideles vel cultum (semel aut iterum nominat etiam sacramentalia, ut catechismum et exorcismum); ad characterem Baptismi refert continuo susceptionem aliorum sacramentorum, ad characterem vero Confirmationis refert peculiariter ea quae respiciunt publicam confessionem fidei. En praecipuae expressiones de obiecto tum characteris in genere, tum characterum Baptismi et Confirmationis (abstrahimus ab Ordine):

Divinae, spirituales, sacrae actiones: 3 p., q. 63, a. 5; *Suppi.,* q. 30, a. 3; q. 31, a. 1; *In 4 Sent.,* dist. 4, q. 1, a. 1; a. 2, q. 1, ad 2; a. 4, q.3.

Hierarchicae actiones: 3 p., q. 65, a. 1, ad 3; *Suppi.,* q. 31, a. 1; *In 4 Sent.,* dist. 4, q. 1, a. 1; a. 4, q. 3.

Divinus cultus: 3 p., q. 63, a. 1; a. 2; a. 3, corp. et ad 3; a. 4, corp. et ad 3; q. 72, a. 5. In q. 63, a. 4, ad 3, dicitur: "Character ordinatur ad ea quae sunt divini cultus. Qui quidem est quaedam fidei protestatio per exteriora signa."

Sacramenta. Haec in quibusdam praecipuisque locis sola referuntur: 3 p., q. 63, a. 6 (agitur de tribus characteribus); q. 72, a. 5, ad 2 (agitur de solo charactere Baptismi); *SuppL* q. 31, a. 1 (de tribus characteribus); q. 34, a. 2, ad 2 (de charactere Baptismi); *In 4 Sent.,* dist. 4, q. 1, a. 4, q. 3 (de charactere Baptismi).

Sacramenta et alia quae pertinent ad divinum cultum sive fideles: 3 p., q. 63, a. 5: "Spiritualis potestas respectu sacramentorum et eorum quae pertinent ad divinum cultum"; q. 72, a. 5, ad 2: Baptizatus accipit potestatem ad protestandam fidem per susceptionem sacramentorum, confirmatus vero per verba; *In 4 Sent.,* dist. 4, q. 1, a. 1: "Quaedam potentia qua [homo] potest in actiones hierarchicas, quae sunt ministrationes et receptiones sacramentorum et aliorum quae ad fideles pertinent"; a. 2, q. 1: Potestas per respectum ad "sacramenta fidei et alias actiones quae fidelibus competunt"; a. 4, q. 3: "Potentia activa [agitur de Ordine et Confirmatione] ordinata ad sacramentorum dispensationem et aliarum sacrarum hierarchicarum actionum."

3. Omnis character est quaedam *participatio ipsius sacerdotii Christi.* Ex quo sequitur characterem esse potentiam sacerdotalem, participativam sacerdotalis potestatis Christi. *3 p., q. 63, a. 3:* "Deputatur quisque fidelis ad recipiendum vel tradendum aliis ea quae pertinent ad cultum Dei. Et ad hoc proprie deputatur character sacramentalis. Totus autem ritus Christianae religionis derivatur a sacerdotio Christi. Et ideo manifestum est quod character sacramentalis specialiter est character Christi, cuius sacerdotio configurantur fideles secundum sacramentales characteres, qui nihil aliud sunt quam quaedam participationes sacerdotii Christi, ab ipso derivatae." *Ibid., a. 5:* "Character sacramentalis est quaedam participatio sacerdotii Christi in fidelibus eius, ut scilicet sicut Christus habet plenam potestatem, ita fideles eius configurentur in hoc quod participant aliquam spiritualem potestatem respectu sacramentorum et eorum quae pertinent ad divinum cultum. Et propter hoc etiam Christo non competit habere characterem, sed potestas sacerdotii eius comparatur ad characterem, sicut id quod est plenum et perfectum ad aliquam sui participationem."

4. Omnis character est *potentia instrumentalis,* relate ad potestatem sacerdotalem Christi, adeoque non solum ab ea procedit sed etiam sub activo et actuali eius influxu movetur, sive in tradendo sive etiam in recipiendo ea quae sunt divini cultus. Id proinde valet non solum de charactere Ordinis, qui est potentia activa, sed etiam de characteribus Baptismi et Confirmationis, qui sunt potentiae passivae, ut infra explicabitur. Ex quo sequitur quod cum quis recipit aliquod sacramentum post Baptismum, Christus eiusque minister eius charactere baptismali veluti utuntur ad illud sacramentum producendum, quomodolibet ceteroquin id explicetur, iuxta diversa placita causalitatis moralis, vel intentionalis, vel physicae, etsi hic postremus causalitatis modus sit solus de mente S. Thomae ac plene explicet praefatam eius assertionem quod character sit potentia instrumentalis. *3 p., q. 63, a. 2:* "Haec spiritualis potentia est instrumentalis, sicut etiam supra dictum est de virtute quae est in sacramentis. Habere enim sacramenti characterem competit ministris Dei; 'minister autem habet se per modum instrumenti,' ut Philosophus dicit in 1 *Pol.* 2. 4. Et ideo sicut virtus quae est in sacramentis, non est in genere per se, sed per reductionem, eo quod est quiddam fluens et incompletum, ita etiam character non proprie est in genere vel specie, sed reducitur ad secundam speciem qualitatis." *Ibid., a. 5, ad 1 et 2:* "[Ex] sacerdotio Christi . . . derivatur character sicut quaedam instrumentalis virtus. . . Character est virtus instrumentalis . . . ; ratio autem instrumenti consistit in hoc quod ab alio moveatur, non autem in hoc quod ipsum se moveat" (cf. *In 4 Sent.,* dist. 4, q. 1, a. 1).

5. Dum character Ordinis est potentia activa, *character tum Baptismi tum Confirmationis est essentialiter et jormaliter potentia passiva,* quiquid sit de ulteriori activitate quae materialiter aut concomitanter circa vel supra hanc passivam potentiam extruitur et in ea virtualiter fundatur.

Haec distinctio in potentiam activam et passivam frequenter recurrit sub generali descriptione characteris, prout dicitur ordinari ad divinum cultum tradendum vel accipiendum: 3 p., q. 63, a. 2; a. 3; a. 4; q. 65, a. 1, ad 3; a. 6, corp. et ad 1; *Suppi.,* q. 31, a. 1; q. 34, a. 2, ad 2; *In 4 Sent.,* dist. 4, q. 1, a. 1; dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1.

In 3 p., q. 63, a. 2 (supra cit., p. 488) fit explicita distinctio in potentiam activam et passivam. Eadem repetitur in q. 72, a. 5, ob. 2, ubi de Confirmatione; item *In 4 Sent.,* q. 1, a. 4, q. 3; dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1, ob. 3, sol., et ad 3, ubi de Confirmatione; *Suppi.,* q. 34, a. 2, ad 3, ubi de Ordine.

In *3 p., q. 63, a. 6,* fit distinctio, in ipsa potentia passiva, inter duas potentias passivas vel, si placet, inter duos modos aut gradus habendi potentiam passivam in duobus distinctis characteribus Baptismi et Confirmationis: "Non omnia sacramenta ordinantur directe ad divinum cultum, sicut patet de poenitentia, per quam homo liberatur a peccato; non autem per hoc sacramentum exhibetur homini aliquid de novo pertinens ad divinum cultum, sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autem aliquod sacramentum ad divinum cultum tripliciter: uno modo, per modum ipsius actionis; alio modo, per modum agentis; tertio modo, per modum recipientis. Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad divinum cultum Eucharistia, in qua principaliter divinus cultus consistit, inquantum est Ecclesiae sacrificium. Et per hoc idem sacramentum non imprimitur homini character, quia per hoc sacramentum non ordinatur homo ad aliquid aliud ulterius agendum vel recipiendum in sacramentis, cum potius sit finis et consummatio omnium sacramentorum. .. Continet tamen in se ipsum Christum, in quo non est character, sed tota sacerdotii plenitudo. Sed ad agentes in sacramentis pertinet sacramentum Ordinis, quia per hoc sacramentum deputantur homines ad sacramenta aliis tradenda. Sed ad recipientes pertinet sacramentum Baptismi, quia per ipsum homo accipit potestatem recipiendi alia Ecclesiae sacramenta; unde Baptismus dicitur esse ianua omnium sacramentorum. Ad idem etiam ordinatur quodammodo Confirmatio, ut infra suo loco dicetur [q. 72, a. 5]. Et ideo per haec tria sacramenta imprimitur character, scilicet per baptismum, confirmationem et ordinem."

3 p., q. 72, a. 5 (ubi de Confirmatione) ea distinctio inter binas potentias passivas, sive characteres Baptismi et Confirmationis, sic explicatur: "Character est quaedam spiritualis potestas ad aliquas sacras actiones ordinata. Dictum est autem supra quod sicut Baptismus est quaedam spiritualis regeneratio in vitam Christianam, ita etiam Confirmatio est quoddam spirituale augmentum promovens hominem in spiritualem aetatem perfectam. Manifestum est autem ex similitudine corporalis vitae quod alia est actio hominis statim nati, et alia actio quae competit ei cum ad perfectam aetatem pervenerit. Et ideo per sacramentum Confirmationis datur homini potestas spiritualis ad quasdam actiones alias sacras, praeter illas ad quas datur ei potestas in Baptismo. Nam in Baptismo accipit homo potestatem ad ea agenda quae ad propriam pertinent salutem, prout secundum seipsum vivit; sed in Confirmatione accipit homo potestatem ad agendum ea quae pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei. Sicut patet ex exemplo Apostolorum, qui antequam plenitudinem

Spiritus Sancti acciperent, erant in cenaculo perseverantes in oratione; postmodum vero egressi non verebantur publice fidem fateri, etiam coram inimicis fidei Christianae. Et ideo manifestum est quod in sacramento Confirmationis imprimitur character." *Ibid. ad 2* (respondens obiicienti quod potentia passiva ad sacramenta suscipienda datur per Baptismum, potentia vero activa ad ea tradenda datur per Ordinem, adeoque non remanet locus pro charactere Confirmationis): "Omnia sacramenta sunt quaedam fidei protestationes. Sicut igitur baptizatus accipit potestatem spiritualem ad protestandam fidem per susceptionem aliorum sacramentorum, ita confirmatus accipit potestatem publice fidem Christi verbis profitendi, quasi ex officio" (cf. ad 1).

In 4 Sent,, dist, 7, q. 2, a. 1, q, 1 (in parallelo loco de Confirmatione) eadem distinctio sic exprimitur: "Character est distinctivum signum, quo quis ab aliis distinguitur ad aliquid spirituale deputatus. Sed ad spirituale potest aliquis tripliciter deputari. Uno modo ut aliquis in se spiritualia participet, et ad hoc quis deputatur in Baptismo, quia iam baptizatus potest esse particeps omnis spiritualis receptionis; unde character baptismalis, ut supra dictum est, est quasi quaedam spiritualis potentia passiva. Alio modo ut spiritualia quis in notitiam ducat per eorum fortem confessionem; et ad hoc quis deputatur in confirmatione; unde etiam tempore persecutionis eligebantur aliqui qui deberent in loco persecutionis remanere ad publice nomen Christi confitendum, aliis occulte credentibus, sicut patet in legenda bqati Sebastiani. Tertio modo ut etiam spiritualia credentibus tradat; et ad hoc deputatur aliquis per sacramentum ordinis. Et ideo sicut in baptismo confertur character et in ordine, ita et in confirmatione." *Ibid,, ad 3* (respondens obicienti quod potestas passiva ad recipienda sacramenda sufficienter datur per Baptismum, potestas autem activa per Ordinem, adeoque deest locus pro charactere Confirmationis): "Potestas characteris huius [i.e. Confirmationis] est potestas activa, non ad conferendum spiritualia, quod est ordinis, sed magis ad confitendum publice; et ideo confirmatus non constituitur in gradu alicuius ordinis, quia nullus ei subiicitur in receptione divinorum ab ipso."

Ex his tamen aliisque textibus mox indicandis *admiratio ac difficultas consurgit, ob apparentem aliquam ac repetitam contradictionem in qua Angelicus ludere aut haerere videtur.* Nam ex una parte clare asserit characterem tum Baptismi tum Confirmationis esse potentiam passivam, ita in pluribus locis hucusque relatis, praecipue in 3 p., q. 63, aa. 2 et 6, et Suppi., q. 31, a. 1, ubi absolute pronuntiat: "Sunt quidam exercentes actiones hierarchicas, et quidam recipientes

tantum, qui sunt laici. Et ideo nullius sacramenti dispensatio laico ex officio competit." Ex alia vero parte in pluribus locis videtur simul asserere characterem tum Baptismi, tum ac praecipue Confirmationis, ordinari non tanum ad recipiendum sed etiam ad agendum, ex quo inferri potest ipsum esse etiam potentiam activam; ita in quibusdam ex textibus nuper citatis, signanter 3 p., q. 72, a. 5, corp, et ad 2; *In 4 Sent.,* dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1, sol. et ad 3, et in aliis infra citandis (p. 497-501). In *Commentario in Sententias* S. Doctor explicite characterem Confirmationis exhibet ac vocat potentiam activam, non secus ac characterem Ordinis; ita tum in dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1, supra cit. (p. 492) tum ac signantius in dist. 4, q. 1, a. 4, q. 3, ubi ait: "Sicut in naturalibus est potentia activa et potentia naturalis passiva, ita etiam in spiritualibus est potentia spiritualis quasi passiva per quam homo efficitur susceptivus spiritualium actionum; et talis spiritualis potentia confertur in Baptismo, quia non baptizatus effectum aliorum sacramentorum suscipere non posset, unde et per consequens nec aliis tradere; et haec est prima distinctio, qua communiter totus populus fidelis, cuius est sacramentorum participem esse, ab aliis distinguitur. Alia potentia est activa spiritualis, ordinata ad sacramentorum dispensationem, et aliarum sacrarum hierarchicarum actionum exercitium; et haec potestas traditur in Confirmatione et Ordine, ut suis locis patebit. Et quia in ecclesiastica hierarchia non omnes sunt agentes . . . , sicut omnes sunt suscipientes . . . , ideo isti duo characteres non distinguunt populum Dei universaliter ab aliis, sed quosdam de populo ab aliis."

Ut huiusmodi difficultati satisfaciant, ipsi thomistae *in varias abeunt explicationes,* quibus, una cum propria sententia, mentem Magistri aperire censentur, etsi non omnes de ipsius litterae S. Thomae explicatione directe occupentur. Quidam sobrie advertunt quod, quamvis etiam character Confirmationis sit potentia passiva, tamen ipse constituit subiectum non pure et absolute receptivum relate ad sacramenta, sed receptivum perfecte et libere, quo sensu ille character non est *"pure passiva" potentia;* ita *Caietanus* (In 3 p., q. 72, a. 5), explicite indigitans dissonantiam in verbis S. Thomae. Alii dicunt characterem Confirmationis esse *simul passivam et activam potentiam,* passivam relate ad susceptionem sacramentorum et gratiam sacramentalem, sicut est ipse Baptismus, et activam relate ad actum publicae professionis fidei; ita *loannes a S. Thoma* (In 3 p., disp. 25, a. 2, n. 153); *Gonet (De sacr. in comm.,* disp. 4, a. 2, n. 86); *Billuart (De sacr. in comm.,* diss. 6, a. 2, Parisiis VII 275), qui aliqualiter immutat distinctionem S. Thomae, iuxta quam Ordo pertinet ad agentes, Baptismus vero et quodammodo Confirmatio ad recipientes (3 p.

q. 63, a. 6) in hanc alteram: Ordo pertinet ad agentes, Baptismus ad recipientes, Confirmatio ad agentes et recipientes; *Piolanti,* qui videtur sentire characterem Confirmationis esse principaliter passivum et secundario activum. Alii e converso hanc explicationem ita ulterius determinant, ut dicant characterem Confirmationis esse magis proprie ac *principaliter activum;* ita *Dominicus Soto* (dicens characterem Confirmationis "magis vergere ad actionem"; cf. infra); *Salmanticenses, (De sacr. in comm.,* disp. 5, dub. 2, n. 44: "In charactere Confirmationis magis proprium est esse potentiam activam quam passivam"); *Hugon* (III, ed. 1948, p. 258 sq.: "Character Confirmationis est potentia praesertim activa"); *Daffara,* qui imo, absque ulla distinctione, videtur illum characterem habere ut simpliciter activum *(De sacram.* [Taurini 1944] 233: "Hinc patet quare Confirmationis character dicatur importare potestatem activam; est enim potestas ad fidem defendendam").

Praeterea, plures ad ipsum characterem baptismalem activam indolem extendunt, ita ut *omnes tres characters activi* dicantur, saltem partialiter, servata iugiter simplici aut principali activitatis denominatione characteri Ordinis; ita iam ipsi *Salmanticenses,* qui in loco supra relato, n. 49, addunt: "Character baptismalis non est mera potentia aut capacitas passiva, sed importat etiam activam virtutem, praesertim ad eliciendum actus sub ratione dispositionis congruae ad suscipienda caetera sacramenta"; *Dominicus Soto (In 4 Sent.,* dist. 7, q. 1, a. 5, circa finem), qui ait omnes tres characteres esse activos, sub ratione potentiae ordinatae ad suos actus, et quidem characterem Ordinis ordinari ad conferenda sacramenta, characteres vero Baptismi et Confirmationis ad protestandam fidem, et quidem priorem per ipsam sacramentorum susceptionem, alterum etiam per ipsam actionem fidei protestativam, ita ut character Confirmationis veluti "medius sit, magis tamen vergens ad actionem"; *Héris (Le mystère du Christ* [Paris 1928] 284, 287), qui ait characterem Baptismi esse principaliter potentiam passivam et sub aliquo respectu potentiam activam, characterem vero Confirmationis esse sub diverso respectu passivum et activum; *Piolanti (De sacramentis,* ed. 3, pp. 134 et 155), qui ait characterem Baptismi esse "principaliter passivum, secundario activum," atque per characterem Confirmationis sub utroque aspectu compleri; *Sauras* ("El laicado y el poder cultual sacerdotal," *Revista española de teología* XIV [1954] 306 sq.), qui ait baptismalem characterem esse potius passivum sed tamen etiam activum, ideo autem a S. Thoma vocari passivum quia res denominatur a potiori; *Durst* ("De characteribus sacramentalibus," *Xenia Thomistica* III [Romae 1925] II 578),

qui, extendens vicissim ipsam passivitatem ad characterem Ordinis, ait in ordine causalitatis moralis omnes tres characteres esse potentias activas, in ordine vero causalitatis physicae characterem Ordinis esse simul activum et passivum, characteres vero Baptismi et Confirmationis esse passivos; *Journet (L'Eglise du Verbe Incarné* II [Paris 1951] 251, in nota et p. 615), qui pariter ait omnes tres characteres esse potentias activas simul et passivas, characterem Ordinis esse principaliter activum et secundario passivum relate nempe ad susceptionem ordinis superioris, characterem Confirmationis esse passivum relate ad susceptionem Ordinis et activum relate ad confessionem fidei, characterem Baptismi esse principaliter passivum relate ad susceptionem sacramentorum et secundario activum relate ad celebrationem Matrimonii et ad liturgicam cooperationem in oblatione Missae.[48]

Tandem *Congar* novissime proclamat, classicam illam distinctionem characteris in potentiam activam et passivam, esse iam antiquatam, atque proponit eam substituere per novam ac peregrinam distinctionem inter *sacerdotium activum ad dandum ac celebrandum et sacerdotium activum ad accipiendum ac participandum,* per quam, ait, mens ipsius S. Thomae magis adaequatam interpretationem obtinere possit: "On dit assez communément, pour préciser la condition et le rapport respectifs de ces deux formes de sacerdoce sacramentel, que le sacerdoce des ministres est une puissance active, celui des fidèles une puissance passive. S. Thomas lui-même s'exprime ainsi. Ce ne serait pas trahir sa pensée, mais la traduire plus adéquatement, que de parler du sacerdoce des fidèles comme actif pour participer et recevoir, pour se perfectionner soi-même en recevant, de celui des prêtres comme actif pour célébrer et donner, pour perfectionner les autres: du moins s'il s'agit du sacerdoce baptismal d'un côté, de celui de l'ordre de l'autre. Nous avons vu, en effet, pour S. Thomas, comme au fond déjà pour S. Léon, les fidèles et les ministres, les baptisés et les ordonnés, participent conjointement du sacerdoce du Christ pour faire ensemble, les uns en célébrant, les autres en participant, une unique célébration de l'Eglise, ou plutôt du Christ dans l'Eglise et de l'Eglise avec le Christ. Cette ligne de pensée est celle dans laquelle plusieurs théologiens, guidés et stimulés par les encycliques *Mistici corporis,* puis *Mediator Dei,* ont, ces dernières années, cherché à élaborer la théologie des rapports entre le sacerdoce sacramentel

"In hunc sensum, in eodem opere I (Paris 1955) 39, scribit: "Quant aux laïques, la consécration du baptême et celle de la confirmation les font participer au pouvoir sacerdotal du Christ. Us sont des membres qualifiés pour célébrer le culte chrétien, pour offrir liturgiquement avec le prêtre le sacrifice de la loi nouvelle, pour être ministres dans la célébration du sacrement de leur mariage, et pour recevoir des mains du prêtre les autres sacrements."

des ministres ordonnés et celui des baptisés. Dans cette vue des deux formes du sacerdoce chrétien comme organiquement relatives Tune à l'autre, les expressions de technique scolastique 'puissance active, puissance passive,' sur lesquelles d'ailleurs la tradition est loin d'être unanime, sont comme dépassées."[47]

Nobis videtur veram solutionem praefatae dissonantiae in verbis S. Thomae, quaerendam esse partim in aliquo progressu formularum in *Summa Theologica* relate ad *Commentarium super Sententias,* partim in duplici aspectu sub quo, in utroque quidem loco, character a S. Thoma consideratur, scilicet secundum suam essentialem ac *formalem rationem potentiae* et simul secundum *ulteriorem ac concomitantem activitatem,* quae circa vel super hanc potentiam materialiter aut adiacenter extruitur atque virtualiter in ea fundatur.

Et imprimis in duobus praefatis operibus (et practice in omnibus eorum locis) aliquid observatur commune atque identicum, in quo S. Doctor semper constans sibi manet, etiam in ipsa doctrinae formulatione, scilicet primo quod character in genere est potentia ad tradendum vel accipiendum ea quae sunt divini cultus (cf. supra, p. 490); secundo quod solus character Ordinis ordinatur ad ipsa sacramenta conficienda vel tradenda (3 p., q. 63, a. 6; *In 4 Sent.,* dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1, sol. et ad 3; *Suppi.,* q. 31, a. 1); tertio, quod character Baptismi est potentia passiva (numquam potentia activa a S. Thoma vocatur). Pariter in utroque opere aliqua quoad characterem Confirmationis observatur fere aequalis dissonantia inter varios textus; nam in *Summa Theol.,* cum agit de charactere in genere (3 p., q. 63, a. 6), S. Doctor hunc characterem accipit passive (imo si hic textus comparatur cum praecedenti a. 2, clare deducitur characterem Confirmationis vocari potentiam passivam), dicens quod Baptismus ordinatur ad recipientes et ad idem ordinatur quodammodo etiam Confirmatio, ut explicabit suo loco i.e. ubi de Confirmatione; cum vero pervenit ad hunc locum (3 p., q. 72, a. 5), exhibet solam activitatem characteris Confirmationis, loquens de potestate ad agendum ea quae pertinent ad pugnam spiritualem; et similiter in *Commentario,* in uno loco *{Suppi.,* q. 31, a. 1, ex *In 4 Sent.,* dist. 23, q. 2, a. 1, q. 1, ubi de Extrema Unctione) characterem Confirmationis accipit passive, dicens laicos in actionibus hierarchicis esse non exercentes sed "recipientes tantum," cum vero agit tum de charactere in genere (dist. 4, q. 1, a. 4, q. 3) tum de charactere Confirmationis (dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1, sol. et ad 3), hunc exhibet ut activum, imo bis etiam ipsum appellat potentiam activam.

[47] ***Jalons pour une théologie du laical*** **(Paris 1953) 242 sq.; cf. 230, schéma.**

Discrimen autem formularum vel praecisionis conceptuum inter *Commentarium* et *Summam* in eo est quod in priori opere S. Thomas, instantius considerans activitatem Confirmationis relate ad protestationem fidei, eius characterem bis appellat potentiam activam, imo semel sub hoc nomine illum copulat characteri Ordinis et contradistinguit a charactere Baptismi, observans tamen ipsum, secus ac characterem Ordinis, non ordinari ad tradenda spiritualia sed ad profitendam fidem; in *Summa* vero numquam illi tribuit nomen potentiae activae, imo illum appellat potentiam passivam, ac constanter copulat characteri Baptismi ac contradistinguit ab Ordine, sub ratione potentiae ordinatae non ad agendum sed ad recipiendum; quod si in uno vel alio loco adhuc illum considerat ut potestatem ad actum protestationis fidei, hanc eandem referentiam pariter tribuit ipsi characteri Baptismi, quem nihilominus semper habuit ut potentiam passivam ac tali nomine semper appellavit (3 p., q. 72, a. 5, corp. et ad 2). Ex quibus sequitur admittendam esse aliquam evolutionem S. Doctoris secundum formulationem et praecisionem conceptuum in sensum passivitatis characteris Confirmationis, quam essentialiter inde ab initio admiserat, quamvis illi semper concesserit etiam aliquam rationem concomitantis activitatis, quam nec ipsi Baptismo denegavit.

Et *in hac praecise concomitanti activitate,* quae circa passivam potentiam utriusque sacramenti exercetur et in ea virtualiter fundatur, quaerenda est *clavis solutionis praesentis difficultatis.* Huiusmodi autem activitas est tum actus subiecti libere sacramenta suscipientis; tum ipsa susceptio sacramenti prout est actio ex parte ministri (idem enim re est actio et passio), unde susceptio subsequendum sacramentorum ad quam disponit character, vocari potest quaedam activitas ipsius characteris; tum ipsa obiectiva fidei protestatio, quae resultat ex mera susceptione sacramentorum et ad quam diversimode ordinat character Baptismi et character Confirmationis; tum denique tota ulterior activitas civis aut militis christiani, quae procedit sub impulsu gratiae sacramentalis, quaeque proinde, sicut haec ipsa gratia, in charactere sacramentali, utut remote, fundatur. Ad hanc multiformem sed concomitantem activitatem respicit S. Thomas cum characterem Confirmationis in hoc vel illo loco active considerat, iugiter tamen supposita illius essentiali ac formali passivitate, eo vel magis quod haec minor est quam in charactere Baptismi, ob suam ipsam propinquitatem ad activum Ordinis characterem. Quibus attentis, non difficile dissipabitur particularis ambiguitas vel dissonantia quae in sequentibus praecipue textibus involvi videtur:

a) Nonnumquam S. Thomas de charactere in genere dicit quod ordi-

natur ad agendum vel ad actionem, *nulla facta mentione passionis.* Ita, *Suppi,,* q. 30, a. 3, ad 1: "Character facit distinctionem statuum quantum ad ea quae in Ecclesia sunt agenda"; *In 4 Sent,,* dist. 4, q. 1, a. 1, q. 1, ad 5: "Homo per characterem mancipatus est divinis actionibus." *Ibid,,* q. 1, a. 2, q. 1, ad 2 et 3; q. 2, ad 2 et 5: "Spiritualis potestas [i.e. character] dicitur signum, inquantum homo per eam configuratur et determinatur ad actiones spirituales"; "Communio fidei . . . oportet quod recipiatur pro communione in sacramentis fidei et aliis actionibus quae fidelibus competunt, ad quas nullus admittitur antequam characterem suscipiat spiritualis potestatis respectu illorum"; "Istud distinctionis signum [i.e. character] est et propter ipsum hominem qui suscipit, qui eo accipit distinctum posse ab aliis; et propter alios homines qui eum admittunt, ad spirituales actiones, ex consignatione sacramentali exteriori interiorem perpendentes; et quoad Deum, qui eius actionibus spiritualibus efficaciam praebet"; "Fides sufficienter distinguit fideles ab infidelibus quantum ad actus fidei, non tamen quantum ad actus spirituales qui competunt fidelibus, quia ad hoc oportet quod spiritualis potentia addatur." 3 p., q. 72, a. 5: "Character est quaedam spiritualis potestas ad aliquas sacras actiones ordinata."

Resp, Tum in his iisdem locis tum in pluribus aliis, S. Thomas etiam explicite ac frequentius asserit characterem ordinari ad agendum vel recipiendum (cf. supra, p. 490). Ratio autem quare quandoque omittat mentionem acceptionis sive passionis, est quia, agens generaliter de tribus characteribus, brevitatis causa, assumit actionem etiam pro correlativa passione, tum quia actio et passio sunt materialiter idem (quod enim est actio ex parte ministri, idipsum est passio ex parte subiecti) tum etiam quia cum ipsa susceptione characteris aut subsequentium sacramentorum concurrunt variae actiones aut activae modalitates ex parte subiecti, ut supra explicatum est. Propterea in iisdem locis S. Doctor indifferenter loquitur de actione, vel de actione et passione, imo quandoque explicite significat per actiones se significare tum ministrationes tum receptiones sacramentorum; 3 p., q. 65, a. 1, ad 3: "In actionibus hierarchicis considerantur et agentes et recipientes"; *Suppi,,* q. 31, a. 1, sermo est de "exercentibus et recipientibus actiones hierarchicas"; *In 4 Sent.,* dist. 4, q. 1, a. 1: "Hoc signum [i.e. character] nihil aliud est . . . quam illud quod facit [hominem] . . . participativum divinarum operationum; unde . . . nihil aliud est quam quaedam potentia qua potest in actiones hierarchicas, quae sunt ministrationes et receptiones sacramentorum et aliorum quae ad fideles pertinent, et ad hoc quod

has operationes bene exerceat indiget habitu gratiae, sicut et aliae potentiae habitibus indigent."

b) *In 4 Sent.,* dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1 (cit. in p. 492), ipse *character Baptismi* non dicitur simpliciter potentia passiva, sed *"quasi quaedam potentia passiva";* item *Suppi,* q. 34, a. 2, ad 3: "In Baptismo datur quaedam potentia spiritualis ad recipiendum, et ita *quodammodo passiva.* Potestas autem proprie nominat potentiam activam cum aliqua praeeminentia. Et ideo haec definitio [quae datur de Ordine: Signaculum per quod spiritualis potestas traditur] Baptismo non competit."

Resp. Ea particula diminuens "quasi" aut "quodammodo" referri potest vel ad ipsam potentiam, et tunc significat characterem in genere (etiam Ordinis) esse potentiam incompletam, tum quia est instrumentalis adeoque pertinet reductive tantum ad genus potentiae (cf. 3 p., q. 63, a. 2, cit. in p. 490; *In 4 Sent.,* dist. 4, q. 1, a. 1) tum quia cum sit potentia supernaturalis, habet diversum modum a potentia naturali quam philosophi ponunt in secunda specie qualitatis *{In 4 Sent.,* ibid., ad 2); vel ad ipsam eius passivitatem, et tunc significat characteri Baptismi, quamvis ipse sit essentialiter potentia passiva, admisceri supradictam concomitantem vel resultantem activitatem. Prima explicatio convenit magis priori ex obiectis textibus, secunda alteri.

c) In nonnullis locis, et quidem ubi agitur directe de Confirmatione, *destinatio characteris Confirmationis nonnisi active describitur;* ita in eodem loco praefatae *dist. 7* dicitur ipse ordinari ad manifestandas res spirituales "per eorum fortem confessionem," et in 3 p., q. 72, a. 5 (cit. in p. 491), describitur ut "potestas ad agendum ea quae pertinent ad pugnam spiritualem."

Resp. In pluribus aliis locis ille character describitur, sicut character baptismalis, ut potentia ad suscipiendum. Ceterum ipsa sacramentorum susceptio, quaedam virtualis actio vocari potest inquantum est obiectiva protestatio fidei in ipsa suscepta sacramenta, ut explicat ipse S. Thomas in eodem loco 3 p., q. 72, a. 5, ad 2 (cit. in p. 492). Nec obstat quod quoad Confirmationem S. Doctor ibidem videatur loqui de ipsa *verbali confessione fidei,* tum quia verbum ibi accipi potest etiam de verbo operis, tum quia oralis confessio est quaedam activitas concomitans ac connexa cum ipso charactere, ut supra explicatum est. Notandum etiam est, S. Doctorem ideo libentius considerare eam connexam activitatem, quia essentialis passivitas characteris Confirmationis minor est quam passivitas characteris Baptismi, ut patet tum ex eius propinquitate ad activum characterem

Ordinis tum ex eo quod simplex potentia ad suscipienda omnia sacramenta datur per solum Baptismum, nec Confirmatio est necessaria ad ipsam susceptionem ullius sacramenti, sed tantum ad suscipiendum tali modo, i.e. ut publice profitendo fidem (cf. *Suppi.,* q. 35, a. 4, corp. et ad 1).

d) In 3 p., q. 63, a. 6, non simpliciter conceditur characterem Confirmationis ordinari, sicut characterem Baptismi, ad recipiendum, sed cum particula minuente: "Ad idem etiam ordinatur *quodammodo* Confirmatio."

Resp. Ad hoc satisfit in praecedenti responsione, attento nempe diverso modo ac gradu passivitatis in utroque sacramento. Ceterum, in q. 65, a. 3, S. Doctor, loquens de susceptione Eucharistiae, exemplificando ostendit quomodo Confirmatio perficiat Baptismum in eadem linea passivitatis seu receptivitatis sacramentorum. Scribit: "Sacramentum ordinis ordinatur ad Eucharistiae consecrationem. Sacramentum vero baptismi ordinatur ad Eucharistiae receptionem. In quo etiam perficitur aliquis per confirmationem, ut non vereatur se subtrahere a tali sacramento."

e) In duobus locis *In 4 Sent.,* dist. 4 et 7 (supra cit., p. 493), character Confirmationis vocatur explicite *potentia activa.*

Resp. Ad hoc responsum est supra (p. 497). Ceterum, etiam cum S. Doctor characterem Confirmationis vocat potentiam activam, diligenter eum secernit a charactere Ordinis, declarans illum esse "potentiam activam non ad conferendum spiritualia, quod est Ordinis, sed magis ad confitendum publice" (cf. supra, p. 492).

f) Tamen in 3 p., q. 65, a. 3, ad 2 et 4, character Confirmationis *copulatur et assimilatur characteri Ordinis,* sub ipsa ratione officiorum ac ministerii: "Per Ordinem et Confirmationem deputantur fideles Christi ad aliqua spiritualia officia quae pertinent ad officium principis [ac ideo proprius minister horum sacramentorum est princeps Ecclesiae seu episcopus] . . . Ordo et Confirmatio habent quandam excellentiam ratione ministerii."

Resp. Quid sit hoc speciale officium et ministerium Confirmationis S. Doctor explicat in proprio loco, ubi de hoc sacramento, significans illud esse publicam protestationem fidei (q. 75, a. 5, corp. et ad 2), per quam confirmatur ac perficitur prior ac individualis protestatio fidei ad quam ordinat character Baptismi; quae quidem protestatio dici potest quoddam ministerium verbi, non vero proprie ministerium cultus, vel, si placet, ministerium cultus per verbum, tam oris quam operis (cf. q. 72, a. 5, corp. et ad 2 coli, cum a. 11). Ceterum, in ipso

corpore eiusdem a. 3, q. 65, ex quo obiciens arguit, S. Doctor ostendit quomodo Confirmatio perficiat Baptismum in eodem genere potentiae passivae, seu sacramentorum receptivae. Cf. verba nuper citata.

TERTIO, Ex dictis apparet quomodo S, Thomas perfecerit doctrinam antiquorum de universali fidelium sacerdotio, sub eius aspectu exteriori ac sacramentali, ac pro tanto rituali.

Et imprimis, illius fundamentum clare determinavit, scilicet *ipsum characterem sacramentalem* (non vero alium effectum vel caeremoniam, puta baptismalem aut confirmatoriam unctionem, in qua insistebant antiquiores), et quidem non sub alio aspectu quam formaliter characteristico (non vero incorporativo ad Christum), et quidem sub formali ratione potentiae, et ulterius sub aspectu entitatis sacerdotalis seu participationis sacerdotalis dignitatis Christi (non vero formaliter regalis aut propheticae dignitatis).

Praeterea, inter ipsos Baptismi et Confirmationis characteres S. Doctor claram sacerdotalem distinctionem, gradationem et attributionem statuit, ita ut non sit amplius necesse, ut fiebat ab antiquis, inconstanter ac haesitanter discurrere ab uno ad aliud sacramentum ut inveniatur proprium fundamentum aut forma sacerdotalis dignitatis fidelium; in utroque enim, hoc fundamentum invenitur, *in priori inchoative, in altero perfectivo,*

Ulterius, hoc sacraméntale fidelium sacerdotium *non iam opponitur sacerdotio hierarchico,* tanquam aliud ac disparatum sacerdotii genus, sed harmonice cum eo componitur in uno totali ac homogéneo Christiano sacerdotio et in una totali ac progressiva participatione sacerdotii Christi, quae incipit in Baptismo sub passiva ratione, increscit in Confirmatione sub eadem passiva modalitate ac consummatur in Ordinatione sub altiori activaque ratione, in qua propria ac simplex sacerdotii ratio consistit. Hoc modo integra ecclesiastica societas, Christo sacerdotali capite copulata, evadit ab imis suis fundamentis vere sacerdotalis, regale scilicet illud sacerdotium regnumque sacerdotale de quo duo apostoli loquuntur.

Tandem, cum sacraméntale hoc et externum sacerdotium non extinguat, imo supponat, tanquam necessarium suum significatum, *morale et internum sacerdotium,* utrumque copulatur in una bipartita sacerdotali dignitate, cuius una pars est signum alterius, quin tamen ullatenus cum ea confundatur, ut contingit etiam in ipso sacerdotio hierarchico, quod a metaphorico ac morali sacerdotio, cuius signum est, suam realitatem ac proprietatem vigilanter distinguit. *Hanc tamen utriusque sacerdotii accidentariam copulationem,* quae, utut legitima ac de se connaturalis, ita a quibusdam modernis exaggeratur

ut videantur utrumque in unum formale ac proprie dictum sacerdotium indebite commiscere, S. *Thomas explicate non facit,* nec ad sacramentale sacerdotium fidelium extendit verba Scripturae de regali sacerdotio sed tantum ad internum ac morale sacerdotium, quod constanter comparat atque opponit sacerdotio hierarchico, ea fortasse ratione quia haec duo, utpote activa, explicant perfectam rationem sacerdotii, unum in ordine metaphorico, alterum in ordine proprio.

Ultimo notandum est, quod S. Doctor numquam refert *oblationem eucharistici sacrificii,* quam fideles quomodolibet faciunt per celebrantem, ad praefatum sacramentale fidelium sacerdotium, imo aliunde eam oblationem una cum consecratione districte reservat soli celebranti.[48] De quo quidem dolent aliqui moderni exaltatores universalis sacerdotii,[48] non advertentes S. Doctorem loqui proprie ac fprmaliter de immediato offerente qui non sunt neque singuli fideles

" *Suppi.,* q. 37, a. 4, ad 2: "Actus aliqui immediate ad Deum ordinantur dupliciter. Uno modo, ex parte unius personae tantum, sicut facere orationes singulares, et vovere, et huiusmodi. Et talis actus competit cuilibet baptizato. Alio modo, ex parte totius Ecclesiae. Et sic solus sacerdos habet actus immediate ad Deum ordinatos, quia ipse solus potest gerere personam totius Ecclesiae qui consecrat Eucharistiam, quae est sacramentum universalis Ecclesiae."

3 p., q. 83, a. 4, ad 6: "Quaedam vero [in celebratione Missae] sacerdos solus prosequitur, quae scilicet ad proprium officium sacerdotis pertinent, 'ut' scilicet 'dona et preces offerat pro populo,' sicut dicitur *Hebr.* 5.1. In his tamen quaedam dicit publice, scilicet quae pertinent et ad sacerdotem et ad populum, sicut orationes communes. Quaedam vero pertinent ad solum sacerdotem, sicut oblatio et consecratio. Et ideo quae circa haec sunt dicenda, occulte a sacerdote dicuntur. In utrisque tamen excitat attentionem populi, dicendo: 'Dominus vobiscum'; et expectat assensum dicentium: 'Arnen.' Et ideo etiam in his quae secrete dicuntur, publice praemittit: 'Dominus vobiscum,' et subiungit: 'Per omnia saecula saeculorum.' " 3 p., 82, a. 1, ad 2, obicienti quod etiam laicus, sicut sacerdos, potest agere in persona Christi, cum sit unitus Christo per charitatem, adeoque potest celebrare Eucharistiam, S. Doctor respondet laicum ex ea unione consequi solum "spirituale sacerdotium ad offerendum spirituales hostias" seu contritionem cordis et mortificationem corporis (cf. textum, cit. in p. 487), nec ullam facit allusionem ad aliquam ritualem oblationem populi.

S. Doctor in celebratione Missae distinguit inter consecrationem atque oblationem, quam reservat sacerdoti gerenti personam Christi, et communes orationes, quas tribuit toti Ecclesiae quasque ait sacerdotem solvere ut gerentem personam totius Ecclesiae (praeter citatos textus, cf. 3 p., q. 82, a. 1; a. 5; a. 6; a. 7, ad 3; q. 83, a. 1, ad 3; 2-2, q. 83, a. 12; *In 1 Cor.* c. 11, lect. 2).

[49] Congar, exhaustis textibus S. Thomae de sacerdote orante pro tota Ecclesia, antequam accedat ad explicandum quomodo etiam ipsi fideles offerant sacrificium Missae, veluti dolenter ait: "Ceci est encore de S. Thomas . . . ; pour la suite ii n'y a plus de textes a invoquer" *(op. cit.* [supra, in p. 496] 273, in nota). Palmer haeret in explicanda "apparenti antinomia," ut ait, in doctrina S. Thomae, qui aliter ac coaevus Guilelmus Parisiensis et antecessor Petrus Damianus, nullam agnoscit fidelium oblationem in Missa *(art. cit.* [supra, in p. 451] 600). Rea ad eundem fortasse defectum alludit, cum ait non oportere mirari si in doctrina S. Thomae de fidelium sacerdotio aliqua elementa desiderentur *(op. cit.* [supra, in p. 474] 182. Krueger tandem audet loqui de inconstantia et de regressu a mente S. Augustini in hac doctrina S. Thomae ("There seems to be an inconsistency here, and a regression from Augustine's thought. . . The application of his teaching to the worship of sacrifice is disappointing. His inconsistency, if one may call it that, can be at least partially explained. His doctrine on lay priesthood and the Eucharistic Sacrifice is given by way of answering objections," *op. cit.* [supra, in p. 479] 150).

neque tota Ecclesia prout abstrahit a celebrante, sed ipse atque solus celebrans, ut instrumentum Christi et sacerdotale membrum Ecclesiae, nec S. Thomam esse tam caecum ut ignoret quod dixerant non solum Guilelmus Parisiensis et Petrus Damianus, sed et plures alii ante illos, notanter Florus Lugdunensis et Augustinus (supra citati, in p. 479, 482), quodque ceteroquin planis litteris legebatur in ipso Canone Missae a S. Thoma explicato: omnes scilicet fideles totamque Ecclesiam offerre mediate per ipsum sacerdotem. Ceterum ipse Angelicus praefatam modernorum querelam confundit dum per transennam et tanquam aliquid omnibus notum asserit: "Sacerdos in persona omnium sanguinem offert et sumit" (3 p., q. 80, a. 12, ad 3); praeterea, hanc eandem communem ac mediatam oblationem iterum S. Doctor sufficienter indigitat in explicatione caeremoniarum Missae: "Sic igitur populo praeparato et instructo, consequenter acceditur ad celebrationem mysterii. Quod quidem et offertur ut sacrificium, et consecratur et sumitur ut sacramentum: unde primo peragitur oblatio; secundo, consecratio materiae oblatae; tertio, eiusdem perceptio. Circa oblationem vero duo aguntur: scilicet laus populi in cantu offertorii, per quod significatur laetitia offerentium; et oratio sacerdotis, qui petit ut oblatio populi sit Deo accepta. . . Deinde sacerdos secreto commemorat, primo quidem pro quibus hoc sacrificium offertur, scilicet, pro universali Ecclesia . . . , et specialiter quosdam 'qui offerunt vel pro quibus offertur' " (3 p., q. 83, a. 4); pariter ea mediata oblatio indicatur in textu *Suppi.,* q. 37, a. 4, ad 2 (supra cit., in p. 502, in nota), nam actus quos S. Thomas ait sacerdotem Deo offerre inquantum "gerit personam totius Ecclesiae," sunt non solum orationes sed etiam oblationes, ut apparet ex sequenti obiectione cui in eo textu satisfit: "Homo per baptismum est immediate Deo configuratus, characterem configurantem suscipiens. Sed orare et offerre oblationes sunt actus immediate ad Deum ordinati. Ergo quilibet baptizatus potest hos actus facere, et non solum sacerdotes." Quod si praefati moderni quaerunt apud S. Thomam exaggeratam illam, activam ac fere immediatam, fidelium oblationem quam quidam hodie praedicant, profecto inaniter eam quaerunt et ineptius de eius absentia conqueruntur.

POSTERIORES THEOLOGI[50] *usque ad saec. 19* nihil vere novum addiderunt, nisi maiorem emphasim aut ampliorem explanationem unius vel alterius ex elementis, quae de universali sacerdotio traduntur in antiquiori Traditione (scilicet interioris ac moralis sacerdotii, generalis eius fundamenti in christiana ac baptismali initiatione, et

"Praecipuos textus theologorum, quos mox memorabimus, citatos invenies apud Dabin, *op. cit.* (supra, in p. 470) 327 sqq.

aliqualis illius relationis ad exteriorem ac eucharisticum cultum) et progressivum aliquem *conatum ea elementa colligendi ac unificandi* super theologicum fundamentum assignatum a S. Thoma in sacramental! charactere, prout est quaedam proprie dicta participatio sacerdotii Christi. Ceterum, talis conatus variam fortunam variamque formam assumpsit, pro ipsa circumstantiarum ac scriptorum varietate.

Thomistae generatim in ipsis merisque lineis S. Thomae fere constiterunt, ex una parte distinguentes duplex sacerdotium, alterum interius ac metaphoricum, alterum externum ac proprium, quod est tantum sacerdotium hierarchicum, et ex alia parte fusius explicantes ac praecisius determinantes naturam sacramentalis characteris prout est participatio sacerdotii Christi; in qua quidem determinatione nullatenus felix dicenda est *evolutio characteris Confirmationis ex passiva in activam quandam potentiam,* ut notatum est supra (p. 493 sq.). Generatim autem hi doctores tum textus Scripturae de regali sacerdotio tum cooperationem fidelium in eucharistico sacrificio, connectunt tantum cum *interiori ac morali sacerdotio,* non vero cum ipsa sacerdotali potestate quam docent conferri in charactere baptismali; quod quidem signum est originalem ac traditionalem conceptum S. Thomae de hac sacerdotali participatione involvisse indolem essentialiter passivam. Conferri possunt praecipue *Caietanus (In 3 p,,* q. 63, a. 3), qui apte explicat sacerdotalem indolem characteris, denegatque fidelibus oblationem Eucharistiae (in sensu, ut patet, immediatae oblationis); *Dominicus Soto (In 4 Sent.,* dist. 1, q. 4), qui tamen, apte determinans sacerdotalitatem baptismalis characteris, hoc peculiare habet quod ad hunc characterem referat textum petrinum de regali sacerdotio, inquiens: "Character est sacerdotii potestas ad colendum Deum, iuxta illud 1 *Petr.* 2. 9: 'Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta'" (ibid., q. 3); auctores *Catechismi Cone. Trid.* (2 p., c. 7, q. 23 sq.), qui distinguunt duplex sacerdotium, alterum mere internum (fundatum quidem in charactere baptismali), ad quod referunt textum petrinum, et alterum externum ac hierarchicum, nulla facta allusione ad aliquod baptismale sacerdotium externae indolis; *Joannes a S. Thoma, Gonet, Salmanticenses* et *Billuart,* qui in eundem sensum loquuntur, praecipue in quaestionibus de sacramentis in genere et de Eucharistia. Cum autem unus vel alter ex his doctoribus docet et explicat oblationem sacrificii eucharistici, facta vario modo etiam ab ipsis fidelibus (cf. peculiariter Billuart, De Euch., diss. 8, a. 4), nullatenus cogitat de ea referenda ad ipsum fidelium sacerdotium.

Controversistae autem theologi, qui saec. 16 praecipue floruerunt, ut efficacius impugnarent haereticam Protestantium interpretationem

de universali sacerdotio atque hierarchici sacerdotii veritatem defenderent, coacti sunt insistere in *morali ac interiori aspectu illius sacerdotii,* utut in ipsa baptismali initiatione fundati, aliaque sacramentalia elementa potius in umbra derelinquere. Ita, ante Cone. Trid., *Eck, Fisher, Cochlaeus, Clichtovaeus, Delphinus, Hosius, Pighi, Herborn, Castro, Ledesma, Tappar, Petrus Soto, Cantorini,*[61] et post Cone. Trid. peculiariter *Bellarminus, (De sacr. in gen.,* l. 1, c. 25), *Salmerón (In 1 Petr.,* c. 2, disp. 3), *Estius (In Exod.* 19. 6; *In 1 Petr.* 2. 5-9). Non est tamen exaggerandus hic, si qui sit, defectus polemicae theologiae catholicae, ut faciunt moderni quidam theologi, exaltatores universalis sacerdotii, uti Philips et Laurentin supra citati (pp. 455 sq., in nota).

Ceterum ipsi *theologi tridentini,* quotiescumque quaestionem de universali sacerdotio tetigerunt, concorditer ac confidenter nonnisi spirituale ac interius sacerdotium indigitarunt: ita Didacus de Pavia (qui hoc spirituale sacerdotium appellat sacerdotium improprie dictum), Franciscus Saucius, Petrus Ciumel, M. A. Gambarottus de Lugo, Hieronymus de Pistorio, Michael Orociusnes; imo quidam nequidem hoc spirituale sacerdotium, utpote improprie dictum et ab omnibus admissum, invocare curarunt, sed simpliciter denegarunt fideles esse sacerdotes, transferentes ipsum textum petrinum ad solos hierarchicos ministros: ita Ferdinandus Tricius, Franciscus Ferrerius et Andreas Camutius ("Propterea [Petrus] dicit, vos estis sacerdotium, id est in vobis est sacerdotium, non autem vos estis omnes sacerdotes").[82] *Ipsa decisio Tridentina* nequidem allusionem facit ad hoc fidelium sacerdotium ac mere condemnat protestanticam thesim de paritate omnium Christianorum in sacerdotio sive ipsam negationem hierarchici sacerdotii (cap. 4, *Denz.* 960).[83] Tandem *Catechismus Cone. Trid.,* distinguens duplex sacerdotium, nonnisi internum sive spirituale sacerdotium omnibus fidelibus attribuit, aiens: "Sed quoniam duplex sacerdotium in sacris Litteris describitur, alterum internum, alterum externum, utrumque distinguendum est, ut, de quo hoc loco intelligatur, a pastoribus explicari possit. Quo igitur ad interius sacerdotium pertinet, omnes fideles, postquam salutari aqua abluti sunt, sacerdotes dicuntur; praecipue vero iusti, qui spiritum Dei habent, et divinae gratiae beneficio lesu Christi summi sacerdotis

"Quorum polémicas dissertationes et doctrinam exponit Giovanni Battista da Farnese, *Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessione xxiii di Trento 11515-1562}* (Romae 1946) 34-52.

"Cf. apud Theiner, *Acta genuina ss. oecumenici Concilii Tridentini* (Zagabriae in Croatia 1874) II 136, 137, 140, 141, 142, 144, 147.

"Pariter *Cone. Vaticanum* in primo schemate Constitutionis de Ecclesia Christi ferebat textum 1 *Petr.* 2. 9: "Gens sancta, populus adquisitionis," omisso priori inciso "Regale sacerdotium"; quidam Patres petierunt ut textus compleretur per illius incisi restitutionem; sed in definitivo schemate textus ipse simpliciter omissus est.

viva membra effecti sunt. Hi enim fide, quae charitate inflammatur, in altari mentis suae spirituales Deo hostias immolant: quo in genere bonae omnes et honestae actiones, quas ad Dei gloriam referunt, numerandae sunt. Quare in Apocalypsi legimus. . . [1. 5 sq.] In quam sententiam ab apostolorum principe dictum est. . . [1 *Petr,* 2. 5] Et Apostolus nos hortatur. . . *[Rom,* 12. 1] David item multo ante dixerat. . . *[PsaL* 50. 19] Quae omnia ad interius sacerdotium spectare facile intelligitur. Externum vero sacerdotium non omnium fidelium multitudini, sed certis hominibus convenit, qui legitima manuum impositione, solemnibusque sanctae Ecclesiae caeremoniis instituti et Deo consecrati, ad aliquod proprium sacrumque ministerium adscribuntur" (p. 2, c. 7, q. 23 sq.).

Ceteri doctores, signanter inter *exegetas, liturgistas, sermonarios* et *mysticos,* universale fidelium sacerdotium *exteriori aliquo ac rituali elemento* vestire conati sunt, illud directius as signantius referentes ad oblationem eucharistici sacrificii, seu ad eam fidelium liturgicam cooperationem quam inde ab antiquo Ecclesia profitetur et in ipso Canone Missae consignavit. Ceterum huiusmodi referentiam alii alio modo, strictius vel latius, proprie vel improprie, moraliter vel ritualiter, secundum intentionem vel operationem, intelligunt; generatim dicunt sacerdotalem hanc fidelium oblationem esse mediatam, seu fieri mediante hierarchico celebrante, quatenus ipse agit pro omnibus fidelibus ac veluti in persona totius Ecclesiae; sed quidam dicunt fideles offerre per sacerdotem suum interius ac morale sacrificium (Salmerón), alii ipsum sacrificium eucharisticum, et quidem vel unione animi non autem ministerio (Estius), vel intentione non autem opere (Silvius, Bossuet), vel opere assistentiae et adiutorii, necnon susceptione sacrificalis Communionis (Cornelius a Lapide), vel vero aliquo ministerio (Bourdaloue).

Inter theologos et exegetas, *Silvius* docet fideles offerre quatenus sacerdos agit pro omnibus et alii uniunt suam intentionem intentioni sacerdoti (In 3 p., q. 83, quaer. 6, conci. 3); *Salmerón* ait fideles, ratione sui baptismalis sacerdotii, fieri capaces offerendi interius suum sacrificium una cum exteriori eucharistico sacrificio quod a solo celebrante offertur *{In 1 Petr,,* c. 2, disp. 3); *Estius* ait fideles offerre sacrificium eucharisticum non ministerio sed animi unione *(In Exod.* 19. 6; In 1 *Petr,* 2. 5-9); *Cornelius a Lapide* docet fideles in Missa praeter internum suum sacrificium offerre quodammodo sacrificium ipsum eucharisticum, quatenus serviunt, nutriunt, adiuvant sacerdotem, atque per Communionem communicant memoriali sacrificii Christi *(In 1 Petr,* 2. 5-9).

Inter liturgistas, *G. Biel* fidelium sacerdotium generaliter refert ad mediatam et spiritualem oblationem eucharisticam, illudque vocat mysticum et improprie dictum sacerdotium *{Sacri canonis Missae expositio resolutissima,* lect. 29); *P. Lebrun* ait fideles dupliciter offerre, tum praebendo materiam sacrificii tum copulando suam oblationem sacrificii eucharistici oblationi sacerdotis *{Explication . . . de la messe,* I [Liège 1777] 117); *P.-L.-P. Guéranger* docet Baptismum tantam dignitatem christiano conferre ut ipse offerat Deo per manus Christi eucharisticum sacrificium *{L'année liturgique* VII [Paris 1876] 377sq.).M

Inter sermonarios, *Bossuet* emphaticis verbis fundat fidelium sacerdotium in Baptismo illudque refert ad sacrificium eucharisticum, cui fideles et copulant suum internum sacrificium, et concurrunt per unionem intentionis cum sacerdote ritualiter offerente, et participant per sacrificalem Communionem *{Panégirique de S. Charles Borromée; Sur la Résurrection; Méditation sur l'Evangile,* Cène, 1re partie, 63e jour: "Nous offrons tous avec le prêtre, nous consentons à tout ce qu'il fait, à tout ce qu'il dit. Et que dit-il? . . . Notre sacrifice et le votre"); *Bourdaloue,* non cum minori emphasi ac diffusione loquens de baptismali sacerdotio, ei attribuit theologicam notam de fide *{Pour la jête de saint André:* "Il est de foi que, sans autre caractère que celui de chrétien, par la seule onction du baptême, le Sauveur des hommes nous a fait rois et prêtres de Dieu son Père *[Apoc,* 5. 10]"), ac docet fideles realiter offerre sacrificium eucharisticum una cum sacerdote *{Sur le caractère du chrétien,* 17e dimanche après la Pentecôte: "Car tout laïques, mes frères, que vous êtes, vous offrez réellement et conjointement avec le ministre du Seigneur ce divin sacrifice") atque huic 'sacrificio tripliciter concurrere, scilicet tanquam testes, ministros et victimas *{Sur le sacrifice de la Messe,* Lundi de la 4e semaine de carême: "Voyons en quelles qualités nous assistons au divin sacrifice. Comme témoins, disent les docteurs, comme ministres, comme victimes").

Recentiori autem tempore, defervescente controversia antiprotestantica, incoepit aliqua theologorum reactio contra minimismum, ut aiunt, antiquiorum quos polemicus scopus duxerat ad exclusivam praesentationem interioris ac moralis sacerdotii. Hic *motus erga exterius aliquod ac rituale fidelium sacerdotium,* innixus praesertim doctrina de obla-

MAd originem motus liturgici saec. 17-18, qui attentionem scriptorum direxit peculiariter ad considerandam participationem fidelium in oblatione Missae et ex hac parte ad evolvendam ritualem connexionem sacerdotii fidelium, Robeyns *{ari. cit.* [supra, in p. 470] 54-60), ponit peculiarem mysticam doctrinam de sacrificio, elaboratam a sic dicta "schola gallica" post suos duces ac fundatores, *Bérulle, Condren* et *Olier.*

tiva illorum cooperatione in sacrificio Missae, coeptus est peculiariter a *J.-A. Moehler* (+ 1838)[56] circa initium saeculi elapsi ac culmen attigit apud *M. De la Taille* (t 1933), erumpens tandem in hodiernam controversiam, de qua mox sermo erit.

Moehler in favorem universalis sacerdotii fortiores quasdam emisit expressiones, quas depressivas hierarchici sacerdotii, ac pro tanto censurandas, quidam olim iudicarunt. Quidquid sit, ad rem nostram haec faciunt: "Plusieurs écrivains catholiques croyaient ne pouvoir maintenir l'institution divine des évêques qu'en rabaissant entièrement le peuple, et les protestants pensent ne pouvoir conserver la dignité du peuple qu'en anéantissant les évêques centres d'unité. Ce sont deux extrêmes. L'Eglise seule a raison."[57]

Sub titulo "De participatione omnium fidelium vocationi sacerdotali" scribit: "Ce n'est que lorsque tous les membres sont vivement intéressés au bien-être de tout le corps et qu'ils ne regardent pas sa prospérité comme étant uniquement l'affaire des ecclésiastiques qu'il sera véritablement dans un état florissant. On a doc, avec raison, considéré l'état ecclésiastique comme régulier et public mais non comme exclusif, (sinon) ce serait l'annonce d'un refroidissement progressif et d'une mort prochaine; car cela indiquerait non seulement que la participation active à la propagation et à la consolidation de la piété chrétienne serait restrainte à un très petit nombre, aux seuls ecclésiastiques, mais encore qu'ils n'ont eux-mêmes aucune force, parce qu'ils ne sont pas en état de la susciter (chez les laïques)."[57]

"Toute la communauté offre donc le sacrifice dans le prêtre, car il est son unité, ou bien tous ensemble exercent une activité spirituelle qui se concentre et se manifeste dans le prêtre.[58] On considérait donc la vocation sacerdotale comme étant en quelque sorte universelle."[59]

"La qualité des évêques, d'après laquelle ils sont les fondateurs par excellence de l'Eglise, se transmet à tous les véritables fidèles."[60]

"C'est donc lui (le Christ) qui opère tout en tout (tous?); il est le seul et vrai médiateur; ce n'est que par lui que nous avons confiance dans le Père, et il nous unit à lui; mais pour ce dernier objet, il se sert de ses fidèles et tous les vrais fidèles prennent part pour

"Robeyns *(ibid.* 60-63) videt in doctrina Moehler et scholae tubingensis quendam religiosum "romanticismum germanicum," sese exprimentem per peculiarem quandam conceptionem communitariam dogmatum et historiae Ecclesiae atque attingentem novam expressionem in doctrina de universali fidelium sacerdotio.

" *Die Einheit in der Kirche,* versio gallica cit. a Dabin, *op. cit.* (supra, in p. 470) 459.

" *Ibid.* 489.

" Haec expressio, sicut et quaedam aliae eiusdem tenoris occurrentes in opere Moehler, intimam cognationem habent cum eis quas Pius XII in Encyclica "Mediator Dei" reprobat in quibusdam modernis fautoribus sic dicti motus liturgici (cf. infra, p. 530).

& *Op. cit.* 461.

90 *Loc. cit.*

cette raison à ces fonctions. Mais le prêtre est employé comme la synecdoque de tous les fidèles, parce qu'il représente leur unité."[1]

Moehler cum universal! fidelium sacerdotio connectit non solum oblationem eucharisticam, sed etiam magisterium, confessionem sacramentalem, administrationem Baptismi et ipsum munus épiscopale, ita praeformans hodiernam quorundam emphaticam doctrinam.

M.-J. Scheeben (t 1888) pariter fidelium sacerdotium concipit ut aliquid externum et activum: "The character we possess as members of Christ destines us, that is, empowers and obligates us, to a twofold participation in His sacerdotal activity. It qualifies us to accept, and obliges us to receive, the effects of the activity whereby the God-man dispenses grace in the sacraments; for the sacraments, with the exception of baptism, which imparts the character requisite to this purpose, can work their efficacy upon us only after we have been taken up into the organism of Christ's body, whose arteries are the sacraments. Secondly, the sacerdotal character in particular empowers and obliges its possessor to cooperate actively with the God-man as His organ in the office of dispensing grace.. .

"The baptismal character enables all others, if not to re-enact, at any rate to offer, this sacrifice [of Christ in the Eucharist] to God as their own, as a sacrifice truly belonging to them on the strength of their membership in the body of Christ. Moreover, those who possess both characters are enabled and are called upon to offer themselves also to God as a living sacrifice, in the life of grace which their character brings with it. In this latter connection confirmation is added to baptism as its ordinary complement, and to holy orders as its ordinary substratum. Confirmation itself does not confer any new power for the performance of external acts or for participation in them; but it does corroborate the existing qualification and obligation for the carrying out of external and internal acts of worship. Hence every character anoints and consecrates us for active participation in the priesthood of Christ, that divine priesthood to which His humanity was ordained by the hypostatic union."[2]

In exteriori ac rituali aspectu universalis sacerdotii, praecipue relate ad sacrificium eucharisticum, praeter *Moehler* et *Scheeben,* insistunt inter alios *Columba Marmion* (t 1923), 2V. *Gihr* (t 1924), *J, Tixeront* (+ 1925), *A.-A. Tanquery* (+ 1932)®[3] et praesertim *De la Taille* (t 1933), qui id logice connectit cum peculiar! theoria de Ecclesia

[1] *Ibid.* 463.
[2] *The mysteries of Christianity* (transi. C. Vollert, St. Louis, Mo. 1947) 585 sq.
[3] *Les dogmes générateurs de la piété* (Paris 1926) 208 sq.

principali offerente sacrificii Missae, quam exposuimus et impugnavimus in tractatu *De Eucharistia* II 1037 sq., 1041-1045.

De la Taille definit characterem baptismalem per ipsam relationem ad offerendum, ope ministerii sacerdotum, eucharisticum ipsum sacrificium. Docet exercitium huiusmodi oblativae potestatis esse externum dupliciter: primo, ratione tum publicae initiationis baptismalis uniuscuiusque fidelis tum publicae deputationis sacerdotis ad offerendum sacrificium ex parte omnium fidelium; secundo, ratione liturgicarum formularum, quibus exprimitur communis character oblationis eucharisticae.

Ad rem ipse: "In Baptismo res et sacramentum est character, seu consecratio interior, qua aggregatur homo sacerdotio Christi in ordine ad offerendam per ministerium sacerdotum redemptionis hostiam et participandam communione. In Confirmatione rursus res et sacramentum est character, seu consecratio interior, qua formaliter deputatur homo ad confitendam fidem Christianam fortiter adversus christiani nominis hostes, 'ex officio' quodam ecclesiastico. . . Quemadmodum enim ipse Christus obsignatum morte sua testimonium perhibet veritati, ad quod reddendum erat ex sua litatione sacerdotali adstrictus; sic Christianus in partem sacerdotii dominici adscribitur per confirmationem, respectu testimonii, etiam cruenti, reddendi ei cuius se immiscet sacrificio. Per confirmationem scilicet deputatur publice ad martyrium. Deputatio autem ista roboris est promissio quaedam et pignus."[04]

"Quantum ad communem illam generalemque oblationem tota Ecclesia est sacerdotalis: 'Regale sacerdotium' (1 *Petr.* 2. 9) omnes nos, quos fecit Christus Deo 'regnum et sacerdotes' *(Apoc.* 1. 6; 5. 10). Character enim baptismalis est participatio sacerdotalis potestatis qua Christus se Deo devovit hostiam; omnisque fidelis, Christo in Ecclesia coniunctus, voto saltem habituali se conformat Christo in reddenda Deo hostia unica salutis. . . Noli tamen putare, secundum illud votum, esse meram internam oblationem communem fidelium: quo casu ne inchoative quidem pertineret ad ordinem proprie dicti sacrificii. Immo est externa dupliciter. Primo quidem et principaliter, ratione publicae initiationis, qua in baptismo facta ordinatur omnis fidelis ad offerendum per ministerium sacerdotum sacrificium Ecclesiae; atque ratione ordinationis sacerdotalis, qua publice deputatur quivis presbyter ad deferendum sacrificium ex parte omnium fidelium. Secundo autem, ratione liturgicarum formularum, quibus haec communitas oblationis exprimitur. Isti suo officio atque muneri omnis fidelis consentit interne per votum supradictum, quod perfectum conti-

* *Mysterium Fidei* (cd. 3, Parisiis 1931) elucidario 48, p. 581, in nota.

netur in caritate, imperfectum in fide informi. Quo voto vel consensu nihil rati habetur, nisi quod per se importat publica christiani cultus professio. Professioni autem non addit istud votum nisi ut sit sincera; sicut in collatione sacramentorum ministri intentio addit ritui externo sinceritatem, sine qua ritus caret sua efficacia. Vere igitur fideles, secundum votum seu propositum praedictum, existunt sacrificii omnis oblatores."[105]

In hac longa periodo duae peculiares notae, vel si placet duo gressus evolutionis, observantur.

Primus gressus factus est a S. Thoma, quatenus consideravit ipsum *characterem Baptismi et Confirmationis ut elementum proprie sacerdotale,* seu ut potentiam sacerdotalem, quamvis passivam, ac ita intime connexam, in eadem linea sacerdotali, cum ea activa potentia a qua proprie sacerdotium denominatur, quaeque solis Ecclesiae ministris competit. Nihilominus nec S. Thomas, nec eius discipuli (nisi forte excipiatur D. Soto, quatenus textum petrinum refert ad sacramentalem characterem), nec ceteri theologi usque ad recentiora tempora, eam sacerdotalem potentiam, quae per Baptismum et Confirmationem omnibus fidelibus confertur, connexuerunt cum eorum regali sacerdotio in Scriptura et Traditione praedicato, sed hoc sacerdotium vel in solo sensu spirituali ac metaphorico acceperunt, vel per aliam viam, seu per referentiam ad oblationem sacrificii Missae, conati sunt extendere ad sensum aliquem ritualem et externum.

Et in hoc praecise consistit *secundus gressus* evolutionis, scilicet in *copulatione illius qualiscumque oblationis, jactae ab omnibus fidelibus in sacrificio eucharistico, cum eorum universali sacerdotio;* quam copulationem, timide iam fieri coeptam ab uno vel altero scriptore in praecedenti aetate (signanter a Floro Lugdunensi), libenter ac frequenter arripuerunt scriptores posttridentini, praecipue inter oratores et liturgistas, eoque frequentius quo propinquius accesserunt ad hodiernam aetatem, in qua tandem speculativo ac systematico suffragio quorundam optimae notae theologorum res corroborata est. Sedulo tamen notare oportet, praefatam copulationem apud plures doctores mere materialem et accidentariam esse, cum oblationem ipsam sacrificii Missae ex parte fidelium nonnisi in sensu spirituali ac metaphorico accipiant, quatenus nempe fideles spirituale suum sacerdotium dicuntur exercere peculiariter sive excellenter in unione cum rituali oblatione ministri, ita ut inde nihil proprie externum ac rituale accedat ipsi fidelium sacerdotio, nisi concomitans et adiuvans illa circumstantia externae oblationis ministri. Nonnisi recentiori

[105] *Ibid.,* elucidatio 26, p. 328 sq

tempore ea copulatio evasit propria ac formalis apud quosdam theologos, *hodiernae laicalis theologiae praecursores,* uti *Moehler, Scheeben* et *De la Taille,* quorum postremus, exaggerans externam ac ritualem rationem qua omnes fideles concurrunt in eucharistica oblatione, imo definiens ipsum eorum characterem baptismalem ut quandam consecrationem ad offerendum, per sacerdotis ministerium, sacrificium Missae, signat transitum ad acutiorem ac controversialem phasim, quam quaestio de fidelium sacerdotio obtinuit in ultima ac currenti periodo, mox examinanda.

Quod autem attinet ad *terminólogiam,* in qua non ambigue reflectitur oscillans ratio ipsarum idearum, notandum est maiorem partem theologorum sacerdotium fidelium vocare sacerdotium *improprie dictum* sive metaphoricum (per oppositionem ad sacerdotium hierarchicum quod dicitur proprium); ita Biel,[60] Caietanus, Faber, Thomas a Villanova, Tapper, Card. Hosius, Canisius, Valentia, Estius, Bellarminus, Lessius, Cornelius a Lapide, loannes a S. Thoma, Gonet, Salmanticenses, Natalis Alexander, Gotti, Billuart, Atzberger, Gihr, Tixeront. Quidam alii adhibent molliorem expressionem: *sacerdotium minus proprium;* ita Suarez (minus proprium ac quasi metaphoricum; tamen Suarez etiam simpliciter loquitur de sacerdotio metaphorico) et Card. Mazzella (qui distinguit inter sacerdotium proprium et minus proprium). Eundem improprium sensum intelligunt illi qui adhibent vocem: sacerdotium *late dictum,* uti Vasquez, loannes a S. Thoma, Gonet, Scheeben, Gihr.

Plures adhibent nomen: sacerdotium *internum* (in oppositione ad sacerdotium externum sive hierarchicum), quod quidem iuxta mentem ipsorum aequivalet nomini: sacerdotium improprie dictum (quamvis in hodierna controversia illud nomen iam sit ambiguum, ex quo aliqui moderni volunt sacerdotium internum esse sacerdotium proprie dictum, etsi minus stricte); ita Schatzgeyer, Bartholomaeus ab Usingen, Herborn, Eck, Auctores Catechismi Cone. Trid., Maldonatus, Toletus. Eundem sensum habet nomen: sacerdotium *mysticum,* in oppositione ad externum vel proprium (quamvis apud unum vel alterum auctorem subsequentis periodi, hoc nomen iam ambiguum reddatur, prout accipitur generaliter pro sacerdotio fidelium in oppositione ad sacerdotium hierarchicum); ita S. Thomas, Biel, Cornelius a Lapide, Atzberger, Card. Mercier.

Alii generaliores (ac pro tanto hodie ambiguas) adhibent expressiones: *sacerdotium laicum* vel laicorum (in oppositione ad sacerdotium clericorum), ita Card. Hosius, Scheeben, Card. Mazzella; sacerdotium

"Huius aliorumque verba invenies apud Dabin, *op. at,* (supra, in p. 470) 313sqq.

individuale sive privatum (in oppositione ad sacerdotium sociale sive publicum), ita Alvarus, Pelayo, Thomas Waldensis; sacerdotium *commune* sive generale (in oppositione ad particulare sive hierarchicum), ita Fischer, Dom. Soto, Gay; sacerdotium *initiale* sive inchoativum (in oppositione ad sacerdotium completum sive hierarchicum), ita Gay, De la Taille ("Sacerdotium laicorum inchoativum," *Mysterium Fidei,* p. 649, in nota, ubi illud distinguit etiam a "collectivo sacerdotio Ecclesiae").

IV. *PERIODUS HODIERNA, COMPLECTENS ULTIMOS VIGINTI QUINQUE FERE ANNOS, in quibus quaestio de universali sacerdotio directius ac plenius considerata est atque cuiusdam controversiae proportionem assumpsit.*

Ob rationes involutas in sic dictis motibus liturgico, apostolico, oecumenico ac theologico, quos supra indicavimus (pp. 454-458), *ALIQUI AUDACIORES THEOLOGI, colligentes in unum varia elementa sparsim ac diversimode indicata in superiori Traditione tam patristica quam theologica, doctrinam de universali sacerdotio in aliquam harmonicam synthesim redigere conati sunt,* quae tamen in quibusdam suis praecipuisque lineamentis tantam ostendit ultra consuetos limites extensionem, ut rigidioribus ac systematicis doctoribus sin minus suspecta, *saltem exaggerata visa sit,* eorumque nunc tacitam nunc declaratam oppositionem suscitaverit, donec tota quaestio controversialem aliquem aspectum assumpserit. Ceterum, nova haec de universali sacerdotio theologia, tam tumultuarie procedit tantasque particulares formas generavit, ut vix ad determinatas aliquas communesque lineas revocari possit, eo vel magis quod apud aliquos scriptores ad quaestionem de diverso concipiendi modo aut etiam de adhibenda terminologia dilabatur. Nihilominus hic vel illic alte sonans aliqua ac typica vox nonnumquam auditur, quae generalem scopum sive authenticum terminum, quo huiusmodi motus dirigitur, non ambigue manifestat.

Communis scopus ac inclinatio est, exiguum illud ac indeterminatum laicorum sacerdotium ita dilatare atque impinguare, per additionem praesertim exteriorum ac ritualium elementorum, *ut tam extensive quam intensive simillimum ac propinquissimum evadat ipsi clericorum sacerdotio,* sub proprie dicta quidem ratione sacerdotalitatis, salva ceteroquin istius hierarchica indole ac potiori liturgica dignitate. Id autem triplici praecipue operatione laboriose obtinetur, etsi non cum eadem apud omnes amplitudine aut confidentia: nam quidam modo unam modo aliam viam arripiunt, alii ambiguis formulis se protegunt, omnes sub elastico pallio cuiusdam analogi conceptus de sacerdotio, suam theoriam elaborant.

PRIMO quidem, a quibusdam extenditur proprius conceptus sacerdotii a sacerdotio exteriori ac rituali ad SACERDOTIUM INTERIUS AC MORALE, ita ut hoc dicatur esse non mere metaphoricum, sed proprium, vel saltem (ut quidam ambigue mavunt exprimere) verum ac reale; ex quo sequitur tale sacerdotium convenire cum sacerdotio hierarchico sub communi ac analogica ratione proprie dicti sacerdotii.

Durst[7] docet sacerdotium esse analogicum ac proprium conceptum, qui essentialiter importat ipsum interius ac spirituale elementum atque dividitur in ipsum sacerdotium mysticum sive spirituale, tanquam in principale analogatum, et sacerdotium baptismale atque sacerdotium sacramentale sive hierarchicum, tanquam in duo secundaria analogata; *tria haec sacerdotia esse realia ac propria,* etsi secundum diversam cuiusque rationem, in ambitu analogicae unitatis.

Congar, sequens eundem auctorem, docet sacerdotium in communi esse analogicum ac proprium conceptum (quem praefert vocare "realem ac verum"; cf. infra, p. 545), qui essentialiter importat potestatem sive capacitatem sese praesentandi coram Deo ad obtinendam suam gratiam et communionem per oblationem alicuius spiritualis sacrificii ipsi acceptabilis, quique dividitur in *triplex sacerdotium,* scilicet sacerdotium pure spirituale vitae sanctae (quod nullo modo dicendum est metaphoricum, sed spirituale-reale), sacerdotium baptismale (quod non est pure spirituale sed iam suo modo sacramentale, ac liturgicum, seu relativum ad ordinem sacramentalium mediorum cultus et communionis) et sacerdotium hierarchicum sive ministeriale (quod plenius hanc sacramentalem ac liturgicam rationem attingit).[68]

Praeterea notandum est Congar in uno loco[69] ipsum pure spirituale sacerdotium dividere in generale sive *morale,* consistens in qualibet sancta actione, a quacumque virtute procedente, et peculiare sive *religiosum,* consistens in actione quae fit peculiariter in honorem Dei, seu quae elicitur vel imperatur ab ipsa virtute religionis.[70] In quo casu haberentur *quatuor sacerdotia,* bina spiritualia et bina ritualia, scilicet sacerdotium spirituale, subdivisum in morale et religiosum, et sacerdotium sacramentale, subdivisum in baptismale et ministeriale. Tamen Congar in prima divisione non insistit, ita ut passim dividat sacerdotium participatum (a Christi sacerdotio), in tria membra: *sacerdotium spirituale, baptismale et ministeriale.*

[7] *Dreifaches Priestertum* (ed. 2, Neresheim [1947]) 95.

[8] *Jalons pour une théologie du lateat* (Paris 1953) 180, 197, 200-204, 218 sq., 230 (schema), 243-245 (infra cit., p. 545), 248 (schema).

[9] *Ibid.* 180.

[10] Quam distinctionem clarius explicat Sauras, "El laicado y el poder cultual sacerdotal," *Revista espanola de teologia* XIV (1954) 313-315.

Ad rem ipse: "Il nous semble . . . inévitable en thomisme de parler avec Dom Bernard Durst, d'un triple titre sacerdotal en christianisme: le sacerdoce tout spirituel de la vie sainte; le sacerdoce baptismal (qui est déjà sacramentel, relatif à l'ordre des moyens sacramentels du culte et de communion); enfin le sacerdoce hiérarchique ou sacerdoce des ministres."[71]

Accedens ad explicationem spiritualis illius sacerdotii, tot ambiguas adhibet expressiones, quot typis italicis in sequenti textu signavimus: *"Tout sacrifice* comporte une âme, une matière et, *au moins* en son sens proprement cultuel, un rite consécratoire. . . Nos sacrifices ont-ils leur âme et leur matière. *Leur âme,* c'est l'acceptation libre et aimante de notre référence à Dieu, c'est-à-dire de la dépendance absolue où nous sommes de lui et de notre orientation vers lui. Bref, c'est le mouvement spirituel de l'homme vers Dieu. Parlons de retour vers Dieu, de religion, de sacrifice intérieur, comme fait S. Thomas; de l'homme lui-même, en tant que consacré et voué à Dieu ou de sacrifice invisible, comme fait S. Augustin: ce sont là divers noms de l'âme de tout sacrifice. Pour ces grands docteurs, là est *l'essentiel du sacrifice;* l'acte extérieur y ajoutera, ce n'est pas lui qui *définit premièrement le sacrifice.* Quant à *la matière,* elle englobe tout ce qui est susceptible d'être offert: 'toute oeuvre faite en vue de nous unir à Dieu en une sainte communion,' dit S. Augustin; toute oeuvre bonne, toute oeuvre de vertu, dit S. Thomas, mais *aussi des choses extérieures,* comme nous le voyons par la Bible et dans toutes les religions.

"N'est-ce pas là une conception excessivement spirituelle du sacrifice? Non, car *il faut ajouter un troisième élément, du moins si Von parle du sacrifice proprement cultuel: le rite consécratoire.* S. Thomas énonce nettement ce principe: tout sacrifice est une oblation, mais toute oblation n'est pas un sacrifice. On parle proprement de sacrifice quand, au sujet des choses offertes, 'aliquid fit.' La pensée de S. Thomas semble bien être ceci: pour qu'il y ait proprement sacrifice il faut non seulement un propos de référence ou d'ordre à Dieu, non seulement une matière offerte, 'res oblata,' mais une action par laquelle la chose offerte soit le sujet d'un changement expressément sanctionné, bref, soit sacralisée: ce qui s'accomplit normalement par un rite ordonnateur de l'offrande. La chose offerte est consacrée, on marque qu'elle est à Dieu en expriment publiquement son propos de ne plus s'en servir désormais. . . Ainsi, par exemple, le célibat voué publiquement prend-il un caractère de sacrifice que *n'avait pas au même degré* la simple offrande intérieure de la pureté. Offrir à Dieu la nourriture qu'on reconnaît avoir reçue de lui, devient un sacrifice *au sens fort* si, au lieu de la consommer, on la 'sacralise,' par exemple par une libation. Il est clair que cet aspect de sacralisation de la chose offerte par un acte sacrificiel est nécessaire dans les sacrifices du culte public ou sacrifices liturgiques."[72]

Laurentin paulo aliter res concipit ac disponit, addens praeterea necessariam connexionem sacrificii spiritualis *cum sacrificio rituali ac eucharistico* ut possit esse sacrificium proprie dictum.

Sacerdotium scilicet est notio analoga, analogia proportionalitatis propriae.[73] Princeps analogatum est sacerdotium Christi, secundaria analogata sunt tria sacerdotia clericorum, B. Virginis et fidelium.[74] Tria haec participant, modo magis vel minus proprio, sacerdotio et sacrificio Christi; sacerdotium quidem clericorum est rituale, exercens sacrificium eucharisticum, cetera duo sacerdotia sunt spiritualia, ex-

[71] *Op. cit.* 218 sq. [72] *Ibid.* 201-204.
[73] *Marie, l'Eglise et le Sacerdoce* II (Paris 1953) 66-68, 80.
[74] *Ibid.* 67-69.

ercentia sacrificium laudisi Attamen sicut spirituale sacerdotium B. Virginis unitur ac integratur in sacrificio Crucis, ita spirituale sacrificium fidelium unitur ac integratur in sacrificio eucharistico, inde assumens rituale ligamen vel elementum, *quatenus fideles uniunt sacrificium spirituale sacrificio eucharistico et evadunt cooblatores istius.*™ Hoc fidelium sacerdotium, integraliter spectatum, fundatur in Baptismo prout incorporat Christo sacerdoti et Ecclesiae, sacerdotali corpori Christi;70 unde hoc sacerdotium non est proprie individuale sed *collectivum,* seu non competit personaliter singulis fidelibus sed toti Ecclesiae, vel, si placet, competit fidelibus titulo collectivo; unde, *"character Baptismi non est 'character sacerdotalis'*9 sed aliquis character qui incorporat sacerdotali corpori Christi."77

Haec et alia ipse diffuse sed saltuarie explicat, ac proinde a citationibus abstinemus.78

Sauras mediam quandam positionem assumit *inter Congar et Laurentin,* pressius tamen sequens Congar. Et imprimis ipse amplificat cum Congar conceptum sacrificii proprie dicti, ita ut includat omnem actum virtuosum, sed tamen *externum* (Hic differt a Congar) et quidem talem qui importet aliquam mutationem, seu sanctificationem sive "victimationem" (Iterum differt a Congar); tales actus sunt v.g. spiritus contribulatus seu oblatio nostrarum poenalitatum et ipsa oblatio corporis, ut sanctificati, mortificati, purificati a suis imperfectionibus. Cum tamen huiusmodi conceptus sacrificii videatur logice extendendus cum Congar ad totam vitam Christianam (nam quis non videt in omni actu virtuoso, utpote poenoso ac satisfactorio, inveniri posse aliquam rationem praefatae spiritualis immutationis sive victimationis?), veluti retrocedens a tanta amplitudine et accedens ad explicationem Laurentin, Sauras ingeniose invocat (quod attinet saltem ad ceteros actus virtuosos qui non videntur aliquam particularem immutationem sive victimationem importare) novum aliquod elementum, ipsumque rituale, quo possint praefati actus ad rationem veri sacrificii trahi, scilicet eorum *alligationem ad sacrificium ipsum rituale,* dicens totam vitam Christianam assumere rationem proprie dicti sacrificii, si tamen referatur, sicut de facto refertur, *ad sacrificium eucharisticum* (sicut tota vita Christi habet rationem sacrificii, ut relata ad rituale sacrificium Crucis), quatenus omnes actus virtuosi continent "votum eucharisticum," sicut ipsa gratia, ex qua procedunt, connectitur cum Eucharistia.

" *Ibid.* 99 sq., 110-114, 119 sq., 130, 161, 170, *202* sq.; I 647.
™ *Ibid.* II 106, 137, 161 sq., 167, 172.
" *Ibid.* I 667.
n *Ibid.* I 645-648, 667 sq., et praecipue II 53-69, 80 sq., 93-95, 99 sq., 106, 109–114, 119 sq., 126, 129, 130, 161 sq., 169, 170, 177 sq., 201-203.

Ad rem ipse: "El sacrificio es *un acto exterior,* en el que se encierra un sentimiento de sumisión y de adhesion a Dios, mediante el ofrecimiento de algo nuestro que previamente *se victima o sanctifica.* Victimarse o hacerse victima lleva implícita la idea de abatimiento. . . Dentro de esta idea amplia, que es la que nos da el derecho natural, son *verdaderos sacrificios* la oblación de nuestras penalidades a Dios [PsaZ. 50. 19] - - - y el ofrecimiento de nuestro cuerpo sanctificado, o limpio de sus imperfecciones, o mortiñcado [Rom. 12. 1]. . . El sacrificio, como acto perfecto de culto, implica santidad exterior e interior. Interior, en los sentimientos de quien lo hace; exterior, en la cosa que se hace. En esto ultimo precisamente se distingue de la simple ofrenda: que es una donación de algo a Dios sin hacer nada sobre ello o sin santificarlo. . . Por eso no es *sacrificio propiamente dicho* el simple ofrecimiento de nuestras cosas, y si lo es el ofrecimiento de lo que previamente se bonifica, como el espíritu mortificado y el cuerpo limpio, de que hablan el Salmo y San Pablo. . .

"[De los testimonios de la Escritura y de la Tradición] parece resultar que las funciones sacerdotales [de los fieles] se amplían. Y en este sentido amplio explica el sacerdocio, con gran acopio de datos, el P. Congar, para quien el cristiano obra como sacerdote en su función de padre de familia, de maestro, de religioso, de enfermo, de cumplidor de cualquier deber y de realizador de cualquier obra buena. Nosotros creemos que todo esto es verdad si se le da otro giro. Nos parece verdadera esta amplitud sacerdotal, *siempre y cuando se afirme la conexión de todo lo indicado con la Eucaristía.* Creemos que toda la vida cristiana es sacerdotal si se la considera relacionada en el sacrificio de la Misa. Toda la vida de Cristo, por ejemplo, es un auténtico sacrificio sacerdotal; pero sin la conexión con la Cruz no lo hubiera sido. Con la Cruz hay sacrificio; sin ella, no. Así también, toda la vida cristiana es sacrificio sacerdotal en el supuesto de que conecte con el sacrificio eucarístico o litúrgico, que es el único que en La Nueva Alianza tiene características sacerdotales. . . Ahora bien, en los sacrificios moral y religioso, que consisten en la realización de actos virtuosos y particularmente de actos de la virtud de la religión, *no puede estar ausente el voto eucarístico.* Si lo estuviera, la gracia espiritualmente vivificadora estaría desconectada de la Eucaristía; si no toda, al menos la gracia con que se realizan dichos sacrificios. Y esto está contra las enseñanzas de San Juan y de la teología."[79]

In hac explicatione, sub multiplici praedicta forma, tria observanda sunt. *Primo,* sacerdotium fidelium coalescit ex duplici elemento, aeque vere ac proprie sacerdotal!, altero interiori ac mere spirituali, et quidem principali,[80] et altero exteriori ac rituali, quod refertur ad

n *Art. cit.* **(supra, in p. 514) 304 sq., 315, 317.**

"Non apparet quomodo in generalí doctrina Congar, satis inter se cohaereant variae affirmationes quas ipse profert de sacrificio et sacerdotio spirituali ac interiori. Ex una enim parte, loquens de sacrificio spirituali, affirmât hoc esse animam et *essentiale dementum* omnis proprie dicti sacrificii, et ex alia parte, loquens de sacerdotio spirituali, affirmât hoc esse minus strictum et *minus proprium* quam sacerdotium exterius ac sacraméntale. "Parlons de retour vers Dieu, de religion, de sacrifice intérieur - - - de sacrifice invisible - - - : ce sont là divers noms de *l'âme* de tout sacrifice. . . Là est *l'essentiel* du sacrifice; l'acte extérieur y ajoutera, ce n'est pas lui qui définit *premièrement* le sacrifice" *(op. cit.* 202 sq.). "Tout sacerdoce est relatif à un sacrifice. . . Or, en l'état de consommation [au ciel], il n'y a plus du sacrifice que son résultat, non son acte: la communion, non l' 'opus' accomplit 'ut sancta societate inhaereamus Deo.' Il y a autel et culte de louange, non proprement sacrifice. *La conclusion s'impose:* le sacerdoce de sainteté, qui est réel et qui est même plus digne que l'autre, *est moins strictement ou moins proprement sacerdotal* que le sacerdoce sacramentel qui se réfère au Christ comme moyen de communion et à un sacrifice strictement et proprement dit" *(ibid.* 202 sq., 217).

sacrificium eucharisticum; tamen, iuxta Congar, hoc elementum stricte non requiritur, iuxta Sauras vero requiritur elementum externum sed non semper rituale sive eucharisticum, iuxta Laurentin tandem ipsum elementum eucharisticum semper requiritur. *Secundo,* sacerdotium definitur ac dividitur per respectum ad sacrificium, iuxta traditionalem apud theologos sacerdotii conceptum, sed hoc sacrificium accipitur in largiori, imo principaliori, sensu cuiuslibet actionis Deo acceptabilis; ratio autem quare hi doctores insistant in definiendo sacerdotio per sacrificium, potiusquam per actum mediationis (ut quidam alii, v.g. Masure, praeferunt), est quia timent ne ita evanescat fidelium sacerdotium, cum manifestum sit neminem esse sibi mediatorem et hunc separari et eminere populo pro quo mediat. *Tertio,* iuxta hanc explicationem verum ac proprium sacerdotium extenditur ad totam vitam Christianam, et peculiariter ad difficiliores et excelsiores eius status, in quibus specialis arduitatis ac spiritualis sacrificii ratio invenitur; unde *Congar* libenter loquitur de sacerdotio martyrum, virginum, religiosorum, sponsi vel sponsae, patris vel matris familias.[81]

SECUNDO, a quibusdam proprius conceptus sacerdotii extenditur ulterius a munere stricte sacerdotali ac sacrificali ad connexa duo MUNERA PROPHETICUM ET REGALE, vel, si placet, magisterii et gubernationis,[82] quibus mediantibus sacerdotium fidelium ulterius impinguatur ac dilatatur, assumens quoque exteriorem aliquem ac publicum, utut nondum proprie cultualem, characterem.

Ceterum, in explicatione huiusmodi extensionis non uniformiter procedunt illius assertores. Nam quidam, ut *Dabin* ™ bina illa munera ad fidelium sacerdotium simpliciter ac totaliter reducere videntur; alii vero, ut *Congar,* tantummodo partialiter et sub aliquo respectu.

n *Ibid.* 249-267; p. 261: "La famille est une église en petit. . . Aussi les Pères et les théologiens ont-ils parlé souvent du sacerdoce du père de famille, et de son autorité comme d'un véritable ministère, d'une sorte d'épiscopat? . . C'est sur la base du baptême que le contrat des conjoints devient sacrement. Ainsi y a-t-il dans le sacerdoce des époux chrétiens, plus qu'une simple application du sacerdoce spirituel. .

"Ut dictum est in art. 5, pp. 295-297, similem viam arripuerunt plures moderni theologi, signanter *Masure, Piault, Boularand* et *Lécuyer,* in ipsa quaestione de sacerdotio hierarchico ad explicandam sacramentalem distinctionem et amplitudinem episcopatus relate ad presbyteratum; dixerunt enim potestatem Ordinis importare participationem trium munerum Christi, regalis, prophetici ac sacerdotalis, eamque totam in episcopo inveniri, in presbytero vero nonnisi tertiam participari.

n *Le sacerdoce royal des fidèles* II (Paris 1950) 29, 34, 44, 45 sq., 48, 51 et alibi passim et frequentissime adhibet compositam appellationem "Le sacerdoce royal et prophétique des fidèles"; in p. 51, sic definit fidelium sacerdotium: "Une participation fonctionnelle, à la fois individuelle et collective, principalement passive et, dans une certaine mesure, active, au triple office du Christ Roi, Prêtre et Prophète"; in pp. 470-472 explicite et signanter defendit contra Scheeben sacerdotium fidelium esse participationem non solum muneris sacerdotalis Christi, sed etiam munerum regalis et prophetici. Ad eandem sententiam accedit Masure *(Prêtres diocésains* [Lille 1947] 238-240), qui tamen nonnisi per transennam loquitur de fidelium sacerdotio.

Ita, regalitas, prout spectat ad hoc sacerdotium a *Congar*** accipitur in solo sensu spirituali, ac proinde reducitur ad praecedens sacerdotium spirituale, quatenus nempe per hoc homo fit liber a servitute peccati eique vere dominatur; a *Dabin* vero88 intelligitur etiam in sensu exteriori ac sociali, quatenus explicat omnia iura quae, ratione suscepti Baptismi, homo consequitur in regno Christi (suscipiendi nempe sacramenta, sacramentalia, indulgentias, fructum Sacrificii, officia ecclesiastica, tribunalium ac dicasteriorum ecclesiasticorum decisiones), quo sensu regalitas refertur ad aliquod sacerdotium rituale vel externum. Pariter munus propheticum, acceptum in generaliori sensu testimonii fidei (i.e. fidei professionis, defensionis, praedicationis, necnon Ecclesiae magisterio cuiusdam participationis) a *Dabin*** simpliciter ac totaliter incardinatur fidelium sacerdotio; a *Congar* vero87 nonnisi partialiter, sub aspectu nempe sive confessionis fidei (et maxime martyrii) quae pendet a charactere Confirmationis, sive peculiaris mandati auctoritatis ecclesiasticae ad proprie dictum apostolatum (praecipue sub forma Actionis Catholicae), quod fundatur in utroque Baptismi et Confirmationis charactere.88

Ceterum *Congar* hoc propheticum munus una cum quibusdam aliis exterioribus nec proprie cultualibus elementis, cum eo plus minusve connexis, synthetice colligit sub uno generali conceptu *cuiusdam ministerii non sacramentalis,* quod opponit ministerio sacramentali et cultuali ac vocat "ministerium evangelii" (seu verbi), "ministerium misericordiae spiritualis," "sacrificatio circa corpus Christi communionale [seu mysticum]" (in oppositione ad "sacrificationem corporis Christi carnalis"), ac tandem "sacerdotium apostolatus, agapae et misericordiae spiritualis." Sic novum elementum introducit in trina divisione sacerdotii prius a se proposita (cf. supra, p. 514), ita ut loco sacerdotii spiritualis et sacerdotii sacramentalis, subdivisi in sacerdotium baptismale et sacerdotium ministeriale, habeatur sacerdotium spirituale, sacerdotium apostolatus et sacerdotium sacramentale, pariter subdivisum in sacerdotium baptismale et sacerdotium ministeriale sive hierarchicum,88

"Cf. *op. cit.* 248, in schemate, 265-267.
uOp. cit. 49.
***Loc. cit.*
ll Op. cit. 248 in schemate, 268 sq.; cf. 367 sqq.
"Ipsa *Actio Catholica* a Congar non ad unum sed ad tria partialia ac copulata fundamenta revocatur, scilicet ad sacerdotium fidelium, ad fidem privatam, et ad officiale mandatum auctoritatis ecclesiasticae; in quantum actio, addit Congar, ipsa potius connectitur cum generaliori prophetismo fidelium quam cum ipsorum sacerdotio *(ibid.* 268sq.; cf. 426, 516-523).
"Ibid. 226, 227, 230 (in schemate). Cum Congar definiat sacerdotium per respectum ad sacrificium contra aliquos (ut Masure, *Prêtres diocésains* [Lille 1947] 24 sq., 27 sq.) qui potius illud definiunt per respectum ad generaliorem actum mediationis (cf. Congar, p. 197 sq., 200sq.), consequenter ipse praefatum triplex sacerdotium, spirituale, apostoli-

Ita generale illud fidelium sacerdotium iam invenitur dilatatum per duplex verum ac proprie dictum sacerdotium: spirituale scilicet ac internum et apostolicum sive externum. Restat ut ultimo extendatur in aliquod *sacerdotium rituale, et praecipue sacrificale,* ad hoc ut desideratum apicem attingat, a quo, iuxta communem sensum et traditionalem conceptum, omne proprie dictum sacerdotium specificari petit.

TERTIO igitur, ultimum hunc ac decisivum gressum, difficiliorem-que istam ac lubricam operationem qua tangitur vitale punctum distinctionis inter commune et hierarchicum sacerdotium cum periculo inducendi utriusque confusionem aut commixtionem, praefati doctores attentare non praetermiserunt. Idque signanter *per duplicem copulatamque viam,* sive nempe per recursum ad *CHARACTEREM SACRAMENTALEM* prout, iuxta doctrinam ipsam thomisticam et communem ab aevo theologorum consensum, est quaedam vera participatio sacerdotii Christi,, sive ac directius per recursum ad traditionalem doctrinam de concursu fidelium in *EUCHARISTICA OBLATIONE.*

Et imprimis, quidam arripuerunt exanguem illam ac passivam potentiam, a S. Thoma sacerdotali characteri Baptismi et Confirmationis assignatam, *eamque in quandam potentiam activam, vel passivo-activam,* converterunt ut eam dirigerent ad administrationem quorundam sacramentorum, Baptismi scilicet ac Matrimonii, et ad ipsam oblationem eucharistici sacrificii.

Ut vidimus supra in explicatione mentis S. Thomae (p. 493), hanc ineptam conversionem characteris tum Baptismi tum Confirmationis ex mera potentia passiva in quandam potentiam activam vel mixtam, iam innocenter et innocue fecerunt aliqui antiquiores thomistae ac facere pergunt plures recentiores, ut Hugon, Daffara, Persich, Audet, Caron, Pelland, Monsegu,[90] qui tamen novellae ac emphaticae theologiae de proprie dicto fidelium sacerdotio nullo modo favent, quin potius adversentur. Sed istius sacerdotii patroni (ut Durst, Congar, Sauras [supra relati, in p. 494], Dabin, Laurentin, Hesburgh, Rea, Davis, Boularand, Nelis) eam libenter arripiunt ac immoderate urgent, utpote quae videatur maxime ad suum scopum

cum et sacramentale, definit ac distinguit iuxta triplex correspondens sacrificium (p. 233). Instanter autem inculcat relationem ad sacrificium eucharisticum non sufficere ad adaequate definiendum sacerdotium catholicum. In quo quidem dicit se concordare cum *Masure,* sed nihilominus ab eo differre quatenus adhuc sustinet necessitatem definiendi sacerdotium per ipsum sacrificium, etsi non necessario per sacrificium ipsum eucharisticum (p. 232 sq.).

MHic tamen postremus doctor soli characteri Confirmationis activitatem, eamque privatam, concedit.

conducere, eamque ad confectionem trium sacramentorum ita dirigunt ut doceant laicum per ipsum characterem baptismalem (et suo modo etiam per characterem chrismalem) constitui ministrum baptismi necessitatis, proprium ministrum Matrimonii et concelebrantem vel co-offerentem in eucharistico sacrificio.[01]

Notandum est quosdam auctores applicare ad ipsum characterem baptismalem id quod S. Thomas dicit de tribus characteribus cumulative spectatis, seu quod character sit potentia ad recipiendum (character Bapt. et Confirm.) vel ad conferendum (character Ord.) ea quae sunt divini cultus. Ita *Dabin* scribens: "Le caractère baptismal a pour but de députer le fidèle au culte pour recevoir ou pour communiquer aux autres ce qui y a trait [3 p., q. 63, a. 5]" *(op. cit.* I 10 sq.). Dictum est supra (p. 495) *Congar* ipsam S. Thomae distinctionem inter activam et passivam potentiam, ut iam antiquatam seponere; ceterum, ipse per aliam viam conatur minuere momentum ipsius characteris sacramentalis, etiam Ordinis, in linea sacerdotali (cf. infra, p. 522). Nec dissimilem positionem assumit *Laurentin.* Imprimis ipsi sacerdotali indoli characteris baptismalis valedicit, quem considerat tantum ut medium incorporationis ad corpus sacerdotale Christi, ex qua fluit potentia baptizati in ordine ad cultum (cf. supra, p. 516). Praeterea hanc potentiam concipit fere eodem modo ac Congar, seu nec ut activam nec ut passivam sed ut receptivam (Non constat an sit et quale sit dependentia inter hos duos auctores, nam eodem anno 1953 suum praecipuum opus ediderunt). Scribit enim: "On nous objectera que les théologiens parlent d'un pouvoir *{potestas)* répondant au caractère baptismal, ou encore des 'pouvoirs de Marie.' La solution de cette difficulté nous conduira au fond du problème. Si l'on veut parler de pouvoirs pour la Vierge et les fidèles, il faut alors distinguer deux sens du mot *potestas:* 'pouvoir actif' et 'pouvoir passif' disent les scolastiques; mais ces expressions sont approximatives et risqueraient de prêter à confusion. On sait que cette distinction était en grande partie inspirée (et restait en quelque façon contaminée) par une fausse conception biologique de Inactivité' de l'homme et de la 'passivité' de la femme dans la génération. Nous savons aujourd'hui qu'en ce domaine le rôle féminin n'est pas pure passivité. De même, on ne saurait caractériser les pouvoirs des fidèles par une passivité pure, ni même ceux du prêtre par une pure activité: le prêtre reçoit ses pouvoirs et le fidèle n'est pas un récipient vide, inerte. Il serait erroné de comparer leur activité

[01] Cf. peculiariter Congar, *op. cit.* 300 sq., 304 sq. Ceterum hanc ordinationem characteris baptismalis exhibent uno vel alio modo multi auctores, etiam inter illos qui negant sacerdotium laicale esse sacerdotium proprie dictum.

et leur passivité respectives —qui sont étroitement réciproques—à l'activité de l'intellect actif et à la passivité de l'intellect passif dans la connaisance. Dans cet ordre, il faut plutôt les comparer à celles de *Yobjeci connu* et du *suject connaissant:* à l'acte en tant que forme objective d'une part, en tant qu'accueilli et reçu par l'esprit humain d'autre part. Il ne faut point opposer ici activité à passivité, mais à *réceptivité,* qui signifie acceptation active. Comme le sujet connaissant accueille l'objet par l'acte d'intelligence, le chrétien accueille le sacrement par la foi, et Marie, plus activement et plus profondément encore, accueillit le Sauveur et le salut par un acte de foi d'une portée universelle" *(pp. cit,* [supra, in p. 515] 170).

Ceterum, cum ex una parte ea baptismalîs characteris connexio cum administratione sacramentorum parum evidens videatur ac possit facile reduci ad meram connexionem requisitae ac materialis conditionis, et ex alia parte, iuxta communem sensum ac traditionalem doctrinam, propria ratio sacerdotii ex sua relatione ad sacrificium, principaliter saltem, petenda sit, *ad ipsum Eucharistiae sacrificium praefati doctores suum conatum praecipue converterunt,* ut ostenderent quomodo ex hac ipsa celebratione, per hierarchicum ministrum exhibita, eorum doctrina de proprie dicto fidelium sacerdotio nullatenus infirmetur, quin potius peculiariter roboretur. Quod quidem *per triplicem laboriosam viam* ostendere contenderunt.

Quidam nempe minuunt ipsum momentum sacrificii Eucharistiae in linea sacerdotalitatis.

Ita praecipue *Congar,* qui insistenter notat non posse catholicum sacerdotium adaequate intelligi aut definiri per solum respectum ad eucharisticum sacrificium.

"Dans la perspective augustinienne où nous nous sommes placés, et où nous paraissent s'organiser heureusement les données de l'Ecriture, on ne peut pas en rester à une définition du sacerdoce seulement par l'offrande du sacrifice eucharistique. Si . . . nous nous tournons vers les Evangiles, nous ne pouvons éviter d'englober dans l'oeuvre propre du sacerdoce chrétien autre chose encore, qui relève de la charité ou de la miséricorde."[92] "Après tout, la liturgie eucharistique comporte, conjoints, le ministère sacerdotal de l'Evangile auprès du peuple fidèle, et la célébration sacramentelle du sacrifice de Jésus: double object du ministère hiérarchique auquel on est consacré par le sacerdoce ('fides et fidei sacramenta. . .')."[93]

Praeterea, docet sacrificium Eucharistiae esse actum sacerdotalem non sub praecisa ratione consecrationis sive transubstantiationis (nam si esset mera consecratio, esset mera participatio regalis potestatis Christi, non vero ipsius sacerdotalis muneris eius) sed sub ratione

***mIbid.* 224 sq.**
***n Ibid.* 226 sq.**

sacramentalitatis, seu prout est signum sive activa commemoratio oblationis Christi.

"Pour ces raisons, auxquelles on pourrait en ajouter encore d'autres mineures, il semble qu'on doive dépasser, dans une définition adéquate du sacerdoce chrétien, la référence exclusive au pouvoir de consacrer l'eucharistie. D'autres, déjà, ont résolument poussé leur théologie du sacerdoce en ce sens: nous dirons comment et nous confronterons leur essai avec le notre. . . . [Recitat positionem Masure, praecipui inter illos 'd'autres'; refert tantum Masure, Glorieux et Rocholl] Cette position a soulevé des critiques . . . du point de vue de la théologie scolastique (thomiste) du sacerdoce défini uniquement par la compétence de l'offrande eucharistique sacramentelle. . . Notre accord [avec Masure] porterait sur la recherche d'une définition du sacerdoce sacramental qui ne se limite pas étroitement à la considération du pouvoir de consacrer les dons liturgiques, de 'conficere sacramentum.' Ceci au non du donné du Nouveau Testament ... et au nom de la réalité visée par la fonction sacerdotale. Le sacerdoce du Christ auquel participent les prêtres se réfère à la croix comme à son acte terrestre décisif, mais il englobe comme son act définitif la réalité, contenue dans cette oblation, de l'entrée des hommes dans le Saint des Saints. . . Le sacerdoce n'a pas à inclure dans sa définition l'obtention de la réalité spirituelle qu'il vise. Mais il doit inclure les pouvoirs ou compétences, la fonction ou la mission qui lui font visé cette réalité.

"Le pouvoir de consacrer les dons eucharistiques serait une participation à la puissance royale du Christ plutôt qu'à son sacerdoce s'il n'était qu'un pouvoir de transubstantier du pain et du vin; il n'est une participation au sacerdoce que s'il est le mémorial actif de l'offrande par laquelle Jésus nous a englobés dans son obéissance et constitués offrande au Père avec lui. C'est pourquoi sans doute S. Thomas et la tradition théologique ne séparent pas de ce qu'ils appellent l'acte du sacerdoce sur le 'corps vrai' du Christ son acte sur le 'corps mystique': acte de préparation des fidèles à être offerts avec le Christ, à communier à son 'passage.' "[94]

Tandem addit quod, etiam *sub huiusmodi ratione sacramentalitatis,* Eucharistia non est praecipuum in linea sacerdotalitatis, nam sacramenta non quaeruntur propter se, sed propter "rem" quam significant seu spiritualem realitatem in eis involutam, quae est gratia et communio cum Deo (et in casu Eucharistiae, corpus mysticum Christi, seu fideles per gratiam copulati); unde ratio sacerdotalitatis consideranda est magis relate ad hanc spiritualem gratiae realitatem, quae manet, quam relate ad sacramenta et characterem, quae transeunt nec cultum divinum respiciunt nisi "secundum statum praesentis Ecclesiae," ut insistenter significat S. Thomas (3 p., q. 62, a. 5; q. 63, a. 1, ad 1; a. 3, ad 3).

"Le sacrement n'est pas une 'chose' existant en soi et pour soi; il est différent des 'choses' du monde physique naturel, non seulement parce qu'il répond à une catégorie particulière d'entité (symbolico-réelle), mais parce qu'il engage une réalité au delà de lui-même."[95]

"Le sacerdoce du Christ, tel qu'il est communiqué sacramentellement aux fidèles dans le baptême, et aux prêtres par l'ordination, n'est pas uniquement liturgique. Le sacrifice du Christ, pour la célébration duquel ils ont été consacrés,

[94] *Ibid.* 230-232.

[95] *Loc. cil.* Cf. 185, 217.

a eu, évidemment, une valeur cultuelle souveraine; mais son contenu essentiel — et nous entendons: son contenu de culte — n'a pas été autre chose que le sacrifice, c'est-à-dire la parfaite référence à Dieu du Christ vivant nous contenant tous en lui. Ce n'est pas, *finalement,* à une célébration liturgico-rituelle qu'un chrétien est consacré et un prêtre ordonné, bien que cette célébration, qui est celle du corps et du sang du Seigneur, ait une importance décisive. Les sacrements sont pour les hommes, pour une réalité de grâce *(res)* dans le coeur des hommes. Le sacerdoce est fait, au delà de tout sacrement, pour susciter et éduquer des communiants au sacrifice du Christ; pour procurer le sacrifice des hommes unis à celui de Jésus-Christ, achevant et plénifiant celui de Jésus-Christ. . . Il faut, en effet, éviter de donner dans le sens où vont certains auteurs contemporains, parfois sous l'influence non critiquée de M.-J. Scheeben. Soucieux de valoriser l'organisme visible de l'Eglise et ce qui est, en elle, institution ou moyen de grâce, ils arrivent à faire des caractères sacramentels la réalité la plus profonde dans l'ordre de l'appartenence au Christ, et du culte sacramentel, une sorte de fin. Saint Thomas a bien soin de rapporter les caractères et les sacrements 'ad cultum praesentis Ecclesiae'; nourri de sève augustinienne, il sait trop bien que la grâce est supérieure aux caractères dans l'ordre de l'union à Dieu et que tous les sacrements sont faits pour la réalité spirituelle qu'ils visent à produire dans l'homme lui-même comme leur fruit."[06]

Attamen, ex hac diminutione momenti sacrificii eucharistici ad summum sequeretur quod sacerdotium fidelium possit esse verum ac proprium sacerdotium aliter ac per suam relationem ad Eucharistiam vel etiam si nullam prorsus haberet relationem ad eam, scilicet prout est tum sacrificium internum, tum externum sacrificium apostolatus, tum externum ac rituale sacrificium relate ad alia sacramenta, scilicet Baptismi et Matrimonii; sed tamen ei deesset peculiare, ac, saltem de facto, praecipuus aspectus ritualis sacerdotii relate ad Eucharistiam quae est unicum ac verum sacrificium Ecclesiae. Unde alii theologi ad quaerendum hunc sacrificalem aspectum in fidelium sacerdotio logice se converterunt.

Alii igitur conantur minuere sacrificale momentum actionis consecrativae in sacrificio Missae (quae manifeste a solo sacerdote peragitur) et unice aut maxime urgere sacrificalem rationem oblationis, quae sive a sacerdote sive a fidelibus exercetur, ut inde conficiant propriam sacrificalemque rationem sacerdotii fidelium.

Eam distinctionem inter consecrationem et oblationem, iam pridem indicatam a *De la Taille*™ et per transennam supra invocatam a *Congar* (p. 522), qui consecrationem qua talem refert non ad sacerdotalem sed ad regalem Christi potestatem, urget recentius

[6] "Structure du sacerdoce chrétien," *La Maison-Dieu* XXVII (Paris 1951) 76 sq.; cf. in *Revue des sciences philosophiques et theologiques* XXXIII (1949) 458 sq.

[7] Cuius peculiaris sententia de Ecclesia principali offerente in sacrificio Missae non parvum, utut indirectum, influxum videtur habere in fautores proprie dicti sacerdotii laicorum. Subtiliter ipse scribit: "Consecratione . . . mutatur panis in corpus Christi a Deo; oblatione autem sistitur Deo corpus Christi hostia ab hominibus. Et sic sacerdos facit consecrationem nomine et potestate omnipotentis Dei; facit tamen oblationem suo atque omnium nomine fidelium. Ut instrumentum Dei consecrat, offert autem ut procurator Ecclesiae" (cf. reliqua verba, supra citata, in p. 510sq).

Sawasf docens essentiale ac proprium sacerdotis officium non esse sacrificare seu immolare, sed *offerre* sacrificium. Haec autem oblatio duplici distincto ac proprio modo fieri potest, aut nempe sacrificando seu immolando victimam, aut eam iam immolatam tantummodo offerendo. Unde duplex pariter habetur correspondens sacerdotalis potestas, utraque propria ac essentialiter distincta et utraque activa in suo ordine, altera ad offerendum modo immolatitio, quam habet solus sacerdos hierarchicus ex Ordinatione, altera ad offerendam victimam iam immolatam, quam habet omnis baptizatus ex suo charactere quamque in Missa exercet una cum hierarchico sacerdote.

Ad rem ipse: "La función específica dei sacerdote no es sacrificar, sino ofrecer sacrificio. . . Este ofrecimiento sacrificial puede hacerse de dos maneras: Una, sacrificando la victima; otra, donando a Dios lo que se ha sacrificado precisamente en orden a esta donación."08

"Por lo dicho se ve cómo en los laicos se da lo que es esencial en el sacerdocio. Este es un estado que se caracteriza por un poder sagrado para ofrecer sacrificios a Dios. Así lo dice San Pablo *[Hebr. 5.* 1]. . . Ahora bien, el sacrificio se ofrece de maneras esencialmente diversas, aunque todas son maneras propias de ofrecer sacrificialmente, o todas son auténticos ofrecimientos sacrificiales metafóricos. La *Mediator Dei* recuerda dos modos de ofrecimiento sacrificial: uno, el ofrecimiento imolaticio que se hace al consagrar, y lo hace el sacerdote jerárquico o ministro; otro, el ofrecimiento de lo immolado por el ministro, y lo hacen el ministro y los fieles juntamente con él. Para hacer estos dos ofrecimientos sacrificiales, esencialmente diversos, se requieren dos poderes esencialmente diversos también, pero los dos sacerdotales, porque los dos son activos en orden al sacrificio. El primer poder es el que da el carácter del sacramento del orden; el secundo es el que da el carácter del sacramento del bautismo. Dos formas sacerdotales propias, auténticas, aunque diversas entre sí. Estamos en un caso de verdadera analogía propia. Y no en un caso de analogía metafórica."00

Attamen, haec explicatio ex una parte fundatur in discussa affirmatione de essentia sacrificii consistente formaliter in sola oblatione (potiusquam una simul in immolatione et oblatione), quae a multis theologis reicitur, et ex alia parte facile apparet plus aequo deprimere tum momentum ipsius consecrationis, nam etiam si sacrificium eucharisticum dicatur formaliter consistere in oblatione, haec tamen de facto ac materialiter identificatur cum consecratione, ita ut sacerdos, non aliter quam consecrando, primario ac essentialiter offerat (cf. infra, pp. 595, 600), tum essentialem distinctionem inter laicum et ministrum in linea sacerdotali, nam hic a laico differret non ut oblator, sed tantum ut consecrator, adeoque non ut sacerdos, cum de essentia sacrificii ac sacerdotii esset sola oblatio, nec ceteroquin ratio consecratoris, seu efficientis, sit specificativa rationis oblationis, utpote importans diversum, conceptum. Propterea maior pars praedictorum

W"El laicado y el poder cultual sacerdotal ¿Existe un sacerdocio laical?," *Revista española de teología* XIV (1954) 323.

**Ibid.* 309. Cf. "¿Fué sacerdotal la gracia fie Maria?" *Estudios moríanos* VII (Madrid 1948) 401; *El Cuerpo Místico de Cristo* (Madrid 1952) 698, 700.

defensorum laicalis sacerdotii praefert ab hac distinctione abstinere, et in ipsa oblativa consecratione, prout de facto ac concrete peragitur in Missa, persistere, ut inde explicent quomodo laici una cum sacerdote et offerant et consecrent.

Alii igitur conantur minuere sacrificale momentum ipsius sacerdotii hierarchici, veluti attenuando distantiam inter ipsum et populum, quod attinet praecipue ad eucharisticam celebrationem. In qua via *tres ascendentes gradus* deprehenduntur.

Primo, aliqui nonnisi generaliter ac moderate dicunt fideles *vere et proprie ofierre sacrificium, etsi mediate tantum,* per ipsum sacerdotem agentem pro omnibus, nomine omnium, in persona totius Ecclesiae, et offerentem communem bonum totius Ecclesiae, seu praecipue Corpus Christi, quod non ad ipsum solum ministrum sed ad omnes fideles aequaliter pertinet. Ita plures quorum nomina referre non vacat, quia vel tantum per transennam rem attingunt vel valde impraecise et ambigue loquuntur; generatim autem huc trahendi sunt quoquot non solum dicunt fideles *vere* offerre sed etiam *proprie* offerre, quatenus hoc ipsum adverbium intelligunt, in suo sensu exclusivo omnis metaphoricae, utut verae, acceptionis vocis oblationis. Signanter afferri possunt *Rea* et Palmer,* tum quia peculiariter de hac re inquisierunt, tum quia huiusmodi proprie dictam oblationem ita urgent ut eam dicant sive mediatam, relate ad rituale sacrificium qua tale, seu ad ipsum Corpus Christi quod immediate offert solus sacerdos, sive partialiter *immediatam,* relate nempe ad spirituale sacrificium quod ipsi fideles addunt rituali oblationi sacerdotis, quatenus hoc spirituale sacrificium ex una parte concurrit ad realizandam propriam ac spiritualem vim et significationem ipsius ritualis oblationis et ex alia parte in hac ipsa oblatione ipsum assumit ritualem ac liturgicam expressionem necnon rituale sigillum eucharisticae communionis.

Ad rem *PALMER,* qui, sequens conceptum expressum a De la Taille (cf. supra, p. 510 sq.), definit sacerdotium laicorum, sicut proprie dictum sacerdotium in genere, per relationem ad sacrificium eucharisticum, eamque solam: "Nevertheless, though mediate and dependent upon the priesthood of orders, the layman's priestly dignity and function are *real,*[2] and in him is verified *the proper concept of priesthood.* Throughout this paper we have purposely avoided defining the term priesthood. We felt that such a definition should be arrived at inductively rather than formulated as a starting point of discussion. In conformity, however, with what we have seen of the reality of the layman's dignity and function, we would suggest that the formal concept of priesthood should be wide enough to include all who actually share in the priesthood of Christ. Restricting ourselves,

[1] *The Common Priesthood of the members of the Mystical Body* (Washington 1947) 217-222.

[2] In hac et sequentibus citationibus itálicos typos nos ipsi addidimus.

then, to the concept of priesthood in the present economy, and stressing *its essential element, which is to offer sacrifice,* we would say that a priest is one who has been consecrated to God to offer the Eucharistic sacrifice. This definition will be verified principally of Christ, who is the Priest par excellence of our sacrifice; secondarily of the priest in orders, who, through the power of consecration alone makes possible that sacrifice; and thirdly of the lay priest, who, through the anointing of baptism and the profession of the Catholic faith, concurs, although mediately, in its external oblation."[3]

"While it is true that the laity are privileged at all times to offer a personal and subjective sacrifice of prayers, mortification and good works, there is a moment when *their personal oblation finds social expression in the sacrifice of the Mass* through the ministry of the priest. . . So essential to the very concept of sacrifice is this personal oblation of the one offering that the full efficacy of the Mass will depend in no small measure on the sincerity and devotion of the members of the whole Church, hierarchical as well as lay. . . Although the encyclical 'Mediator Dei' insists that the laity in no sense cooperates in positing the liturgical rite of the oblation, they do offer the Eucharistic sacrifice. This they do 'after their own fashion and in a twofold way.' Liturgically they offer only through the ministry of the priest; affectively they offer together with the priest and with Christ, the High Priest. Hence *their offering is at once mediate and immediate;* mediate in so far as the strictly liturgical rite of sacrifice is concerned, immediate in so far as the affective or mystical element of all sacrifice is concerned."[4]

Secundo, alii eandem veram ac propriam fidelium oblationem talibus urgent expressionibus ut videantur eam habere ut *immediatam,* quamvis peractam simul cum sacerdote. Huc trahendi essent quoquot dicunt fideles esse *concelebrantes* (ambigua quidem et inepta expressione, nam ex ipso usu theologico et ecclesiastico haec vox designat concelebrationem hierarchicorum ministrorum), vel *celebrantes* (peiori adhuc expressione, ob similem fortioremque rationem), vel *ministros* oblationis eucharisticae (pessima expressione, ut patet, ac ceteroquin rarissima apud modernos istos theologos; eam adhibuit Durst, mox citandus), nisi tamen aliunde constaret eos nonnisi emphatice et incaute loqui. Ad rem propinquius accedunt *Sauras* (supra cit., in p. 525), qui huiusmodi immediatam oblationem deducit ex sua peculiari distinctione inter consecrationem, quae est propria sacerdoti, et oblationem, quae sit communis sacerdoti et populo; *Durst,* qui, sequens partialiter viam indicatam a De la Taille (cf. supra, p. 510), definit characterem tam Baptismi quam Confirmationis, ac generaliter omnem characterem, ut potentiam activam ordinatam ad ministerialem oblationem cultus divini, et peculiariter Eucharistiae, atque fideles, non secus ac sacerdotem, appellat ministros Christi in sacrificio Missae; *Congar,* qui tales prementes sed multifarias adhibet expressiones ut videatur signare transitum, modo a praecedenti ad hanc opinionem, modo ab hac ad sequentem.

[3] **"The lay priesthood: real or metaphorical?," *Theological studies* VIII (1947) 612 sq.**
[4] **"Lay priesthood: towards a terminology," *Theological studies X* (1949) 241.**

DURST de charactere in genere scribit: "Si consideratur ordo causalitatis moralis, *omnes tres characteres sunt potentiae activae,* quatenus *per ministerialem oblationem* cultus Christi[6] movent Deum ad conferendam gratiam."[6] "Inter sacerdotium et potestatem, quam tribuunt characteres, adest . . . talis nexus, qualis intervenit inter causam principalem et instrumentalem seu ministerialem, quatenus characteres tribuunt potestatem ministerialiter offerendi cultum, quem Christus sacerdos ut causa principalis exhibuit et offert. . . Si . . . ordo causalitatis moralis consideratur, ratio cur potestas, quam tribuit character sacerdotalis, denominetur sacerdotium, est eadem ac in charactere baptismali, scii, oblatio ministerialis cultus Christi, quae a baptizato fit mediante Ecclesia [Non dicitur: mediante sacerdote], a sacerdote autem nomine Ecclesiae pro baptizato,"[7] "Ministerialis haec oblatio cultus Christi . . . maxime apparet in celebratione Ss. Eucharistiae. .. Christus cultum suum hoc modo sacrificali [quo celebratur in Eucharistia] non solus offert, sed eum Ecclesiae suae quasi in manus tradit, ut Ecclesia eum cum Christo, vel potius Christus cum Ecclesia tamquam pretium gratiae Divinitati offerat; *sacerdos et fideles igitur in sacrificio missae agunt ut ministri Christi,* qui cultum Christi ipsis traditum Deo offerunt."[8]

De charactere Baptismi: "Oblatio ministerialis cultus Christi, quae fit in usu sacramentorum Novi Testamenti et in sacrificio missae, peculiarem potestatem praesupponit, quae in baptismo per impressionem characteris baptismalis confertur. Hoc apparet ex eo, quod solus baptizatus reliqua sacramenta valide recipere potest, et primis temporibus Christianis solis baptizatis sacrificio eucharistico proprie dicto interesse licuit, cum catechumeni ante ipsum dimitterentur."[9] "Oblatio ministerialis cultus Christi, ad quam ordinatur character baptismalis, postulat cooperationem Ecclesiae. Nemo ipse sibi sacramenta administrare potest nec quilibet baptizatus species eucharisticas consecrare valet, sed ex divina institutione ad administranda sacramenta et ad conficiendam Ss. Eucharistiam *alius homo cooperari debet,* qui peculiari potestate ad hoc requisita instructus est."[10] "Essentia metaphysica characteris baptismalis consistit in potestate valide recipiendi sacramenta Novi Testamenti et legitime assistendi sacrificio eucharistico; essentia metaphysica characteris sacerdotalis consistit in potestate valide conficiendi Ss. Eucharistiam et administrandi sacramenta Novae Legis. . . Potestas valide recipiendi sacramenta et legitime assistendi sacrificio eucharistico, quam tribuit character baptismalis, coincidit cum potestate *in usu sacramentorum et in sacrificio missae ministerialiter offerendi coopérante Ecclesia cultum ab ipso Christo exhibitum;* et potestas Ss. Eucharistiam conficiendi et sacramenta administrandi, quam confert character sacerdotalis, coincidit cum potestate in sacrificio missae et in usu sacramentorum nomine Ecclesiae cooperandi in oblatione ministeriali cultus Christi. Character baptismalis et sacerdotalis conveniunt ergo in potestate ministerialiter offerendi cultum Christi; baptizatus eum offert coopérante Ecclesia, ut ipse gratiam acquirat; sacerdos eum offert nomine Ecclesiae, ut baptizato gratiam applicet."[11]

De charactere Confirmationis: "Per characterem baptismalem confertur potestas ministerialiter offerendi cultum Christi cum hoc tantum effectu, ut homo illas dumtaxat gratias accipiat, quibus indiget uti homo privatus, per characterem confirmationis vero haec potestas extenditur ad accipiendas illas gratias, quae requiruntur ad vitam publicam sive socialem."[12]

CONGAR: "Quand on lit les textes anciens ... les fidèles y apparaissent comme

[1]Ministerialem oblationem cultus Christi hic doctor intelligit includi in usu omnium sacramentorum, quamvis non signate et sub forma sacrificii, ut in Eucharistia, sed exercite; ipsam susceptionem sacramentorum habet ut ministerialem oblationem.

[6]"De characteribus sacramentalibus," *Xenia thomistica* (Romae 1952) II 578.

[7]*Ibid.* 570. [8]*Ibid.* 565. [11]*Ibid.* 568 sq.

[9]*Ibid.* 564. [10]*Ibid.* 567. [12]*Ibid.* 573.

de véritables *célébfants* du zmystère. Pas plus alors qu'aujourd'hui on ne leur attribue le pouvoir de consacrer les saints dons; mais on semble bien penser que *cette consécration ne peut se faire que dans le sein de leur unité dans la foi et dans la prière.* La théologie moderne des sacrements ne s'intéresse plus guère qu'aux conditions canoniques de la validité, et insuffisamment au sens intérieur des choses; elle précise très bien le minimum de gestes, de paroles, de matière et d'intention à partir duquel la célébration est valide, mais elle ne s'occupe guère du sens ecclésial et religieux des choses. . . C'est tout le contenu du sacerdoce royal d'offrande personnelle de la vie qui s'achève . . . dans la participation au sacrement que célèbre le sacerdoce hiérarchique et dont la consécration baptismale constitue les fidèles légitimes *concélébrants."*[13]

"Ce culte est le culte du Christ dans et par l'Eglise; il est donc ecclésial, c'est-à-dire aussi bien, social et communautaire dans sa structure même. *Tout le corps en est le célébrant* avec le Christ son chef — et c'est pourquoi ceux qui, dans le corps, en sont spécialement les ministres, sont appelés ministres, non seulement du Christ, mais de l'Eglise. . . Nous avons là, liés aux consécrations du baptême (et de la confirmation) d'une part, de l'ordre d'autre part, *deux degrés dans la qualification sacerdotale* par laquelle le corps communionel du Christ — qui est aussi son temple — célèbre sur la terre avec son chef le culte de la Nouvelle alliance. *L'ordre n'est, dans la qualité sacerdotale ou la puissance cultuelle chrétienne, que le degré éminent* grâce auquel quelques-uns sont, dans le corps, ministres, pour les autres, de PUnus sacerdos.' "[14]

"Du culte de la communauté ecclésiale, tous les fidèles sont les *célébrants,* mais le prêtre hiérarchique est *le ministre normal.* Non plus, au sens fort ou étroit du mot, ministre du Christ, mais ministre de l'Eglise."[15]

"Le prêtre hiérarchique, sans cesser d'être ce qu'il est, met en oeuvre simplement une qualité de délégué et président d'une communauté. Il pourrait, en somme, n'être que cela. Il est cependant autre chose et il est cela autrement que par une délégation de la communauté. . . Même en ces fonctions 'laïques,' il est ministre institué et hiérarchique; théologiquement et canoniquement, ü n'est pas le délégué de l'Eglise-communauté des fidèles, mais celui de l'Eglise-personne morale d'ordination divine."[16]

"Dans la perspective des auteurs de cette époque, il ne s'agit pas d'affirmer seulement — ce qui est le point de vue communément tenu aujourd'hui — que les fidèles s'unissent spirituellemnt à une action liturgique accomplie par les seuls prêtres hiérarchiques en vertu d'un pouvoir sacerdotal propre et personnel, mais aussi que *les fidèles contribuent,* par leur foi et leur prières, *à la célébration effective et efficace* de cette action liturgique: car, *en toute vérité, celle-ci n'est pas l'oeuvre des prêtres,* mais de l'Eglise entière, dans l'unité de «laquelle seulement *sont valables les pouvoirs de leur ministère."*[17]

"Dans la perspective de l'ecclésiologie ancienne qui, comme le note le P. Tromp, considère ici l'Eglise comme unité ou communion des fidèles, et qui voit *la validité même des sacrements comme conditionnée par cette unité ou cette communion,* le consentement actif du peuple chrétien s'exprimant en prières, en voeux, en acclamations, est *un élément indispensable de la célébration.* Depuis, il a fallu préciser, contre diverses erreurs, que la ratification des fidèles n'est pas nécessaire à la stricte validité du sacrement: à la structure, dirions-nous dans nos catégories. Mais les théologiens ou les papes qui ont le plus fortement affirmé, contre ces

""Structure du sacerdoce chrétien," *La Maison-Dieu* XXVII (1951) 83, 85.
***uOp. cit.* (supra, in p. 514) 187.**
***u Ibid.* 272.**
***"Ibid.* 273.**
***" Ibid.* 280 sq.**

erreurs, les conditions de la structure, ont expressément 'gardé le thème du consentement: ainsi S. Bellarmin et l'encyclique *Mediator Dei,* qui le cite."[18]

"Les fidèles s'offrent eux-mêmes, accomplissant une immolation spirituelle (morale) dont ils sont eux-mêmes les prêtres mais qui intéresse la messe à la fois comme son contenu et comme sont fruit. . . Ainsi notre sacerdoce spirituel-réel, par lequel nous nous offrons nous-mêmes en hosties spirituelles, se conjoint-il à notre sacerdoce baptismal, par lequel nous offrons liturgiquement le sacrifice de Jésus-Christ. Il se fait une sorte d'osmose de l'un à l'autre, de présence de l'un dans l'autre puisque, membres de l'assemblée liturgique, nous nous y offrons avec le Christ, achevant l'acte de notre sacerdoce spirituel intérieur dans celui de notre sacerdoce baptismal, et qu'ensuite nous donnons, dans notre vie, toute sa réalité à notre messe, achevant ainsi l'acte de notre sacerdoce baptismal dans celui, coextensif à notre extistence, de notre sacerdoce spirituel intérieur. La communion scelle le tout. . . Il est évident que si les fidèles participent à l'oblation eucharistique comme on l'a dit - - - , l'acte dernier de leur participation sera de s'unir, jusqu'à ne former avec elle qu'un seul corps, à la Victime en laquelle toutes les autres offrandes sont sanctifiées et agréées. Si on offre vraiment le sacrifice, on doit aussi y participer."[19]

Tertio, quidam, ad extremam lineam procedentes in hac diminutione sacrificalis momenti hierarchici sacerdotii eiusque distantiae a fidelium sacerdotio in eucharistica praesertim celebratione, dixerunt *utrumque sacerdotium substantialiter coalescere in unicum Ecclesiae sacerdotium,* cuius subiectum est ipsa Ecclesia et cuius exercitium fit organice a tota communitate, *ita ut hierarchicus minister agat ut merum illius organum nec ullam habeat peculiarem ac sacerdotalem prae aliis fidelibus dignitatem* (cum sit merum eorum organum), adeoque eucharistica consecratio atque oblatio ab eo exercita non sit functio stricte sacerdotalis sed tantum necessaria quaedam conditio ut tale sacrificium a populo offerri possit, eiusque validitas pendeat a populi concursu, quo sensu fideles tam vere, proprie ac immediate offerant eucharisticum sacrificium quam ipse sacerdos.

Hanc sententiam, a pluribus iam theologis ut suspectam insimulatam ac subinde in ipsa encyclica "Mediator Dei" reprobativa nota indigitatam (cf. infra, p. 596 sq.), uno vel alio modo formularunt plures fautores sic dicti motus liturgici, praecipue in Germania, sequentes viam iam circa initium saeculi elapsi apertam a *Moehler* (cf. supra, p. 508 sq.), uti *P. Parsch,*[20] qui missam privatam reprobat, tanquam deviationem a primitiva forma cultus liturgici et derelictionem essenti-

[18] *Ibid.* 289 sq.

[19] *Ibid.* 293 sq. Haec omnia Congar fusius explicat in pp. 276-307, quibus completur eius doctrina de participatione fidelium in cultu Ecclesiae, seu de eorum rituali sacerdotio. Totam suam doctrinam de sacerdotio fidelium exponit in capite 4 eiusdem operis, et quidem primo de sacerdotio generice spectato (pp. 159-246), de sacerdotio interiori sive morali (pp. 246-269), de sacerdotio rituali, sive generaliter (pp. 269-276) sive peculiariter in relatione ad Eucharistiam (pp. 276-307). Syntheticam huius materiae expositionem praeformaverat in *art. cit.* (supra, in p. 529) 73-85.

[20] *Messerklarung im Geiste der litwgischen Erneurung* (Klostemeuburg 1935) 51; *Volksliturgie* (Klostemeuburg 1940) 216.

alis principii liturgiae, quod est ipsa activa fidelium participatio; *J. A. Jungmann*[21] qui, insistens in hoc quod titulus sacerdotis primitus soli Christo attributus fuerit, subinde (1 *Petr,* 2. 9) toti communitati fidelium, nec nisi multo serius ipsis officialibus Ecclesiae ministris, docet ipsam fidelium communitatem esse primo ac proprie societatem sacerdotalem, eamque suum cultum exercere sub ductu officialium ministrorum; *E. Walter,*[22] qui docet Christi mandatum "Hoc facite in meam commemorationem" primo ac essentialiter directum esse ad totam Ecclesiam nec nisi consequenter ac veluti in actu secundo respicere hierarchicos ministros eorumque functiones; separationem ac independentiam huiusmodi functionum nonnisi serius ac pedetemptim factam esse, cum liturgia, quae olim erat opus populi, degeneravit in quandam rigidam ac frigidam formulam; *K. Borgmann*[23] quem Groeber, archiepiscopus Friburgi i.Br., in suo "Memorandum" a. 1942 de periculo hodierni motus liturgici (cf. infra), nominatim designat, tanquam principalem expositorem praefatarum idearum de fidelium sacerdotio; et in Gallia *Long-Hasselmans?** qui docet proprium ac totum Ecclesiae sacerdotium conferri aequaliter omnibus fidelibus in ipso Baptismo, adeoque sacerdotem hierarchicum, qua talem, non esse proprie sacerdotem vi suae Ordinationis nec habere peculiarem et ab aliis distinctam sacerdotalem potestatem sed proprie esse presbyterum seu officiale organum, per quod ipsi fideles, seu sacerdotale corpus Ecclesiae, exercent suum sacerdotium.

GROEBER, archiepiscopus Friburgi in Br., in praefato "Memorandum," exaggerationes et periculum sic dicti motus liturgici in Germania sic exponit: "Les 'liturgistes' travaillent maintenant les masses populaires. On les nomme ironiquement des hommes mus liturgiquement (qui n'obéissent qu'au démon liturgique, *die liturgische Bewegten).* Us considèrent ceux qui ne marchent pas avec eux comme des hommes d'hier, comme d''étemels retardataires *(ewig Gestrigen).* Borgmann, à la page 153 de son livre *Volkslîturgie und Seelsorge,* ne va-t-il pas jusqu'à dire: 'Les partisans rigoureux du fixisme liturgique sont un véritable danger. Ce sont des hommes qui n'ont ni assez de savoir, ni assez d'amour pour sentir eux-mêmes les choses et pour se laisser guider dans les nouveaux sentiers du renouveau liturgique. . . .Nous avons pu lire dans le livre de Cari Borgmann que c'est la réunion des fidèles sous la conduite des ministres du culte qui représente la véritable structure, la structure interne, de l'assemblée cultuelle. Borgmann dit encore que la communauté des fidèles est une communauté

" "Christus-Gemeinde-Priester," *Volkslîturgie und Seelsorge* (ed. K. Borgmann, Kolmar [1942]) 25-30.

""Weihe und Laienpriestertum. Das eine Priestertum der Kirche," *ibid.* 31-46.

"(Editor) *Volkslîturgie und Seelsorge,* Kolmar [1942]; *Gottes Lob und der Liebe Zeugnis,* Kolmar 1943.

'""Un essai de théologie sur le sacerdoce catholique," *Revue des sciences religieuses XXV* (1951) 270-287. Hanc elucubrationem, in notis manuscriptis a defuncto auctore relictam, edidit Congar, eam adnotationibus exornans et, quod attinet ad praesentem quaestionem, crisi subiciens *(ibid.* 291-295; cf. etiam *op. cit.* [supra, in p. 514] 222-224; item "Structure du sacerdoce chrétien," *La Maison-Dieu* XXVII [Paris 1951] 75 sq.).

sacerdotale. Dans cette conception, c'est la paroisse (et non plus le seul clergé) qui devient l'élément essentiel du culte, comme chez les protestants. On va ensuite jusqu'à considérer la participation de la paroisse à la messe comme un acte sacerdotal et, en contradiction avec le Concile de Trente (D.B. 955), comme nécessaire à l'accomplissement plénier du Saint Sacrifice. . . On dit encore, malgré la définition du même Concile et les condamnations portées au synode de Pistoie (D.B. 1528), que la messe privée doit être considérée comme une déviation et qu'elle ne pourra plus bien longtemps se maintenir. . . Quelques extrémistes exigent que le peuple ne soit pas seulement représenté par le prêtre, mais qu'il ratifie juridiquement le sacrifice par son *Amen,* disant que *YAmen* au cours de la messe est une sainte prérogative des fidèles ayant un pouvoir semblable aux paroles du prêtre. . . On oublie que les prêtres ne détiennent leur pouvoir d'ordre ni d'une paroisse déterminée (D.B. 960) ni même de l'Eglise, mais directement de Jésus-Christ, qui se sert pour leur communiquer ce pouvoir du ministère de son Eglise. . . Nous devons craindre que de telles doctrines aboutissent aux erreurs des réformateurs et des gallicans, on ira, si cela continue, à ne plus reconnaître que le seul sacerdoce universel en rejetant tout le sacerdoce sacramentel et toute la hiérarchie."[26]

LONG-HASSELMANS: "[Les prêtres] ne sont pas des médiateurs proprement dits: un seul est médiateur de Dieu et des hommes. Le peuple, que ce médiateur unique s'est acquis, ne fait qu'un avec lui et n'a pas besoin d'intermédiaire pour accéder au Père. Ce ne sont pas des Christs à un titre spécial . . . *ni ils ne sont configurés plus exactement au Christ, puisque l'ordre n'ajoute rien au sacerdoce intérieur du baptisé,* . . [Ils sont] les délégués de la communauté chrétienne, ses mandataires. . . Us sont distingués de la multitude (in fieri) et ils en sont distincts (in facto esse) en tant que ses délégués. Mais c'est trop peu dire, car une délégation quelconque ne crée pas une aptitude fonctionnelle; elle peut, par conséquent, être révoquée sans laisser de traces: ces traits ne correspondent pas à la nature de l'Eglise et de sa hiérarchie. Les *ministres du sacerdoce* sont plus que des délégués, parce que l'Eglise est plus qu'une société ordinaire: ils sont les *organes* du Corps mystique. Le sacrement que l'imposition des mains leur confère les habilite, les adapte vitalement à leur rôle, de telle sorte qu'ils peuvent seuls le remplir et qu'ils seront toujours faits pour le remplir, de même que l'oeil est fait pour voir et qu'il est à jamais fait pour voir, la bouche pour parler, et ainsi de tout organe. ..

"Résumons les *différences entre sacerdos et prebyter:* Le *sacerdos* est nécessaire comme un médiateur entre les hommes et Dieu; le *presbyter* sert d'organe à des êtres qui sont eux-mêmes en rapport direct avec Dieu par le fait de leur incorporation au Fils. Le *sacerdos* est nécessaire en raison du caractère profane des offrants. Puisque les offrants chrétiens ne sont pas profanes, ils n'ont besoin du *presbyter* qu'en raison du caractère social de l'acte qu'ils accomplissent. En d'autres termes, le peuple chrétien n'est pas 'profane.' il est sacerdotal par son union au Christ, *il n'a donc pas besoin de sacerdos-médiateur, mais seulement de presbyter-organe,..*

"Les laïques.
"a) Leur sacerdoce ordinaire.
"Il consiste à s'offrir intérieurement au Seigneur. Elaborer ainsi le contenu

[26]Cit. iuxta gallicam versionem in *La Maison-Dieu* VII (Paris 1946) 97, 100 sq. Huic tamen "Mémorandum" satisfacere renuit Cardinalis **Innitzer,** arch. Vindobonensis, in sua responsione a. 1943, aiens inter alia: "On devra dire qu'en beaucoup des mouvements considérés (par Votre Excellence) avec inquiétude se trouvent, en tout cas, attaquées des requêtes qui reçoivent intérêt et faveur de la plus haute autorité ecclésiastique. La proclamation de l'Action catholique par Pie XI par exemple, se référa à l'importance et aux devoirs du sacerdoce royal général dans la participation des laïcs à l'apostolat hiérarchique du sacerdoce fonctionnel" *(ibid.* 112).

spirituel du sacrifice liturgique. . . Opposer [aux textes de la Tradition] . . . qu'ils ne concernent qu'un sacrifice spirituel, et non le sacrifice rituel, reviendrait à méconnaître l'essence du culte chrétien. Il n'y a donc dans l'Eglise qu'un seul sacrifice, fait des innombrables oblations intérieures des fidèles conjointes par la foi vive à celle du Christ et exprimées sensiblement par le rite eucharistique. La messe, d'une part, est la mise en forme, la présentation liturgique des dons spirituels du peuple chrétien, et ses dons, d'autre part, tendent tout entiers à se mêler au sacrifice du Christ. . . Les fidèles se donnent à Dieu par toutes sortes de prières et d'efforts vertueux; les ministres mettent ces actes moraux individuels en forme sociale et sacramentelle, enfin le Pontife étemel les incorpore à son propre sacrifice [céleste]. . . Que resterait-il de cette doctrine, moelle de la piété chrétienne, si l'on dissociait, pour les mettre sur des plans différents, le sacrifice spirituel et son expression liturgique, *le sacerdoce des chrétiens et le ministère des prêtres?*

"Pouvoirs des laïques par rapport au ministère sacerdotal. Aucun pouvoir individuel. Les laïques ne peuvent exercer extérieurement leur sacerdoce que collectivement: par l'organe des ministres. Mais c'est un exercise réel. Et d'abord, ces ministres sont choisis par l'Ecclesia. *Tous les chrétiens exercent leur sacerdoce en le déléguant à certains:* l'ordination est un acte de souveraineté de l'assemblée chrétienne. . . Participation au sacrifice. Les laïques s'associent activement à l'oblation eucharistique en qualité de membres du corps sacerdotal. . . La terminologie: sacerdoce sacramentel (des *presbyteri)* et mystique (des *christiani)* est fallacieuse. Car *le sacerdoce des christiani est aussi sacramentel que celui des presbyteri; c'est le même, que confère le baptême. Le sacrement propre aux presbyteri -n'est pas le sacrement du 'sacerdoce' {l'Eglise n'a jamais parlé ni pensé ainsi), mais le sacrement de l'ordre.* Ce sacrement ne donne pas la dignité sacerdotale, qui se confond avec le titre de 'christianus,' mais elle donne le 'ministerium' (dans le sens large du mot, c'est-à-dire la fonction publique, et non dans le sens restreint qui se contre-distingue du 'magisterium' et de rimperium'). *Le caractère du presbytérat n'est pas éternel.* 'Sacerdos in aetemum' ne s'applique qu'à Jésus-Christ. Dans l'éternité l'Eglise n'a plus besoin d'organes de son sacerdoce, puisqu'elle n'a plus à poser d'actes nouveaux: elle est toute entière glorifiée et jointe au Christ, prêtre glorieux.

"b) Leur ministère sacerdotal extraordinaire.

"Exceptionnellement, en l'absence de tout ministre de l'Eglise, un laïque peut représenter l'Eglise et faire certains actes de ministère sacerdotal (analogie avec les 'commissions municipales,' les 'faisant fonction de' des pays envahis et d'autres). Il y a des cas d'urgence où, aucun organe officiel ('ex officio') de l'Eglise n'étant présent, puisque ses membres sont là, l'Eglise n'est pas absente, et sa *charité* délègue pour le cas en question un de ses membres. Une telle délégation, peu compréhensible *si le sacerdoce véritable est conféré aux individus,* ne fait aucune difficulté s'il est établit que le sacerdoce est le bien de l'Eglise et que *l'Eglise, conjointe au Christ, est l'agent principal de toute action sacramentelle.* Quiconque est de l'Eglise a dès lors une capacité obédientielle, plus encore, une aptitude radicale à devenir, au gré de l'Eglise, dans un cas déterminé, son organe de suppléance, les biologues diraient le 'réseau admirable' par où passe le courant vital, à défaut du canal ordinaire."[26]

Huic generali opinioni de laicali sacerdotio, prout saltem docet aut implicat proprie dictum aliquod sacerdotium (utut analogicum) ac praefato triplici modo conatur supprimere essentialem distinctionem inter sacerdotium fidelium et sacerdotium hierarchicum, MATURE

[26] *Art. dt.* (supra, in p. 531) 276 sq., 284-286.

OBSTITERUNT ALII THEOLOGI, illud revocantes ad sacerdotium spirituale sive internum, ac consequenter metaphoricum, cui tamen quidam, iuxta principia S. Thomae de sacerdotali indole characteris baptismalis, addiderunt aliquod elementum sacerdotii externi ac rituali, utut diminuti ac improprie dicti.

Difficile est hos omnes theologos in unum colligere ac determinate indigitare, cum nonnisi pauci hanc quaestionem directe et in sua totalitate aggrediantur et quidam minus clare loquantur. Praecipue huc revocandi sunt sequentes doctores. Loquax imprimis existimanda est ipsa agendi ratio systematicorum theologorum qui, in scholasticis ac didacticis suis operibus et manualibus, de hoc sacerdotio vel prorsus silent, supponentes ipsum non habere peculiare theologicum momentum sed reduci ad internum ac metaphoricum sacerdotium, vel, eo breviter commemorato, explicite illud metaphorice explicant (cf. *Diekamp, Lennerz,* et *Solâ,* qui eo modo adhuc loquuntur quo antea alii, ut Pesch et Otten, scribebant). Praeterea, huc ferendi sunt quotquot in quaestionibus de Mariologia opponuntur novae opinioni de sacerdotio B. Virginis, atque hoc metaphorice sive spiritualiter explicant, nam eodem modo (apte vel inepte, nunc non refert) hoc sacerdotium a disputantibus theologis iudicari solet, quo universale ipsum fidelium sacerdotium; tales sunt inter alios: *Hugon, Bernard, Garrigou-Lagrange, Gorrino, G. Alastruey, N. Garcia Garcés.*[21] Pariter huc pertinent quotquot negant, vel potius signate attenuant, activam cooblationem fidelium in sacrificio Missae, quique proinde a quibusdam patronis contrariae sententiae, minimistae vocantur; ita praecipue *B. Botte,*[22] *B. Capelle, J. Van der Meersch, G. De Broglie, G. Rambaldi.* Praeterea, huc veniunt *D. Zdhringer, J. Brinktrine, L. Cerfaux, Groeber* (episcopus Friburgi in Br.), *J. Froger, A. Alonso-Lobo, N. C. Persich,* et peculiariter *G, D. Smith, L. Audet, A. Caron, L. Pelland* et *B. Monsegù,* qui de fidelium sacerdotio magis directam theologicam inquisitionem instituerunt.

L. CERFAUX, resumens sensum formulae "Regale sacerdotium" in Scriptura et antiqua Traditione, scribit: "Dom Botte, fort justement, note qu'il s'agit en tous ces textes [de la Tradition] d'explications littéraires. Aucun rituel ancien de baptême ne permet de songer à une véritable ordination. Le pouvoir sacerdotal des fidèles est toujours expliqué métaphoriquement, jamais non plus il n'est mis en rapport avec la célébration de l'eucharistie. Tout cela est parfaitement cohérent si l'on songe que *icpdrevita* a toujours évoqué le culte spirituel. La formule 'regale sacerdotium/ dès le début, avait saveur de métaphore. Elle attribue en effet à tout un peuple des privilèges qui sont naturellement l'apanage d'une seule classe ou d'une caste. Le culte où tout un peuple officierait à titre

" Hi duo postremi doctores (in operibus supra cit., pp. 446, 449), et praecipue alter, signate loquuntur etiam de fidelium sacerdotio ipsumque metaphorice sive spiritualiter interpretantur.

"Huius aliorumque opera retulimus supra, in pp. 446-453.

vraiment sacerdotal[29] ne pourrait être un culte *sacrificiel au sens propre,* car au sacrifice proprement dit répond un sacerdoce ministériel. La formule était donc, de sa nature même, destinée à s'amalgamer aux thèmes de la spiritualisation du culte...

"Toute l'énergie dynamique de l'expression aboutissait au culte spirituel; ses destinées l'avaient écartée du sacrifice proprement dit et du sacerdoce ministériel; il était dans la nature des choses que le développement du culte eucharistique, de même que celui du sacerdoce ministériel, se fissent sans son concours. . . *Pourrait-on pronostiquer l'avenir de la formule?* Elle mérite d'être remise à l'honneur, mais *elle devra rester dans la ligne de la tradition.* Pour la continuité de son histoire, *elle ne doit pas exprimer directement et premièrement la participation des fidèles au culte eucharistique.* Certes, il importe de rappeler à ceux-ci qu'ils ont part active à l'oblation de la messe, qui est le centre de toute liturgie, culte et religion. On peut le faire autrement qu'en invocant l'idée du sacerdoce universel. Un autre champ, très vaste, reste pour enseigner aux fidèles qu'ils sont rois et prêtres. Lorsqu'il s'agira de leur donner le sens de leur dignité de chrétiens, de l'honneur de leur baptême, de leurs obligations et du 'service' religieux auxquels ils sont appelés, notre formule sera merveilleusement à sa place et, en troupeau serré, des développements parénétiques accourront de tous les horizons de la tradition. Si l'on veut intégrer la formule dans un ensemble liturgique, pourquoi ne pas reprendre celui de la grande liturgie céleste de l'Apocalypse? L'eucharistie occupera toujours le foyer de la liturgie comme du 'service' chrétien, mais, dans ces perspectives élargies, le 'regale sacerdotium' ne sera pas ombragé par le sacerdoce ministériel et ne lui portera lui-même jamais ombrage."[30]

GROEBER citavimus supra, in pp. 531 sq.

L. AUDET fidelium sacerdotium considérât etiam secundum elementum extrinsecum ac rituale, seu ut sacerdotalem potentiam characteris baptismalis et chrismalis ordinatam ad aliquos actus cultus, incluso sacrificio Missae, ita tamen ut sit sacerdotium non fórmale et proprie dictum, sed late dictum, initiale, inchoativum, dependens.

"[Selon S. Thomas] les trois caractères sont autant de *participations réelles* au sacerdoce du Christ. . . Seul le prêtre revêtu du caractère sacerdotal a le pouvoir de consacrer et de poser l'acte même d'oblation, seul il participe *formellement* au sacerdoce de Jésus-Christ. Les fidèles toutefois ne restent pas étrangers au culte instauré par le Sauveur et ils y sont, eux aussi, d'une certaine façon députés. . . Par les caractères du Baptême et de la Confirmation, les fidèles reçoivent . . . un *pouvoir diminué* qui les ordonne au culte et leur confère une *participation atténuée* du sacerdoce de Notre-Seigneur Jésus-Christ. Cet enseignement, d'ailleurs si élevé, et qui éclairait singulièrement le réalisme de certaines expressions employées par les écrivains ecclésiastiques en parlant du sacerdoce des baptisés, n'est pas une limite et il appelait vraisemblablement d'ultérieures élaborations. . . [Sed ratione haeresis Protestantium, negantis hierarchicum sacerdotium, theologi coacti sunt sacerdotium fidelium in umbra seponere, donec recentior motus liturgicus illud in arenam induxit, ita ut non amplius consideretur mere metaphorice et praefata doctrina S. Thomae novam actualitatem acquisierit.]

"Le sacerdoce dont nous allons parler est un *sacerdoce au sens large, initial, inchoatif, dépendant du sacerdoce ministériel.* . .

"Le caractère baptismal est avant tout une puissance passive. . . Mais il n'est pas seulement cela. Il est plus qu'une participation passive à la puissance du Christ, il comporte, semble-t-il, un aspect actif. . . [Il] est donc aussi, d'une

"In hoc et sequentibus textibus itálicos typos nos apposuîmus.

""**Regale sacerdotium,"** *Revue des sciences philosophiques et théologiques* **XXVIII (1939) 37-39.**

certaine manière, une *puissance active ordonnée au culte et à Paction centrale de Punité ecclésiastique, Poffrande eucharistique.* Il permet au chrétien de participer au saint sacrifice de la Messe et à la divine liturgie de l'Eglise. . . Le rôle du baptisé dans cette oblation extérieure [de la Messe], qui traduit toujours un hommage collectif, est évidemment secondaire et dépendant; *son intervention est indirecte et médiate.* Ce n'est pas lui qui pose l'acte extérieur d'oblation. Il s'unit à un acte que le prêtre pose en son nom. *Le fidèle n'est donc pas prêtre au sens propre et rigoureux du mot.* Le prêtre est essentiellement ordonné à la consécration du pain et du vin, il offre immédiatement le sacrifice, il pose l'action sacrificielle; le fidèle ne fait que participer médiatement à cette action et cela n'est pas suffisant pour en faire un prêtre. . . Le caractère baptismal est assurément une participation à la consécration et à la puissance sacerdotales du Christ. La puissance qu'il confère n'est pas une puissance proprement sacerdotale; elle est une puissance diminuée, inadéquate du Christ-Prêtre, et elle ne s'exerce qu'en dépendance de son représentant et ministre attitré ici-bas. Elle est quand même ordonnée au culte divin, elle permet de recevoir les sacrements de la loi nouvelle, bien plus, elle donne de coopérer activement à la célébration des saints mystères et d'offrir avec le prêtre la divine victime. A ce titre, elle est une participation initiale au sacerdoce de Notre-Seigneur Jésus-Christ.

"Le caractère de la Confirmation est à sa manière, lui aussi, une configuration au Christ, en même temps qu'une participation à son auguste prêtrise; participation plus large et plus profonde que celle obtenue déjà par le caractère baptismal . . . Il est une consécration et une puissance passivo-active, nous faisant participer plus encore que le caractère baptismal à la consécration et à la puissance sacerdotales du Christ-Prêtre. En tant que passif, il perfectionne le baptisé, comme membre privé du Christ, en ce qui concerne la réception des sacrements et les choses qui ont trait à son salut personnel; principalement actif, il habilite le chrétien à faire partie de la milice sacerdotale du Christ-Prêtre, à défendre et à protéger officiellement le culte et l'exercice du sacerdoce catholique. Ayant un aspect à la fois personnel et social, le caractère chrismal tient le milieu entre le caractère baptismal et le caractère sacerdotal. . .

"Le caractère sacramentel est donc bien une triple et *réelle* participation à la consécration et à la puissance sacerdotales de notre divin Sauveur, participation plus ou moins large, plus ou moins profonde selon le rôle et la finalité de chaque caractère. Seul le caractère sacerdotal constitue le sacerdoce ministériel et hiérarchique, sacerdoce au sens propre. C'est ce caractère qui configure davantage au Christ-Prêtre. Le caractère baptismal et le caractère chrismal forment le sacerdoce du peuple chrétien, *sacerdoce improprement dit et au sens large.* Le Baptême nous fait membres du Christ et de l'Eglise; la Confirmation vient parfaire l'oeuvre commencée et la couronner. L'acte de ces trois caractères continue véritablement ici-bas et prolonge l'action même du souverain Prêtre."[31]

A. CARON ait fidelium sacerdotium esse sacerdotium non univoce, neque analogice proprie, sed metaphorice, seu sive analogia attributionis, ratione referentiae characteris baptismalis ad sacerdotium Christi, sive analogia proportionalitatis impropriae, ratione coniunctionis interioris sacrificii cum rituali sacrificio Missae, seu ob similitudinem inter fidelem interius offerentem et sacerdotem exterius offerentem idem eucharisticum sacrificium.

"Le sacerdoce, au *sens propre et formel* du mot, implique . . . trois conditions: 1° un office de médiation entre Dieu et le peuple; 2° une fondation de pouvoir qui fasse du prêtre un délégué authentique de Dieu et du peuple. . . 3° le pouvoir d'offrir le sacrifice qui est l'acte parfait du culte. Là où ces conditions

[31] "Notre participation au sacerdoce du Christ: étude sur le caractère sacramentel. Chap. 5: Le sacerdoce des fidèles et les caractères du Baptême et de la Confirmation," *Laval théologique et philosophique* I (1945) 117 sq., 119, 121, 124, 125, 127 sq., 130.

se trouvent réalisées, et là seulement, il y a un prêtre au *sens plénier et univoque du terme.* Dans l'Eglise, celui qui est médiateur entre Dieu et le peuple, celui qui agit au nom du peuple et qui est député à cet effet, celui qui donne au peuple les choses divines et qui offre le sacrifice de la nouvelle alliance ou le Corps du Christ, c'est le ministre consacré par le caractère du sacrement de l'ordre. Le prêtre consacré, et lui seul, est muni du pouvoir spirituel pour agir au nom du peuple avec mandat. Tous les autres sacerdoces, qui ne remplissent point pleinement ces conditions ne sont point un sacerdoce au sens rigoureux du mot. Ils peuvent être *un sacerdoce diminué, un sacerdoce métaphorique, un sacerdoce analogique,* mais pas davantage, semble-t-il. ..

"Ni le baptisé ni le confirmé ne sont à proprement parler médiateurs entre Dieu et le peuple, portant à Dieu les hommages des hommes et communiquant aux hommes les dons de Dieu. Ni le baptisé ni le confirmé n'ont reçu de députation pour agir au nom de toute la communauté. Ni le baptisé ni le confirmé n'ont le pouvoir de consacrer le corps du Christ, ce qui est le rôle propre du prêtre affirme le Docteur angélique: 'Sacerdotes ad hoc consecrantur ut sacramentum corporis Christi conficiant' [3 p., q. 83, a. 4, ad 3J. Il ne sont donc point prêtres comme le ministre ordonné. . . Toutefois, si ces caractères ne permettent d'attribuer aux fidèles les termes relatifs au sacerdoce dans le sens rigoureux des mots, iis ne s'opposent pas à ce qu'on le fasse dans un *sens dérivé et analogique. En* effet, par le caractère baptismal, le croyant est marqué du signe du Christ-Prêtre de sorte qu'il peut être reconnu comme agrégé à son culte; par le caractère de la confirmation le baptisé est constitué, avec un pouvoir à cet effet, comme le représentant officiel du Christ-Prêtre pour défendre la foi chrétienne. Il y a là, pensons nous, et dans les deux cas, fondement à une *analogie d'attribution.* Il y a un rapprochement entre le Christ-Prêtre et le baptisé ou le confirmé. Car le signé, 'signatus,' rappelle infailliblement celui dont il porte le signe et il a droit à son nom en quelque manière; le représentant authentique rappelle également celui dont il a reçu une mission et avec lequel il s'identifie en quelque sorte. Ne dit-on pas soldat impérial, ambassadeur royal, nonce pontifical? Ce rapprochement repose sur la relation de signification, c'est-à-dire sur un lien causal extrinsèque, ce qui est le propre de l'analogie d'attribution. ..

"La participation du fidèle dans le sacrifice, sa part active n'est pas une activité communautaire, mais une activité qui s'arrête à sa propre personne. Comme membre de la communauté, il peut ratifier l'acte sacerdotal du ministre pour son compte: cela n'en fait pas un médiateur et un prêtre. Dans la participation du fidèle, il n'y a ni les éléments d'un sacerdoce univoque *ni les éléments d'un sacerdoce analogique d'une analogie de proportionalité propre,* car *son action toute intérieure* ne réalise pas intrinsèquement la notion sacrificielle qui réside en une action extérieure et visible. . . Cette intervention du fidèle dans le sacrifice de l'Eglise, par l'offrande intérieure et invisible de son âme, par l'offrande de l'hostie spirituelle, comme s'exprime S. Paul *[Rom.* 12. 1], ne se prête-t-elle pas toutefois à une certaine analogie avec le sacerdoce du Christ et avec celui du ministre consacré immolant la victime eucharistique? Sans doute, mais celle-ci nous paraît être une *analogie de proportionalité impropre ou d'ordre métaphorique,* parce que la notion formelle du sacerdoce, telle que nous l'avons exposée, ne se trouve point réalisée intrinsèquement chez le fidèle offrant, avec le prêtre, la victime de l'autel. Il y a similitude dans la manière d'agir du prêtre et du fidèle, ce qui est propre à l'analogie de proportionalité impropre, il n'y a pas rapprochement de nature. ..

"Que reste-t-il du texte de S. Pierre? Peut-être sera-t-on incliné à penser qu'au lieu d'établir, sur de solides bases dogmatiques, le sacerdoce des fidèles, nous nous sommes acharné à le démolir en le réduisant à une pure métaphore ou à une analogie étriquée et, en somme, assez insignifiante. On aurait tort. Il

reste l'expression d'une réalité propfonde qui unit tous les chrétiens dans l'offrande d'un même sublime sacrifice, celui du Christ immolé sur nos autels. D'ailleurs, l'Eglise, le culte chrétien, les fidèles eux-mêmes ne peuvent que gagner à regarder les réalités surnaturelles dans leur vraie lumière théologique."[32]

L. PELLAND ait fidelium sacerdotium esse sacerdotium non morale, non formale, non proprium, sed metaphoricum, quia deputatio ad cultum, et nominatim ad offerendum sacrificium eucharisticum, quae fit per characterem baptismalem, non importât actum vere sacerdotalem, cum ipsa oblatio eucharistica ex parte fidelium sit ordinis votivi, non vero ordinis ritualis ac proprie sacrificalis, sicut ex parte sinistri.

"S. Thomas complète . . . Augustin et fait le lien entre les trois caractères (du baptême, de la confirmation et de l'ordre), les reliant tous trois au sacerdoce du Christ. Malgré leurs divergences sur la nature intrinsèque et la manière d'agir du caractère, les théologiens postérieurs devaient bientôt convenir en ce point fondamental, affirmé clairement par S. Thomas. Ne peut-on pas inférer que le *sacerdoce strict,* qui a son point culminant dans le caractère de l'ordre, a *un commencement bien réel* dans celui du baptême et un perfectionnement dans celui de la confirmation? C'est la conclusion que tirent plusieurs auteurs modernes. . .

"L'Ecriture, tout en applicant aux chrétiens les vocables 'prêtres, sacerdoce,' n'indique nullement qu'il s'agisse d'un *sacerdoce proprement dit.* Au contraire, S. Pierre, en l'ordonnant à des 'sacrifices spirituels,' et S. Jean, en y ajoutant l'idée de royauté, insinuent qu'ils ne veulent parler qu'au sens figuré. Les Pères emploient les mêmes expressions et exaltent la consécration bien réelle du baptisé et du confirmé; ils lui attribuent le rôle d'offrant dans le saint mystère de la Messe; mais ils ne disent pas que cette consécration et ce rôle soient d'ordre proprement sacerdotal. Que dit la raison théologique, en s'appuyant sur les données de l'Ecriture et des Pères? Elle présente la consécration du baptisé et du confirmé comme une participation au sacerdoce du Christ. Mais, encore là, il peut y avoir ambiguïté, car le sacerdoce du Christ est suréminent et peut être participé de bien des manières. D'autant plus que S. Augustin et S. Thomas, les grands promoteurs de cette participation, ne la considèrent pas comme *un sacerdoce au sens strict.* En définitive, elle se réduit à une certaine députation au culte divin, surtout au saint sacrifice de la Messe, l'acte principal du culte chrétien. Or, nous venons de le voir, dans un document non suspect [i.e. Enc. 'Mediator Dei'], le rôle du peuple à la Messe ne suppose pas un acte vraiment sacerdotal. . .

"Mais, dira-t-on,[88] ne conviendrait-il pas d'élargir le concept du *sacerdoce formel,* de manière à pouvoir l'appliquer, analogiquement sans doute, à tous ceux qui ont été consacrés pour offrir le sacrifice eucharistique? A notre avis, ce serait en faire une notion équivoque et risquer d'embrouiller les idées. Car l'offrande en question, même au sens précis et restreint du mot, n'est pas la même chez l'ordonné et chez le fidèle: chez celui-ci elle n'est que d'ordre votif, tandis que chez le premier elle est vraiment rituelle et proprement sacrificielle. . . A vouloir relever le fidèle dans son estime, on risquera d'y rabaisser le prêtre. . . A vouloir élargir la notion du sacerdoce et de l'offrande, on risquera de . . . faire descendre [le prêtre] au rang de ministre du peuple. . . Le peuple chrétien est assez grand pour n'avoir pas besoin d'être ennobli aux dépens de ses prêtres."[34]

pi. GARCIA GARCÉS, crisi subiciens contrariam doctrinam *E. Sauras,* scribit: "A la pregunta: Los simples fieles cristianos son verdadera, formai y propia-

»"Le sacerdoce des fidèles. Sa nature et son fondement dogmatique," *Revue de l'Université d'Ottawa IX* (1939) 9*sq., 15* sq., 17* sq.

» "C'est le souhait formulé par le R. P. Palmer, dans l'article de *Theol. Studies,* 1947, n. 612."

^■« ♦'Le sacerdoce des fidèles," *Sciences ecclésiastiques* II (1949) 11 sq., 24-26.

mente sacerdotes?, el P. Sauras contesta que si, aunque en sentido analógico; y nostotros creemos tener que contestar que no, aunque no nos ocurra identificar o univocar otros sacerdocios, como el de Cristo y sus ministros. . . Concedemos pues, que las mismas sagradas escrituras nos hablan de dos sacerdocios: uno externo y oficial, y otro privado e interno del cual, atendidos los actos y funciones que le atribuyen la sagrada escritura y las enseñanzas de la Iglesia, nosotros creemos que no se llama sacerdocio sino con *analogía de proporcionalidad impropia,* es decir, que designarlo también como sacerdocio propio y formal es caer en el *equivoco.* No olvidemos el carácter de signo que tiene el sacrificio; no olvidemos que el sacerdocio dice orden esencial al sacrificio, y creemos que la conclusión es obvia."36

Crisi pariter subiciens opus *Laurentin,* scribit: "Se pondría [según Laurentin] una base de solución, contemplando el sacerdocio como un género del que desigualmente participarían sacerdotes y fieles: sacerdocio de los sacerdotes [y] de los simples fieles. Hemos de repetir que esa distinción no nos satisface. Si esa participacióon por parte de los fieles es de un sacerdocio propio y verdadero, no sabemos compaginarlo con las enseñanzas repetidas de Pió XII; si es de un *sacerdocio impropio,* entonces los miembros de la división juegan con el *equivoco"*™

B. MONSEGÜ ait fidelium sacerdotium esse sacerdotium improprie dictum, seu spirituale et intemum; fideles eucharisticum sacrificium non offerre formaliter, proprie et sacerdotaliter; fideles pertinere ad ordinem sacerdotalem, quatenus sunt membra eiusdem familiae in qua sunt veri sacerdotes et cuius caput est Christus sacerdos, sicut omnia membra familiae regis participant eius regalitati et constituunt familiam regalem.

"Referido al sacerdocio de Cristo o al carácter sacerdotal de todo el Cuerpo Místico, el carácter en general, como poder espiritual, es una potencia instrumental activo-pasiva. Pasiva en el Bautismo, pues se limita a disponer al miembro para que quepa en la estructura sacerdotal del Cuerpo Místico. Activa, pero totavía reducida en su actividad a la esfera puramente privada y sin primacía de excelencia o jurisdicción, sobre los demás miembros del Cuerpo Místico, en la confirmación. Esencialmente activa, con primado de excelencia y facultad o poder no solo de mantener lo recibido, sino de administrar y oficiar jurídicamente dentro del Cuerpo Místico, en el Orden. . . El sacerdocio no es propiamente una unidad genérica, sino una realidad análoga, cuya participación por orden al supremo analogado, Cristo, se predica de los simples cristianos y de los cristianos colocados en la jerarquía sacerdotal por el sacramento del Orden de manera tan diversa que ambas predicaciones no caben bajo un mismo género y mucho menos bajo una misma especie. Por eso los simples fieles no pueden decirse *con propiedad sacerdotes,* con un género de sacerdocio común a ellos y a los sacerdotes en la jerarquía. La potencia activa que otorga el sacramento del orden dentro del Cuerpo Místico se contrapone a la pasiva de los no ordenados de manera tal que impide semejante identificación genérica de la realidad sacerdotal de unos y otros. Tanto cuanto se contrapone el *sacrificio interior, espiritual e invisible* que pueden hacer todos los fieles al sacrificio exterior, visible y oficial que la Iglesia reserva a los sacerdotes propiamente dichos, se contrapone el respectivo sacerdocio de irnos y otros. . .

"La oferta formal, en cuanto a nuevo sacrificio [en la Misa], pertenece al sacerdote obrando en persona de Cristo. . . El Cuerpo Místico de Cristo no puede llegarse al altar como totalidad para ofrecer de esta manera el sacrificio eucaristico; por eso todo otro carácter sacramental no puede decirse que hace propiamente sacerdotes, porque se limita a colocar a los fieles simplemente en la estructura del organismo social cristiano, haciéndolos miembros del Cuerpo Místico,

""La Santísima Virgen y el sacerdocio," *Estudios morianos X* (Madrid 1950) 80sq.
""María, la Iglesia y el sacerdocio," *Ephemerides mariologicae* V (1955) 440.

pero sin capacidad representativa de ese Cuerpo ni por respecto a la Cabeza ni por respecto a los demás miembros. ..

"Como el ser y la actividad de Cristo, dados los fines concretos de la Encamación, eran esencialmente sacerdotales, así el ser y la actividad de los cristianos, miembros del Cuerpo Místico de Cristo, esencialmente sacerdotal, resulta también en todos los caracteres de impronta o tipo sacerdotal, pues por ellos se participa del ser y de la actividad de Cristo. Ahora que la participación es muy diferente en cada uno de los caracteres, sobre todo por el carácter del Sacramento del Orden comparado con los otros dos caracteres. Empleando una analogía o comparación, diríamos que en virtud del carácter bautismal, v.gr., nos hallamos en orden al sacerdocio cristiano en una situación parecida a la que se encuentran los miembros de una familia real con respecto a la realeza, por el mero hecho de nacimiento o de tener sangre real. Toda la familia o sangre es real, y de la realeza participan todos sus miembros. Pero así como propiamente rey en la familia real no lo es ni se puede llamar a quien únicamente tiene sangre real o es de familia real sino al que ha sido consagrado o declarado rey de una manera oficial, que es lo que se dice tener el carácter y oficio de rey, así propiamente sacerdotes en la familia sacerdotal cristiana, non lo son más que aquellos que, por el Sacramento del Orden, han recibido oficialmente el carácter y oficio sacerdotal. El carácter del bautismo y de la confirmación dan un poder más bien pasivo que activo; por eso sólo impropiamente se le puede denominar potestad, según el mismo Santo Tomás dice: 'horum character est potestas passiva, quae improprie dicitur potestas' *[Suppl.,* q. 34, a. 2, ad 3]. El carácter sacerdotal propiamente dicho es el carácter del Orden, porque en realidad de verdad sólo en él se verifica una comunicación formal de tipo univoco del carácter de Cristo Sacerdote, aunque en forma ministerial y representativa. . .

"Hoy [apud audaciores defensores sacerdotii laicalis] no se quiere, naturalmente, incurrir en el exceso protestante de Lutero, combatiendo la jerarquía sacerdotal. Pero se exalta y habla tanto del sacerdocio del laicado que, si no se hace a todos los cristianos igualmente sacerdotes, es porque se altera la noción tradicional y común del sacerdocio cristiano. No se pondera como es debido la nota de primacía, autoridad y potesdad social que implicó siempre el verdadero sacerdote cristiano. . . Contra este concepto preciso del sacerdocio como potestad y como jerarquía, que salvaguardó siempre la tradición cristiana, van *los excesos modernos de atribución a todos los cristianos de una forma sacerdotal propiamente dicha.* ..

"Podemos muy bien sostener que todo el Cuerpo Místico de Cristo es un cuerpo sacerdotal, *porque Sacerdote es Cristo y hay partes sacerdotales en ese Cuerpo.* Pero non podemos decir que todos los miembros del Cuerpo Místico de Cristo son propiamente sacerdotes por la sencilla razón de que la Cabeza es sacerdotal y sacerdotal se dice el todo por orden a la Cabeza. . . El sacerdocio está en los simples cristianos *no en virtud de un carácter propiamente sacerdotal, sino de la gracia sacramental que da el bautismo,* como participación de la gracia del Hombre-Dios, gracia sacerdotal y gracia victimal al mismo tiempo, en cuanto sanctificado por Dios para realizar la obra de la redención humana. . . El sacerdocio está en los fieles como está el sacrificio [i.e. ut aliquid intemum, spirituale et metaphoricum].. .

"El concepto de sacerdocio es un concepto claro en la Iglesia, como lo es el de sacerdote. A él corresponde un término propio, que el pueblo cristiano ha entendido siempre sin dificultad y la Iglesia ha usado con propiedad. Ahora bien, los conceptos y términos propios, según la Lógica, no son los que significan una esencia en común o genérica, sino los que significan una esencia determinada o específica. . . Lo que no signifique, pues, el sacerdocio y el sacerdote en su forma específica y definida queda al margen del sacerdocio propiamente dicho. Y, en

consecuencia, ni el sacerdocio común de los fieles, ni el de la Virgen Santísima se toman en sentido propio. Luego *tampoco la Virgen ni los fieles son sacerdotes propiamente dichos.* Y si no lo* son en sentido propio, buena gana de estar a demostrar que en ellos hay virtualidades o notas sacerdotales, cosa que nadie niega. Lo mismo que nadie niega que en el animal hay algo de lo que hay en el hombre o en la esencia humana. Pero hablaría con mucha impropiedad quien dijera que en los brutos hay funciones o notas humanas, o más que son hombres, porque tienen lo animal del hombre. Pues algo parecido pasa cuando se habla de sacerdocio laical y se insiste en ver en la expresión algo que signifique un sacerdocio propiamente dicho. Hablar así ya no es definir ni aclarar, sino confundir y embrollar. . .

"La tradición teológica no parece autorizar la atribución de un carácter propiamente sacerdotal a la Virgen ni menos a los fieles en general. En cambio, *hay una tradición ascetico-mistica que justifica el que se hable del sacerdocio espiritual de los fieles* y del espíritu sacerdotal de la Virgen Santísima. La teología dogmática tiene poco que oponer a la estructuración de una espiritualidad cristiana penetrada de espiritualidad sacerdotal e incluso de espíritu sacerdotal mariano, siempre que ni a los cristianos ni a la Virgen se les attribuya una formalidad propia o específicamente sacerdotal."[37]

Inter binas has ac magis determinate oppositas theologorum classes, hinc nempe defendentium, illinc vero impugnantium proprie dictum aliquod fidelium sacerdotium, *extenditur oscillons quaedam catena scriptorum,* quibus commune quidem est premere existentiam alicuius exterioris ac ritualis sacerdotii fidelium, praeter interius ac spirituale, praecipue in relatione ad oblationem eucharisticam, sed quorum determinata huiusmodi sacerdotii conceptio, praesertim quod attinet vitalem quaestionem utrum illud sit proprie an improprie dictum sacerdotium, vix cum certitudine deprehendi potest, quamvis aliquatenus conici queat vel ex rationibus quas adducunt (praecipue cum premunt veram sacerdotalem activitatem characteris baptismalis in ordine ad oblationem eucharisticam) vel ex auctoritatibus quas sequuntur (plures enim sese referunt ad Dabin et praecipue ad Congar). Salvo meliori iudicio, *priori classi* defendentium proprie dictum fidelium sacerdotium videntur décisive favere: *Boularand,"* [38] *Holstein,*[39] *Gy,*[40] *D'Ambrières, Hesburgh, Krueger, Davis, Nélis.* Ad attenuatam vero formam *alterius sententiae,* in qua mere determinaretur sacraméntale fundamentum sacerdotalis dignitatis baptizatorum assignatum a S. Thoma, quin proprie dictum aliquod sacerdotium inducatur, proba-

[37] "La problemática del sacerdocio en la actualidad," *Revista española de teología* XIV (1954) 541 sq., 544, 549 sq., 557, 559, 562, 564, 565 sq.

[38] "Caractère sacramentel et mystère du Christ," *Nouvelle revue théologique* LXXII (1950) 252-274, ubi comparat conceptionem S. Thomae de charactere sacramental! et conceptionem Scheeben, et iuxta hanc alteram, in qua videt progressum relate ad priorem, concipit regale sacerdotium ut participationem generalioris functionis mediatricis Christi quae triplicatur in munus regale, propheticum et sacerdotale.

[39] "La théologie du sacerdoce," *Nouvelle revue théologique* LXXVI (1954) 176-183, ubi approbat et ulterius conatur perficere explicationem allatam a Congar.

[40] "L'Ordre," *Initiation théologique* IV (Paris 1954) 707, 720, 722, 725 sq., ubi frequenter appellat Congar et ad istius expressiones suam expositionem rimat.

biliter reduci possunt: *Adam, Anger, Mura, Héris, Kavanagh, Fenton, Brosnan, Henry, Bouëssé, Journet, Mersch, Masure, Tromp, Thils, Piotanti, Roguet, Philips*^

Antequam ad captiosam hanc controversiam in Conci, 2 dirimendam accedamus, iuverit breviter colligere ex una parte elementa in quibus omnes theologi convenire videntur et ex altera parte ea in quibus contendentes partes discrepant aut saltem de quibus disputare debeant ne frustra sub diversis verbalibus expressionibus aërem verberare videantur.

Conveniunt autem in tribus:

Primo, datur aliquod verum fidelium sacerdotium (intelligendo verum contra falsum, adeoque saltem metaphoricum) ac ideo legitime tribuitur fidelibus nomen et conceptus sacerdotii, iuxta usum ab ipsa Scriptura et antiqua Traditione descendentem, saltem apposita aliqua conditione determinante ac diminuente, ut illud distinguatur a sacerdotio strictius dicto quod, iterum iuxta usum traditionalem, est ipsum sacerdotium hierarchicum.

Ea determinans ac minuens conditio *vano modo significatur* sequentibus nominibus, passim ab auctoribus usitatis:[42]

Sacerdotium regale (vel sacerdotium regale fidelium, aut baptizatorum). Est ipsum nomen biblicum ex 1 *Petr.* Apud modernos iam rarius adhibetur. Assumitur praecipue a Dabin in suo opere "Le sacerdoce royal des fidèles." Praeterea: Bertram, Cerfaux, Krebs, Martini, Lécuyer, Capelle, Philips, Lennerz, Sauras, Rambaldi, Evdokinoff.

Sacerdotium fidelium (vel Christianorum). Est valde communis appellatio, quam videntur praeferre galli, itali et hispani scriptores: Cerfaux, Capelle, Botte, Charlier, Robeyns, Henry, Bouëssé, Thils, Audet, Caron, Mersch, Pelland, D'Ambrières, Lécuyer, Holstein, Philips, Congar, Laurentin,[43] Gy, De Ambroggi, Piotanti, Rambaldi, Sola, Sauras, Monsegù, Davis.

Sacerdotium universale (vel universale fidelium sacerdotium). Videtur communius assumi ab illis paucis systematicis doctoribus qui de hoc sacerdotio loquuntur: Diekamp, Lennerz, Holzmeister; praeterea: Cerfaux, Thils, Philips, Laurentin. Ceterum huic affinis est sequens ac communior appellatio.

Sacerdotium commune. Est frequens praecipue apud auctores anglicae linguae (The common priesthood) et germanicae (Allgemeine Priestertum): Hesburgh, Rea, Zâhringer, Heiler, Rump, Niebecker, Grosche, Moe, Lennerz, Storck, Mersch, Congar, Laurentin, Piotanti, Monsegù, Sauras.

41 Fatendum tamen est quasdam expressiones istorum auctorum potius favere priori opinioni, ut cum dicitur (a *Kavanagh* et *Piotanti)* cooblationem fidelium in Missa esse actum vere sacerdotalem eosque in eo actu *sacerdotali munere fungi.*

42 Cf. supra, p. 512, quoad similia nomina adhibita in praecedenti aetate.

43 Hic auctor praefert "Sacerdotium collectivitatis fidelium" ("Sacerdoce de l'ensemble des fidèles"), idque ratione suae opinionis qua vult sacerdotium non competere singulis fidelibus sed omnibus simul, seu societati ecclesiasticae.

Sacerdotium laicale (vel laicorum). Est satis frequens, praecipue apud auctores linguae anglicae (Lay priesthood — Priesthood of the laity) et germánica^ (Laienpriestertum): Davis, Smith, Krueger, Rea, Persich, Palmer, Schenz, Rocholl, Walter, Scheller, Adam, Ferland, Glorieux, Pelland, Philips, Sauras.

Sacerdotium baptismate (vel baptizatorum). Est frequens praecipue apud gallos (Sacerdoce du baptisé): Zahringer, Durst, Congar, Holstein, Laurentin, Henry, Audet, Gy, Thils.[44]

Sacerdotium initiale (sive inchoativum): Anger, Mura, Audet, D'Ambriéres. Hoc nomen sapit controversiam. Eo antea usus fuerat iam De la Taille.

Sacerdotium spirituale. Nomen iam rarum, ratione controversiae. Illud praefert Congar, ratione suae peculiaris sententiae, illudque etiam sic accommodat: sacerdotium spirituale-reale; quam expressionem suam facit Gy.

Sacerdotium internum. Olim commune, nunc rarum, ratione controversiae.

Sacerdotium mysticum. Pariter nunc rarum,[45] ob eandem rationem: Alastruey, Piolanti, Congar (qui illud adhibet ut idem ac praefatum suum spirituale sacerdotium), et Palmer (qui illud praefert et accommodat suae opinioni de fidelium sacerdotio).[46]

Secundo, datur in omnibus fidelibus internum ac spirituale sacerdotium, fundatum in eorum baptismali incorporatione ad Christum sacerdotem, quod vocari potest verum sacerdotium (saltem in sensu metaphorico, puta per analogiam attributionis) .

Tertio, datur praeterea in ipso charactere baptismali ac chrismati aliqua vera potestas sacerdotalis, seu aliqua vera participatio sacerdotii Christi, et hoc sensu aliquod initiale ac imperfectum (saltem improprie dictum) sacerdotium quod est ordinis ritualis et externi, ratione saltem suae destinationis.

Disputant vero, vel (ne sit pura quaestio de verbis) disputare debent, de tribus.

Primo nempe, utrum internum illud ac spirituale sacerdotium sit improprium (ac proinde adhuc metaphoricum) an proprium sacerdotium.

Secundo, supposito quod hoc sacerdotium sit improprium sive metaphoricum, utrum initiale alterum ac imperfectum sacerdotium ordinis ritualis nihil revera addat priori sed sit ad ipsum reducendum, tanquam accidentaria eius modalitas.

44 Hic doctor *(art. cit.* [supra, in p. 453] 689), ratione controversiae, suggessit illi nomini substituere hoc aliud: "Potentia cultualis baptizatorum" ("Le pouvoir cultuel des baptisés"). Quam suggestionem secutus est unus vel alter auctor, ut Piolanti et praecipue Joumet, *L'Eglise du Verbe Incarné* I (éd. 2 [Paris 19551) 97-101.

41 Eo in sensu spirituali sive metaphorico olim usi sunt Beda, Rabanus Maurus, S. Thomas, Biel, Cornelius a Lapide.

44 Ut patet, his omnibus appellationibus correspondent quoad sacerdotium hierarchicum: sacerdotium sacraméntale, clericale, particulare, speciale, officiale, hierarchicum, functionale, ministeriale, perfectum, rituale, externum.

Tertio, supposito quod hoc sacerdotium ab illo distinguatur, utrum iterum sit improprium sacerdotium an proprium, quamvis analogicum.

Ceterum, tres istae quaestiones ad hanc unam *de improprie vel proprie dicto sacerdotio reducuntur,* quae ita enuncleari potest: Utrum fidelium sacerdotium, tum quoad suum elementum internum ac spirituale, tum ac praecipue quoad praefatum elementum externum ac rituale, sit sacerdotium non mere improprium ac metaphoricum (fundatum nempe in sola analogia attributionis, aut etiam in analogia proportionalitatis impropriae), sed proprium (iuxta analogiam proportionalitatis propriae),[47] ita ut inter hoc sacerdotium et sacerdotium hierarchicum habeatur formalis quaedem continuitas eiusdem analogicae rationis sacerdotalitatis, sicut inter minus perfectum et magis perfectum in eodem genere analogico (v.g. inter ens creatum et ens increatum, aut inter accidens et substantiam, in genere entis) aut inter gradum inchoativum ac imperfectum et gradum completivum ac perfectum in eadem analogica ac propria dignitate.

Quaestio quidem tot claris explicitisque verbis poni non solet, sive a negantibus sive ab affirmantibus huiusmodi proprie dictum sacerdotium, imo postremi isti doctores, quamvis revera talem proprietatem implicent in suis versipellibus descriptionibus, tamen a determinatis terminis refugere solent et ambiguis verbis ludunt, libenter agitantes vexillum analogiae contra vexillum univocitatis sacerdotii quod adversariis affingunt, ut libere discurrere queant in quodam indeterminato campo ambiguitatis qui limites ipsos aequivocitatis attingit.[48] Modo

"Nemo theologorum, etiam inter audaciores propugnatores proprie dicti sacerdotii fidelium, videtur tam longe processisse, ut dixerit illud non solum proprie sed *etiam univoce* convenire cum sacerdotio hierarchico, tanquam alteram veram speciem eiusdem generis sacerdotalis.

"Laurenten scribit: "Le sacerdoce étant une notion analogique, il n'y a pas une notion générale du sacerdoce qui convienne univoquement au Christ, aux prêtres, aux fidèles et à la Vierge. . . *L'analogie est la loi même de la pensée théologique;* elle exige un effort intellectuel beaucoup plus délié que l'univocité. Et la pente naturelle de la raison entraîne l'esprit vers l'univocité comme la pesanteur entraîne l'équilibriste à la chute. La notion du sacerdoce a été malmenée par ces tendances simplificatrices. Le protestantisme opéra un nivellement par le bas entre le sacerdoce des prêtres et celui des fidèles. Par réaction, certains théologiens catholiques tendent vers une autre sorte d'univocité. Ils partent du sacerdoce des prêtres, font de ses traits communs avec le sacerdoce du Christ un genre, et suppriment pratiquement le sacerdoce des fidèles. . . Si l'on dépasse la perspective d'univocité qui a commandé l'erreur protestante et étriqué les vues de certains théologiens catholiques, si on revient à la richesse analogique authentique du sacerdoce chrétien, bien de fausses oppositions se dissipent, bien de faux problèmes disparaissent, tout se résout en un ensemble de rapports organiques au sacerdoce fondamental du Christ" *(op. cit.* [supra, in p. 515] II 64, 69).

"Le problème se pose donc ainsi: ou bien la doctrine catholique se précisera dans le sens d'une quasi-univocité de la notion de sacerdoce, et le sacerdoce de Marie [ainsi que le sacerdoce des fidèles] se trouvera absolument éliminé; ou bien elle reconnaîtra une diversité de valeurs analogique dans le sacerdoce chrétien et le sacerdoce de Marie y trouvera sa place. . . Entre ces deux orientations qui partagent actuellement les théologiens, laquelle triomphera? L'historien ne saurait ici trancher catégoriquement. Et

enim loquuntur de sacerdotio vero et reali, modo de late dicto, modo de non pure metaphorico, modo de improprio sed non metaphorico, modo de minus proprio, modo simpliciter de proprio; non ambigue inde ostendentes, se non satis attente prius explorasse captiosum illum analogiae campum per quem tam libere discurrere elegerunt nec attendisse laqueos triplicis analogiae attributionis, proportionalitatis impropriae et proportionalitatis propriae.

luxta *Dabin* sacerdotium laicale est sacerdotium *late dictum (op. cit.* [supra, inp. 518] I 8). Nequit tamen dici pure metaphoricum, nisi in comparatione ad sacerdotium hierarchicum *(ibid.* 10); in comparatione ad sacerdotium hierarchicum non est pure metaphoricum sed *analogicum (ibid.* 195; ubi est aliqua contradictio cum praecedenti assertione). Cum iuxta Traditionem sit ordinis sacramentalis, illud non est pure metaphoricum sed *reale;* tamen includit etiam elementa metaphorica, et quidem tum metaphoricitatis absolutae (analogiae attributionis?), tum metaphoricitatis relativae (analogiae proportionalitatis impropriae?); inter quas binas metaphoricitates adest praeterea campus intermedius, comprehendens varias acceptiones sacerdotii laicalis, quae accedunt ad unam vel alteram metaphoricitatem *(ibid.* II 40-42).

Congar, sibi explicite proponens quaestionem an sacerdotium laicale sit proprium vel improprium, metaphoricum vel reale, sese contorquet in variis distinctionibus et explicationibus, quae a summo gradu proprietatis ad infimum gradum aequivocitatis descendunt. Illud scilicet sacerdotium est *"reale et verum"* eo quod continet veritatem sive realizationem oeconomiae donorum Dei, quae est essentia sacerdotii (intelligit ergo sacerdotium *proprie dictum).* Attamen, si consideratur usus seu' attributio nominis, quae hoc refert ad functionem externam sacrificalem, nomen sacerdotii illi sacerdotio convenit tantum *"in sensu lato"* imo, si in ea ipsa functione consideratur sola potestas consecrativa, prae oblativa, illud dicendum est sacerdotium "in sensu *improprio* ac *metaphorico,* et quidem *magis improprio,* imo *aequivoco,* quam

pourtant, sur le terrain même de l'histoire, on a l'impression que le grand mouvement ecclésiologique de ces dernières années, qui a renouvelé, si profondément et par retour aux sources, bien des problèmes, tend à résoudre la question dans le sens de la seconde orientation" *{ibid.* I 647 sq.). Alibi ait neque sacrificium neque sacerdotium posse vere definiri, cum sint notiones analogicae *{ibid.* II 109, 135).

Sauras scribit: "Es sabido que la analogia constituye el ambiente respirable de la ciencia teológica. La univocidad ahoga y asfixia los problemas" *{art. cit.* [supra, in p. 525] *Estudios marranos* 394). *"En teología hemos de huir siempre de los conceptos univocos.* Son tan diversos los sujetos de los que se predica una misma perfección, que con la univocidad nos sería imposible dar un paso. Desde el momento en que se acepta la analogía como criterio del conocimiento teológico, ya no hay inconveniente en encontrar diversas especies de una misma perfección o de un mismo atributo" *{art. cit.* [supra, in p. 525] *Revista española de teología* 301).

metaphorico" *(op. cit.* [supra, in p. 514] 243-245). Immediate etiam addit quod baptismale seu sacramentale fidelium sacerdotium, prout iuxta S. Thomam fundatur in sacerdotali potestate characteris, est "reale," seu "non pure metaphoricum" sed *"improprium" (ibid.* 245), et alibi asserit aliud sacerdotium vitae sanctae, quod competit iisdem fidelibus, esse pariter reale, sed *"minus stricte vel minus proprie* sacerdotale quam sacerdotium sacramentale" *(ibid,* 217; ut diximus supra, p. 514, Congar distinguit duplex fidelium sacerdotium).

Quantum capi potest, in hac voluntaria ac commoda oscillatione terminologiae, iuxta Congar sacerdotium fidelium, secundum se et abstrahendo ab usu seu attributione nominis sacerdotis ad hierarchicum sacerdotium, est sacerdotium proprie dictum (ita tamen ut alterum sacerdotium vitae sanctae sit minus proprium quam sacerdotium baptismale) ; si vero attenditur praefatus usus, tunc illud duplex sacerdotium fidelium est quidem improprium, sed non pure metaphoricum, et hoc sensu reale.

Laurentin ait sacerdotium laicale esse sacerdotium analogice, et quidem *proprie, attamen minus proprie* quam sacerdotium hierarchicum. Scilicet sacerdotium est notio analoga, analogia proportionalitatis propriae, in qua sacerdotium ipsius Christi est princeps analogatum, tria vero reliqua sacerdotia, scilicet clericorum, B. Virginis et fidelium, sunt secundaria analogata, secundum triplicem descendentem gradationem. Sacerdotium Christi est sacerdotium proprium, sic et simpliciter; tria reliqua sunt sacerdotia proprie dicta non secundum simplicem proprietatem, sed secundum proprietatem proportionis *(iuxta analogiam proportionalitatis propriae},* et quidem *cum diverso gradu in hac proprietate* (quemadmodum analogica ratio viventis competit in diverso gradu angelo, homini et bruto), ita ut sacerdotium hierarchicum sit magis proprium, sacerdotium B. Virginis minus proprium (etsi aliunde dignius), sacerdotium fidelium adhuc *minus proprium (op. cit.* [supra, in p. 515] II 67 sq.: "In ne s'agit pas tant de savoir si le sacerdoce de Marie ou celui des fidèles sont 'propres' ou 'impropres,' que de préciser le degré et le mode de propriété qui les définit"; cf. etiam in p. 126, ubi sacerdotio B. Virginis tribuit simul analogiam attributionis et analogiam proportionalitatis). Recicit, ut valde deficientem, divisionem a quibusdam allatam in sacerdotium proprium (sacerdotium Christi et sacerdotium clericorum) et improprium (sacerdotium B. Virginis et sacerdotium fidelium) *(ibid.* 66 sq.) et proponit divisionem in qua sacerdotium dividatur tanquam largius genus in duas strictiores categorias sive species, seu sacerdotium clericorum et sacerdotium fidelium *(ibid.* 80).

Rea ait sacerdotium fidelium esse sacerdotium non mere metaphoricum sed *reale,* non tamen univoce cum sacerdotio hierarchico, sed *analogice.* De qua proportionalitatis analogia agatur, utrum de propria an de impropria, non dicit *(op. cit.* [supra, in p. 526] 233 sq.).

Krueger, instituens quaestionem an sacerdotium fidelium sit reale vel metaphoricum, respondet ipsum esse reale et *non metaphoricum,* non tamen proprium, sed *improprium.* Non autem videtur advertere quod, iuxta ipsas definitiones philosophicas nec tantum secundum usum communem, omne improprium est metaphoricum, seu quod impropria suppositio terminorum importat metaphoram, fundatam quidem non in mera attributione sed in quadam proportione; unde inepte etiam seponit, ut inadaequatam, distinctionem inter propriam et impropriam sive metaphoricam terminorum suppositionem, allatam a Boyer in suo manuali Philosophiae *(op. cit.* [supra, in p. 479] 123-126).

Palmer, instituens quaestionem de reali vel metaphorico sacerdotio laicorum necnon de adhibenda terminologia in hac quaestione, respondet "in sacerdotio laicali verificari *proprium conceptum* sacerdotii" *(art. cit.* [supra, in p. 527] VIII 612) sive *'formale vel proprium conceptum sacerdotii" (ibid.* 613). Alibi ait illud sacerdotium esse plusquam metaphoricum atque fundari in "intrinseca analogia" *(ibid.* IX 235) seu in "analogia proportionis" *(ibid.* 248). De qua proportionalitatis analogia sermo est, de impropria an de propria? Ex toto contextu auctor videtur agere de propria, nam impropria est metaphorica, auctor vero asserit illud sacerdotium non esse metaphoricum sed proprium.

Sauras tandem, ut intelligens thomista, simpliciter ac sine ambagibus loquitur de sacerdotio *proprie dicto, fundato in analogia proportionalitatis propriae.* Ait oblationem fidelium in Missa esse "oblationem sacrificalem non in sensu improprio ac metaphorico sed in sensu proprio"; item, sacerdotium hierarchicum et sacerdotium fidelium esse "duas formas sacerdotales proprias, authenticas, quamvis diversas. Adesse hic casum verae analogiae propriae [i.e. proportionalitatis propriae]. Non vero casum analogiae metaphoricae [i.e. tam proportionalitatis impropriae quam attributionis]" (cit. supra, in p. 525; cf. *El Cuerpo Mistico de Cristo* [Madrid 1952] 699, 700). In Mariologia pariter docet "sacerdotium Mariae in sensu proprio" *(Estudios marianosNTl* [Madrid 1948] 394).

Conclusio 2. Sacerdotium, quod competit omnibus et singulis fidelibus,

constat duplici ac distincto, utut copulato, sacerdotio sive elemento. Primum elementum, quod dici potest sacerdotium spirituale, est: 1. privatum sive non rituale; 2. fundatum immediate in sola gratia sanctificante, quae per sacramentalem gratiam' roboratur; 3. essentialiter activum; 4. improprie dictum seu metaphoricum. Alterum elementum, quod dici potest sacer* dotium sacramentale, est: 1. publicum sive rituale, saltem in sensu latiore; 2. fundatum in charactere baptismali per chrismalem perfecto; 3. essentialiter passivum; 4. pariter improprie dictum seu metaphoricum. Neutrum igitur est proprie dictum sacerdotium, conveniens in ipso genere analogico (iuxta analogiam proportionalitatis propriae), et multo minus in genere univoco, cum sacerdotio hierarchico ac stricte dicto quod fundatur in charactere Ordinis.

Probatur.

Antequam utraque huius Conclusionis pars statuatur, necessarium putamus duas fundamentales notiones breviter recolere, alteram theologicam de natura sacerdotii, alteram philosophicam de natura analogiae, ex quarum quidem leviori consideratione aut minus explorata ratione, contingit in praesenti materia confusiones serere aut in incassum disputare.

QUOD ATTINET AD NATURAM SACERDOTII, haec tenenda videntur:

PRIMO, sacerdotium in genere refertur essentialiter ad *sacrificium,* tanquam ad eius specificum vel principale munus; adeoque ubi non datur sacrificium, non datur sacerdotium, et quaevis alia munia non pertinent ad sacerdotium nisi ut secundaria et quidem ratione ipsius sacrificii. Unde, etiam si cum quibusdam theologis modernis (ut Masure, Piault, Boularand, Lecuyer, Dabin et Congar; cf. supra, p. 518) conceptus sacerdotii extendatur, ultra munus sacrificale, ad alia munia, puta propheticum et regale, vel, si placet, ad ampliorem aut generaliorem rationem mediatoris, nemo saltem negabit munus sacrificale esse principale ac veluti specificum, idque iuxta traditionalem sensum ipsius Ecclesiae.[40] Id enim constat: Ex Scriptura, *Hebr. S.* 1: "Ut offerat dona et sacrificia pro peccatis." Ex documentis Ecclesiae, Cone. Trid.: "Sacrificium et sacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta sunt, ut utrumque in omni lege extiterit" (sess. 23, cap. 1, *Denz.* Catechismus Cone. Trid.: "Sacerdotis igitur munus est, Deo sacrificium facere et ecclesiastica sacramenta administrare" (p. 2, c. 7, q. 25). Ex Traditione, pro qua sit Augustinus: "Pro nobis . . . [Christus] sacerdos et sacrificium, et ideo sacerdos, quia sacrificium" *(Confess.* 10. 43. 69, *ML 32.* 808), "Si nullum sacrificium est, nullus sacerdos" *(In Psal.* 130. 4, *ML* 37. 1706), "Unde autem [Christus] sacerdos? Quia se pro nobis obtulit" *(In Psal.* 149. 6, *ML* 37. 1952). Ex theologis, pro quibus sit S. Thomas, 3 p., q. *22,* a. 1: "Proprie officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum et populum, inquantum scilicet divina populo tradit," cuius mediationis potissimus actus sic exprimitur, ibid., a. 4, sed

[40] **Ceterum, plenior traditionalis conceptus sacerdotii est ut sacerdos sit essentialiter tum mediator, tum oblator sacrificii, vel, si placet, mediator per oblationem sacrificii, ita ut mediatio sit veluti genus et oblatio sacrificii sit ratio specifica in essentiali munere sacerdotis (cf. *Hebr.* 5. 1; *S. Thomam,* 3 p., q. 22, a. 1; idem implicant plura Ecclesiae documenta, peculiariter Enc. "Mediator Dei," quae heic refrigere non vacat). Idcirco autem a ratione mediationis abstrahimus, quia ex una parte ea hic non indigemus, sed ratio sacrificii abunde sufficit, et ex alia parte quidam moderni defensores proprie dicti fidelium sacerdotii praeferunt, utut arbitrarie, eam divellere aut abstrahere a proprio conceptu sacerdotii, quippe quae minime quadret cum eorum opinione.**

contra: "In sacrificio offerendo potissime sacerdotis consistit officium"; *In Hebr.*, c. 5, lect. 1: "Dicit sacerdos, quia [Christus] se obtulit Deo Patri"; *3* p., q. 22, a. 5: "In officio sacerdotis duo possunt considerari: primo quidem ipsa oblatio sacrificii; secundo, ipsa sacrificii consummatio."

Ceterum, in hoc puncto communiter consentire videntur theologi, sive inter negantes sive inter affirmantes proprie dictum fidelium sacerdotium, nominatim *Congar, Laurentin* et *Satiras,* qui ex ipsa notione sacrificii exordium capiunt in explicatione suae theoriae, quique praeterea, ideo in hac notione insistunt et conceptum mediationis (ab aliis, ut Masure, praelatum) seponunt, quia verentur ne inde evanescat proprie dictum fidelium sacerdotium, quippe qui manifeste mediatores proprie esse non possunt.[50]

SECUNDO, sacrificium ad quod refertur sacerdotium est aliquid *externum,* et praeterea, supposita institutione organizatae religionis, est etiam aliquid *rituale.* Unde sacrificium quod dicitur internum, quodque significatur per externum, non est sacrificium proprie dictum, et pariter sacrificium externum quod non sit rituale, seu constitutum a fundatore organizatae religionis, non est sacrificium proprie dictum, sed merum privatum signum interioris ac spiritualis sacrificii.

In ipsa *Scriptura* spirituale ac internum sacrificium non vocatur simpliciter et sine addito sacrificium, quemadmodum vocantur sacrificia ritualia, sed cum aliqua ac multiformi appositione quae diminutam ac impropriam eius rationem suggerit, ita: sacrificium fidei, sacrificium iustitiae, sacrificium laudis, vitulus labiorum, hostia vivens (cf. infra, pp. 556-558); imo quandoque ea ipsa, quae alibi vocantur sacrificia, a sacrificio explicite distinguuntur eique opponuntur, ita 1 *Reg.* 15. 22: "Numquid vult Dominus holocausta et victimas, et non potius ut oboediatur voci Domini? Melior est enim oboedientia quam victimae, et auscultare magis quam offerre adipem arietum"; *Is.* 1. 11, 13, 16: "Holocausta . . . nolui. . . Ne offeratis ultra sacrificium. . . Lavamini, mundi estote; auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis vestris; quiescite agere perverse, discite benefacere; quaerite iudicium, subvenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam"; *Os.* 6. 6: "Misericordiam volui, et non sacrificium; et scientiam Dei plusquam holocausta"; *Psal.* 49. 8, 14, 23: "Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. . . Immola Deo sacrificium laudis et redde Altissimo vota tua. . . Sacrificium laudis honorificabit me"; *Psal.* 50. 18 sq.: "Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus."

Idipsum colligitur ex textibus *Patrum,* quos refricare non vacat. In textu *Isidori Pelusiotae,* infra citando (p. 557), iidem spirituales actus simpliciter negantur esse sacrificia et simul dicuntur esse sacrificales libationes et hostiae, iidem fideles distinguuntur ac opponuntur sacerdotibus et simul sacerdotes vocantur, quae satis significant idem nomen sacrificii aut sacerdotii in duplici acceptione sumi et comparari, propria scilicet et impropria (quod ceteroquin etiam directe nec ambigue ibidem significatur, cum dicitur: "Unusquisque ipsorum hac in parte [i.e. sub hac generali ac impropria ratione] sacerdos est"). Ipse *Augustinus,* quem adversarii, nominatim *Congar,* libenter invocant, quamvis tantopere insistat in spirituali sacrificio illudque "verum sacrificium" appellet, agnoscit sacrificium simpliciter dici externum ac rituale signum: "Illud quod ab omnibus appellatur sacrificium, signum est veri sacrificii" *(De civ. Dei* 10. 5, *ML* 41. 283) atque ibidem ait oppositionem quam supradicti textus Scripturae instituunt inter sacrificium spirituale et sacrificium rituale nihil aliud significare quam praelaturam sive excellentiam prioris prout est significatum et anima, et hoc sensu, veritas, alterius: "Ac per hoc . . . nihil aliud quam sacrificio sacrificium praelatum oportet intelligi:

[50] Cf. Congar, *op. cit.* (supra, in p. 514) 196-200; Satjras, *art. cit.* (supra, in p. 514) 302 sq.

quoniam illud quod ab omnibus appellatur sacrificium, signum est veri sacrificii."[51]

Pariter S. *Thomas,* nullum passus scandalum aut admirationem ex verbis ac definitione Augustini, imo iisdem libenter utens eaque quodammodo urgens per additionem verborum "Primum et principale est sacrificium interius," connaturaliter accipit sacrificium simpliciter dictum pro exteriori actu religionis, addens "sacrificia proprie dici quando circa res Deo oblatas aliquid fit, sicut quod animalia occidebantur et comburebantur" (cf. infra, *2-2,* q. 85) et alibi ait hominem iustum "dici sacertotem mystice," i.e. improprie, nam "secundum nominis significationem . . . hoc nomen sacerdos institutum [est] ad significandum eum qui sacra dat in sacramentorum dispensatione" (cf. supra, in p. 487). Unde exaggerat *Congar* cum in sua interpretatione spiritualis sacrificii, invocat "augustinianam perspectivam" sive conceptionem ("Dans la perspective augustinienne où nous nous sommes placés . . ."[52]) ac reprehendit in G. De Broglie defectum sensus augustiniani eo quod definiat sacrificium ut aliquid exterius ("Je ne suis pas d'accord sur ce point avec le P. G. De Broglie ... qui définit le sacrifice par l'acte extérieur. . . Il faut être plus augustinien que cela!").[63] Videtur enim ipse perspectivam augustinianam ita ampliare ut magis videat quam ipse Augustinus, aut saltem tam longe in ea procedere ut visionem sui Magistri S. Thomae suaeque thomisticae scholae derelinquat.

Manifesta enim est doctrina *S. Thomae* in *2–2, q. 85,* ubi ex professo tractat de sacrificio in genere. Distinctis enim actibus virtutis religionis in interiores et exteriores (q. 81, a. 7), prius agit de interioribus, i.e. devotione et oratione (qq. 82-83), subinde de exterioribus, seu de adoratione, sacrificio, etc. (qq. 84sqq.), et in prologo q. 85, quae est de sacrificio, ait: "Deinde considerandum est de actibus quibus aliquae res exteriores Deo offeruntur ... [et primo] considerandum est de sacrificiis."

Quamvis autem distinguat cum Augustino duplex sacrificium, alterum externum et alterum internum, quod est causa, finis et signatum prioris, et hoc internum sacrificium appellet primum, principale et verum sacrificium (q. 85, a. 2; a. 3, ob. 1 et ad 2; a. 4) (nam in actione humana ac morali actus internus est veluti anima ac forma actus externi, et finis est ultima ratio cuiusvis rei, et signatum est specificativum signi ac veluti intima eius realitas, cum sine ipso signum evacuetur nec existere queat), tamen ab externo sacrificio S. Doctor exordium capit et in eo, tanquam in simpliciter ac proprie dicto sacrificio, totam suam explicationem fundat, *a, 1:* "Est . . . modus conveniens homini ut sensibilibus signis utatur ad aliqua exprimenda, quia ex sensibilibus cognitionem accipit. Et ideo ex naturali ratione procedit quod homo quibusdam sensibilibus rebus utatur offerens eas Deo, in signum debitae subiectionis et honoris, secundum similitudinem eorum qui dominis suis aliqua offerunt in recognitionem dominii. Hoc autem pertinet ad rationem sacrificii." *a. 2:* "Oblatio sacrificii fit ad aliquid significandum. Significat autem sacrificium quod offertur exterius, interius spirituale sacrificium, quo anima seipsam offert Deo, secundum illud Psalmistae [PsaZ. 50. 19] : 'Sacrificium Deo spiritus contribulatus/ quia . . . exteriores actus religionis ad interiores ordinantur." *a. 3, ad 3:* "Sacrificia proprie dicuntur quando circa res Deo oblatas aliquid fit,

[51] **In simili quodam sensu alexandrini doctores, Clemens et Orígenes, pressius indulgentes allegorismo ac spiritualismo in sua gnostica interpretatione ipsius hierarchici sacerdotii, dixerunt "veros" sacerdotes non esse eos qui tales per ordinationem instituuntur, sed eos qui sanctitate vitae aliis eminent. Clemens Alex.: "Hic est revera presbyter Ecclesiae, et verus diaconus, id est minister Dei voluntatis, si faciat et doceat quae sunt Domini, non ut qui ordinetur ab hominibus" *(Strom.* 6. 13; cf. in tom. 1, pp. 291, 295); Orígenes: "[Ambitiosi clerici] deberent intelligere episcopum fieri oportere irreprehensibilem . . . , ut si non dicatur ab hominibus esse episcopus, tamen sit apud Deum, etsi non per ordinationem hominum ad eum gradum pervenit" (Zn *Mal.,* ser. 12; cf. in tom. 1, p. 322).**

[52] ***Op. cit.* (supra, in p. 514) 224; cf. 166 sq.**

[63] ***Ibid.* 203, in nota.**

sicut quod animalia occidebantur et comburebantur, quod panis frangitur et come* ditur et benedicitur. Et hoc ipsum nomen sonat, nam sacriñcium dicitur ex hoc quod homo facit aliquid sacrum." *a. 4, ad 3:* "Sacerdotes offerunt sacrificia quae sunt specialiter ordinata ad cultum divinum [i.e. externa ac ritualia], non solum pro se, sed etiam pro aliis. Quaedam vero sunt alia sacrificia [i.e. tum spiritualia et interna tum externa privata, uti maceratio corporis, continentia, martyrium] quae quilibet potest pro se Deo offerre ut ex supradictis patet [aa. 2-4]." *Ibid., in corp.:* "Duplex est sacrificium. . . Quorum primum et principale est sacrificium interius, ad quod omnes tenentur; omnes enim tenentur Deo devotam mentem offerre. Aliud autem est sacrificium exterius." In *a. 3, ob. 1,* S. Doctor refert notam definitionem Augustini, in qua traditur finis ac veluti intimior essentia omnis sacrificii tam exterioris quam interioris: "Verum sacrificium est omne opus quod agitur ut sancta societate inhaereamus Deo," *(De civ. Dei* 10. 6) et in *3 p., q. 22, a. 2,* agens de sacerdotio Christi, eandem explicat ac complet per aliud celebre dictum eiusdem Augustini, scribens: "Sicut Autustinus dicit in X *De civ. Dei* [c. 5] 'omne sacrificium visibile invisibilis sacrificii est sacramentum, idest sacrum signum est? Invisibile autem sacrificium est quo homo Deo spiritum suum offert, secundum illud *Psalmi* L. 19: 'Sacrificium Deo spiritus contribulatus? Et ideo omne illud quod Deo exhibetur ad hoc quod spiritus hominis feratur in Deum, potest dici sacrificium."

Eandem doctrinam sic breviter tradit in *C. Gent.* 3. 120: "Inter alia quae ad latriam pertinent, singulare videtur esse sacrificium: nam genuflexiones, prostrationes, et alia huiusmodi honoris indicia, etiam hominibus exhiberi possunt, licet alia intentione quam Deo; sacrificium autem nullus offerendum censuit alicui nisi quia eum Deum aestimavit, aut aestimare se finxit. Exterius autem sacrificium repraesentativum est interioris veri sacrificii, secundum quod mens humana seipsam Deo offert." Cf. 2-2, q. 81, a. 7, c. et ad 2; q. 94, a. 2; 3 p., q. 82, a. 4.

Et haec quidem S. Thomas dicit quoad externam rationem sacrificii. Quod autem attinet *ritualem* eius rationem, seu quod in organizata societate nonnisi rituale ac publice determinatum sacrificium rationem proprie dicti sacrificii retineat, S. Doctor satis clare etiam significat, scribens in eodem supradicto ac principali loco, *2-2, q. 85, a. 1, ad 1:* "Aliqua in communi sunt de iure naturali quorum determinationes sunt de iure positivo, sicut quod malefactores puniantur habet lex naturalis, sed quod tali poena vel tali puniantur est ex constitutione divina vel humana. Similiter etiam oblatio sacrificii in communi est de lege naturali, et ideo in hoc omnes conveniunt. Sed determinatio sacrificiorum est ex institutione humana vel divina, et ideo in hoc differunt"; *ibid., ad 3:* "Significare conceptus suos est homini naturale, sed determinatio signorum est secundum humanum placitum"; *a. 4:* "[Ad sacrificia] aliter tenentur illi qui sunt sub lege nova vel veteri, aliter illi qui non sunt sub lege. Nam illi qui sunt sub lege, tenentur ad determinata sacrificia offerenda secundum legis praecepta. Illi vero qui non erant sub lege, tenebantur ad aliqua exterius facienda in honorem divinum, secundum condecentiam ad eos inter quos habitabant, non autem determinate ad haec vel ad illa"; *ibid., ad 3:* "Sacerdotes offerunt sacrificia quae sunt specialiter ordinata ad cultum divinum, non solum pro se, sed etiam pro aliis. Quaedam vero sunt alia sacrificia [i.e. improprie et late dicta] quae quilibet potest pro se Deo offerre, ut ex supradictis [c. et ad 3] patet."

Hanc esse mentem S. Thomae, constat etiam ex communi interpretatione eius discipulorum, pro quibus omnibus sint duae inter notiores auctoritates.

Billuart, commentans praefatam q. 85, scribit: "Sacrificium, secundum nominis etymologiam, est quasi sacrum factum, seu facere aliquid sacrum. Secundum nominis significationem, si generaliter sumatur, est omne opus bonum propter reverentiam divinam factum. Si autem *stricte et proprie* sumatur . . . est oblatio rei sensibilis, a legitimo ministro facta Deo, per realem immutationem, ad

testandum eius dominium nostramque subiectionem. *Ita communiter [theologi]...* Dicitur 'rei sensibilis'; quia sacrificium est in genere signi, fit enim ad significandum internam oblationem qua homo mentem Deo ut supremo Domino offert ac subiicit. . . Omnes homines tenentur ad sacrificium interius; quia omnes tenentur devotam Deo mentem offerre et illi per amorem coniungi ... ad sacrificium autem exterius quod est *proprie dictum sacrificium* tenentur etiam omnes, non per se quidem, *quia non omnes sunt sacerdotes,* sed vel per se vel per alios, sic ut in omni communitate offeratur sacrificium pro omnibus, quia . . . oblatio sacrificii est de iute naturae."[64]

Ioannes a S. Thoma, eundem sacrificii conceptum tribuit tum S. Thomae tum aliis theologis communiter, scribens: "*Sacrificium proprie dictum* exigit quod res aliqua permanens offeratur Deo actione aliqua externa immutativa illius in honorem Dei. Ita sumitur ex S. Thoma *2-2,* quaestione Ixxxv, art. iii ad tertium, *tenent communiter theologi.* Pro quo notandum sicque est, quod divinus cultus non solum fit actibus internis, quibus anima subiicitur Deo (ut oratione et devotione) sed etiam actibus externis, quibus aliquid sensibiliter Deo offertur, vel erga ipsum exercetur, ut est adoratio externa, genuflexio, laus, seu oratio vocalis, votum, sacrificium, oblatio primitiarum, vel aliarum quarumcumque rerum in honorem Dei. Hinc fit, quod aliquando *Per translationem et metaphoram* sumatur sacrificium pro omni opere, in quo cultus aliquis Deo exhibetur, aut quomodocumque ei servitur; aliquando vero sumitur *sacrificium proprie* pro illo opere protestativo divinae excellentiae, quod fit per publicam potestatem, et *relative se habet ad sacerdotium;* et hoc vocant theologi sacrificium proprie et principaliter; aliud vero *improprie et lato modo.* . . Qua ratione dixit Augustinus x de civitate, cap. vi: 'Verum sacrificium est omne opus quod agitur, ut sancta societate Deo inhaereatur'; quod intelligitur esse verum sacrificium veritate erga Deum, non veritate aeternae [lege: externae] caeremoniae in protestationem divinitatis, quae proprie sacrificium appellatur."[65]

Quoad ritualem indolem proprie dicti sacrificii, scribit: "Quod autem quaeritur de auctoritate instituendi sacrificia, an sit publica, vel privata, respondeo, quoad significationem moralem [i.e. sacrificium esse signum actus interioris] non dependere ab auctoritate publica, quia haec solum habet auctoritatem ad imponendum signa ad placitum, moralis autem significatio non est ex impositione ... sed ex eo solum quod actus exterior dimanet ab interiori; quod utique a publica auctoritate non dependet. Quoad significationem autem mysticam, et quantum ad determinationem rerum et actionum quibus debet offerri sacrificium, et modi seu caeremoniae quibus offerendum est, per se pertinet ad potestatem publicam id instruere, et maxime ad institutionem Dei. . . Declaratur hoc, quia sacrificium est cultus publicus, quem non solum privatae personae, sed etiam tota communitas tenetur offerre Deo, eo quod subiectio ad Deum et recognitio servitutis supremae pertinet ad totam communitatem; sicut reddere tributa regi non solum pertinet ad privatam personam, sed etiam ad totum regnum; sacrificium autem est tributum divinitatis, et ita soli Deo offertur; debet ergo per publicam auctoritatem designari et determinari quibus actionibus et rebus, et quibus caeremoniis, iste cultus reddendus sit, sicut pertinet ad publicam potestatem regni determinare in quibus rebus tributa reddenda sint et qua observantia colenda sit maiestas regia... Caeterum per accidens potest etiam privata persona instituere et determinare sacrificia, quia licet connaturale sit homini socialiter vivere, potest tamen per accidens in aliquo casu solitariam vitam agere, et tunc poterit Deo reddere sacrificia, quia ipso iure naturae tenetur Deum colere signo aliquo supremae subiectionis, quod est sacrificium. Et hoc est attenta natura hominum secundum se, et quantum est ex ipso iure naturali praecise; attento enim iure positivo divino, modo non est potestas in hominibus ad instituenda sacrificia vero Deo, quia

[64] *Cursus theologiae* (ed. nova, Parisiis 1904) VII 236, 239.
[65] *Cursus theologicus* (nova editio, Parisis: Vives 1886) IX 544sq.

extra Ecclesiam non est sacrificium et cultus veri Dei, in Ecclesia autem tantum est unicum sacrificium institutum a Christo Domino in sacramento Eucharistiae."[56]

Ceterum, eandem esse *communem sententiam theologorum* usque ad nostrum aevum, satis patet ex testimoniis allatis in tractatu *De Eucharistia* II 786 sqq. (cf. 824 sq.), quae non oportet iterum recoquere aut discutere ob voluntarium dissensum paucorum recentiorum, qui ceteroquin tam ambigue ac fluctuanter loquuntur ut vix intelligatur quid tandem sibi velint.

TERTIO, sacrificium externum ac rituale ad quod in Novo Testamento refertur sacerdotium ecclesiasticum, est essentialiter solum *sacrificium eucharisticum,* quemadmodum sacrificium ad quod refertur sacerdotium Christi est essentialiter solum sacrificium Crucis, quod per eucharisticum continuatur. Unde non est proprie dictum sacerdotium in Ecclesia nisi illud quod refertur ad oblationem sacrificii eucharistici. Haec essentialis referentia ecclesiastici sacerdotii ad oblationem sacrificii eucharistici est iterum doctrina traditionalis, quam non vacat refricare ob partialem aliquem et ambiguum dissensum paucorum modernorum, de quibus infra (p. 566). Plura de hac re diximus supra in art. 5, pp. 291-299, et alia colligi possunt passim ex tractatu *De Eucharistia* II 843 sqq. Satis erit recolere Cone. Trid., sess. 22, cap. 1, ubi ait quod "quia per mortem [Christi] sacerdotium eius extinguendum non erat . . . , ut dilectae sponsae suae Ecclesiae visibile (sicut hominum natura exigit) relinqueret sacrificium," Eucharistiam instituit *(Denz.* 938), et Pium XII, Enc. "Mediator Dei," qui ait "christianae religionis caput ac veluti centrum Sanctissimae Eucharistiae Mysterium esse, quam ohm Summus Sacerdos Christus instituit, quamque per suos administros perpetuo in Ecclesia renovari iubet" ac immediate subiungit praefata verba Tridentini.

QUOD ATTINET NOTIONEM ANALOGIAE, haec accipe a philosophis:™ Analogia, quae dividi solet in triplicem analogiam attributionis (sive proportionis), proportionalitatis impropriae et proportionalitatis propriae, est quaedam habitudo diversorum conceptuum inter se, vi cuius eodem termino designantur. Distinguitur autem tum ab univocitate, quae importat absolutam unitatem et identitatem conceptus, tum a simplici aequivocatione, quae importat absolutam conceptuum pluralitatem et diversitatem. Unde analogia est media inter simplicem aequivocationem et univocitatem, quatenus conceptus significatus per nomen analogum nec est omnino unus, sicut in univocis, nec est omnino multiplex, sicut in aequivocis, sed est secundum se quidem multiplex, secundum aliquam vero habitudinem sive proportionem unus. Ad quarum trium proprietatum terminorum intellectionem observa sequentem divisionem, logica ratione dispositam.

Terminus universalis, qui nempe pluribus tribuitur, sic dividitur:

A. *Terminus univocus.* Significat rationem simpliciter unam, quae formaliter adest, eadem et aequalis, in omnibus quibus terminus tribuitur. Ita animal dictum de homine et de bruto.

B. *Terminus aequivocus.* Significat rationem non simpliciter unam. Est autem duplex:

a. *Simpliciter aequivocus* (dici solet aequivocus sine addito). Significat rationem nullo modo unam, sed omni modo diversam. Ita gallus dictus de avi et de incola Galliae.

b. *Secundum quid aequivocus, seu analogus.* Significat rationem quae est se-

***"Ibid. Ul* sq.**

nCf. Caietanum, *Opusculum de nominum analogia;* Ioannem a S. Thoma, *Curs. philos.,* Ars logica, q. 13, aa. 3-5, qui sequitur Caietanum; Penido, *Le rôle de l'analogie en théologie dogmatique* ("Bibliothèque thomiste," vol. 15), Paris 1931; J. Gredt, *Elementa philosophiae* I (Friburgi Br. 1937) 131-135, qui abbreviat Ioannem a S. Thoma quemque pressius sequimur in nostra explicatione. Loci autem S. Thomae ibidem referuntur.

eundum quid una (seu una non secundum aequalitatem sed secundum aliquam proportionem sive commensurationem). Dividitur in duas species:

1. *Secundum analogiam intrinsecam, seu ANALOGIAM PROPORTIONALITATIS PROPRIAE.* Significat rationem quae est quidem una secundum quid, sed tamen intrinsece, seu *quae invenitur intrinsece in unoquoque analogato,* eorum nempe quibus terminus tribuitur. Cum autem ea ratio sit tantum secundum quid una, nequit importare in unoquoque analogato unam aliquam quidditativam notam (secus haberetur univocatio), adeoque importat tantum unam proportionem notarum intrinsecarum diversarum, seu potius unitatem sive aequalitatem duarum proportionum, quae inveniuntur in diversis intrinsecis notis duorum subiectorum analogatorum (ac propterea potiusquam simplex proportio, sicut in aliis analogiis, habetur hic proportio proportionum, seu proportionalitas). Ita principium dicitur de puncto, respectu lineae, et de causa, respectu effectus, quia punctum ita in genere suo se habet ad lineam, sicut causa in genere suo se habet ad effectum.

2. *Secundum analogiam extrinsecam.* Significat rationem quae est una secundum quid, et quidem extrinsece, quatenus *invenitur intrinsece in uno tantum analogato* (quod propterea dicitur princeps analogatum), ceteris vero tribuitur ob aliquam relationem quam habent ad illud (ac propterea dicuntur secundaria analogata). Duplex autem est:

1a. *Secundum ANALOGIAM PROPORTIONALITATIS IMPROPRIAE* (seu metaphoricam vel tropicam), si relatio supradicta est *relatio similitudinis,* non quidem fundata in ipsa natura analogatorum sed tantum in aliqua accidentali proprietate. Ita Christus dicitur leo, eique tribuitur ratio leonis, quae est in sola bestia, ob similitudinem accidentalis fortitudinis quae est in utroque, seu ob aliquam unitatem sive aequalitatem proportionum in utroque, quatenus sicut se habet leo in suo modo agendi, ita et Christus in sua propria actione. Quae analogia ideo dicitur proportionalitatis impropriae, quia, quamvis praedicta unitas proportionum fundet attributionem nominis, tamen non ab ea denominantur analogata, sed ab alia ratione, seu ab ipsa forma quae est in uno tantum ac principali analogato. Ita Christus et bestia non denominantur a fortitudine, quae est in utroque, si enim diceretur: Christus est fortis (spiritualiter) et leo est fortis, nomen fortitudinis importaret analogiam proportionalitatis propriae, sed Christus, ratione similitudinis in fortitudine, denominatur leo, a forma leonis quae invenitur tantum in bestia.[68]

2a . *Secundum ANALOGIAM ATTRIBUTIONIS, vel proportionis*™ si supradicta relatio, quae permittit attributionem nominis, fundatur non in aliqua similitudine sed tantum *in aliquo nexu causali,* seu in ratione causae et effectus. Ita sanum dicitur de animali, cibo et urina, quatenus ratio sanitatis, quae formaliter est in solo animali, praedicatur etiam de cibo, quia est causa sanitatis, et de urina, quia est eius effectus et signum. Nec iterum refert quod cibus et urina habeant in se aliquid intrinsecum, ratione cuius accipiunt denominationem sani

u Haec analogia, ut observat loannes a S. Thoma cum Caietano, non est proprie dicta species analogiae, sed aliquid abusive analogum, cum reducatur ad meram comparationem unius cum altero, abusive adhibito eodem nomine. Hinc analogia reducitur proprie ad duas tantum species: proportionalitatis (nempe propriae) et attributionis. Imo Caietanus etiam analogiam attributionis habet ut abusivam, et solam analogiam proportionalitatis propriae vocat veram analogiam; nam in hac sola habetur unus conceptus (etsi tantum proportionaliter unus), in reliquis vero duabus analogiis nulla est unitas conceptus sed solius nominis. Retentis tamen, cum communi usu theologorum, tribus illis speciebus analogiae, dici potest primam esse proprie speciem analogiae, secundam vero (sive attributionis) esse minus propriam, tertiam tandem (sive proportionalitatis impropriae) minus adhuc propriam nec multum distare a pura aequivocatione.

“Hanc plures moderni theologi, praesertim in praesenti quaestione de fidelium sacerdotio, minus recte appellant pure metaphoricam.

(scilicet ipsam rationem causae vel effectus), nam non ab hoc intrinseco analogice denominantur, sed ab eo quod est ipsis extrinsecum, scilicet a sanitate quae est in solo animali.

I. DE PRIMO ELEMENTO SACERDOTII FIDELIUM, SEU DE SACERDOTIO SPIRITUALI.[60]

1. *HOC SACERDOTIUM EST PRIVATUM SIVE NON RITUALE.*

Consistit enim in qualibet supernaturali actione quae, praeter rituale ipsum sacrificium, ex aliqua virtute procedit, et per quam proinde spiritus hominis fertur in Deum, ipsi inhaeret ipsique aliquem honorem ac reverentiam exhibet; in quo quidem significatio et finis ipsius etiam ritualis sacrificii consistit. Ad hoc elementum referuntur verba 1 *Petr.* 2. 5 de "sacerdotio sancto" et "oblatione spiritualium hostiarum," necnon generalis definitio Augustini: "Verum sacrificium est omne opus, quod agitur ut sancta societate inhaereamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possimus" *(De civ. Dei* 10. 6, *ML* 41. 283) et simile assertum S. Thomae: "Omne illud quod Deo exhibetur ad hoc quod spiritus hominis feratur in Deum, potest dici sacrificium" (3 p., q. 22, a. 2). In hoc generali sensu, sacrificium dicuntur exercitium sive *actus omnium virtutum,* in quibus ceteroquin duplex elementum distinguitur: alterum mere internum ac spirituale, ex quo dicitur sacrificium internum ac spirituale, alterum externum, quod, quia cum interno est intime unitum et ab eo formalizatur ac veluti animatur, ad modum unius cum ipso sacrificium internum ac spirituale pariter dici solet, per oppositionem ad sacrificium externum ac rituale.

Ceterum, peculiari ac propriori modo huiusmodi sacrificii appellatio convenit exercitio ipsius *virtutis religionis,* seu actibus ab hac virtute elicitis (actus interiores sunt: devotio et oratio mentalis; actus exteriores vero: sacrificium rituale [quod, ut infra patebit, est sacrificium proprie dictum], oblatio, primitiae, decimae, votum, iuramentum, adiuratio, oratio vocalis; cf. 2—2, qq. 81-91), vel ab ea imperatis, seu sub eius imperio ac finalitate ab aliis quibuslibet virtutibus elicitis.

•Quoad varios modos huiusmodi spiritualis sacerdotii confer praecipue: Casee, O., "Oblatio rationabilis," *Theologische Quartalschrift* XCIX (1917-1918) 429-439; "Die λογική θυσία" *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft* IV (1924) 37–47.

Congar, Y. M.-J., "Structure du sacerdoce chrétien," *La Maison-Dieu* XXVII (Paris 1951) 67 sq., 77-79; *Jalons pour une théologie du laicat* (Paris 1953) 249-269.

Grosche, R., "Das allgemeine Priestertum," *Pügernde Kirche* (Freiburg i. Br. 1938) 198 sqq.

Lécuyer, J., "Le sacerdoce des fidèles chez les Pères," *La Maison-Dieu* XXVII (Paris 1951) 16-23.

Ratio est quia haec altera ac proprie religiosa activitas propinquiorem cognationem habet cum sacrificio exteriori ac rituali, quia, procedens ab eadem religionis virtute a qua hoc sacrificium procedit ac informatur, connectitur immediate cum ipso significato illius, scilicet divina reverentia, et cum eius fine immediato, scilicet honore divino. Prior vero ac generalis activitas aliarum virtutum, sive iustae ac sanctae vitae, quamvis minus directe connectatur cum exteriori ac rituali sacrificio, tamen, qua parte implicat unionem cum Deo, ope charitatis quae omnium virtutum actus informat ac finalizat, sublimiori quodam modo realizat ipsum ultimum finem ipsius sacrificii ritualis, quod, mediante honore Deo praestito, tendit ad "sancta societate inhaerendum Deo," ut ait Augustinus in praefata mystica definitione sacrificii.

Inter praedictos actus vitae sanctae (sive a religione sive ab aliis virtutibus elicitos) quidam inveniuntur qui, ob peculiarem suam excellentiam vel difficultatem, qua *propinquius accedunt ad finem vel formam ritualis sacrificii,* seu ad Dei honorem vel mortificativam oblationem, signantius sacrificia vocantur, vel ut excelsiora sacrificia considerari possunt. In Scriptura, *actus contritionis,* a charitate generatus, sacrificium vocatur, tanquam ipsius animi fractio ac comminutio, Deum maxime placans ipsique maxime placens: "Sacrificium Deo spiritus contribulatus" *(Psal.* 50. 19). Charitas erga proximum, praecipue prout proditur per *actum misericordiae,* in *Eccli.* 35. 4 "sacrificium," ab Apostolo "hostia" appellatur *(Hebr.* 13. 16) et ab Augustino inter spiritualia sacrificia praeprimis numeratur *(De civ. Dei* 10. 6); unde etiam vim peccatorum expiativam, veluti sacrificalem effectum, ipsa assumit, iuxta illud: "Charitas operit multitudinem peccatorum" (1 *Petr.* 4. 8); Apostolus *eleemosynam,* tanquam opus corporalis misericordiae, appellat "odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem Deo" *(Phil.* 4. 18; cf. *Hebr.* 13. 16).61 *Fides,* et ad fidem conversio, qua homo, obsequium suae rationalitatis praestans, Deo consecratur, moriens mundo ac vivens Christo, sacrificium ab Apostolo vocatur: "Sacrificium et obsequium fidei vestrae" *(Phil.* 2. 17), "Ut sim minister [AeiTovpyov] Christi Iesu in gentibus sanctificans [tepovpyovvra] evangelium Dei, ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in Spiritu sancto" *(Rom.* 15. 16), cui concinit Augustinus: "Ipse homo Dei nomine consecratus et Deo votus, in quantum mundo moritur ut Deo vivat, sacrificium est" *(De civ. Dei* 10. 6). *Oratio,* ex fide in labia descendens, dicitur "sacrificium vespertinum" *(Psal.* 140. 2), "vituli labiorum" *(Os.* 14. 3), "sacrificium laudis" *(Psal.* 49. 14), "hostia laudis, idest fructus labiorum confitentium nomini

61 Cf. Dabin, *op. cit.* (supra, in p. 518) I 419-423.

eius" *(Hebr.* 13. 15), "sacrificium confessionis" (Augustinus, *In Psal.* 117. 1). *Bona opera* in genere, sive divinae legis observantia, sunt complexivum aliquod sacrificium, quod "sacrificium iustitiae" in Scriptura vocatur *(Psal.* 6: "Sacrificate sacrificium iustitiae"). *Mortificatio corporis,* et signanter castitas, peculiariter ut sacrificium assumitur ab Apostolo: "Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum" *(Rom.* 12. 1; cf. 6. 12 sq.; 1 *Cor.* 3. 16 sq.; 6. 15, 19),[62] cui concinit Augustinus: "Corpus etiam nostrum cum per temperantiam castigamus, si hoc, quemadmodum debemus, propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiae Deo *(Rom.* 6. 13), sacrificium est" *(De civ. Dei* 10. 6, *ML* 41. 283). A fortiori sacrificium est, ipsa *mortificatio animi,* quae interiores passiones, superbiam vitae, Satanae pompas ac saecularia desideria compescit et in igne charitatis in odorem suavitatis ad Deum exhalatur. Nam, ait Augustinus, "si . . . corpus, quo inferiore tanquam famulo vel tamquam instrumento utitur anima, cum eius bonus et rectus usus ad Deum refertur, sacrificium est, quanto magis anima ipsa cum se refert ad Deum, ut igne amoris eius accensa, formam concupiscentiae saecularis amittat, eique tanquam incommutabili formae subdita reformetur, hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine acceperit, fit sacrificium?" *(De civ. Dei* 10. 6, *ML* 41. 283 sq.).

Huiusmodi spirituale sacerdotium quod Apostolus "immolationem" appellat *(Phil.* 2. 17: "Immolor supra sacrificium et obsequium fidei vestrae") et Ambrosius ut "iustitiae sacerdotium" aptissime designat *(In Luc.* 5. 33: "Omnes autem sumus, si merita nostra patiantur, iustitiae sacerdotes," *ML* 14. 553), alii Patres, quorum aliqua testimonia supra recitavimus (pp. 470 sqq.), frequenter ac multifarie describunt. Peculiariter ad rem faciunt duo sequentia testimonia, in quibus mortificativus illius aspectus vivide exhibetur. *Isidorus Pelusiota:* "Eos . . . divinus Paulus sacerdotes esse statuit, qui non victimis et sacrificiis, sed nuda natura omnibus pietatis numeris perfunguntur atque e corporibus suis pure ex se libant. Pulcherrima enim victima est piam mentem et carnem castam habere. Eoque etiam illud dixit. . . : 'Exhibete corpora vestra hostiam viventem, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.' Non enim ad sacerdotes solos scribens ... haec ipsis mandabat, sed universae Ecclesiae. Unumquemque enim ipsorum hac in parte sacerdotem esse iussit. . . Unusquisque sui corporis sacerdos creatus est, non ut citra ordinationem et institutionem subditorum imperium arripiat, sed ut vitiis imperans, corpus

®Cf. Dabin, *ibid.* 423-425.

suum castitatis delubrum aut templum efficiat" *(Epist.* 75, *MG* 78. 782 sq.). *Orígenes:* "Omnes . . . quicumque unguento sacri chrismatis delibuti sunt, sacerdotes effecti sunt, sicut et Petrus ad omnem dicit Ecclesiam: 'Vos autem genus electum, et regale sacerdotium, gens sancta' [1 *Petr.* 2. 9]. Estis ergo genus sacerdotale, et ideo acceditis ad sancta. Sed et unusquisque nostrum habet in se holocaustum suum, et holocausti sui ipse succendit altare, ut semper ardeat. Ergo si renuntiem omnibus quae possideo, et tollam crucem meam, et sequar Christum, holocaustum obtuli ad altare Dei; aut si tradidero corpus meum ita ut ardeam habens charitatem, et gloriam martyrii consequar, holocaustum meipsum obtuli ad altare Dei. Si diligam fratres meos, ita ut animam meam ponam pro fratribus meis, si pro iustitia, pro veritate usque ad mortem certavero, holocaustum obtuli ad altare Dei. Si membra mea ab omni concupiscentia camis mortificavero, si mundus mihi crucifixus sit, et ego mundo, holocaustum obtuli ad altare Dei, et ipse meae hostiae sacerdos efficior" *(In Lev.,* hom. 9. 9, *MG* 12. 521 sq.).

Peculiares quaedam et excellentiores formae huiusmodi sacerdotii sunt virginitas, status religiosus, vita matrimonialis et martyrium.*'

Virginitas (sive coelibatus, tam privatus quam publicus) est perfectior forma mortificationis corporis simulque ipsius animi mortificationem aliasque formas interioris sacerdotii involvit, cum, mediante hac intimiori et radicaliori corporalis vitae mortificatione, tota vita hominis, tum in se tum relate ad proximum et ad Deum, peculiari ac generali modo afficiatur. Per virginitatem corpus profano usui subtrahitur ac Deo reservatur, veluti hostia vivens ipsi consecrata. Ad rem faciunt supra relati textus Apostoli,[64] Pelusiotae et Origenis.

Status religiosus copulat virginitatem, seu mortificationem concupiscentiae carnis, cum mortificatione animi, seu concupiscentiae oculorum et superbiae vitae, et hanc triplicem mortificationem triplici consecrat voto, quod, cum sit peculiaris actus ipsius virtutis religionis, intimiorem inducit rationem spiritualis sacrificii ob strictiorem cognationem cum exteriori ac rituali sacrificio, eiusdem virtutis expressione (unde religiosi a religione dicti). Propterea, quidam scriptores ecclesiastici vitam religiosam connexuerunt cum notione sacerdotii et sacrificii, tanquam peculiarem formam sacerdotii fidelium; ita *Orígenes* (implicite, in loco nuper cit.), *Bernardinus Senensis* qui ait "vota religiosa esse officium sacerdotale omnium perfectorum,"[66] *Bourdaloue* et *Gay,*

"Confer pulchras explicationes Congar, *Jalons pour une théologie du laical* (Paris 1953) 253-269, et Grosche, *art. cit.* (supra, in p. 555) 198 sq.

w Cf. Dabin, *op. cit.* (supra, in p. 518) I 415-417.

"Apud Dabin, *ibid.* 318.

qui aiunt regale sacerdotium peculiari titulo convenire statui religioso[66]; alii praeterea eam compararunt cum martyrio,[67] quo sensu duplicatur eius sacerdotalis aspectus, ut sequitur ex infra dicendis de martyrio.

Vita matrimonialis, seu status sponsi ac patris, et sponsae ac matris Christianae, importat summulam quandam officiorum ac responsabilitatum in linea Christianae vitae, tum relate ad prolem tum relate ad consortem, quae, ratione praesertim difficultatis et spiritus abnegationis, peculiarem titulum sacrificii et sacerdotii sibi vindicant. Praeterea, familia est quaedam initialis cellula Ecclesiae, sacerdotalis corporis Christi, cum in ea ipsa Ecclesiae membra naturaliter generentur, ex ea ad baptismalem regenerationem afferantur, in ea Christiana educatione praeparentur. Tandem, ipsa unio coniugalis, qua familia sacramentaliter constituitur, fundatur in sacerdotali charactere Baptismi, vi cuius ipsi sponsi sunt veluti sui sacramenti ministri, illius nempe sacramenti quod, directius quam alia, refert similitudinem sacerdotalium sponsalium Christi cum Ecclesia. Ceterum, tempore legis naturae, antequam per mosaicam legem leviticum sacerdotium organizaretur, familia erat subiectum ritualis ipsius sacerdotii, quod ab eius capite sive patriarcha exercebatur.

Propterea quidam Patres tribuunt patrifamilias ministeriale, pastorale, episcopale officium, ut *Augustinus,* qui illum appellat "ministrum Christi," "in domo sua ecclesiasticum et quodammodo episcopale implens officium" (textus, quem supra retulimus in p. 472, citatur a Pio XII in Enc. "Summi Pontificatus," 20 dec. 1939), et "ad quem pertinet episcopatus officium" *(Serm.* 94, *ML* 38. 580 sq.), et *Beda,* qui illum vocat "domus suae pastorem" *{Hom.,* l. 1, hom. 6: "Non solum autem pastores, episcopi, presbyteri et diacones, vel etiam rectores monasteriorum sunt intelligendi, sed et omnes fideles, qui vel parvulae suae domus custodiam gerunt, pastores recte vocantur, in quantum eidem suae domui sollicita vigilantia praesunt," *ML* 94. 37), et quidam auctores moderni, sacerdotalia nomina libenter familiae tribuunt, loquentes de "sacerdotio patrum et matrum familias" (Congar: "Il existe aussi ... un sacerdoce des pères et mères de famille"), de "familia ut parva quadam ecclesia" (Congar: "La famille est une église en petit"; "La famille, église en réduction"[68]), de "liturgia familiali" (Congar: "Liturgie familiale"; "Liturgie du foyer"[60]).

[66] *Ibid.* 439, 476 sq.

[67] Cf. F. Vandenbrotjcke, *Le moine dans l'Eglise du Christ* (Louvain 1947) 60sq.; E. E. Malone, *The monk and the martyr. The monk as the successor of the martyr,* Washington 1950.

[68] *Op. cit.* (supra, in p. 558) 259, 261.

[69] *Ibid.* 260, in nota, 263. Cf. J. Gerard, *Das Priestertum der Ehe,* Dülmen s. a.; E. Drinkwelder, *Liturgische Lebensweihe der katholischen Familie,* München 1927;

Martyrium ™ magis adhuc quam corporalis poenitentia et virginitas, meretur, ob eandem rationem, nomen sacrificii, cum sit suprema forma mortificationis corporis ac veluti immolatio ipsius vitae, imo, sub ratione altissimae charitatis ex qua procedit *(Io.* 15. 13: "Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis"), attingit supremam expressionem vitae Christianae ac veluti consummat in se ceteras omnes formas interni ac spiritualis sacerdotii. Praeterea, ipsum assumit similitudinem ipsius externi sacrificii Christi, quod in morte crucis consummatum est, a quo tamen in ratione proprii sacrificii deficit tum quia directe non ordinatur ad significandam interiorem agnitionem divini dominii sed ad fidem protestandam, tum quia non est activa oblatio propriae vitae, sed mera passio, utut voluntarie acceptata, vulneris letalis, eo quod non competat homini ius vitam propriam dimittendi sive destruendi.

Hinc non raro Patres aliique ecclesiastici scriptores considerant martyrium ut sacrificium ipsumque connectunt cum fidelium sacerdotio. Iam Apostolus sub verbo "immolor [pro vobis]" *(Phil.* 2. 17) ad martyrium quod apostolicis suis laboribus incoeperat cuique obviam ibat, discrete alludere videtur; idque iterum, iam proxime moriturus, inculcat: "Ego enim iam delibor [i.e. immolor], et tempus resolutionis meae instat" (2 *Tim.* 4. 6). In *Apoc.* 20. 4-6, martyres exhibentur, prae ceteris, ut sacerdotes coelestis sacerdotii; "Et vidi . . . animas decollatorum propter testimonium Iesu et propter verbum Dei. . . [Ipsi] erunt sacerdotes Dei et Christi et regnabunt cum illo mille annis." *Ignatius Antiochenus:* "Lubens pro Deo moriar. . . Frumentum sum Dei et per ferarum dentes molor. . . Christum pro me supplicate, ut per haec instrumenta Deo hostia inveniar" *(Ad Rom.* 4. 1 sq., *Funk* 1. 217-219). *Martyrium S. Polycarpi* 14. 1, ostendit ipsum "manibus in tergum reiectis ac vinctum tanquam arietem insignem ex magno grege ad oblationem, victimam acceptabilem Deo praeparatam" *(Funk* 1. 297-299). *Origenes:* "Si . . . gloriam martyrii consequar, holocaustum meipsum obtuli ad altare Dei" *(In Lev.,* hom. 9. 9, supra cit., p. 558); "De martyribus . . . scribit Ioannes in Apocalypsi, quia animae eorum qui iugulati sunt propter nomen

N. Rocholl, *Ehe als geweihtes Leben,* Dülmen 1936; *Vom Laienpriestertum,* Paderborn 1939; A. M. Carré, "Les jeunes foyers à la recherche d'un culte familial," *Etudes de pastorale liturgique* ("Lex orandi," n. 1, Paris 1944) 257-266.

T0Cf. dicta in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* 207-230, 235-237. Praeterea: 0. Casel, "Mysterium und Martyrium in den römischen Sakramentarien," *Jahrbuch für Liturgiewissenschaft* II (1922) 18-38; M. Viller, "Martyre et perfection," *Revue d'ascétique et de mystique* VI (1925) 3-25; H. von Campenhausen, *Die Idee des Maryriums in der alten Kirche,* Göttingen 1936; E. Peterson, *Zeuge der Wahrheit,* Leipzig 1937; P. Dabin, *Le sacerdoce royal des fidèles,* I: *Dans les Livres Saints* (Paris 1941) 401-406.

Domini lesu, assistunt altari; qui autem assistit altari, ostenditur fungi sacerdotis officio. Sacerdotis autem officium est, pro populi supplicare peccatis. Unde ego vereor, ne forte ex quo martyres non fiunt et hostiae sanctorum non offeruntur pro peccatis nostris, peccatorum nostrorum remissionem non mereamur... Quia hostiae martyrum non offeruntur pro peccatis nostris, idcirco manent in nobis peccata nostra. . . Per Pontificem [i.e. Christum] et filios Pontificis [i.e. martyres] fit in sanctis remissio peccatorum" *{In Num.,* hom. 10. 2, *MG* 12. 638 sq.). *Traditio Apostolica* saec. 3 et duo posteriora documenta ab ipsa dependentia, scilicet *Canones Hippolyti* et *Testamentum D.N.I.C.,* tribuunt confessoribus fidei aliquod peculiare sacerdotium, de quo mox sermo erit. *Augustinus* (supra cit., p. 472) martyrium vocat "maximam passionis ministrationem," qua martyres ministrarunt Christo eodem sacerdotali ministerio quo patresfamilias ministrant in propria domo, "quodammodo episcopalem implentes officium." Inter theologos, martyrium sacerdotaliter considerant *Caietanus, Cornelius a Lapide*™ et *De la Taille* qui ait: "Christianus in partem sacerdotii dominici adscribitur per confirmationem, respectu testimonii, etiam cruenti, reddendi ei cuius se immiscet sacrificio. Per confirmationem scilicet deputatur publice ad martyrium" (cf. integrum textum supra, p. 510).

Ut nuper notatum est, *Traditio Apostolica* (ex priori medietate saec. 3), Hippolyto romano communiter tributa, et duo posteriora documenta ab ipsa dependentia, scilicet *Testamentum D.N.I.C.* (circa a. 475) et sic dicti *Canones Hippolyti* (circa a. 500), *videntur tribuere confessoribus {i.e. iis qui, fidem in cruciatibus confessi, mortem evaserant) aliquod peculiare sacerdotium,* quatenus dicunt hos non esse ordinandos ad diaconatum et presbyteratum (sed ad solum episcopatum, si casus sit), eo quod ipsa eorum confessio ipsis pro ordinatione est.

Traditio Apostolica: "But if a confessor has been in chains in prison for the Name, hands are not laid on him for the diaconate or the presbyter's office. For he has the office of the presbyterate by his confession. But if he be appointed bishop, hands shall be laid on him. And if he be a confessor who was not brought before a public authority nor punished with chains nor condemned to any penalty but was only by chance derided for the Name, though he confessed, hands shall be laid on him for every order of which he is worthy."[72]

w Confer textus apud Dabin, *op. cit.* (supra, in p. 518) 336, 402.

"Hic textus deest in versione latina, ceteris antiquiori ac fideliori, adest vero in versionibus arabica, ethiopica et sahidica (ac reproducitur in derivatis documentis, mox citandis). Citavimus anglicam versionem, ex collatione trium praedictarum orientalium versionum exaratam a G. Dix, *The Treatise on the Apostolic Tradition of St. Hippolytus of Rome* I (London 1937) 18 sq.

Testamentum D.N.LC., I. 1, c. 39: "Qui testimonium et confessionem emittit se fuisse in vinculis, in carcere et in tormentis propter nomen Dei, manus ei propter hoc non imponatur ad diaconatum, neque item ad presbyteratum. Habet enim honorem cleri, cum per confessionem a manu Dei protectus fuerit. Si in episcopum autem ordinatur, dignus est quoque impositione manus. Si est confessor, qui tamen coram potestatibus in iudicium non fuit vocatus, neque vinculis fuit afflictus, sed tantum confessus est fidem, manus impositione dignus fiat: suscipit enim cleri orationem. Non[73] omnia tamen vocabula repetat oretque super ipsum, sed cum pastor (i.e. episcopus) ulterius progreditur, ille (i.e. confessor) effectum (ordinationis) suscipit."[74]
Ibid., c. 47: "Si quis in populo apparet habens charisma sanationis, vel scientiae, vel linguarum, ne super ipsum imponatur manus, cum ipsum opus iam sit manifestum. Illis vero exhibeatur honor."[78]
Canones Hippolyti, nn. 43–47: "Quando quis dignus est qui stet coram tribunali propter fidem et afficiatur poena propter Christum, postea autem indulgentia liber dimittitur, talis postea meretur gradum presbyteralem coram Deo, non secundum ordinationem quae fit ab episcopo; immo confessio est ordinatio eius. Quod si vero episcopus fit, ordinetur. Si quis confessione emissa tormentis laesus non est, dignus est presbyteratu; attamen ordinetur per episcopum. Si talis, cum servus alicuius esset, propter Christum cruciatus pertulit, talis similiter est presbyter gregi. Quamquam enim formam presbyteratus non acceperit, tamen spiritum presbyteratus adeptus est. Episcopus igitur omittat orationis partem quae ad spiritum sanctum pertinet."[76]

De genuinitate, sensu et auctoritate huius testimonii vario modo iudicant interpretes.

Et primo quidem, *genuinitas textus Traditionis Apostolicae,* a qua reliqua duo documenta dependent, certa non est. In ipsa antiquiori ac fideliori versione latina (probabiliter saec. 4), textus non invenitur; orientales vero versiones, quae textum continent, sunt multo tardioris aetatis; ipsa versio sahidica, a qua ceterae versiones dependent, est posterior *Constitutionibus Apostolorum* (circa a. 400) et probabiliter exarata est circa a. 500, cum iam extabant *Testamentum D.N.LC,* et *Canones Hippolyti,* a quibus proinde ille textus dependere potest. Praeterea, *Constitutiones Apost.,* quae sunt antiquiores ac pariter

[73] "Haec ultima pars eorum, quae dicuntur de confessoribus, deest in versione copto-arabica."
[74] Apud I. E. Rahmani, *Testamentum Domini Nostri Iesu Christi* (Moguntiae 1899) 93-95.
[76] *Ibid.* 109. De hoc capite tamen iterum notat Rahmani: "Deest in versione copto-arabica caput de iis, qui charismatibus fruuntur."
[78] Apud L. Duchesne, *Origines du culte chrétien* (éd. 5, Paris 1909) 534.

dependent a *Traditione Apostólica,* agentes de praefatis confessoribus, contrarium asserunt, scilicet eos esse regulariter ordinandos sicut ceteros: "Confessor non fit ordinatione; res enim est voluntatis ac tolerantiae; magno autem honore dignus est, ut qui 'coram gentibus et regibus' confessus sit nomen Dei et Christi eius. Quodsi opus eo fuerit in episcopum aut presbyterum aut diaconum, ordinatur. Si vero aliquis confessor non ordinatus aliquam huiusmodi dignitatem praetextu confessionis sibi arripuerit, is deponatur et eiciatur; non enim est, quandoquidem negavit Christi constitutionem 'et est infideli deterior'" (8. 23, *Funk* 1. 527-529; idem fert *Epitome libri 8* earundem Constitutionum, c. 14, *Funk* 2. 82). Ceterum, praefatae versiones, iuxta editionem G. Horner,[77] continent etiam alium textum, probabiliter derivatum ex nuper citatis verbis *Constit, Apost.,* in quo pariter asseritur confessores ordinandos esse.

Praeterea, notandae sunt quaedam discrepantiae inter tria praefata documenta. Dum enim duo priora distinguunt duas classes confessorum, eorum scilicet qui confessi et passi sunt, quique dicuntur non ordinandi, et eorum qui confessi sed passi non sunt, quique dicuntur ordinandi, tertium documentum, seu *Canones Hippolyti,* subdistinguit priorem classem confessorum in liberos et servos, et quoad servos videtur exigere abbreviatum quendam ritum ordinationis, seu impositionem manuum absque forma invocationis Spiritus Sancti; praeterea, quaedam expressiones duorum posteriorum documentorum videntur significare quod confessor accipit gradum honoris potiusquam ipsam potestatem presbyteralem: "Habet honorem cleri," "Meretur gradum presbyteralem coram Deo, non secundum ordinationem quae fit ab episcopo," "Quamquam formam presbyteratus non acceperit, tamen spiritum presbyteratus adeptus est." Fatendum tamen est generalem tenorem trium documentorum potius suggerere in eis agi de ipsa diaconali et presbyterali potestate a confessoribus absque ordinatione obtenta, ut praecipue suadet ipsa oppositio cum potestate episcopali quae dicitur per ordinationem eisdem conferenda.

Inde intelligitur interpretes non uno modo loqui *de sensu et auctoritate triplicis textus,* et praecipue prioris, data quidem nec concessa eius genuinitate. Quidam, ut *B. Botte,*[78] dicunt ibi agi de participatione honoris, non vero ipsius potestatis. Alii, ut *De Puniet,*[79] dicunt praefatos confessores fuisse ordinatos absque speciali sive consueto ritu ordinationis. Alii frequentiores simpliciter concedunt ibi significari

[77] *The Statutes of the Apostles or Canones Ecclesiastici* (London 1904) 202, 277 sq., 345 sq.

[78] *Hippolyte de Rome. La Tradition Apostolique* ("Sources chrétiennes," n. 11, Paris 1946) 24.

[79] *Le Pontifical Romain* (Paris 1931) II 335.

confessores absque ordinatione considerandos esse ut veros presbyteros et diaconos; ita *Funk,*™ *H. Delehaye*^ *J. Fixeront,**2 *J. Coppensf* A. Michel,** De Clercq,** A.-J. Otterbein** J. Lebreton,*7 G. Dix*** Ceterum hi doctores negant vel attenuant auctoritatem et momentum huiusmodi testimonii; nam non solum est prorsus unicum in suo genere, sed etiam opponitur coaevis testimoniis tum Cypriani *(Epist.* 33-34, *ML* 325-333), tum Tertulliani qui in sua diatriba contra sic dictum Decretum Callisti non facile omisisset impugnare tale martyrum privilegium, quemadmodum reprobat praesumptam eorum potestatem in remissionem peccatorum *(De pud.* 22: "At tu iam et in martyras tuos effundis hanc potestatem," *ML* 2. 1080). Unde agitur vel de aliqua peculiari doctrina Hippolyti aut praxi sectae quam ipse fundavit (Dix), vel de aliqua particulari praxi romana saec. 2 quae tempore Hippolyti obsolere coeperat (Dix, ut non improbabile), vel de peculiari praxi ecclesiae aegyptiacae (Tixeront), vel quomodolibet de aliquo abusu, introducto ex desiderio satisfaciendi immoderatis petitionibus confessorum (Coppens, Michel). Ceterum, talis praxis vel abusus, si unquam extitit, mox extinctus est, ut constat tum ex epistolis Cypriani, tum ex silentio aliorum documentorum, tum ex supra citato textu *Constitutionum Apostolorum,* in quo locus *Traditionis Apostolicae* radicaliter reformatur.

2. *HOC SACERDOTIUM FUNDATUR PROXIME IN SOLA GRATIA SANCTIFICANTE.*

Nam, ut dictum est, ipsum consistit in actibus et exercitio virtutum, quae sunt habitus operativi ipsius gratiae sanctificantis. Remote autem ipsum fundatur in incorporatione ad Christum, ut Caput corporis mystici, quae fit mediante gratia sanctificante.

Unde stricte loquendo, hoc sacerdotium *non fundatur in gratia sacramentali qua tali,* cum possit homo gratiam consequi et Christo Capiti incorporari ante et sine sacramento, quamvis non sine voto sacramenti. Subiectum igitur huius sacerdotii est *omnis iustus,* etiam si sit adhuc

"In nota ad supra citatum textum *Constit. Apost.*
***n Les origines du culte des martyrs* (Bruxelles 1912) 18, 27.**
***n L'Ordre et les Ordinations* (éd. 2, Paris 1925) 123.**
***" L'imposition des mains et les rites connexes dans le Nouveau Testament et dans l'Eglise ancienne* (Wetteren 192S) 158 sq.**
""Ordre." *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1251 sq.
***" Ordre, Mariage, Extrême-Onction* (Paris 1939) 23 sq. Hic auctor inde deducit rationem quare *Traditio Apostolica* non sit rigoristae Hippolyto tribuenda.**
***MThe diaconate according to the Apostolic Tradition of Hippolytus and derived documents* (Washington 1945) 44.**
"In *Recherches de science religieuse* XXXIV (1947) 112.
""The ministry of the early Church c. a.d. 90-410," *The apostolic minislry* (ed. K. E. Kirk, London 1947) 223 sq.

catechumenus aut simplex paganus per contritionem justificatus. Talis est traditionalis sensus, expressus in celebri effato Irenaeo attributo: "Omnes enim iusti sacerdotalem habent ordinem" *{Adv. haer.* 4. 8. 3, *MG* 7. 995), quod, quamvis proveniat ex mendosa lectione,[80] tamen taliter transmissum est in codicibus latinis et sub patrocinio Irenaei in tali sensu susceptum, necnon in alio simili effato, fortasse cum illo connexo, quod sub nomine Chrysostomi susceperunt ac commentati sunt mediaevales doctores: "Non omnis sacerdos sanctus est, sed omnis sanctus sacerdos."[00] S. Thomas, ter commentans hunc textum *{In 4 Sent.,* dist. 13, q. 1, a. 1, q. 1, ad 1; *Suppi.,* q. 36, a. 3, ad 1; 3 p., q. 82, a. 1, ad 2; supra cit., in p. 487), absque ulla restrictione concedit quemlibet iustum dici posse sacerdotem spiritualiter ac mystice, quatenus per gratiam est unitus Christo et offert spirituales hostias, seu semetipsum Deo. Praeterea, pro casu martyrii res omnino evidens est, quoniam martyrium aequivalet Baptismo (imo sub aliqua ratione excellet) quoad effectum incorporationis ad Christum Caput, ac ideo in omni subiecto, sive baptizato sive non baptizato, exercet supremam formam huiusmodi spiritualis sacerdotii.

Ceterum, dici potest gratia ipsa sacramentalis dupliciter hoc sacerdotium afficere eique commisceri. Primo nempe antecedenter et in voto, quatenus nemo iustificatur nisi in voto sacramenti eiusque effectus; ex quo sequitur gratiam illam praebaptismalem esse sacramentalem in voto ac ideo sacramentaliter in voto exercere suum spirituale sacerdotium. Secundo, consequenter et in re, quatenus, suscepto subinde sacramento, sacramentalis gratia amplificat ac modificat sacerdotalem activitatem prioris gratiae; quod maxime apparet tum in vita religiosa, quae vota Baptismi perficit, tum in vita matrimoniali, quae per gratiam sacramentalem sanctificatur ac vegetat, tum in confessione fidei per laicalem apostolatum, qui per gratiam Confirmationis expanditur; ut enim iterum infra dicetur (pp. 592 sq.), hae binae formae laicalis sacerdotii, scilicet matrimonialis et apostolica, non in ipso charactere sacramentali immediate fundantur, sed in gratia sacramentali Matrimonii et Confirmationis.

Ex dictis etiam sequitur totum hoc privatum ac spirituale sacerdotium, in ipso subiecto baptizato, *non fundari proprie ac immediate in charactere sacramentali,* nam ipsa gratia sacramentalis nonnisi exigitive fundatur in charactere ac proinde eius sacerdotalis activitas

" Confer dicta in tom. 1, p. 270, in nota. Lectio valde probabiliter authentica est: "Omnis rex iustus sacerdotalem habet ordinem."

M Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum,* hom. 43, *MG* 56. 876. Opus constat 54 uberibus ac profundis homeliis, Arianismo tamen inquinatis. Auctor est ignotus quidam arianus; G. Morin opinatur opus exaratum esse in Italia circa a. 550 ab eodem qui Origenis *Commentarium in Matthaeum* latine vertit.

nonnisi concomitanter et adiacenter se habet ad characterem, absque ullo istius concursu in ipsam. Dici tamen potest, ex huiusmodi necessario consortio cum charactere activitatem gratiae sacramentalis conditionaliter potentiari in suo sacerdotali exercitio, praecipue relate ad quosdam actus ritualis indolis, ad quos ius confert sacramentalis character, uti susceptionem sacramentorum et participationem ad eucharisticam oblationem, quin ceteroquin inde ullatenus mutetur in sua indole privati ac spiritualis sacerdotii nec ullum in se assumat directum aliquod elementum rituale, ut fusius explicabitur infra (pp. 589, 591, 599, 608).

3. *HOC SACERDOTIUM EST ESSENTIALITER ACTIVUM.*

Etenim, ut dictum est, ipsum consistit in exercitio virtutum secundum earum actus tam interiores quam exteriores. Nec ipsa passiva receptio sacramentorum, quibus ipsum in quibusdam actibus alligatur, valet inducere in ipsum aliquod elementum passivum, cum ea receptio non pertineat ad eius exercitium sed ad exercitium sacerdotii sacramentalis, de quo infra, et ipsum cum hoc quidem concurrat per activitatem dispositivam ad receptionem sacramentorum sed cum eo nullatenus commisceatur aut confundatur.

4. *HOC SACERDOTIUM EST IMPROPRIE DICTUM SEU METAPHORICUM.*

Scilicet, ipsum non est sacerdotium proprie dictum, iuxta intrinsecam analogiam proportionalitatis propriae, sed improprie dictum, iuxta duplicem extrinsecam analogiam sive *proportionalitatis impropriae* (quae sola est stricte metaphorica), sive *attributionis* (quam quidam moderni, utut inepte, vocant pure metaphoricam). Ratio est, quia sacerdotium proprie dictum ordinatur ad sacrificium, et quidem ad sacrificium proprie dictum, quod est actus ritualis et in N.L. eucharisticus, ut supra explicatum est (pp. 548-553); sacrificium autem ad quod hoc sacerdotium ordinatur, non est sacrificium proprie dictum, quia non est rituale nec eucharisticum.

Ut huic rationi satisfaciant, adversarii duplicem ineunt viam. Et quidem *Congar* negat catholicum sacerdotium definiendum esse per respectum ad solum sacrificium eucharisticum,91 cum, iuxta Evangelia, ipsum sacerdotium hierarchicum importet plura alia officia praeter

"In hoc ei consentiunt pauci alii moderni, signanter *Masure* et *Piault,* de quibus locuti sumus in art. 5 (supra, pp. 295-299) in quaestione de sacramentali distinctione inter episcopatum et presbyteratum. Congar supra, in p. 523, provocat ad consensum *Masure, Glorieux* et *RochoÜ.*

illud sacrificium, nominatim ministerium verbi et ministerium charitatis seu misericordiae (cf. supra, p. 522). *Attamen,* aequivocat hic doctor. Nam nemo nescit plura sacerdoti competere praeter illud sacrificium, et praecipue confectionem ceterorum sacramentorum; sed quaestio est quodnam sit essentiale vel saltem praecipuum munus, sine quo proinde sacerdotium non datur et in quo cetera munia, tanquam secundaria, fundantur, et quo remoto, cetera quoque removentur. Hoc autem est ipsum sacrificium rituale et eucharisticum, iuxta sensum traditionalem, ut dictum est supra (p. 553), et signanter iuxta doctrinam S. Thomae expositam in art. 5 (pp. 129 sqq.), quam leviter Congar se deserere significat (cf. supra, p. 523).[92] Hic traditionalis sensus tam firmiter radicatur in communi mentalitate theologorum, ut generatim defensores proprie dicti sacerdotii fidelium ad ipsam illius connexionem cum sacrificio eucharistico sollicite recurrunt, ut inde huiusmodi sacerdotalitatem conficere queant.

Alii igitur, ut *Laurentin* (et partialiter aut minus decisive *Sauras),* admissa necessitate praefatae connexionis cum sacrificio eucharistico, dicunt internum illud sive privatum fidelium sacerdotium reipsa referri ad Eucharistiam et ex hac ipsa connexione, saltem tanquam ex quadam conditione, veluti ritualizari ac rationem proprie dicti sacerdotii sortiri (cf. supra, pp. 515 sq.). Haec autem connexio dupliciter explicatur; vel ex eo quod actus virtuosi, per quos illud sacerdotium exercetur, continent votum Eucharistiae, non minus quam ipsa gratia, ex qua ipsi procedunt, connectitur cum Eucharistia (ita Sauras), vel ex eo quod fideles, ut coofferentes sacrificium eucharisticum coniungunt cum hoc sacrificio exercitium ipsius spiritualis sacerdotii (ita Laurentin et Sauras). *Attamen,* neutra explicatio est ad rem. Prima enim confundit in Eucharistia rationem sacramenti cum ratione sacrificii; votum enim Eucharistiae, quod aliquo modo dici potest contineri in omni opere bono,[93] seu potius in omni gratia sacramentali, qua spiritualis vita hominis dirigitur ac informatur (cf. tractatum *De Eucharistia* I 512-517, 687-690), non est votum Eucharistiae ut sacrificii sed ut sacramenti, prout hoc est finis omnium sacramentorum, ac ideo impertinens est ad explicandam rationem proprie dicti sacrificii in praefata spirituali activitate privati sacerdotii. Altera vero explicatio respicit potius rituale elementum huius sacerdotii, quod fundatur non

"Desertio eiusdem principii de essentiali referentia sacerdotii ad Eucharistiam, non paucas ambiguitates et fluctuationes induxit in ipsam quaestionem de hierarchico sacerdotio, quod attinet sacramentalem distinctionem inter episcopatum et presbyteratum, ut explicuimus in eodem art. 5, pp. 297-299.

"Ad hoc referuntur pulchra Thomassini verba: "Eucharistia externum et corporale adeoque proprium cum sit sacrificium, spiritualius tamen est quolibet spiritali sacrificio et improprio: quia cami Christi spiritalia nostra omnia innituntur" *(Theol· dogm. De Incarnatione,* l. 10, c. 29, n. 8 [Venetus 1730] I 709).

in gratia sed in charactere baptismali, ad ideo hic est pariter impertinens, atque considerabitur inferius agendo de illo elemento, ubi ceteroquin dicetur ex ea coniunctione spiritualis sacerdotii cum actu cooblationis Missae (quidquid sit de indole huiusmodi cooblationis fidelium) nihil in eo essentialiter immutari nec quidquam novi ei contingere, vi cuius ex spirituali in rituale sacerdotium converti queat; et haec fortasse est una ex rationibus quare Congar conetur minuere momentum Eucharistiae in linea sacerdotalitatis.

Cum sacerdotium fidelium non sit proprium, seu non dicatur sacerdotium secundum analogiam proportionalitatis propriae,[104] eo quod ratio sive forma expressa per terminum "sacerdotium" non inveniatur intrinsece in utroque analogato sed tantum in sacerdotio hierarchico,[105] restat ut dicatur *improprium* (et hoc generali sensu, iuxta quorundam modernorum terminologiam, metaphoricum). Haec autem impropria sive extrinseca analogia duplex est, ut explicuimus supra (pp. 554 sq.), alia attributionis (quam quidam vocant mere metaphoricam) et alia proportionalitatis impropriae (quae proprie est et a philosophis dicitur metaphorica), et iuxta alterutram, pro diverso casu, contingit activitatem fidelium dici sacrificalem et eorum dignitatem vocari sacerdotalem. Quidam enim actus referunt tantum *relationem causalem* cum sacerdotio rituali, quidam vero *relationem similitudinis* cum ipso, iuxta varia elementa quae in eo distingui possunt; priores proinde dicuntur sacrificia secundum *analogiam attributionis,* adeoque improprie (seu, iuxta modum dicendi quorundam modernorum, pure metaphorice), atque constituunt eiusdem generis sacerdotium, posteriores vero dicuntur sacrificia secundum *analogiam proportionalitatis impropriae,* adeoque improprie et quidem stricte metaphorice, atque constituunt pariter improprium ac metaphoricum sacerdotium. Notandum autem est eam analogiam attributionis in sacerdotio fidelium nequaquam fundari in eorum mera relatione pertinentiae ad Christum qui est sacerdos, aut ad Ecclesiam in qua est proprium ac hierarchicum sacerdotium, ut quidam (v.g. *Monsegii,* cit. in p. 540) incaute asserunt, ita facilem ansam praebentes irrisioni adversariorum (exemplum vero a quibusdam invocatum, familiae scilicet quae dicitur regalis quia pertinet ad regem, non est ad rem,

[104] **Nemo autem, etiam inter audaciores defensores huiusmodi sacerdotii, videtur affirmare eius univocitatem cum hierarchico sacerdotio.**

[105] **"Notandum est quod si ea ratio in utroque analogato intrinsece inveniretur, huiusmodi analogicum sacerdotium posset definiri, secundum conceptum proportionaliter unum quem importaret; nam, ut dictum est supra (p. 554, in nota), analogia proportionalitatis propriae, eaque sola inter tres species analogiae, importat unum conceptum. Unde inepte *Laurentin,* qui hanc ipsam analogiam attribuit termino sacerdotii (cf. supra, p. 546), advertens fortasse periculum aequivocationis quod exinde sequeretur, a difficultate conatur sese extricare, declarans analoga definiri non posse (cf. supra, p. 545).**

quia in hoc agitur de mera comparatione, seu de attributione adiectivi significantis ipsam pertinentiam ad regem, non vero de usu analogiae, sicut esset si membra illius familiae dicerentur non solum regalia sed reges, vel si aliquis fidelis diceretur non solum Christianus sed christus), sed fundari in aliquo nexu causalitatis inter internam vel privatam activitatem fidelium et sacerdotalem, seu externam ac ritualem, activitatem ministrorum Ecclesiae.

Exinde intelligitur quae et qualiter sacerdotalis haec analogia verificatur in praecipuis ex supradictis (pp. 555-561) activitatibus vel statibus christianae vitae. Generaliter loquendo, *in actibus pure interioribus* (et praecipue virtutis religionis) *verificatur analogia attributionis,* fundata in relatione causae ad effectum vel signati ad signum; *in actibus vero exterioribus,* et in quibusdam etiam interioribus, *verificatur analogia proportionalitatis impropriae,* fundata in relatione similitudinis cum uno vel alio elemento sacrificii ritualis, scilicet oblatione vel immolatione. Peculiare ac biblicum exemplum prioris analogiae videri potest in *"spiritu contribulato"* de quo in *Psal.* 50. 19: "Sacrificium Deo spiritus contribulatus"; sacrificium enim rituale, praecipue expiatorium, seu immolatio ac veluti contribulatio victimae, est effectus et signum contribulationis cordis. Pariter vividum exemplum alterius analogiae habetur in *corpore mortificato,* seu per mortificationem et castitatem sanctificato, iuxta illud *Rom.* 12. 1: "Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem"; sicut enim in rituali sacrificio mortificatur victima, magis vel minus usque ad perfectiorem gradum holocausti, ita per mortificationem et continentiam mortificatur corpus, iuxta diversos gradus et modos communis mortificationis, castitatis, virginitatis, usque ad supremam formam martyrii. Ad haec duo exempla vel prototypos, ceterae onnes formae reduci possunt.

Ipsa quidem *religiosa intentio,* seu voluntas reddendi Deo debitum obsequium, quae est ipsa essentia sive anima virtutis religionis, est ultima ac suprema forma pure interioris sacrificii, quod immediate significatur per ipsum rituale ac proprie dictum sacrificium, ac ideo praeprimis sacrificium analogice vocatur *{analogia attributionis)', ex* ea eandem sacrificii rationem participant interiores actus, tum ipsius religionis, scilicet devotio et oratio, tum aliarum virtutum, ut fidei, charitatis et temperantiae, praesertim cum ab ipsa religione imperantur. In pluribus autem actibus illarum virtutum, praecipue exterioribus, invenitur aliqua relatio similitudinis cum elementis ritualis sacrificii, scilicet aliqua ratio oblationis vel immolationis, quae fundat in ipsis analogica ratio sacrificii secundum analogiam proportionalitatis impropriae; ita ipse interior *actus perfectae contritionis*

dicitur sacrificium, quia in eo anima veluti in partes scinditur seu conteritur, sicut in sacrificio rituali ac proprie dicto victima conteritur ac destruitur; pariter interior oblatio Deo tribulationum vitae est sacrificium, ob similitudinem cum oblatione ritualis sacrificii. Inter exteriores actus, *corporalis mortificatio, virginitas, status religiosus, status matrimonialis et martyrium,* sacrificia vocantur, ratione similitudinis inter poenalitatem sive abstinentiam, in eis diversimode inclusam, et destructionem sive immolationem victimae quae in sacrificio rituali intercedit; cui ceteroquin rationi saepius admiscetur etiam prior ac interior ratio sacrificii secundum relationem signi ad idem rituale sacrificium et consequentem analogiam attributionis.

II. DE ALTERO ELEMENTO SACERDOTII FIDELIUM, SEU DE SACERDOTIO SACRAMENTALI.

1. *HOC SACERDOTIUM EST PUBLICUM SIVE RITUALE, SALTEM IN SENSU LATIORI.*

Hoc sacerdotium differt a praecedenti per suam indolem publicam et directe vel indirecte ritualem, prout respicit directe ipsum cultum, praecipue sacrificium et sacramenta, vel alia iura et officia, quae uno vel alio modo ad cultum indirecte referuntur, uti ministerium verbi, defensionem fidei, apostolatum, ministerium charitatis. Haec et alia sic ordinari possunt:

A. *Munus proprie rituale:*

a. *Principale et essentiale:*

1. *Activum:* Cooblatio sacrificii Missae. Administratio duorum sacramentorum non sacerdotalium, scilicet *Baptismi* necessitatis[9] et *Matrimonii.* Addi potest sacramentalis concursus in sacramento Poenitentiae, quatenus materia subministratur a subiecto.

2. *Passivum: Susceptio omnium sacramentorum,* post primam ipsius Baptismi susceptionem.

"Exaggerata vel ambigua videntur haec verba Congar: "Il nous paraît *normal* qu'un laïc administre le baptême; de fait, le Code l'admet pour le baptême non solennel." Relato generali principio quorundam mediaevalium canonistarum, quod scilicet "ex demandatione Papae quilibet conferre potest quod habet: unde ordinatus ordinem et confirmatus confirmationem [conferre potest]," ait: "Si, comme il semble bien, le sacrement de confirmation est visé, il faut avoué qu'une application en ce sens d'un principe fort discutable en sa forme toute géométrique, ne trouve pas d'appui dans la tradition ou même dans l'histoire, *sans qu'on puisse pour autant préjuger de l'impossibilité ou de la possibilité de la chose?* (op. cit.* [supra, in p. 558] 301). Vix normalis vocabitur minister extraordinarius ac necessitatis, et vix, attentis documentis tum Traditionis tum Ecclesiae, quis dubitabit de impossibilitate administrandi Confirmationem per laicos.

b. Secundarium et accidentale:

1. *Activum:* Munus diaconissarum in Baptismo mulierum in antiqua Ecclesia. Asservatio Eucharistiae domi, quam olim fideles sibi ministrabant. Ministratio in Missa aliisque sacris officiis.[97] Assistentia sive participatio in iisdem. *Poenitentia publica,* in qua, veluti collaborante toto fidelium coetu, Ecclesia antiqua administrabat sacramentum Poenitentiae.[98] *Conjessio apud laicos,* quae magnam habuit fortunam in medio aevo cuique S. Thomas tribuit aliquam diminutam rationem sacramentalitatis." Accessus consensus populi hierarchicis ordinationibus in antiqua Ecclesia. Officium publici testis in sacramento Matrimonii, absente sacerdote. Officium divinum persolutum a feminis religiosis.

2. *Passivum:* Susceptio *sacramentalium*. Exequiae et sepultura ecclesiastica. Fructus publicarum orationum.

B. *Munus improprie rituale:* Participatio:

a. In *ministerio,* tum *apostolatus* (peculiariter per *Actionem Catholicam),* tum fidei (per fidei protestationem ac defensionem, iuxta ;us et officium fundatum in Baptismo et praecipue in Confirmatione), tum verbi (sive publice in extraordinariis casibus absentiae sacerdotis, sive semipublice per Christianam prolis educationem), tum charitatis (ius ad indigentiae sublevamen, iuxta ecclesiasticum officium curam habendi pauperum, viduarum et pupillorum).

b. In *magisterio,* per influxum sic dictae infallibilitatis passivae (seu inerrantiae collectivae) in explicitationem fidei eiusque formularum.

c. In *gubernio,* per provocationem decisionum auctoritatis, per petitionem reformationis legum, per efformationem consuetudinum quae non raro vim legis obtinere consueverunt.

2. *HOC SACERDOTIUM FUNDATUR IN CHARACTERE BAPTISMALI, PER CHARACTEREM CHRISMALEM PERFECTO.*

Ex Baptismo enim eiusque charactere, quo homo incorporatur tum Ecclesiae, ut visibili ac cultuali societati, tum ac consequenter Christo ut sacerdoti, seu ut fundatori ac motori huiusmodi cultualis societatis, proveniunt in fideli omnia praefata iura et officia ordinis ecclesialis sive cultualis; Baptismi autem effectus perficitur per effectum Con-

"De his duobus cf. Congar, *ibid.* 304-307.
"Cf. tractatum *De Poenitentia* II 862-880.
*** Cf. *ibid.* IV 694-723; item Congar, *op. cit.* 301-304.**

firmationis non solum sub ratione gratiae sacramentalis sed etiam characteris, seu cultualis incorporationis ad Christum et Ecclesiam.[1]

Quomodolibet autem natura characteris ulterius explicetur, iuxta diversas ac multiplices opiniones, olim saltem vulgatas inter theologos,[2] sive nempe ut quaedam relatio (Scotus), sive ut passibilis qualitas (Lugo), sive ut habitus (Suarez), sive ut potentia moralis (Billot), sive tandem ut potentia physica (thomistae), certum est, iuxta definitionem Tridentini, et explicationem Catechismi Cone. Trid., ipsum esse aliquid reale, in anima impressum, quo fidelis Christo sacerdoti configuratur,, et quo consequitur aliquam potentiam sive habilitatem relate ad cultum suscipiendum vel tradendum. Ceterum, sententia S. Thomae[3] ita pedetemptim praevaluit ut, abstrahendo ab ulterioribus determinationibus, dici possit modernos theologos communiter admittere characterem baptismalem, qui ulterius perficitur per chrismalem, esse *veram quandam potentiam sacerdotalem,* habilitantem ad ea quae sunt divini cultus.[4]

Praeterea, iuxta sententiam thomisticam cui plures alii theologi uno vel alio modo aut gradu facile accedunt, in hac sacerdotali potentia sequentes tres notae considerandae sunt[5]: Primo nempe ipsa est *potentia in sensu stricto,* prout differt ab habitu (qualis est gratia et virtus), et a fortiori ab aliis duabus speciebus qualitatis, i.e. figura et passibili qualitate. Secundo, est *potentia passiva;* quoad hoc tamen partialiter dissentiunt plures theologi, praesertim ex illis qui defendunt proprie dictum sacerdotium fidelium, quatenus dicunt characterem baptismalem esse potentiam simul passivam et activam, et characterem Confirmationis esse potentiam activam vel praevalenter activam; contra quos agemus infra (pp. 579, 590). Tertio, est *potentia instrumentons,* non solum in hoc improprio sensu quod sit secundaria relate ad potestatem Christi et quod sit participata ab ea, sed etiam in hoc proprio sensu quod ipsa sit media inter operationem Christi

[1] **Cum hoc sacerdotium fundetur immediate in charactere, qui a quolibet fideli individualiter possidetur, patet ipsum competere unicuique non tantum titulo collectivo, ut quidam, v.g. *Laurentin,* volunt, sed etiam *titulo individuali.* Ceterum, ratio quare Laurentin contrarium dicat, est quia characterem non considerat ut quid directe sacerdotale sed ut medium incorporationis ad Ecclesiam quae, sola et ut corpus, sit sacerdotalis (cf. supra, p. 516).**

***Cf. tractatum *De sacramentis in genere* 291-294, et hic, art. 11 (in tom. 3).**

' Cf. supra, pp. 486-488.

[4] **Unde peregrina valde videtur praefata affirmatio Laurentin, iuxta quam character baptismatis non est de se sacerdotalis, sed est tantummodo medium quo homo incorporatur corpori sacerdotali Christi, seu Ecclesiae: "Le caractère du baptême n'est point un 'caractère sacerdotal' mais un caractère qui incorpore au corps sacerdotal du Christ. . . Le sujet principal du 'sacerdoce royal' dont parle saint Pierre, c'est plus l'Eglise que le fidèle" (cf. supra, pp. 516, 521).**

[5] **Confer doctrinam S. Thomae supra explicatam (pp. 486-503); item tractatum *De sacramentis in genere* 294–300.**

eiusque ministri et subiectum suscipiens sacramenta, ac ideo sit vera et physica ratio quare subiectum possit suscipere sacramenta.

Quoniam autem primum et tertium (scii, potentia stricte dicta et instrumentalis) facilius quidem intelliguntur de charactere ut potentia activa, qualis est character Ordinis, sed *prima fronte videntur intelligi non posse de charactere ut potentia passiva, qualis est praecipue character baptismatis,* nam ex una parte videtur quod vera potentia passiva debeat in se recipere actum ad quem ordinatur, character autem baptismalis non recipit in se sacramenta ad quorum receptionem confert potentiam (ipsa enim sacramenta recipiuntur in corpore et eorum effectus, seu gratia et character vel generaliter res-et-sacramentum, recipitur immediate in ipsa anima eiusque facultatibus), et ex alia parte potentia passiva instrumentalis videtur esse contradictio in terminis, cum omne instrumentum ordinetur ad agendum et causa instrumentalis reducatur ad efficientem, notandum est® quod ad hoc ut character sit vera quaedam potentia passiva non necessario requiritur ut in seipso suscipiat actus cultus, sive sacramenta ad quae ordinatur (quamvis aliunde probabile sit quod de facto ipse in se suscipiat, tanquam eius determinationem, unum effectum sacramentorum, scilicet geminum subsequentem characterem, necnon fortasse quaedam alia ex his quae dici solent res-et-sacramenta)7 sed *sufficit ut ipse sit ratio quare ipsum subiectum possit suscipere praefatos actus sacramentales,* scilicet non tantum naturaliter sed sacramentaliter, seu non ut sunt naturales passiones et actiones (puta unctio corporalis) sed ut sunt sacramenta, seu signa efficacia gratiae et characteris. Si enim subiectum dependet a charactere, tanquam ab aliquo prius in se suscepto ut possit ulterius suscipere actionem sacramentalem qua talem, recte character dicitur causa in genere causae materialis, adeoque potentia passiva; unde character baptismalis potest esse potentia passiva quin in se suscipiat sacramenta, quia character baptismalis qui est in solo intellectu est ratio quare cetera sacramenta possint qua talia suscipi ab homine, seu in toto homine (iuxta diversos eorum effectus, ut patet de proprio subiecto gratiae sacramentalis, characterum et ceterorum rerum-et-sacramentorum).

Propria igitur ratio est, quia character non est potentia naturalis,8

*Cf. tractatum *De sacramentis in genere* 298 sq.; Ioannem a S. Thoma, *In 3 p.*, q. 63, disp. 35, a. 2, nn. 126-135, *Cursus theologicus* IX (Parisiis 1886) 351-354; Salmanticenses, *De sacramentis in communi,* disp. 5, dub. 2, nn. 35 sq., 42 sq., *Cursus theologicus* XVII (Parisiis 1881) 437-439, 443-446; Ch. Journet, *L'Eglise du Verbe Incarné* II [Bruges 1951] 249-251.

TCf. tractatum *De sacramentis in genere* 211, 299; Ioannem a S. Thoma, *ibid.* 353, 364; Salmanticenses, *ibid.* 445; Journet, *ibid.* 250, in nota.

'Ioannes a S. Thoma distinguit inter potentiam passivam naturalem et potentiam passivam sacramentalem. Salmanticenses vero distinguunt universalius inter potentiam

quae recipit in se actum ad quem ordinatur, sed *potentia sacramentalis,* quae nempe habilitat ad recipiendum actum non praecise in genere entis et prout est actus naturalis, sed in genere sacramenti; unde sacramenta recipiuntur in potentia naturali, seu in corpore, prout sunt actiones naturales et corporales, recipiuntur vero, medio baptismali charactere, in toto homine prout sunt sacramentales actiones. Ceterum, in ipsis etiam rebus naturalibus aliquid analogice simile contingit; ita cetera accidentia recipiuntur in toto corpore mediante quantitate, quamvis non necessario omnia sublectentur in ipsa quantitate, et hoc sensu quantitas dici posset potentia passiva (quamvis improprie, quia quantitas non est in genere qualitatis) relate ad susceptionem ceterorum accidentium, quatenus, etsi ea omnia in se non recipiat, tamen est ratio quare possint in toto corpore suscipi; pariter anima rationalis dat corpori physicam et proximam capacitatem ad suscipiendas potentias vitales sensitivas, quae tamen non in anima suscipiuntur sed in corpore; item, teneritudo sive mollities cerae dat ipsi capacitatem recipiendi ñguram sigilli, quae tamen non in teneritudine sed in quantitate suscipitur.

Et exinde solvitur etiam altera obiectio de ratione *potentiae instrumentalis,* quoniam ex hoc ipso quod character mediet inter sacramentum et subiectum in ordine ad illius susceptionem, ita ut subiectum non possit sacramentum suscipere nisi prius habeat characterem et ratione illius, consurgit quaedam ratio instrumentalitatis seu mediationis in ordine causalitatis, etsi indolis non activae sed passivae. Et in hoc sensu potentia passiva instrumentalis non est quid repugnans; non enim potentia passiva dicitur instrumentalis veluti per aliquam motionem sive virtutem in ipsam derivatam a principali agente, sicut potentia activa dicitur instrumentalis, sed per hoc tantum quod deservit quasi ministerialiter ad hoc ut effectus suscipiatur in subiecto non mere entitative et materialiter, sed sacramentaliter, sacramentalis autem susceptio, sicut correspondens sacramentalis collatio, est essentialiter ministerialis, quemadmodum et ipsum sacramentum.

Si autem quaeratur quid proprie sit sacramentaliter suscipere, vel quid proprie praestet character baptismatis (ex quo dici possit potentia passiva sacramentalis, et consequenter etiam potentia ministerialis

passivam vere et proprie receptivam actus vel formae et potentiam passivam non rigorose sed secundum quid et minus proprie, quae nempe non tam recipit in se formam quam aptat subiectum proprie dictum ad recipiendam formam, quaeque invenitur tum in supematuralibus (i.e. in charactere baptismali) tum etiam in naturalibus (ut in exemplis mox afferendis). Cui distinctioni favet S. Thomas, *In 4 Sent.,* dist. 4, q. 1, a. 4, q. 3; dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1 (supra dt., in pp. 492-493), loquens de charactere baptismali ut de "potentia spirituali quasi passiva" vel "quadam spirituali potentia passiva."

sive instrumentalis), respondetur illum characterem quatuor praestare. *Primo* nempe, facit ut sacramenta quae entitative et materialiter, vel si placet secundum suam essentiam physicam (materiam et formam), recipiuntur in corpore, possint sacramentaliter et formaliter, vel si placet secundum suam essentiam metaphysicam (signum efficax spiritualis effectus), recipi in ipsa anima secundum effectum gratiae et characteris, ita ut v.g. "tanta [sit] virtus aquae, ut corpus tangat et cor abluat" (Augustinus, *In Io.* 80. 3, *ML* 35. 1840). *Secundo,* facit ut sacramenta recipiantur a subiecto vitaliter seu intentionaliter, cum supernatuali scilicet intentione ea sacramentaliter suscipiendi, sine qua invalida esset susceptio; unde character baptismalis, residens in intellectu practico, influit in intentionem subiecti eamque modificat ad hoc ut sit sacramentalis; quo sensu potest aliqualis activitas concedi illi characteri, quatenus influit in hoc ut subiectum efformet praefatam sacramentalem intentionem, quamvis id non immutet eius simpliciter passivam naturam, cum ea qualiscumque activitas non ad aliud requiratur nec ad aliud tendat quam ad hoc ut, per conceptam intentionem, subiectum fiat capax recipiendi sacramenta. *Tertio,* character baptismalis facit ut subiectum se habeat non connaturaliter sed ministerialiter, seu ut sit capax suscipiendi subséquentes characteres Confirmationis et Ordinis non connaturaliter sed ministerialiter et instrumentaliter, seu non tamquam formas naturales, perficientes ipsum subiectum in ordine ad se, sed tamquam formas ministeriales, seu essentialiter ordinatas ad actus externi cultus; quo sensu ipse character baptismalis est potentia ministerialis seu ministeriali modo habilitans, quia ad ministerialia habilitans. *Quarto,* character baptismalis facit ut subiectum sacramentali modo tractetur ac tangatur a Christo eiusque ministro cum ei applicant aliquod sacramentum, quatenus ipso baptismali charactere veluti utuntur ad illud sacramentum producendum (cf. supra, p. 490).

Quod attinet ad actus cultus, ad quos uterque baptismalis et chrismalis character ordinatur, conveniunt generaliter theologi in affirmando quod *character Baptismi* refertur praecipue ad validam susceptionem ceterorum sacramentorum et secundarie ac sub aliqua saltem ratione ad administrationem Baptismi necessitatis et Matrimonii et ad participationem in oblatione sacrificii Missae; de cuius activitatis indole dicetur infra (pp. 593-603). Pariter quoad *characterem Confirmationis* conveniunt in hoc quod ex una parte ipse generaliter complet propriam potentiam characteris Baptismi, in ordine ad praefatos actus, et ex alia parte peculiariter addit respectum ad confessionem fidei publice sive ex officio exhibendam. Ad hos duos conceptus reducuntur multi-

formes expressiones quae adhibentur a variis auctoribus quaeque fundantur in ipsis testimoniis Traditionis et Ecclesiae. Scilicet: Attento ipso eius charactere, Confirmatio dicitur plenior consecratio christiani (Lécuyer: Sicut Christus duplicem accepit sacerdotalem unctionem, alteram in Incarnatione, alteram in baptismo suscepto a loanne in Iordane, qua ordinatus est ad vitam publicam, ita Christianus accipit duas consecrationes sacerdotales, aliam per characterem Baptismi, qua ordinatur ad vitam privatam, aliam per characterem Confirmationis, qua ordinatur ad vitam publicam). Per Baptismum homo refertur ad vitam privatam, per Confirmationem ad corpus mysticum (Boularand). Character baptismalis et character Ordinis constituunt cultum (alter recipiendo, alter dando), character vero Confirmationis cultum constitutum profitetur, propagat, defendit (Heris). Character Confirmationis est socialis extensio characteris Baptismi (Broutin). Ipse est apostolicum illius complementum. Est character militis christiani, ita socialiter complens characterem civis Ecclesiae, collatum per Baptismum (hic conceptus est frequens apud theologos ac recurrit etiam in uno vel alio Ecclesiae documento). Ipse ordinat ex officio ad publicam professionem fidei (hic conceptus est frequentissimus apud theologos, post S. Thomam qui peculiariter in eo insistit).

In explicanda autem determinata ratione qua hic character distinguitur a charactere baptismali eique eminet, non modice insudant varii doctores, ob *peculiarem difficultatem quae videtur constituere verum aliquod ENIGMA CONFIRMATIONIS.*[9] Hanc difficultatem non pauci explicite fatentur, alii, diffusa ipsa et ambigua ratione qua loquuntur, implicite significant,[10] cum multa dicere soleat qui parum habet dicendum. *Durst:* "Ad explicandam naturam characteris confirmationis tam clara criteria nobis praesto non sunt [quam ad explicandam naturam characteris baptismi]."[11] *Heris:* "S'il est aisé de déterminer la nature du caractère baptismal et du caractère sacerdotal,

[9] Inter auctores modernos qui peculiariter agunt de charactere Confirmationis, confer: Nostrum tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 350 sq.

Audet, L., "Notre participation au sacerdoce du Christ. Etude sur le caractère sacramentel," *Laval théologique et philosophique* I (1945) 125-130.

Boularand, E., "Caractère sacramentel et mystère du Christ," *Nouvelle revue théologique* LXXII (1950) 252-274.

Durst, B., "De characteribus sacramentalibus," *Xenia thomistica* (Romae 1925) II 572-578.

Héris, Ch.-V., *Le mystère du Christ* (Paris [1928]) 287-300.

Hesburgh, T. M., *The Theology of Catholic Action* (Notre Dame, Indiana [1946]) 162-183.

Lécuyer, J., "Essai sur le sacerdoce des fidèles chez les Pères," *La Maison-Dieu* XXVII (1951) 38-48.

[10] "Ut vidimus supra (p. 492 sq.), ipse S. Thomas, hac difficultate pressus, in quadam expressionum ambiguitate haesit, quae reflectitur in posteriores thomistas usque ad hodiernum diem.

[11] *Art. cit.* 573.

il n'en va pas de même lorsqu'il s'agit du caractère de la Confirmation."[12] *Boularand:* "La fonction des confirmés dans l'Eglise se distingue apparemment si peu de celle des baptisés qu'on ne voit pas ... ce qu'a de propre le caractère de la Confirmation."[13] *Laurentin:* "Nous laissons de côté, dans cette étude [sur le sacerdoce des fidèles], le caractère de la confirmation; en effet son orientation est apostolique et prophétique, et nous nous bornons en toute cette étude à l'aspect proprement hiérarchique (sacral et sacrificiel) du sacerdoce."[14]

Difficultas provenit ex duobus. Primo, ex generali ratione characteris prout est potentia ordinata ad cultum suscipiendum vel tradendum; nam, cum ex una parte character baptismalis ordinetur ad cultum suscipiendum et character Ordinis ad cultum tradendum, non videtur superesse locus alteri characteri ac proinde character Confirmationis superfluit quod attinet ad ipsam eius existentiam. Secundo, ex particulari ratione actus professionis fidei, ad quem praecipue dicitur hic character ordinari; nam professio fidei est actus virtutis ac proinde pertinet non ad characterem sed ad gratiam sacramentalem, nec ideo quidquam relinquitur ad quod character chrismalis ordinari possit. Ad hoc geminum acutumque dilemma dissolvendum, diversam nec undequaque planam viam ineunt doctores.

Prima explicatio, amplificans ipsum conceptum sacerdotii fidelium a munere cultuali (sacrificali et sacramentali) ad *munus propheticum,* dicit characterem Confirmationis praecipue ad hoc munus referri, ceteros vero binos characteres potius ad munus cultuale seu strictius sacerdotale. Ita fere *Dabin, Boularand, Laurentin.*

Secunda explicatio, remanens in generali ordinatione ad cultum, videtur divertere ab ipso cultu ad causam cultus, significans quod, dum duo alii characteres ordinantur ad ipsum cultum, character Confirmationis ordinatur ad causam cultus, scilicet ad *fidem quam prostetur ac defendit.* Hanc explicationem, quam uno vel alio modo proponunt plures theologi, praecipue inter thomistas, ut *loannes a S. Thoma, Salmanticenses, Gonet, Heris, Audet, Journet,* iam bis suggesserat S. *Thomas* in 3 p., q. 72, a. 5, ad 2 et *In 4 Sent.,* dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1, ad 3, respondens praefatae obiectioni de superfluitate characteris Confirmationis.[15] A qua explicatione non essentialiter

[12] *Op. cit.* 287.
[13] *Ari. cit.* 269.
[14] *Op. cit.* (supra, in p. 515) II 161, in nota.
[15] "Binas responsiones citavimus supra, in p. 492. Obiectiones vero, quibus ibi respondet, sic sonant. In priori loco: "Supra dictum est quod character est quaedam potentia spiritualis. Potentia autem non est nisi activa vel passiva. Potentia autem activa in sacramentis confertur per sacramentum ordinis; potentia autem passiva, sive receptiva, per sacramentum baptismi. Ergo per sacramentum confirmationis nullus character

differunt qui (ut *H6ris)* dicunt characterem Confirmationis ordinari ad ipsum cultum, non quidem suscipiendum vel tradendum (sicut alii duo characteres), sed protestandum ac defendendum; nec pariter nisi verbaliter differt modus dicendi *Congar,*[16] qui, extendens sensum vocis cultus, ipsam protestationem fidei appellat actum cultus sive "officium" et "ministerium."

Tertia explicatio, remanens in ordinatione ad ipsum ac proprie dictum cultum accipiendum vel tradendum, ac referens characterem Confirmationis (non minus quam Baptismi) ad susceptionem cultus seu sacramentorum, huic addit distinctum actum protestationis fidei, ita ut *duplicet destinationem illius characteris;* et quidem aliqui habent pro principali actum defensionis fidei (ita *Hesburgh),* alii ipsam susceptionem sacramentorum (ita *Rea).*

Quarta tandem explicatio accipit characterem chrismalem, non minus quam baptismalem, directe et essentialiter *tantummodo in ordine ad suscipiendum cultum,* etsi sub diversa ratione ac modalitate; in qua ceteroquin cultus susceptione, ipsa protestatio fidei, sin minus verbo saltem opere sive obiective, necessario continetur. Ea autem diversa ratio vel modalitas duplici diverso modo intelligitur: vel nempe relate ad praefatam fidei protestationem, ita nempe ut confirmatus ampliorem ac robustiorem fidei protestationem reddat in susceptione sacramentorum quam baptizatus (haec expositio, quam infra defendemus, videtur magis accedere ad mentem S. Thomae eamque proponit *Caietanus*™), vel relate ad gratiam sacramentalem ampliori ac diverso modo suscipiendam, ita nempe quod dum per characterem baptismalem

imprimitur." In altero loco: "Supra dictum est quod character est spiritualis potestas. Sed spiritualis potestas, scilicet percipiendi sacramenta alia, sufficienter traditur in baptismo; potestas autem activa, scilicet dispensandi sacramenta, ad ordinem pertinet. Cum ergo confirmatus non constituatur in gradu alicuius ordinis vel dignitatis, videtur quod in confirmatione character non imprimatur."

16 *Op. cit.* (supra, in p. 558) 267 sq.

17 *In 3 p.,* q. 72, a. 5: "In articulo quinto dubium occurrit ad hominem. Quoniam Auctor superius in qu. Ixiii, art. 6, posuit characterem confirmationis pertinere ad recipientes. Hic autem ponit ipsum ex parte potentiae activae, ut patet in littera. Unde videtur doctrina Auctoris sibi ipsi dissona. Ad hoc dicitur quod haec sibi invicem non adversantur. Quoniam character confirmationis, ut ipsius sacramenti nomen testatur, est characteris baptismatis *confirmatio.* Per baptismum enim fit Christianus, infirmus tamen, quia est 'sicut modo genitus infans' [1 *Petr.* 2. 2]: per confirmationem autem firmatur. Ac per hoc, *ex eadem parte utriusque se tenet sacramenti character.* Et per consequens character confirmationis est ut perficiens characterem baptismalem. *Qui, cum se teneat ex parte recipientis, trahit secum suae confirmationis characterem. . .*

"Apparet . . . hoc --- ex actibus utriusque characteris. Nam baptismi est confiteri fidem; confirmationis autem libere seu intrepide confiteri eandem; ubi patet secundum perficere et firmare primum. Patet etiam non sic esse intelligendum characterem esse potestatem passivam, tanquam si poneretur pure passiva. Potest enim aliquem actum habere, cum hoc quod constituit sacramentorum receptivum perfectum seu firmum. *Baptismatis siquidem character receptivum absolute; confirmationis autem receptivum perfecte et libere constituit" (Opera omnia* S. Thomae, ed. leonina, XII 131).

datur potestas ad suscipiendas per alia sacramenta gratias quae respiciunt vitam privatam, per characterem Confirmationis additur potestas ad suscipiendas per alia sacramenta gratias quae respiciunt vitam publicam, quo sensu per himc characterem extenditur efficacia ceterorum sacramentorum (necnon sacrificii Missae) (ita peculiariter *Durst*[18]).

Exinde intelligitur ipsa fluctuatio doctorum in quaestione utrum character Confirmationis sit dicendus *potentia passiva an activa;* iuxta praefatas enim explicationes, aliasque minores quae adduntur determinationes, quidam (paucissimi quidem inter modernos) illum dicunt potentiam passivam, alii potentiam simpliciter activam, alii ac frequentiores potentiam mixtam sive passivo-activam, et quidem aut principaliter passivam aut principaliter activam (frequentius).[10]

Ad praefatae difficultatis congruam solutionem et ad iudicandum de quatuor allatis doctorum explicationibus necnon ad praecisius assequendam mentem ipsius S. Thomae, cuius littera aliqua ambiguitate carere non videtur, haec adnotanda sunt.

Primo, solutio petenda est ex ipsa generali indole sacramenti Confirmationis, prout, non solum quoad gratiam sacramentalem sed etiam quoad eius characterem, est quoddam complementum et extensio Baptismi quoad utrumque istius effectum.

Secundo, Confirmatio potiusquam quaedam externa extensio Baptismi, uti sunt cetera omnia sacramenta, consideranda est veluti quaedam Baptismi continuatio, adeoque ad modum unius cum ipso, eo fere modo quo episcopatus consideratur ut quaedam extensio ac complementum presbyteratus, quo sensu Cyprianus ait quod Christiani "sacramento utroque nascuntur" *(Epist.* 73. 21, *ML* 3. 1169).[20]

Tertio, in effectu Confirmationis non sunt confundenda, aut plus aequo miscenda, ea quae pertinent directe ad gratiam sacramentalem

uArt. cit. (supra, in p. 576) 573: "Duplici specie actuum privatorum et publicorum comprehenduntur omnes actus, quibus vita supernaturalis exercetur. . . Per characteres baptismalem et confirmationis tribuitur potestas, in usu sacramentorum et in sacrificio missae per ministerialem oblationem cultus Christi obtinendi omnes gratias, quae ad eliciendos illos actus requiruntur. . . . Per [alia sacramental . . . vita supernaturalis nutritur resp. restituitur aut tantum quoad actus vitae privatae aut insuper quoad actus vitae publicae, quatenus homo insignitus est aut solo charactere baptismati aut insuper charactere confirmationis. Per characterem igitur confirmationis extenditur efficacia ceterorum sacramentorum; sicut per characterem baptismalem tribuitur potestas sacramenta valide suscipiendi, ita per characterem confirmationis datur potestas ea suscipiendi maiore cum fructu; simile quid valet relate ad sacrificium missae."

ttCf. supra, p. 520 sq.

***°Cf. A. D'Alès, *La théologie de Saint Cyprien* (Paris 1922) 243 sq.; item nostrum tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 439, ubi de habitudine et comparatione utriusque sacramenti.**

cum his quae referuntur immediate ad ipsum characterem, illius gratiae exigitivum; quae confusio facilius contingit quoad hoc sacramentum ob intimiorem similitudinem aut connexionem utriusque effectus.

Quarto, a consideratione characteris Confirmationis, prout est essentialiter quaedam potentia sacerdotalis, excludenda est referentia ad alia munia quae non sunt proprie et secundum seipsa cultualia, ut munia regale et propheticum. Nam, ut sequitur ex dictis superius (pp. 548-553) sacerdotium definitur ex relatione ad cultum proprie dictum (seu sacrificium et sacramenta quae ex sacrificio profluunt; cetera enim connectuntur cum cultu sed non sunt cultus, ex cuius referentia sacerdotium essentialiter accipitur). Inde *concidit supradicta prima explicatio,* quae videtur traditionalium idearum confusiva.

Quinto, characteri Confirmationis assignanda est unica essentialis destinatio, scilicet vel ad accipiendum cultum vel ad profitendam fidem (aut saltem unam istarum ad alteram essentialiter reducere et identificare oportet), non vero utramque essentialem destinationem, tanquam distinctam ac mere copulatam rationem, simul ei tribuere, utut cum aliqua ad invicem subordinatione, ne cogamur adstruere hybridam quandam potentiam quae ex una parte conveniat cum charactere baptismali, et sit essentialiter passiva, et ex alia parte conveniat cum charactere Ordinis, et sit essentialiter activa. Inde *concidit tertia supradicta explicatio,* ut pariter formalium conceptuum confusiva.

Sexto, destinatio characteris chrismalis ad cultum intelligenda est ad cultum suscipiendum, non vero formaliter ad cultum profitendum. Nam cultus est actus, qui proinde vel suscipitur vel traditur; professio autem quae habet cultum tantum ut obiectum, aut intelligitur obiective, et tunc coincidit cum ipsa susceptione cultus, aut accipitur pro distincta ac formali actione, et tunc coincidit cum actu professionis fidei quae per cultum significatur. Inde *concidit supradicta determinatio quorundam (ut Héris) in secunda explicatione.*

Septimo, nihilominus referentia characteris chrismalis ad susceptionem cultus intelligenda est in ordine ad praefatam obiectivam protestationem fidei, quae coincidit cum ipsa susceptione cultus sive sacramentorum, non vero in ordine ad fructum istorum seu ad acceptionem peculiarium gratiarum per ista sacramenta. Nam, ex una parte character non ordinatur directe et de primaria essentialique intentione ad gratiam suscipiendam, et multo minus ad gratias aliorum sacramentorum, sed habet suam distinctam ac immediatam sacerdotalem destinationem (de qua praecise hic quaeritur), et ex alia parte peculiares gratiae, quae referuntur ad publicam vitam Christianam, non conferuntur per alia sacramenta, sed per ipsum sacramentum

Confirmationis, secus hoc sacramentum sub hac ratione superflueret. Inde *concidit peculiaris determinatio allata a Durst in quarta et ultima explicatione.*

Restat ergo eligendum inter secundam et quartam explicationes, expoliatas quidem a supradictis quorundam determinationibus. Scilicet: vel dicendum est characterem Confirmationis ordinari *ad distinctum ac formalem actum professionis fidei,* ita ut susceptio sacramentorum sit propria Baptismi nec nisi materialiter et concomitanter se habeat ad characterem Confirmationis, prout nempe coniungitur de facto cum distincto actu professionis fidei, vel dicendum est ipsum ordinari *ad susceptionem sacramentorum,* non secus ac characterem baptismalem, quamvis meliori ac intensiori modo, ita ut professio fidei materialiter vel concomitanter se habeat, quasi aliquid obiective contentum in ipsa susceptione sacramentorum vel tanquam distinctus actus qui illi fortasse adiungitur. Utraque solutio, quae suggeritur in textibus 5. *Thomae* et arripuerunt plures ex eius discipulis, suum proprium commodum suamque difficultatem involvit.

Prior igitur solutio (quae est secunda explicatio supra relata) ponit actum professionis fidei ut ipsum proprium ac directum obiectum characteris chrismalis, imo Heris addit talem esse praeprimis ipsam verbalem confessionem fidei, iuxta S. Thomam, 3 p., q. 72, a. 5, ad 2 (supra cit., p. 492). Ad supradictam autem *obiectionem* (p. 577), quam olim urgebat *Suarez* ad probandum contra generaliorem doctrinam S. Thomae, quod character chrismalis non sit vera potentia quamque spontanee huc adducit thomista *Durst* in praesenti quaestione,21 fidei scilicet professionem esse actum virtutis adeoque pertinere non ad characterem sed ad gratiam ipsam communem, per sacramentalem gratiam chrismalem roboratam, respondent eundem actum professionis fidei per characterem chrismalem instrumentaliter modificari, ac ideo in confirmato ipsum *procedere a duplici principio,* nempe *a gratia* seu potius a virtute ut a causa principali, a qua producitur quomodolibet, cum connatural! ac subiectiva propria efficacitate, *et a charactere ut a causa instrumentan mota a sacerdotio Christi,* a qua producitur non quomodolibet sed cum superaddita aliqua particulari et obiectiva efficacitate, tanquam actus positus ex officio, independenter a subiectiva bona dispositione confirmati seu ab eius statu gratiae qui potest abesse, quemadmodum efficacia ipsius characteris Ordinis est independens a subiectiva dispositione ministri.

***nArt. cit.* (supra, in p. 576) 572: "Publica confessio fidei, quia formaliter est actus virtutum, est effectus formalis non characteris confirmationis, sed gratiae confirmatae, sicut in baptismo vita supernaturalis formaliter non datur per characterem baptismalem, sed per gratiam regenerantem. Ad quid ergo character confirmationis?"**

Aliis verbis: character chrismalis facit ut confirmatus, ipso mediante, moveatur a Christo ad fortiter defendendam fidem, per obiectivum et actualem influxum, quo consequitur peculiarem vim, fidei protestativam ac defensivam, independentem a bonis dispositionibus et ab ipso statu gratiae, et diversam ab ea quam ipsi subiective praestat virtus fidei, sive secundum se sive ut per gratiam chrismalem corroboratam.

Ad rem *IOANNES A S. THOMA:* "Est autem [character Confirmationis] potentia activa ad profitendum firmius fidem, non firmitate proveniente ex virtute fidei, et eius intensione ac perfectione, sed proveniente ex eo quod est minister Christi in professione sui nominis et in pugnando contra hostes fidei. Quod enim faciat hoc ex officio, dicit *firmitatem peculiarem, quae non elicitur a virtute fidei, sed elicitur ab isto ut a ministro ad id peculiariter deputato;* et ideo sacramentaliter et ministerialiter habet ad id vim, quae non habetur ex vi fidei. . .

"Et bene stat, quod idem materiale quod attingitur ab uno principio, possit sub alio modo attingi pertinente ad altius et distinctum principium, et tunc exigit diversam potentiam, sicut coloratum ut attingitur a visu vel ut a sensu communi; sic ergo professio fidei ut attingitur a formali ratione habitus fidei, fit ab homine ut a causa principali; ut autem attingitur a ministro ex officio ad id deputato, attingitur ministerialiter et secundum aliam rationem principii, quia non ut causa principalis, sed instrumentalis et ministerialis id facit. . . Unde *potest confirmatus ex vi talis officii adhuc exercere illud et profiteri fidem indigne,* ut puta ex motivo vanae gloriae, vel in peccato existens et in ipso actu peccando propter pravum motivum; qui tamen actus ab habitu supernaturali fidei elici non potest, iuxta probabiliorem opinionem, quae tenet quod habitus supematuralis non potest concurrere ad opus peccaminosum; et tamen ad substantiam illius professionis concurrit character; indifferenter ergo se habet et ad modum potentiae in professione hac quae fit ex officio, et non sicut habitus fidei. Unde character in tali professione habebit se respectu habitus fidei, sicut manus errans in scribendo respectu habitus artis; habitus enim artis non influit in talem formationem litterae, influit tamen manus et calamus."[22]

HÉRIS: "C'est au confirmé, et à lui seul, qu'il appartient ainsi d'office de confesser sa foi devant les ennemis du culte chrétien; et sa confession a une valeur réelle, sacrée, objective, que n'aurait pas la confession d'un simple baptisé. . .

"Un acte de défense ou de protestation suppose, pour être vraiment tel et pour parvenir à son but, une réelle fermeté dans son accomplissement: il faut que de lui-même s'impose à ceux auxquels il s'adresse. En quoi consiste cette fermeté spéciale que tous les théologiens reconnaissent devoir appartenir à l'acte posé par le confirmé en vertu de son caractère? La difficulté consiste ici à *distinguer la fermeté que le confirmé possède du fait de son caractère, de celle qui lui vient par la grâce sacramentelle.* II va sans dire, en effet, que la Confirmation donne au sujet bien disposé une grâce de force toute particulière qui lui permettra, en toute état de cause, de proclamer courageusement sa foi, et donc d'être parfaitement à même de remplir les fonctions que lui assigne son caractère. Mais il ne faut pas oublier non plus que *le culte chrétien, dans sa constitution comme dans sa conservation, ne saurait dépendre de l'état de sainteté subjective de ses membres.* . .

"Destiné à sauvegarder le culte chrétien contre tous les éléments destructeurs du dehors, il faut que le confirmé ait le pouvoir de poser un véritable acte de défense, indépendemment de la grâce de force que lui confère le sacrement quand il le

[22] *Op. cit.* (supra, in p. 573) 358 sq.

reçoit dans les dispositions requises. Aussi bien, dans cet acte de défense, le confirmé n'est qu'un instrument du Christ; il n'agit pas à titre de cause principale. Comment donc entendre cette force et cette fermeté spéciales qui adviennent à son acte lorsqu'il proclame sa foi? ... A moins de bouleverser la notion même du caractère, il faut bien admettre que ces qualités de fermeté et d'assurance, cette force d'affirmation qui se trouve dans la parole du confirmé, ne viennent pas de lui, comme de leur principe propre et principal, ne viennent même pas de la grâce sacramentelle. De même que le prêtre n'est pas principe propre de la sanctification qu'il transmet au fidèle par le sacrement, de même le confirmé ne l'est pas d'avantage de la fermeté de sa profession de foi, par laquelle le culte s'impose aux ennemis du Christ. C'est le Christ lui-même, à titre de ministre principal, et ultérieurement c'est Dieu, à titre de cause première, qui, *se servant du confirmé comme d'un instrument ou ministre secondaire,* donnent à son acte extérieur la force qui lui convient. ..

"U n'est pas nécessaire pour cela, et absolument parlant, que le confirmé soit en état de grâce; il n'est même pas requis que son témoignage s'appuie aux vertus de foi et de religion. Si indigne que soit le confirmé, il suffit qu'il prenne conscience du rôle que lui confie l'Eglise, de sa qualité de député et de soldat du Christ, et qu'il consente à remplir ce rôle, pour que sa parole participe à la puissance d'affirmation de la parole même du Christ. Cette vertu de force et de puissance qui passe en lui, il n'en est que le canal, l'instrument, *tout comme le prêtre* est le canal de cette vertu sanctifiante qui passe dans l'action sacramentelle et qui aboutit à produire la grâce dans l'âme du fidèle."[23]

Attamen, plura sunt quae in hac solutione satisfacere non valent.

Primo enim, quamvis huiusmodi instrumentalis influxus characteris in actum fidei non videatur repugnare, tamen haberetur hic unicus ac valde abnormis casus in quo character influeret, tamquam directum instrumentum et ratione sui, in ipsam gratiam vel si placet in ipsam virtutem, ad eam modificandam, dum videmus alios duos characteres (necnon alia res-et-sacramenta) ad diversos prorsus effectus ordinari, de genere quidem consecrativo sed non immediate sanctificativo aut quomodolibet immutativo alicuius interioris actus virtutis, nisi mediate ac dispositive et ratione exterioris ipsius sacramenti. Quod si dicatur praefatus influxus non exerceri in ipsam fidei virtutem sed in actum exteriorem, puta in verba fidem profitentis, quae inde accipiunt peculiarem vim suasivam ac defensivam, iterum ex una parte haberetur abnormis casus alicuius insensibilis ac supernaturalis causae, seu characteris, quae produceret exteriorem ac sensibilem effectum (puta firmitatem ac suasivam vim verborum, fidem profitentium) dum in tota sacramentali oeconomia res potius inverso modo se habent, ita nempe ut sensibilia insensibilia operentur, et ex alia parte sequeretur talem effectum a charactere chrismali produci non solum ubi desit status gratiae in subiecto sed etiam ubi ipsa virtus fidei desierit,[24]

[23] *Op. cit.* **(supra, in p. 576) 289-295.**

[24] **"Nullus ex patronis illius solutionis videtur hanc sequelam admittere; loquuntur enim tantummodo de confirmato defendente fidem in statu peccati vel etiam indigne seu per actum peccaminosum, cui admiscetur pravum aliquod motivum (puta vanae gloriae), sed non loquuntur de eo qui amiserit ipsam fidem; Heris quidem adhibet ambiguam**

dummodo adsit intentio profitendi fidem per externum actum et agendi ut athleta Christi, quemadmodum ad efficaciam characteris Ordinis, et generaliter in sacramentali ministro, sola intentio requiritur.

Secundo, ex hoc ipso inconvenienti demonstratur ineptam esse praefatam assimilationem inter characterem Ordinis et characterem Confirmationis quantum ad eorum obiectivam efficaciam, independentem a dispositionibus ministri.

Tertio, actus professionis ac defensionis fidei, saltem prout est actus virtutis, involvit non solum actum virtutis fidei, quae sine statu gratiae consistere potest, sed etiam actus aliarum virtutum, et nominatim fortitudinis,[25] quae una cum gratia sanctificante amittuntur; unde si non est necessarius status gratiae una cum virtute fortitudinis ad hoc ut confirmatus per obiectivam vim sui characteris profiteatur fidem, neque virtus fidei erit necessaria, quod tamen nullus ex praefatis theologis dicere audet.

Quarto, praefatus obiectivus influxus characteris in professionem fidei, etiam prout haec fit peculiariter et ex officio, videtur esse superfluus, aut vicissim *superfluam reddere gratiam sacramentalem Confirmationis;* nam per hanc peculiarem fortitudinis gratiam tale officium persolvi potest, cum gratia sacramentalis limites non habeat. Nec valet opponere inconveniens reddendi talem defensionem pendulam a subiectiva dispositione subiecti[26]; nam ad tutam reddendam fidei cultusque professionem et defensionem, amplissime sufficit tum ipsa totalis ac indefectibilis sanctitas Ecclesiae, per gratiam Confirmationis corroborata, tum ipsa indefectibilis ac publice continuata applicatio cultus, quae in seipsa obiectivam fidei professionem necessario continet.

Quinto ac praecipue, in ea solutione *non salvatur propria natura characteris sacramentalis,* prout, iuxta doctrinam S. Thomae, est essentialiter potentia ordinata ad ipsum ac proprie dictum cultum, ac conceditur Confirmationi aliqua potentia dissonans ab ea quae sub eodem characteris nomine attribuitur Baptismo et Ordini. Nisi enim velimus in ambiguitatibus haerere et confusionem in traditionalibus conceptibus serere, cultus proprie dictus, a quo nempe specificatur

aliquam expressionem, quae tamen non necessario id implicat ("Il n'est même pas requis que son témoignage *s'appuie* aux vertus de foi et de religion"), sed potius significat motivum virtutibus fidei et religionis extraneum.

"Ipsum martyrium quod, utpote suprema fidei confessio, accipi solet ut prototypus actuum confirmatorum, et quod a *De la Taille* ponitur in ipsa definitione characteris Confirmationis, saltem tanquam eius finalis destinatio (cf. supra, p. 561), est, iuxta S. Thomam, actus elicitus ab ipsa virtute fortitudinis. Cf. tractatum *De Baptismo et Confirmatione* 209.

"Ita *Héris:* "Il ne faut pas oublier non plus que le culte chrétien, dans sa constitution comme dans sa conservation, ne saurait dépendre de l'état de sainteté subjective de ses membres."

omnis potentia sacerdotalis, intelligitur sacrificium et sacramenta; unde potentia ad cultum est potentia quae ordinatur ad sacrificium et sacramenta.27 Ad hos autem actus aliqua potentia nonnisi duplici modo ordinatur, aut passive, eos recipiendo, aut active, eos conferendo; unde potentia collata per Confirmationem ut sit proprie character, homogeneus nempe in sua propria ac generica ratione cum aliis duobus characteribus Baptismi et Ordinis, nequit essentialiter esse nisi vel passiva vel activa potentia relate ad praefatos actus cultus, seu sacrificium et sacramenta. lamvero, *professio fidei vel defensio cultus,* quomodolibet tandem exprimatur aut intelligatur pro aliquo actu distincto ac subiectivo, habet quidem cultum pro obiecto et fine, sed *non est cultus susceptio aut cultus collatio,* nec proinde esse potest proprium obiectum characteris Confirmationis.

Quadruplici ergo defectu ea solutio vitiari videtur. Primo, indebite extendit notionem cultus ad aliquem actum qui non est proprie cultus, seu ad professionem fidei. Secundo ac consequenter, refert characterem seu potentiam sacerdotalem ad aliquod munus quod non est proprie sacerdotale sed, ut quidam aiunt, propheticum aut regale. Tertio ac consequenter, dividit characterem in triplicem characterem, divisione quadam illogica et aequivoca, seu in triplicem potentiam ad suscipiendum cultum, ad profitendum cultum et ad tradendum cultum, dum logica divisio petit fieri per duo membra, scilicet ad accipiendum vel tradendum cultum, in quorum alterutro non capit professio fidei. Quarto, non plene servat intimum ac peculiarem nexum qui iuxta Traditionem intercedit inter Baptismum et Confirmationem, et iuxta quem Confirmatio est essentialiter quoddam complementum et extensio Baptismi secundum utrumque gratiae et characteris effectum; nam susceptio sacramentorum, ad quam ordinatur character Baptismi, et professio fidei vel cultus, ad quam ordinaretur character Confirmationis, non sunt res homogeneae sed disparatae, quae disparitas refunderetur in ipsos binos characteres et in ipsa gemina sacramenta.

Unicus logicus modus, quo possent hi omnes defectus sanari et praefata solutio loannis a S. Thoma et aliorum cum principiis S. Thomae perfecte quadrare (quemque *ut non impossibilem* proponimus ei qui velit absolute et in tota sua rigiditate eam sustinere), esset ut dicatur character Confirmationis, secundum se et praecisive a char-

" Fatendum quidem est S. *Thornam,* cum loquitur de obiecto characteris, saepe adhibere generaliores expressiones: "divinus cultus, ea quae sunt divini cultus, sacrae actiones, hierarchicae actiones," imo "sacramenta et alia quae pertinent ad divinum cultum" (cf. supra, p. 488). Attamen, ex toto contextu apparet ipsum assumere sacramenta ut principale saltem obiectum ad quod cetera reducuntur et, quo proinde deficiente, deficit quodcumque aliud accessorium elementum; propterea in pluribus locis, iisque principalioribus, S. Doctor sola refert sacramenta (cf. ibidem).

actere baptismali, seu secundum id tantum quod ei addit, non esse potentiam sacerdotalem (et hoc sensu non proprie et stricte characterem, in eo nempe sensu quo character accipitur a S. Thoma), quia ita non refertur proprie et immediate ad cultum proprie dictum, ea nempe propria referentia quae necessario consistit in cultu suscipiendo vel tradendo, sed ad professionem fidei et defensionem cultus; et nihilominus, quia character Confirmationis nequit perfecte abstrahere aut separari ab ipso sacerdotali charactere Baptismi, cuius est intimum complementum et extensio, ideo in sensu completivo, prout nempe necessario implicat et involvit ipsum sacerdotalem characterem Baptismi, character Confirmationis est character sacerdotalis, et quidem pleniori modo quam character Baptismi, quia hunc simul continet et ulterius extendit ac complet, etsi non homogenee et secundum ipsam puram lineam sacerdotalem, ita ut sit plenitudo sacerdotalis characterizationis Baptismi. Aliis verbis, hic aliquid analogice simile contingeret ei quod in art. 5 diximus contingere ordini episcopatus relate ad presbyteratum, scilicet gradum episcopatus, diminute acceptum ac praecisive a presbyteratu seu secundum id tantum quod illi superaddit, probabilius non esse proprie sacramentalem; acceptum vero totaliter, prout includit ipsum presbyteratum illumque, etsi non homogenee, extendit ac complet, esse ipsam plenitudinem sacramenti Ordinis et sacerdotalis dignitatis. Sic ergo se haberet character chrismalis ad characterem baptismalem, sicut se habet potestas episcopalis ad potestatem presbyteralem.

Altera igitur solutio quae, quamvis suis incommodis suaque difficultate non careat, melius concordat cum principiis S. Thomae et logice quadrat cum tota eius doctrina de indole sacramentalis characteris, docet *characterem Confirmationis essentialiter ordinari, sicut ipsum characterem Baptismi, etsi diverso modo, ad solam susceptionem sacramentorum*. Fidei autem sive cultus professio, vel accipitur obiective, prout nempe continetur ac resultat ex ipsa susceptione sacramentorum, et ita pertinet materialiter ad essentiale munus illius characteris, cum identificetur cum ea ipsa sacramentorum susceptione; vel accipitur subiective, seu ut distinctus actus ab hac susceptione, et ita est aliquid concomitans et adiacens, quod connectitur directe cum gratia sacramentali Confirmationis et indirecte cum ipso charactere, ratione cuius ea ipsa gratia confertur, ob causalem nexum qui intercedit inter utrumque effectum eiusdem sacramenti.

Ratio huius solutionis est tum ipsa natura Confirmationis, prout est quaedam intima ac singularis extensio ac complementum Baptismi (cf. supra, p. 579) adeoque petit ut in suo charactere extendat

characterem Baptismi in eadem ratione potentiae passivae ad suscipienda sacramenta (cf. Caietanum supra, p. 578), tum ipsa natura characteris in genere, prout, iuxta doctrinam S. Thomae, est potentia ad suscipiendum vel tradendum cultum proprie dictum seu sacramenta.

Ulterior autem explicatio huiusmodi ordinationis ad suscipienda sacramenta, duplex incommodum *duplicemque difficultatem* involvit; primo nempe, quia non videtur quomodo character Confirmationis differat a charactere Baptismi et quomodo non sit superfluus, cum character baptismalis ordinetur ac sufficiat ad validam susceptionem omnium sacramentorum; secundo, quia non apparet quomodo salvetur traditionalis assertio quod character Confirmationis ordinatur peculiariter ad professionem et defensionem fidei.

Advertatur imprimis quod praefata prima difficultas, quae ceteroquin sub alia ratione subsistit in qualibet opinione (ut patet ex multiplici modo quo theologi se contorquent in explicanda natura characteris Confirmationis), provenit ex ipsa ratione huius sacramenti prout est intima extensio et complementum Baptismi, ac veluti unum cum ipso; ex quo quidem sequitur non aliud in Confirmatione esse quaerendum quam id quod invenitur in ipso Baptismo, etsi cum maiori perfectione; inde difficultas hic non maior est quam ea quae invenitur in explicanda differentia inter quamlibet rem et eius complementum. Praeterea, quod attinet alteram difficultatem, notandum est originalem conceptum Confirmationis, iuxta antiquiorem et constantem Traditionem, esse *conceptum complementi et plenitudinis Baptismi,* quem exprimit ipsum antiquissimum nomen, tum latinum "Confirmatio" (ex 2 *Cor,* 1. 21), tum graecum *ß^ßaiwu;* (confirmatio) aut *nMum* (consummatio, perfectio), quemque S. Thomas refert in ipsa definitione sacramenti: "Sacramentum plenitudinis gratiae," vel "perfectae aetatis spiritualis vitae" (3 p., q. 72, a. 1, ad 2 et in c.), vel "augmenti, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatem et virtutem" (q. 65, a. 1), "Confirmatio est quoddam spirituale augmentum promovens hominem in spiritualem aetatem perfectam" (q. 72, a. 5). *Conceptus vero confessionis fidei vel militiae Christianae* est tum recentior, cum introductus fuerit in posteriori theologorum traditione ex influxu apocryphae *epistolae Melchiadis Papae,*[23] confectae ab auctoribus

[23] "Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte pulchritudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum praestat ad gratiam, quia in hoc mundo tota aetate victuris inter invisibiles hostes et pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum *confirmamur ad pugnam.* In baptismo abluimur, post baptismum roboramur, at si continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se salvat mox in pace beati saeculi recipiendos. *Confirmatio autem armat et instruit ad agones* mundi huius et praelia reservandos" *(ML* 130. 241). In antiquiori Traditione

pseudo-isidorianae decretalium collectionis (saec. 9), tum derivatus ac consequens ex priori conceptu confirmationis spiritualis vitae, medio conceptu roboris ex ea plenitudine et confirmatione deducto (3 p., q. 65, a. 1: "In qua [Confirmatione] datur Spiritus Sanctus ad robur"; q. 72, a. 2: "In hoc sacramento datur plenitudo Spiritus Sancti ad robur spirituale, quod competit perfectae aetati"; *C. Gent.* 4. 60: "Perfectio spiritualis roboris in hoc proprie consistit, quod homo fidem Christi confiteri audeat coram quibuscumque, nec inde retrahatur propter confusionem vel terrorem: fortitudo enim inordinatum timorem repellit. Sacramentum igitur quo spirituale robur regenerato confertur, eum quodammodo instituit pro fide Christi propugnatorem"). Quod autem hic derivatus conceptus attentionem posteriorum theologorum peculiariter attraxerit, in explicatione quidem utriusque effectus tam characteris quam gratiae, provenit ex ipsa eius manifestativa vi relate ad fundamentaliorem rationem plenitudinis status ac vitae Christianae per Baptismum incoeptae.

Dicimus igitur characterem Confirmationis essentialiter ac directe ordinari, sicut characterem Baptismi, ad susceptionem sacramentorum, sed *perfectiori modo;* in qua quidem perfectiori receptione *obiective continetur perfectior fidei professio* quam ea quae exhibetur a baptizato per susceptionem eorundem sacramentorum, quae, ratione suae perfectionis, assumit *indolem cuiusdam defensionis fidei* eiusque cultus. Quicumque autem alius, distinctus ac subiectivus actus professionis fidei, qui cum hoc sacramento concomitanter aut subsequenter connectitur, debetur directe gratiae sacramentali nec nisi indirecte ipsi characteri prout est exigitiva radix ipsius gratiae sacramentalis.

Et primo quidem, character Confirmationis, quamvis non necessario requiratur ad validam susceptionem sacramentorum, tamen tam vere ad eam ordinatur, ut si per impossibile non daretur character baptismalis aut deleretur, ipse chrismalis character ad eam susceptionem requireretur ac sufficeret; quemadmodum in civili societate, si per impossibile aliquis posset esse verus miles quin esset civis (nam externi mercenarii, non milites sed auxiliares reputantur), dignitas militis sufficeret ut quis esset aptus qui ad munus magistratus vel praesidentiae eligeretur.

Secundo, baptizatus recipit sacramenta eo modo quo infans res agit et accipit in vita naturali; confirmatus vero eadem suscipit tanquam adultus: eaedem enim actiones (uti modus loquendi et modus vivendi) diversum valorem et effectum habent in adulto ac in infante,

conceptus militiae Christianae connectitur signanter ac constanter cum Baptismo, ut apte notant J. Danielou, *Bible et litwgie* (Paris 1951) 83, et A.-M. Roguet, "La théologie du caractere et l'incorporation á l'Eglise," *La Maison-Dieu* XXXII (Paris 1952) 77.

valorem, inquam, socialem, necnon directum vel indirectum influxum in alios.[29] Hic autem socialis ac publicus valor in receptione sacramentorum convertitur eo ipso in ampliorem fidei professionem, quae, in quibusdam circumstantiis mundanae reverentiae aut timoris, assumit aspectum cuiusdam fidei defensionis quae apicem attingit in martyrio. Confirmatus, verbi gratia, qui accedit ad eucharisticam communionem, sua ipsius duplicata ac chrismali consecratione, duplicatum ac confirmativum signum suae fidei manifestat. Infans suo magistro signum reverentiae praebens, fidem in eius auctoritatem profitetur; iam adultus, idem signum erga eundem iterans, duplicatam ac socialiter efficacem reverentiam ostendit amplioremque fidem protestatur.

Tertio, baptizatus suscipiens alia sacramenta, est mere ac simpliciter receptivus, confirmatus vero est perfecte ac libere receptivus. Haec *Caietani* verba (cf. supra, p. 578) ita intelligi possunt ut dicatur baptizatus quaerere in sacramentis perfectionem quam nondum habet ac ea considerare ut mera canalia gratiae; confirmatus vero, cum iam sacramentalem perfectionem assecutus fuerit, ad sacramenta velut ex abundantia, ac ita omnino libere, accedit. Quo quidem libero accessu, ampliori ac peculiari modo fidem suam in sacramenta protestatur.

Quarto, confirmatus congruentius ac fructuosius quam baptizatus recipit eadem sacramenta. Congruentius quidem, quia sacramenta sunt bona et iura Christianorum, confirmatus autem est perfectus ac consummatus Christianus ac ideo cum maiori aptitudine et ampliori iure sacramenta accipit ac petit. Fructuosius etiam, quia ipsa supradicta maior perfectio ac libertas, qua accedit, convertitur in meliorem dispositionem, quae uberiorem gratiae effectum appellat.

Quinto, cum character sit causa exigitiva gratiae sacramentalis, haec autem in Confirmatione sit peculiariter gratia roboris ac fortitudinis, quae in contraria exteriora agentia operatur, fidem fideique cultum profitens ac defendens, haec professiva ac defensiva vis necessario in ipsum quoque characterem refunditur, tanquam in radicem huius gratiae sacramentalis, ita ut christiani militis character legitime appelletur. Imo dici potest cum *loanne a* S. *Thoma*™ gratiam sacramentalem Confirmationis, quoad eam partem quae residet in intellectu, scilicet virtutes fidei et prudentiae, suscipi in ea facultate mediante ipso charactere, tanquam materiali causa, ac ita ei intimius copulari.

"3 p., q. 72, a. S: "Manifestum est ex similitudine corporalis vitae quod alia est actio hominis statim nati, et alia actio quae competit ei cum ad perfectam aetatem pervenerit"; a. 2: "Homo autem cum ad perfectam aetatem pervenerit, incipit iam communicare actiones suas ad alios; antea vero quasi singulariter sibi ipsi vivit."

***"Op. cit.* (supra, in p. 573) 353.**

Praefatus copulatus influxus ac intimum consortium characteris et gratiae, ratio est quare *ipse distinctus actus confessionis ac defensionis fidei, qui elicitur a sola gratia sacramentali,* tam frequenter tribuatur ipsi characteri, veluti translata operatione ab immediato ac proprio principio ad remotam eius radicem, et quare S. *Thomas,* etsi characterem Confirmationis habeat ut passivam potentiam ad susceptionem cultus ordinatam, tamen quandoque, sub luce consortis gratiae illum considerans, sine ullo scrupulo ei attribuat activitatem fidei protestativam, non secus ac ipsi baptismali characteri praestat influxum in alias actiones sacras: 3 p., q. 72, a. 5: "Manifestum est autem ex similitudine corporalis vitae quod alia est actio hominis statim nati, et alia actio quae competit ei cum ad perfectam aetatem pervenerit. Et ideo per sacramentum Confirmationis datur homini potestas spiritualis ad quasdam alias actiones sacras, praeter illas ad quas datur ei potestas in Baptismo. Nam in Baptismo accipit homo potestatem ad ea agenda quae ad propriam pertinent salutem, prout secundum seipsum vivit; sed in Confirmatione accipit homo potestatem ad agendum ea quae pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei"; ibid., ad 2: "Omnia sacramenta sunt quaedam fidei protestationes. Sicut igitur baptizatus accipit potestatem spiritualem ad protestandam fidem per susceptionem aliorum sacramentorum, ita confirmatus accipit potestatem publice fidem Christi verbis profitendi, quasi ex officio" (cf. *In 4 Sent.,* dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1, sol. et ad 3, cit. in p. 492). Hinc explicatur quare S. Doctor hanc vim fidei potestativam indifferenter ac promiscue attribuat tum characteri, tum gratiae sacramentali (cf. 3 p., q. 65, a. 1; q. 72, a. 2; *C. Gent,* 4. 60, supra cit., in p. 588).

Ex quibus etiam sequitur characterem Confirmationis, non minus quam Baptismi, *esse essentialiter potentiam passivam,* utpote essentialiter ordinatam ad cultum suscipiendum, omnemque activitatem, quae ipsi admiscetur, esse concomitantem vel subsequentem ac deberi praecipue ipsi gratiae sacramentali, quamvis ex istius intima connexione cum charactere, ea activitas reflectatur quodammodo in ipsum characterem eique legitime tribuatur, nisi tamen huiusmodi attributio tantum fucum fallaciamque mentibus ingerat ut character chrismalis convertatur in veram aliquam potentiam activam aut in hybridam quandam larvam potentiae quae sit simul essentialiter passivam et activam (cf. supra, p. 579).

3. *HOC SACERDOTIUM EST ESSENTIALITER PASSIVUM.*

Id intelligimus tam ex parte characteris Baptismi quam ex parte

characteris Confirmationis. Ratio autem asserti est, quia, ut satis iam explicatum est, ipsa bina sacerdotalis potentia in qua ipsum fundatur, seu geminus ille character, est essentialiter passiva,[81] quippe quae non ad aliud, essentialiter et propria vi, ordinetur quam ad susceptionem cultus, seu sacrificii et sacramentorum.

Ceterum, id amplius patet *ex analysi praecipuarum ritualium activitatum,* quae huic sacerdotio tribui solent, iuxta classificationem superius allatam (p. 570 sq.), scilicet apostolatus, administrationis Baptismi necessitatis, celebrationis Matrimonii, et signanter cooblationis sacrificii Missae, in quibus praecipue patroni proprie dicti fidelium sacerdotii suam theoriam fundant et extruunt.[82]

Apostolatus,[33] ut constat vel ex opere ipsorum Apostolorum, consistit generaliter in propagatione evangelii sive regni Dei, adeoque in communicatione ad alios homines mediorum salutis quae ipsi accepimus, fidei nempe et sacramentorum. Ad talem finem concurrunt varii actus virtutum prout attingunt exteriorem ac socialem operationem, et praecipue virtutum charitatis et fidei. Hoc officium, quod praeprimis competit ipsi ecclesiasticae hierarchiae et in quod concurrunt duo istius munia, sacerdotale nempe et propheticum, extenditur etiam, secundaria quadam ac subordinata ratione, ad omnes baptizatos et a fortiori ad confirmatos, prout hi per duplicatum sacramentum perfectiores christiani effecti sunt. Ratione enim gratiae charitatis, quae in Baptismo confertur, omnis Christianus fit quodammodo apostolus, ut, ceteros diligendo, eis communicet eandem vitam spiritualem; ratione vero fidei, in Baptismo susceptae et in Confirmatione roboratae, professor fidei et evangelista evadit, praecipue per sacra-

"Ut dictum est supra (p. 520), quidam auctores etiam characterem Baptismi, non minus quam Confirmationis, habent ut potentiam mixtam, seu simul passivam et activam. Praeterea *Laurentin* (supra, p. 521) suggerit ut pro potentia passiva dicatur *potentia receptiva,* quia susceptio sacramentorum ex parte baptizati non est iners susceptio sed activa acceptatio; imo *Congar* (supra, p. 495) vult ut loquamur potius de *"activitate ad participandum et recipiendum"* ex parte fidelium et de "activitate ad celebrandum et conferendum" ex parte ministrorum. Quid aliud est totum hoc, nisi arbitrarie recedere a sanis philosophicis conceptibus, ambiguis expressionibus adhaerere et idearum serere confusionem? Et quis unquam ignoravit, receptioni sacramentorum, tam antecedenter quam subsequenter, multiplicem supernaturalem activitatem admisceri?

"Ad alias activitatis formas, ibidem enumeratas (uti asservationem Eucharistiae domi, cum privata communione; poenitentiam publicam; confessionem apud laicos) non vacat peculiariter attendere, tum quia praefati ipsi theologi in illis non solent insistere (imo plures de illis prorsus tacent, ut de rebus longe quaesitis), tum quia ad eas facilius et evidentius applicantur quae dicemus de praefatis praecipuis formis. Quod attinet confessionem apud laicos, ipse *Congar* videtur eam excludere ab ordine sacramentali, adeoque rituali, ac reducere ad aliquam formam spiritualis sacerdotii (cf. *op. cit.* [supra, in p. 558] 301-304, 307).

"Cf. Congar, *ibid.* 235-238, 267-269; Hesburgh, *op. cit.* (supra, in p. 576) 152-161, 176-188; V.-M. Pollet, "De Actione Catholica principiis theologiae thomisticae dilucidata," *Angelicum* XIII (1936) 442-483. Huc refer plures ex auctoribus nominatis supra, in p. 455.

mentum Confirmationis. Huiusmodi generali ac indeterminato fidelium officio accedere potest etiam explicitus impulsus ac peculiaris advocatio hierarchici apostolatus, qui sub peculiari ac directa forma sibi consociet laicam actionem; ita enata est recentior forma sic dictae *Actionis Catholicae,*

Cum igitur plurium virtutum actus in hoc apostolatus opus concurrant, multipliciter ipsum reduci potest ad *commune fidelium sacerdotium*. Praecipue tamen tres generaliores activitates in eo deprehenduntur, quae ceteras veluti informant vel ad quas ceterae omnes reducuntur; primo nempe charitas, sive zelus erga salutem proximi, qui apostolatum reddit maximum opus misericordiae, ac proinde reducitur ad *spirituale sive non rituale sacrificium et sacerdotium,* iuxta Augustinum qui hoc praeprimis inter spiritualia enumerat sacrificia (cf. supra, p. 556); secundo, mortificatio sive abnegatio in sensu ampliori, qua nempe homo bona et vires suas impendit ac superimpendit in opere apostolatus, quandoque usque ad martyrii passionem, et haec pariter ad *spirituale sacrificium* revocatur, iuxta illud Apostoli: "Immolor supra sacrificium et obsequium fidei vestrae" *(Phil.* 2. 17; cf. supra, p. 557); tertio, fides, secundum exteriorem suam expressionem professionis ac defensionis veritatis evangelicae et cultus Christiani.

Hoc tertium elementum, non solum includit spirituale sacrificium, sed peculiariter etiam connectitur cum *rituali elemento sacerdotii fidelium, scilicet cum sacramento Confirmationis,* quatenus est sacramentum fortitudinis fidei Christianae. Propterea quidam auctores
x Confirmationem emphatice appellant "sacramentum apostolatus" (Graber), "sacramentum Actionis Catholicae," "veluti laicalis ordo in Ecclesia" (Bouesse). Ex nuper autem disputatis patet professionem fidei, ratione cuius Confirmatio connectitur peculiariter cum apostolatu, esse actum gratiae sacramentalis, nec nisi mediante hac gratia referri ad ipsum characterem sacramentalem. Unde huiusmodi apostolatus, qua parte dicit ipsum actum professionis fidei est directe et secundum se sacrificium et *sacerdotium spirituale,* cum sit actus gratiae sacramentalis; qua parte vero mediante hac gratia connectitur cum ipso charactere sacramentali refertur ad sacrificium ac *sacerdotium rituale,* sed sub hoc puro respectu non est sacerdotium activum, sed *passivum,* cum actus professionis fidei non procedat ab ipso charactere nec ab eo ullatenus modificetur, sed eliciatur a sola gratia sacramentali, et character ipse nihil aliud sit quam potentia passiva ad recipienda sacramenta; nec ipsa obiectiva fidei professio, quae involvitur in receptione sacramentorum, quidquam activum habet, cum sit mera receptio signorum, fidei protestativorum. *Unde apostolatus inepte*

a quibusdam invocatur inter ritualia et activa elementa sacerdotii fidelium; qua parte enim est activum, non est rituale, et qua parte est rituale, non est activum.

Baptismus necessitatis, a laico collatus, non est activum exercitium ritualis sacerdotii fidelium, quia non procedit ab ipso charactere baptismali, tanquam nempe ab instrumento a Christo adhibito, quemadmodum procedit a charactere Ordinis. In casu sive baptizati sive pagani, conferentis validum et in casu necessitatis licitum Baptismum, *non agitur de proprie dicto ministro,* agente scilicet ex aliqua potentia sive potestate, sed Christus directe assumit sive elevat ad rationem sacramenti illorum actionem; unde non ipsi fiunt instrumenta sive ministri, sed *tantum eorum actio fit instrumentons.* Ad utrumque applicari possunt sequentia verba Capreoli de pagano baptizante: "Non baptizatus, quando alium baptizat, non facit aliquid in anima baptizati, nec tanquam agens principale, nec tanquam instrumentale; sed applicat activum suo passivo, scilicet sacramentum homini; et ideo non oportet quod habeat aliquam virtutem permanentem aut transeuntem."[34]

In casu baptizati in necessitate baptizantis, character baptismalis se habet tantum passive, seu ut fundans ius et officium quod fidelis accipit applicandi sacramentum in casu necessitatis seu absentiae legitimi ministri. Ceterum, momentum talis iuris non modice exaggerat *Congar* cum ait normale esse ut laicus administret Baptismum (cf. supra, p. 570, in nota), et *Long-Hasselmans* cum ait illius iuris exercitium esse actum quendam hierarchicum ("Introduire dans une société, que peut-on imaginer qui soit davantage acte de chef?"[35]).

Matrimonii celebratio maiorem fucum in hac re facere videtur, quoniam ipsi laici contrahentes, iique soli, ad exclusionem hierarchici sacerdotis et quidem ratione baptismalis eorum characteris, sunt ministri validi sacramenti. Unde libenter plures theologi hunc casum adducunt ad probandum characterem baptismalem esse potentiam etiam activam[36] et ulterius sacerdotium fidelium esse sacerdotium proprie dictum.[37]

u *Defensiones theologicae Divi Thomas Aquinatis* VI (Turonibus 1906) 101. Cf. Ioannem a S. Thoma, *op. cit.* (supra, in p. 573) 355.

u *Art. cit.* (supra, in p. 531) 286.

"Journet: "Il nous semble . . . que le caractère baptismal est principalement passif, mais pas uniquement. Nous le regardons notamment comme actif dans le sacrement de mariage, dont les époux sont ministres, et où ils ont, comme baptisés, un rôle actif dans la conclusion d'un contrat élevé à la dignité de sacrement de la loi nouvelle" *(op. cit.* [supra, in p. 573] 251, in nota).

"Durst: "Sacramenta Novi Testamenti gratiam conferunt, quia recipiens sacramentum simul cum administrante sacramentum, qui Christum et Ecclesiam repraesentat, cultum Christi ministerialiter offerunt. Ergo etiam in contractu matrimoniali talis oblatio

Attamen, etiam in hoc casu idem fere contingit ac in casu laici baptizantis, quod attinet nempe ad rationem ministri. Contrahentes quidem sunt sive recipientes sive *conferentes sacramentum,* idque ratione baptismalis characteris; attamen, inquantum sunt recipientes, character baptismalis se habet ut *vera potentia eaque passiva,* inquantum vero sunt conferentes, ille *character non se habet ut potentia* sed tantum ut necessaria conditio ad hoc ut eorum contractualis actio elevetur a Christo ad rationem sacramenti, *nullo mediante charactere.* Unde non ipsi contrahentes elevantur, sed tantum eorum actio assumitur, secus requireretur in eis novus character seu nova potentia activa, de genere illius quae confertur ministro aliorum sacramentorum per sacramentum Ordinis. Et in hoc quidem diminuto sensu ipsi dicuntur ac sunt ministri sacramenti Matrimonii (vel, si placet, quasi-ministri, ut quidam dicunt), non secus ac laicus dicitur minister Baptismi, salvo illo discrimine quod ad baptizandum non requiritur baptismalis character et etiam paganus baptizare queit, dum ad contrahendum baptismalis character necessario requiritur, cum iidem contrahentes sint etiam subiectum sacramenti. Et ratio huiusmodi exceptionalis modi ministrandi est ipsa peculiaris natura huius sacramenti, quod, utpote essentialiter contractus, contractualis actionis exigentiis attemperatur, quemadmodum ratio validitatis Baptismi, a laico etiam non baptizato administrati, est suprema lex necessitatis.

PARTICIPATIO TANDEM FIDELIUM IN OBLATIONE EUCHARISTICI SACRIFICII[33] *communiter ac praecipue a variis auctoribus assumitur ad ostendendum sacerdotium fidelium esse, in suo ipso rituali elemento, tum activum tum ac consequenter proprie dictum.*[33] In quo quidem, ut dictum est supra (p. 524), logice proce-

implicite contineatur oportet. Cum autem coniuges mutua habitudine ad invicem Christum et Ecclesiam repraesentent, convenienter ipsi ad invicem unus pro alio Christum reparaesentant et nomine Ecclesiae cultum Christi offerunt et hoc modo gratiam sacramentalem sibi invicem administrant, quin requiratur minister sacramenti a sponsis distinctus" *(art. cit.* [supra, in p. 576] 568). Congar: "C'est une doctrine généralement admise que les conjoints sont les ministres du sacrement de mariage. Ainsi avons-nous, dans le baptême et le mariage deux sacrements des laïcs, dont l'Eglise catholique, 'positis ponendis,' reconnaît la présence et la validité même dans les communions chrétiennes sans sacerdoce. Là s'arrêtent les pouvoirs actifs des laïcs dans le domaine sacramentel" *(op. cit.* [supra, in p. 558] 304).

"De hac quaestione copiose moderni scripserunt. Inter auctores supra relatos (pp. 446-453) directius ad rem faciunt: *Bertocchi, Bordin, Borgmann, Brinktrine, De Broglie, Callewaert, Capelle, Congar, Croegaert, Daimais, Durst, Eizenhofer, Garrigou-Lagrange, Hoffmann, Jungmann, Krueger, De la Taille, Leen, Lepin, Loth, Masure, Mersch, Parsch, Piolanti, Roguet, Tromp, Van der Meersch, Villeneuve, Vonier, Walter.* Ceterum, omnes qui scripserunt de sacerdotio fidelium, hanc quaestionem principaliter tangunt.

*** Confer praecipue *De la Taille, Congar* et fautores sic dicti motus liturgici, supra relatos (pp. 510 sq., 528-530, 530-533).**

dunt, cum essentialis activitas et propria ratio sacerdotii ex ipsa relatione ad sacrificium maxime petenda sit.

In hac quaestione, quae in medium trahit profundam aliquam ac traditionalem veritatem, certa ab incertis probe secernenda sunt et punctum ipsum, quo ea veritas cum praesenti disputata quaestione directe connectitur, clare determinandum, ne aut in incassum disputetur aut ea ipsa veritas hinc minimismo exsiccetur, illinc exaggeratione adulteretur. Breviter: ipsa veritas in eo est quod omnes fideles baptizati vera aliqua ratione offerunt sacrificium Missae; punctum autem quaestionis est, utrum ea aliqualis ac vera oblatio, aut ratione sui, aut saltem ex copulata sua coniunctione sive cum baptismali charactere, in qua fundatur, sive cum rituali consecratione et oblatione ministri, cui intime coniungitur, sit actio proprie sacerdotalis, ex qua proinde activum ac proprie dictum fidelium sacerdotium denominari possit.

Negativam responsionem huic quaestioni dabimus, examinando singulos modos quibus iuxta Traditionem et doctrinam Ecclesiae, expositam praecipue a Pio XII in Encyclica "Mediator Dei," fideles dicuntur partem habere in eo sacrificio.

Primo, fideles participant spirituali *jructui sacrificii* (diverso quidem gradu et modo, prout sunt absentes vel praesentes) et rituali eius consummationi in sacrificali *convivio Communionis.* Clarum est huiusmodi participationem esse *passivam,* cum consistat in accipiendo sacrificio, scilicet secundum eius fructum et ritualem partem, ac fundari in charactere baptismali prout est potentia passiva, et sacerdotium quod ab ea denominatur esse quidem rituale sed passivum.

Secundo, solus minister ponit ipsum physicum actum consecrationis per quod sacrificium ipsum perficitur. *Fideles vero, nullo modo dici possunt consecrare aut in consecrationem infiuere:* neque scilicet, ob eorum incorporationem cum Christo qui est principalis consecrator, aut ob eorum incorporationem cum Ecclesia a cuius organo sive ministro fit consecratio, nam secus omnes et singuli fideles dicerentur pariter baptizare, confirmare, distribuere communionem, absolvere, ungere et ordinare, quotiescumque minister haec omnia agit[40]; neque quatenus minister consecret in persona fidelium vel ut delegatus communitatis, nam in consecrando minister gerit personam solius Christi nec est delegatus a communitate ad fungendum munus sacerdotale, sed potius ab ea segregatus per immediatam electionem et

40 Ipsa tamen Ecclesia recte dicitur haec omnia agere, scilicet per sua organa sive ministros. Unde Cone. Trid. ait Christum "ab Ecclesia per sacerdotes immolari" *(Denz.* 938; cf. 944); immolatio autem significat sacrificium integraliter, seu tam quoad oblationem quam quoad consecrationem.

consecrationem Dei in sacramento Ordinis; neque tandem, in eo sensu quod valor consecrationis pendeat a consensu vel praesentia populi. Ex quo sequitur *nullo modo sacerdotium fidelium referri posse ad ipsam consecrationem*.

Primus ex tribus his modis explicandi cooperationem fidelium ad ipsam consecrationem est secundum se ineptus, secundus vero et tertius modus, quos sub una vel alia expressione significarunt audaciores quidam defensores proprie dicti fidelium sacerdotii (nominati ac relati superius, pp. 530-533), non solum adversantur communi traditioni theologorum,[41] sed etiam explicite reprobati sunt a Pio XII in Enc. *"Mediator Dei"* 20 nov. 1947, verbis infra citandis quae respiciunt eosdem errores etiam circa ipsum actum oblationis. Interim haec audi, quae respiciunt directe actum ipsum consecrationis: "Incruenta . . . illa immolatio, qua consecrationis verbis prolatis Christus in statu victimae super altare praesens redditur, ab ipso solo sacerdote perficitur, prout Christi personam sustinet, non vero prout christifidelium personam gerit" *(AAS* XXXIX [1947] 555).

Tertio, quoad ipsum moralem *actum oblationis* (qui ceteroquin obiective continetur in ipso actu consecrationis, prout ponit Christum praesentem in statu victimae super altare), minister primaria (relate ad fideles) ac independenti ratione offert sacrificium, *non vero in persona fidelium* et ut delegatus communitatis (etsi tamen nomine fidelium, quod idem non est), neque ita ut quomodolibet validitas oblationis sacrificii pendeat a consensu populi.[42] *Non igitur hoc proprio ac pleniori modo intelligi potest fidelium sacerdotium*.

Haec veritas, a qua recesserunt iidem superadicti moderni, ad modum unius cum praecedenti diffuse proponitur in eadem *Encyclica:* "Apostolis solummodo eisque deinceps, qui rite ab eis eorumque successoribus manuum impositionem susceperunt, *sacerdotalis tribuitur potestas,* qua ut coram sibi credita plebe lesu Christi personam sustinent, ita coram Deo ipsius populi personam gerunt. Eiusmodi sacerdotium non hereditate nec generis cognatione transmittitur; *neque ex Christianorum communitate oritur, vel a populo delegatur*...

"Sunt . . . qui hodie ad iam olim damnatos errores accedentes, doceant in Novo Testamento sacerdotii nomine id solummodo venire, quod ad omnes spectet, qui sacri fontis lavacro expiati fuerint; itemque praeceptum illud, quo lesus Christus in novissima caena id Apostolis commiserat faciendum, quod ipse fecerat, ad cunctam

41 Cf. S. Thomam, 3 p., q. 82, a. 7, ad 3, et alios textus relatos in p. 502.

42 Cum his non videtur quomodo districte congruant quaedam expressiones adhibitae etiam a *Congar,* quas supra (pp. 528-530) in eius textu typis italicis distinximus.

directo pertinere christifidelium Ecclesiam; atque exinde, deinceps tantum, hierarchicum consecutum esse sacerdotium. Quapropter *populum autumant vera perfrui sacerdotali potestate, sacerdotem autem solummodo agere ex delegato a communitate munere.* Quam ob rem Eucharisticum Sacrificium *veri nominis 'concelebrationem'* existimant, ac reputant expedire potius ut sacerdotes una cum populo adstantes 'concelebrent/ quam ut privatim Sacrificium offerant absente populo. Quantopere captiosi huius generis errores iis contradicant veritatibus, quas iam supra asseveravimus, de gradu tractantes quo sacerdos in Mystico lesu Christi Corpore pollet, explanare supervacaneum est. Illud tamen in memoriam revocandum esse ducimus, sacerdotem nempe idcirco tantum populi vices agere, quia personam gerit Domini nostri lesu Christi, quatenus membrorum omnium caput est, pro iisdemque semet ipsum offert; ideoque ad altare accedere ut ministrum Christi, Christo inferiorem, superiorem autem populo. Populum contra, quippe qui nulla ratione Divini Redemptoris personam sustineat, neque conciliator sit inter seipsum et Deum, *nullo modo iure sacerdotali frui posse. . .*

"Nonnulli . . . illa omnino Sacrificia reprobant, quae privatim ac non adstante populo offerantur, quasi a prisca sacrificandi forma aberrent; nec desunt qui asseverent sacerdotes non posse eodem tempore pluribus in aris divina litare hostia, quod hac agendi ratione communitatem dissocient, eiusque unitatem in discrimen adducant: itemque non desunt, qui eousque procedant, ut *oportere prorsus reputent plebem confirmare ratumque habere Sacrificium, ut illud vim virtutemque sortiatur suam.* Perperam hac in re ad socialem Eucharistici Sacrificii indolem provocatur. Quotiescumque enim sacerdos id renovat, quod divinus Redemptor in novissima caena peregit, reapse Sacrificium consummatur: quod quidem Sacrificium, semper et ubique, itemque necessario et suapte natura, publico et sociali munere fruitur; quandoquidem is, qui illud immolat, et Christi et christifidelium, cuius [quorum] Divinus Redemptor est Caput, nomine agit, atque illud Deo offert pro Ecclesia Sancta Catholica, ac pro vivis et defunctis. Idque fit procul dubio sive christifideles praesentes adsint . . . , sive non adsint, cum neutiquam requiratur ut, quod sacrorum administer fecerit, *populus ratum habeat" (ibid.* 538, 553 sq., 556 sq.).[43]

Quarto, nihilominus *fideles vera aliqua, quamvis "diversa [a ministro] ratione," ut ait Pius XII, offerunt eucharisticum sacrificium.* Quae sit haec ratio, sive modus, explicatur ab ipso S. Pontifice in eadem Encyclica.

"Idem docuit contra Protestantes *Conc. Trid.,* sess. 22, cap. 6 *(Denz.* 944).

Ratio nempe duplex est: Prima, sed "magis a re remota," consistit in tribus: fideles nempe, ut non raro contingit, dum assistunt sacrificio suas preces sub forma responsionis coniungunt precibus sacerdotis (in sic dicta missa dialogata); item quandoque, ut olim saepius fieri solebat, praebent panem et vinum, sive materiam consecrandam[44]; item praebent stipendium ut missa offeratur. Secunda ac *"intima ratio"* est quia fideles duplici modo, i.e. *sive per sacerdotem sive cum sacerdote,* quodammodo sacrificium offerunt. Per sacerdotem quidem, seu *mediate,* fideles offerunt, quatenus, cum ipsi efficiant unum corpus mysticum cum Christo, sacerdos, offerens ut minister Christi et in persona Christi, offert eo ipso nomine totius Christi,[45] ac ita, hac mediata ac mystica ratione, tota Ecclesia iure dicitur per Christum offerre oblationem.[40] Cum sacerdote vero, seu etiam *im-*

[44] De symbolismo huius praxis, quatenus refertur ad Ecclesiam offerentem et oblatam, confer B. Capelle, "Du sens de la Messe. A propos d'ouvrages récents," *Les questions liturgiques et paroissiales* XXXVI (Louvain 1941-1942) 59-78.

[48] Distinguere oportet expressiones: Sacerdos offert sive immolat *in persona, ut minister, ut vices gerens, nomine alicuius* (nempe Christi, Ecclesiae, fidelium). Hae omnes expressiones relate ad Christum possunt simpliciter adhiberi; relate vero ad Ecclesiam, et praecipue ad fideles, nonnisi in sensu aut diminuto aut extensivo adhiberi possunt; prima, quae est fortior, adhiberi solet relate ad Christum, altera et tertia etiam relate ad Ecclesiam, ultima etiam relate ad fideles. Inde explicatur varietas affirmationum vel negationum, etiam in documentis Ecclesiae, relate ad unam eandemque expressionem. Veritas fundans eas expressiones est quod sacerdos agit ut minister solius Christi (ac ideo in eius persona, ut eius vices gerens et in eius auctoritativo nomine), nullo modo ut delegatus ab auctoritate Ecclesiae sive fidelium, sed tamen agit in bonum Ecclesiae ac ita ut organum eius (quo sensu praefatae expressiones, sub hac diminuta ratione, valent etiam relate ad Ecclesiam et fideles). Ceterum, quia Ecclesia tripliciter accipi potest, seu vel pro toto corpore, incluso nempe ipso Capite, vel pro reliquo corpore, abstrahendo a Capite, vel pro singuhs fidelibus quasi acervatim (cf. *In 4 Sent.,* dist. 49, q. 4, a. 3, ad 4), ideo in priori sensu omnes praefatae expressiones, de Ecclesia, ac pro tanto de omnibus fidelibus, extensive praedicari possunt, ratione nempe unionis cum Capite.

Sint aliqua exempla huiusmodi varietatis. 5. *Thomas:* "Si tamen unus presbyter adsit, intelligitur hoc sacramentum perficere *in virtute totius Ecclesiae, cuius minister* exsistit et *cuius personam* gerit" (C. *Gent.* 4. 73) ; "Solus sacerdos . . . potest *gerere personam totius Ecclesiae,* qui consecrat Eucharistiam" *{Suppi.,* q. 37, a. 4, ad 2) ; "Sacerdos in missa in orationibus quidem loquitur *in persona Ecclesiae,* in cuius unitate consistit. Sed in consecratione sacramenti loquitur *in persona Christi, cuius vicem in hoc gerit* per Ordinis potestatem" (3 p., q. 82, a. 7, ad 3). *Cone. Trid.:* "[Christus] ab Ecclesia per sacerdotes immolatur"; "A publico *Ecclesiae ministro* non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Christi pertinent [missae privatae] celebrantur" *(Dens.* 938, 944). Enc. *"Mystici Corporis?*:* "In eo enim [sacrificio eucharistico] sacrorum administri non solum Servatoris nostri *vices gerunt,* sed *totius etiam mystici Corporis singulorumque fidelium** *(AAS XXXV* [1943] 232). Enc. *"Mediator Dei**:* "[Consecratio eucharistica] ab ipso solo sacerdote perficitur, prout Christi personam sustinet, *non vero prout christifidelium personam gerit**;* "[In oblatione] altaris administer personam Christi utpote Capitis gerit, membrorum omnium nomine offerentis; quo quidem fit, ut *universa Ecclesia* iure dicatur per Christum victimae oblationem deferre"; "Is, qui illud [sacrificium] immolat, et Christi et *christifidelium* . . . [quorum] Divinus Redemptor est Caput, *nomine* agit"; "[Sacerdos] *nomine Christi atque Ecclesiae* litat"; "Sacerdos *idcirco tantum populi vices agit, quia personam gerit Domini nostri Iesu Christi,* quatenus membrorum omnium Caput est, pro iisdemque semet ipsum offert" *(AAS* XXXIX [1947] 555-557, 553).

[48] Hoc sensu *etiam qui caret statu gratiae offert sacrificium,* nam haec mediata ratio oblationis fundatur in ipso charactere, quo homo incorporatur indelebiliter sacerdotio

mediate, fideles offerunt, quatenus sua vota, scilicet affectus laudis, impetrationis, expiationis et gratiarum actionis, coniungunt cum ipsa simili oblativa intentione sacerdotis (imo ipsius Christi principaliter offerentis), et quidem id faciunt eo fine ut ea vota offerant Deo una simul cum eucharistica victima, per eundem externum ac sacrificalem ritum, ita concurrentes ad realizandam ipsam significationem illius ritus, quae est interna animi oblatio ac sacrificium.

Aliis verbis: haec immediata oblatio consistit in *oblatione interni ac spiritualis sacrificii, prout coniungitur rituali sacrificio ac ita quodammodo ritualizatur et eucharistizatur, quatenus nempe ipsa suppeditat seu ponit in esse, saltem partialiter, ipsum significatum exterioris sacrificii, seu interiorem animi oblationem, sine qua exterius signum ac ritus suam veritatem suamque existentiam amitteret.* Id autem totum ad hoc redit quod eucharisticum sacrificium est signum interioris affectus tum ipsius Christi tum suorum fidelium, prout sunt eius membra per Baptismum sibi incorporata, adeoque fideles per suum interius sacrificium, seu per sua praefata vota (sive sint absentes sive ac peculiari modo si sint praesentes in Missa), adimplent id quod, ut ita dicatur in stylo paulino, deest interiori sacrificio Christi ac ita eo ipso complent significatum ritualis sacrificii. Quo intimo et altiori sensu dici possunt vere hoc rituale signum sive sacrificium offerre, non quia offerunt ipsum signum, sed quia, complendo signatum, faciunt ut ipsum signum possit existere atque offerri; offerunt nempe quia sunt veluti causa quare possit offerri, causa enim causae est causa causati.[47]

Ad rem S. Pontifiex: "Christifideles etiam divinam offerre hostiam, diversa tamen ratione, dicendi sunt. . . Nec mirum est christifideles ad huiusmodi dignitatem elevari. Baptismatis enim lavacro, generali titulo christiani in Mystico Corpore membra efficiuntur Christi sacerdotis, et 'charactere' qui eorum in animo quasi insculpitur, ad

Christi ac manet membrum Ecclesiae sub ratione corporis sacerdotalis. Nequit tamen offerre immediata ratione, de qua mox dicetur, quia haec tota reducitur ad spirituale sacerdotium, quod fundatur in ipsa gratia sanctificante, seu in incorporatione ad Christum et Ecclesiam sub praecisa ratione Corporis Mystici. Unde non consentimus Laurentin absolute (et ceteroquin in logica concordantia cum sua generali opinione) scribenti: "Hors de l'état de grâce, le baptisé ne peut exercer formellement les actes sacerdotaux auxquels le caractère l'habilite radicalement," ". . . l'importance de la grâce sans laquelle le sacerdoce du baptisé n'est qu'un sacerdoce en puissance et un sacerdoce mort" *(op. cit.* [supra, in p. 515] II 162, 178).

"Haec omnia breviter et apte resumit Lécuyer, colligens sensum ipsius antiquae Traditionis: "L'Eucharistie est donc pour chaque baptisé le signe extérieur de son offrande intérieure unie à celle du Christ: il participe à l'offrande de ce dernier que représente le Prêtre hiérarchique, par les dons qu'il apporte à l'autel pour être la matière du sacrifice liturgique; plus encore par sa présence et son union dans la prière; enfin et surtout par la communion au Corps et au Sang du Sauveur" *{art. cit·* [supra, inp. 555] 36).

cultum divinum deputantur; atque adeo ipsius Christi sacerdotium pro sua condicione participant.

"Nullo non tempore in catholica Ecclesia humana ratio, fide collustrata, ad divinarum rerum maiorem, quae fieri possit, cognitionem contendit. Quamobrem consentaneum est ut Christianus quoque populus pie quaerat, *quo sensu et ipse in Eucharistici Sacrificii Canone illud offerre dicatur.* Ut satis igitur faciamus pio eiusmodi voto, rem placet heic breviter presseque exponere. Et primum quidem *rationes habentur magis a re remotae,* quia nempe haud raro contingit ut christifideles, sacris assistentes ritibus, suas preces cum sacerdotis precibus alternis vocibus conserant; itemque, quia nonnunquam —quod antiquitus eveniebat crebrius —administris altaris panem vinumque offerunt, ut Christi corpus et sanguis fiant; ac denique quia eleemosynis id agunt, ut sacerdos divinam victimam pro iisdem offerat.

"At est etiam *intima ratio,* cur christiani omnes, ii praesertim qui altari adsunt, offerre dicantur. Qua in re gravissima ne perniciosus oriatur error, offerendi vocem propriae significationis terminis circumscribamus oportet. Incruenta enim illa immolatio, qua consecrationis verbis prolatis Christus in statu victimae super altare praesens redditur, ab ipso solo sacerdote perficitur, prout Christi personam sustinet, non vero prout christifidelium personam gerit.[48] At idcirco quod sacerdos divinam victimam altari superponit, eandem Deo Patri qua oblationem defert ad gloriam Sanctissimae Trinitatis et in bonum totius Ecclesiae. Hanc autem restricti nominis oblationem christifideles *suo modo duplicique ratione participant:* quia nempe non tantum *per sacerdotis manus,* sed etiam *una cum ipso quodammodo Sacrificium offerunt:* qua quidem participatione, populi quoque oblatio ad ipsum liturgicum refertur cultum.

"Christifideles autem per sacerdotis manus Sacrificium offerre ex eo patet, quod *altaris administer personam Christi utpote Capitis gerit, membrorum omnium nomine offerentis;* quo quidem fit, ut universa Ecclesia iure dicatur per Christum victimae oblationem deferre. Populum vero una cum ipso sacerdote offerre non idcirco statuitur, quod Ecclesiae membra, haud aliter ac ipse sacerdos, ritum liturgicum adspectabilem perficiant, quod solius ministri est ad hoc divinitus deputati: sed idcirco quod *sua vota* laudis, impetrationis, expiationis gratiarumque actionis una cum votis seu mentis intentione sacerdotis, immo Summi ipsius Sacerdotis, *eo fine coniungit, ut eadem in ipsa victimae oblatione, externo quoque sacerdotis ritu, Deo Patri*

«'Quo pleno sensu ait *Codex I. C.,* can. 802: "Potestatem offerendi Missae sacrificium habent soli saicerdotes."

exhibeantur. Externus enim sacrificii ritus suapte natura cultum internum manifestet necesse est: novae autem legis Sacrificium supremum illud obsequium significat, quo ipse principalis offerens, qui Christus est, et una cum eo et per eum omnia eius mystica membra debito Deum honore prosequantur ac venerentur." *(ibid.* 555sq.).*®

Ut patet, totus hic ac varius modus, quo fideles dicuntur vere offerre sacrificium Missae, est quidem *ritualis, ex* parte sui obiecti, estque pariter *activus,* adeoque importat procul dubio activam cooperationem et participationem rituali sacrificio, sed tamen *non est simpliciter ac proprie dicta oblatio, nec a fortiori valet constituere activum ipsum sacrificium nec ideo activum fidelium sacerdotium,* ob eius aut deficientem aut mediatam aut indirectam rationem. Et primo quidem deficit consecratio, quae est tam essentiale elementum sacrificii eucharistici, ut cum eo ipsa actio oblativa obiective identificetur; cum igitur fideles non consecrent, non ponunt ipsum sacrificium, sic et simpliciter; vere quodammodo offerunt, sed non sacrificant. Pariter, cooperatio fidelium per dialogatam assistentiam, oblationem panis et vini et dationem stipendii, est extrínseca tantum cooperatio, ac pro tanto a propria ratione offerendi deficiens. Praeterea, oblatio fundata in incorporatione fidelium ad Christum sacerdotem, est tantum mediata, qua proinde non simpliciter dicuntur fideles offerre, et multo minus sacrificare aut celebrare. Tandem ipse altior ac intimior modus, quo fideles cooperantur, ponendo partialiter in esse ipsum significatum, sine quo nullum datur exterius sacrificium, est aliquid indirectum quia, ut explicatum est, aliud est ponere ipsum signum, quod est offerre, et aliud ponere signatum, seu necessarium requisitum ad offerendum, et praeterea est aliquid deficiens ac partiale, praecipue si consideretur in singulis fidelibus potiusquam in tota Ecclesia, quia, per se loquendo, abunde sufficeret interius ipsius Christi sacrificium ad exterius eius sacrificium vivificandum, quamvis de facto nunquam, neque in Cruce aut in Coena, Christus solus absque consorte Ecclesia sacrificaverit.

Et haec ratio est, quare S. Pontifex, utut asserta vera aliqua oblatione ex parte fidelium (notentur appositiones: "diversa tamen ratione," "restricti nominis oblationem suo modo participant," "quodammodo sacrificium offerunt"), imo concesso quod fideles, ratione illius oblationis, "ipsius Christi sacerdotium pro sua condicione participent," explicite ac iterato tanquam errorem reicit fidelibus competere sacerdotalem potestatem (Solis ministris "sacerdotalis tribuitur potestas";

49 Eadem generalis doctrina de fidelium oblatione in sacrificio Missae exprimitur breviter ac transeunter in Enc. *"Mystici Corporis"* 29 iun. 1943 [1943] 232 sq.).

"Populus nullo modo sacerdotali iure frui potest"; errant qui "populum autumant vera perfrui sacerdotali potestate"; bis etiam negat fideles "concelebrare").

Ex dictis igitur patet utrumque modum participationis fidelium in eucharistico sacrificio, *sub sua ratione rituali, non esse activum sed passivum*. Prima nempe participatio spirituali fructui et Communioni est evidenter *passiva,* cum agatur de bonis recipiendis. Secunda ac oblativa ipsa participatio, iuxta primum eius ac mediatum modum, quo fidelis eo tantum sensu offert quia est incorporatus Christo, est pariter *passiva,* nam fidelis per hoc nihil agit, sed ex sacerdotali potentia characteris Baptismi recipit hanc dignitatem ac qualitatem ut sit incorporatus Christo; iuxta alterum vero modum, quo fidelis subministrat ipsum significatum ritualis sacrificii, *est quidem participatio activa sed non est ritualis,* cum importet proprie et directe exercitium solius interioris seu spiritualis sacrificii, nec aliunde ipsa istius copulatio cum rituali sacrificio valet eius naturam immutare, cum signatum differat a signo et supplere signatum non sit ponere ipsum signum.

Quinto, haec fidelium aliqualis cooblatio, quamvis non sit proprie dicta oblatio sacrificii, nec munus sacerdotale, nec potestas sacerdotalis, quia tamen est vera paricipatio sacerdotio Christi, sicut ipse character baptismalis in quo fundatur, *legitime connectitur cum sacerdotio fidelium, tanquam eius rituale elementum, intime quidem cum altero ac spirituali elemento copulatum*. Unde non consentimus cum *Cerfaux* (cit. in p. 534 sq.) qui vult doctrinam de sacerdotio fidelium evolvendam esse, iuxta primitivum Traditionis conceptum, extra ambitum eucharisticum, quidquid ceteroquin sit de ratione "regalis sacerdotii" in textu petrino, quem et nos ipsi supra explicuimus in solo sensu spirituali nec aliter accipit S. Pontifex in eadem sua Encyclica *(AAS 557).*[50] Ea namque traditionalium conceptum evolutio a spirituali ad rituale sacerdotium, praecipue a S. Thoma per doctrinam de sacerdotali indole baptismalis characteris discrete indicata, necnon ulterior explicita connexio, a recentioribus inducta, inter huiusmodi baptismale sacerdotium et eucharisticum sacrificium, omnino legitima necnon fecunda videtur,[51] dummodo tamen intra

[50] In eodem sensu accipitur in aliis recentioribus documentis, quae libenter illud commemorant: Benedictus XV, in allocutione *"Nella recente"* S ian. 1920, ad patritiatum romanum; Pius XI, Enc. *"Ubi arcano,"* 23 dec. 1922 (in qua regale sacerdotium indicatur ut fundamentum Actionis Catholicae); Epist. *"Cum ex epistula"* 15 maii 1928, ad Card. Van Roey; Enc. *"Miserentissimus Redemptor"* 28 maii 1928; Enc. *"Ad catholici sacerdotii"* 20 dec. 1935.

[51] Discrete etiam a S. Pontifice suggeri videtur, quatenus fere immediate post supra relata verba, loquens de spirituali seu morali immolatione, quam fideles debent rituali

proprios formalesque limites contineatur, ultra quos quidam moderni doctores eucharisticum illud elementum trahere voluerunt, ut super ipsum extruerent activum aliquod ac proprie dictum fidelium sacerdotium.

4. *HOC SACERDOTIUM EST PARITER IMPROPRIE DICTUM AC METAPHORICUM.*

Ratio est, quia, *quamvis sit rituale, non est tamen activum sed passivum;* oportet autem sacerdotium proprie dictum esse tum rituale tum activum. Ex quo patet convenientia simul ac discrimen huius ritualis elementi sacerdotii fidelium cum altero spirituali sive privato elemento, de quo supra (p. 566). Dictum est enim, ideo illud non esse sacerdotium proprie dictum quia, quamvis sit activum, non est aliquid rituale seu non ponit proprie dictum sacrificium, quod consistit in actione rituali et eucharistica; hoc autem elementum quamvis vicissim sit rituale, non est activum, quia respicit sacrificium proprie (lictum (vel, si placet, cultum, seu ipsum sacrificium eucharisticum et sacramenta cum eo connexa) non ut aliquid agendum, sed ut aliquid recipiendum. *Unde neutrum elementum est sacerdotium proprie dictum, illud quia non rituale, istud quia non activum.*

Tota enim ontologica ratio sive forma huiusmodi sacerdotii est character baptismalis, per chrismalem quidem perfectus, qui est quaedam potentia passiva, ut ostensum est (pp. 571-590), et tota eius activitas sive obiectum, ad quod ordinatur, reducitur ad susceptionem actuum cultus proprie dicti, scilicet tum sacramentorum, quae intime connectuntur cum Eucharistia sub utraque ratione sacramenti et sacrificii, tum ipsius sacrificii tam sub ratione Communionis quam sub ipsa ratione oblationis, modo nuper explicato seu media incorporatione ad Christum sacerdotem offerentem, ut fuse ostensum est (pp. 590-603), percurrendo praecipuas baptizatorum et confirmatorum activitates quae rituale aliquod elementum directe vel indirecte involvunt, scilicet apostolatum, collationem Baptismi necessitatis, celebrationem Matrimonii et praecipue eucharisticam oblationem.[52]

Missae immolationi coniungere, ad eam refert verba 1 *Petr.* 2. 5: "Sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias."

"Fatemur nos non intelligere quae sit et quomodo explicetur proprie dicta *activitas* baptismalis characteris in oblationem Missae in sequentibus verbis Journet: "Nous croyons encore qu'il [le caractère baptismal] est *actif* en permettant aux baptisés à la différence des catéchumènes, de s'unir liturgiquement à l'offrande du sacrifice de la messe. En effet, dans le sacrifice de la croix, élevé au-dessus du temps et que la messe nous rend présent, le Christ agit à la fois comme cause seconde et comme instrument conjoint à la divinité. H agit comme cause principale seconde pour s'offrir au Père céleste. Et il agit comme cause instrumentale (conjointe) pour *surélever l'offrande des hommes,* pour l'attirer et l'incorporer à la sienne. Cette action instrumentale se fait selon deux lignes

Porro passiva potentia ad cultum, qualis est uterque Baptismi et Confirmationis character, et potentia activa ad cultum, qualis est character Ordinis, quamvis conveniant, et quidem univoce, in uno et eodem *conceptu potentiae* ad cultum, quae dividitur in activam et passivam, tanquam in duas proprie dictas species, *nullatenus tamen, neque analogice, conveniunt in uno et eodem conceptu potestatis sacerdotalis,* qui soli potentiae activae intrinsece convenit, cum propria ratio sacerdotii non sit quomodolibet se habere ad cultum, sed active, utpote quod essentialiter ordinetur ad oblationem sacrificii et applicationem sacrificalium fructuum per sacramenta. Unde character baptismalis aut chrismalis nequit constituere sacerdotium proprie dictum, quia, quamvis proprie, imo univoce, sit *potentia* sacerdotalis, non tamen proprie, nequidem analogice (analogia proportionalitatis propriae), est *potestas* sacerdotalis,[03] qua proprie dictum sacerdotium constituitur. Unde restat ut reducatur ad potestatem sive *sacerdotium improprie dictum,* per viam analogiae extrinsecae, et quidem *praecipue secundum analogiam proportionalitatis impropriae* sive metaphoricae (cf. notionem analogiae supra, pp. 553-555 sq.).[04]

parallèles. D'abord *selon la ligne morale* de la vertu de religion, où les hommes auront à réagir comme des causes principales secondes, vivifiées par l'influx sanctifiant du Christ, afin de s'unir à son offrande en tant que méritoire, satisfactoire, rédemptrice. Et en même temps *selon la ligne cultuelle du caractère sacramentel, où d'une part les prêtres et d'autre part les confirmés et les baptisés auront à réagir comme des instruments (séparés), actualisés par l'influx sacerdotal du Christ,* afin de s'unir liturgiquement à son offrande en tant que sacrificielle.

"Ainsi ce qui arrive à nous dans la messe, c'est l'action du Christ, agissant comme cause instrumentale conjointe à la divinité, non seulement pour transubstantier le pain et le vin, non seulement pour remplir nos coeurs de ses grâces sanctifiantes, mais encore pour soulever jusqu'à lui notre offrande, dans la ligne morale et dans la ligne cultuelle, et pour l'incorporer à l'offrande de sa croix" *(L'Eglise du Verbe Incarné* II [Bruges 19511 251, in nota).

Praefata instrumentalis reactio characteris baptismalis, sub influxu Christi, sufficienter explicatur per hoc quod character est potentia passiva, sub influxu Christi babilitans ad participandum tum sacramenta tum sacrificium, ut constat ex dictis supra (pp. 573-575 sq.).

"S. Thomas hanc distinctionem explicite proponit. Obicienti enim: "In baptismo etiam quaedam spiritualis datur potestas accedendi ad sacramenta; et iterum est quoddam signaculum,' cum sit sacramentum. Ergo haec definitio ["Ordo est signaculum quoddam Ecclesiae, per quod spiritualis potestas traditur ordinato"] convenit baptismo. Et sic inconvenienter assignatur de ordine," respondet: "Dicendum quod in baptismo datur quaedam potentia spiritualis ad recipiendum, et ita quodammodo passiva. *Potestas auten proprie nominat potentiam activam* cum aliqua praeeminentia. Et ideo haec definitio baptismo non competit" *(Suppi.,* q. 34, a. 2, ob. 3 et ad 3).

MEx hoc quod inter duo heac sacerdotia solum sacerdotium hierarchicum sit proprie dictum, non sequitur ipsum univoce convenire cum *sacerdotio ipsius Christi;* cum hoc enim convenit tantum analogice per analogiam proportionalitatis propriae. Unde, si sermo est de *tribus sacerdotiis, Christi scilicet, ministrorum et fidelium* (seu de sacerdotio imparticipato et duplici sacerdotio participato), inter sacerdotium Christi et sacerdotium ministeriale intercedit analogia proportionalitatis propriae (qualis est etiam inter ens increatum et ens creatum, inter substantiam et accidens, et inter omne imparticipatum et eius participationem) ; inter sacerdotium vero ministeriale (et a fortiori sacerdotium Christi) et sacerdotium fidelium intercedit analogia tum proportionalitatis impropriae tum attributionis.

Aliis verbis: Character baptismalis (necnon chrismalis) et character Ordinis univocantur secundum conceptum potentiae; secundum conceptum vero potestatis analogantur, et quidem non in gradu analogiae intrinsecae seu proportionalitatis propriae, sed in inferiori gradu analogiae extrinsecae atque impropriae, eo quod ratio potestatis non invenitur intrinsece in utroque analogato, sed in uno tantum seu in charactere Ordinis, alteri vero tribuitur ab extrínseco ob aliquam relationem ad illud, quae relatio, cum in hoc casu fundetur non in mero nexu causali sed etiam in aliqua intrinseca similitudine, constituit analogiam proportionalitatis impropriae. Ritualis scilicet fidelium potentia ac dignitas, quae fundatur in baptismali ac chrismali charactere, dicitur vere sed analogice, seu improprie ac metaphorice, sacerdotium ob varias rationes similitudinis quae intercedit inter id quod agunt fideles, vi baptismalis ac chrismalis characteris, et id quod agit minister, vi characteris Ordinis, quo proprie sacerdos constituitur. Ita v.g.: sicut sacerdos profitetur fidem ac tuetur cultum, conferendo sacramenta, ita baptizatus et confirmatus ea recipiendo; sicut sacerdos offert sacrificium immediate et ut organum ac instrumentum Christi, ita baptizatus et confirmatus idem quodammodo ac mediate offert ut membrum Christi; sicut sacerdos est causa sacrificii, ponendo ipsum signum, in quo formaliter sacrificium consistit, ita baptizatus et confirmatus influit quodammodo, supplendo sive complendo signatum, per interius animi sacrificium.

Defensores autem proprie dicti fidelium sacerdotii, notionem ipsam analogiae, ad quam tam instanter provocant, levius ponderantes (cf. supra, pp. 544-547), videntur confundere praefatos duos conceptus potentiae sacerdotalis et potestatis sacerdotalis et ex hoc quod character baptismalis sit proprie dicta potentia cultualis et proprie dicta participatio sacerdotii Christi, ¡Ilógica celeritate deducunt ipsum constituere vel fundare proprie dictum sacerdotium, illum propterea ex passiva in activam potentiam partialiter transformantes ut, sub mentito pallio activitatis, nominis ipsius ambiguitas ac fallacia recondatur. *Aliud enim est participare quomodolibet sacerdotium Christi, et aliud participare ipsam jormam sacerdotii Christi; aliud est habere*

Quidam moderni introducunt praeterea *quartum sacerdotium, seu B. Virginis,* quod quidem aliqui reducunt ad altiorem gradum communis sacerdotii ñdelium, alii vero, ut *Laurentin* (cf. supra, p. 515), ad distinctum aliquod sacerdotium sui generis. Haec quaestio, quae satis ambigue proponi solet, exulat ab ambitu praesentis controversiae. Ceterum, si B. Virgo haberet aliquod proprie dictum sacerdotium, nec tantum metaphoricum seu de genere eius quod diximus competere fidelibus, illud non ex parte gratiae sanctificantis aut sacramentalis characteris quaerendum esset, sed ex sola ipsaque Divina Matemitate, prout est maxima atque altioris generis incorporatio cum Christo Sacerdote. De quo B. Virginis sacerdotio fusius dicetur in Nota 5, ad calcem art. 18 (in tom. 3), ubi de incapacítate sexus muliebris ad hierarchicum sacerdotium suscipiendum.

potentiam sacerdotalem, et aliud habere potestatem sacerdotalem; aliud est habere aliquid sacerdotale, et aliud habere sacerdotium; aliud est posse aliquid sacerdotaliter, et aliud esse sacerdotem ™

Nec ceteroquin undequaque apta videtur diminuta appellatio *sacerdotii inchoativi sive initialis,* sub qua quidam abscondere mavunt suae opinionis ambiguitatem (cf. supra, pp. 513, 543); nam inchoatio sonat proprietatem in eodem genere analogicae perfectionis iuxta viam proportionalitatis propriae, quemadmodum embryo sive initium hominis est analogice homo, dum character baptismalis, in genere potentiae participativae sacerdotii Christi, adaequate distinguitur a charactere Ordinis, sicut brutum ab homine in genere animalis, nec evolvitur in ipsum, sicut embryo evolvitur in hominem,56 quamvis dici possit ipsum esse diminutam participationem sacerdotii Christi, utpote passivam potentiam, quemadmodum in comparatione hominis brutum dici potest diminutum sive inferius animal, ratione minoris perfectionis in differentia specifica qua contrahit genus illud. Praefata appellatio sacerdotii inchoativi nonnisi in eo sensu iustificari potest, quod character baptismalis est necessaria conditio ipsius characteris Ordinis, tum quoad eius existentiam, eo quod nonnisi baptizatus ordinari possit (sicut ceteroquin nonnisi baptizato conferri possunt alia sacramenta), quo sensu dici potest characterem baptismalem esse radicem sacerdotii vel sacerdotium esse radicaliter laicale sive baptismale, tum quoad eius exercitium, quod nonnisi in baptizatis actuari potest, quo sensu dicit potest potentiam passivam, collatam per characterem Baptismi, et potentiam activam, collatam per characterem Ordinis, mutuo sese appellare ac complere, veluti duas facies eiusdem ecclesiastici ministerii.

"Defensores tamen proprie dicti sacerdotii fidelium notant quod, quamvis loqui possimus de sacerdotio fidelium in sensu proprio, vel de eorum sacerdotio sic et simpliciter, tamen fideles ipsi nequeunt appellari sacerdotes in sensu proprio aut simpliciter. Idque generarim revocant ad quaestionem de usu et convenientia, quia scilicet de facto nomen "sacerdos" ex communi usu assumpsit specificum sensum sacerdotis hierarchici, secus ac abstractum nomen "sacerdotium." Ita Palmer *(art. cit.* [supra, in p. 527] 613), Congar *(op. cit.* [supra, in p. 558] 245) et Laurentin *(op. cit.* [supra, in p. 515] II 80-83; cf. tamen I 667, ubi videtur suggerere aliam rationem, quia scilicet, iuxta ipsum, sacerdotium convenit fidelibus non simpliciter seu titulo individuali, sed titulo collectivo; quam rationem explicite affert Rea, *op. cit.* [supra, in p. 526] 234). Eos illogicitatis insimulat Garcia Garces *(art. cit.* [supra, in p. 539] 96), asserens quod si fit sermo de sacerdotio proprie dicto, aequo iure esse potest sermo de sacerdote proprie dicto, semel admissa illorum doctorum opinione. Haec tamen illatio non videtur necessaria.

"Huiusmodi evolutionem sonant haec verba Congar: "La consécration du sacerdoce sacramentel [i.e. de l'Ordre], avec le caractère qu'elle imprime et les pouvoirs qu'elle confère, est un approfondissement, un développement de la consécration, du caractère et du pouvoir cultuel mis dans le fidèle, déjà par son baptême et par l'imposition des mains (confirmation). Telle est la pensée, combien profonde et malheureusement peu connue de saint Thomas, pensée appuyée sur sa vue du caractère baptismal, première participation au sacerdoce du Christ" ("Sacerdoce et laïcat dans l'Eglise," *La vie intellectuelle* XIV [1946] 6-39).

Ut hanc concludamus disputationem, cuius prolixitatem fortasse iustificavit ipsa amplitudo ac multitudo theologicorum elementorum quae moderni auctores in ea accumularunt, signanter rationis sacrificii et sacerdotii, naturae characteris sacramentalis et indolis participatonis fidelium in eucharistica oblatione, *haec summatim recole inter ea quae fusius statuere conati sumus:*

Conceptus universalis alicuius fidelium sacerdotii descendit ex ipsa *Scriptura* seu ex 1 *Petr.* 2. 9, sub nomine "regale sacerdotium," figuralem originem habens in *Ex.* 19. 6: "Regnum sacerdotale." Sive in textu petrino, sive in aliis textibus parallelis (praecipue *Apoc.* 1. 6; 5. 10; 20. 6), hoc sacerdotium accipitur *in solo sensu interno ac morali* nec ullum, praeter baptismale fundamentum, ei adnectitur rituale elementum, et multo minus eucharisticum. In ipsa patristica *Traditione,* usque ad saec. 7, necnon apud posteriores scriptores usque ad S. Thomam, etsi praefatum baptismale fundamentum distinctius explicetur, natura ipsa illius sacerdotii intra eosdem interiores ac morales limites fere persistit, nec rituales eius connexiones plusquam adiacenter ac incidenter tanguntur; nonnisi unus vel alter scriptor visus est huiusmodi sacerdotium etiam ritualiter interpretari vel ad aliquod elementum rituale, et quidem eucharisticum, illud referre, uti Augustinus, qui illud connectit cum Eucharistia sub sola tamen ratione Communionis, et Florus Lugdunensis, qui illud refert ad Eucharistiam sub ipsa ratione oblationis sive sacrificii, retenta tamen huiusmodi connexionis spirituali interpretatione. Ceterum, traditionalis aliunde ac constans fuit etiam doctrina de *participatione fidelium in eucharistica oblatione,* signantius ab Augustino inculcata, at ea non cum universali sacerdotio connectebatur sed cum generaliori veritate de *incorporatione fidelium corpori Christi mystico,* ita ut doctrina de universali sacerdotio evoluta sit ac iugiter permanserit extra ambitum et orientationem eucharisticam, imo in pura linea spiritualis ac extraritualis sacrificii.

S. *Thomas,* quem posteriores theologi secuti sunt, novum ac peculiare elementum, indolis essentialiter ritualis, in causam fidelium adduxit, scilicet *characterem baptismalem et chrismalem,* acceptum ut proprie dictam quandam participationem sacerdotii Christi; sed iterum nec regale illud sacerdotium cum sacerdotali hoc charactere, nec istum cum eucharistica oblatione connexuit. Ita fere usque ad nostra tempora *tria illa elementa, scilicet regale sacerdotium, eucharistica oblatio et sacerdotalis character baptismatis,* quae tum apparenti quadam ac intima cognatione tum communitate subiecti, sese mutuo appellare videbantur, fere extranea ad invicem permanserunt ac per

parallelas distinctasque vias iugiter processerunt. Cuius mirabilis phenomeni nonnisi duplex congrua explicatio afferri potest, tum quia fortasse copulatio eucharisticae oblationis cum regali sacerdotio, sive istius extensio in rituale ac sacrificale aliquod sacerdotium, confligere videbatur cum hierarchico ipso sacerdotio, tum, ac verius, quia apparens connexio inter tria illa elementa potius accidentaria et nimis tenuis iudicata est, ut eorum doctrinalem synthesim in unum sacerdotii conceptum exigeret aut appellaret, cum regale sacerdotium sit mere spirituale nec rituale, oblatio vero eucharistica nonnisi improprie ac mediate conveniat fidelibus, character tandem baptismalis sit potentia mere passiva, utut in propria linea sacerdotii ritualis.

Hanc tamen *doctrinalem synthesim* audacter construere attentaverunt moderni quidam theologi, super tria praefata elementa erigentes proprie dictum aliquod fidelium sacerdotium, hierarchico quidem sacerdotio perfectione inferius sed analogico genere aequale, cuius nempe natura sit proprie sacerdotalis (ita conversum est regale ac spirituale sacerdotium Patrum in rituale sacerdotium), cuius forma vel saltem fundamentum sit ipse character baptismalis (ita conversus est thomisticus character ex potentia mere passiva in quandam activam potentiam), cuius praecipuum exercitium sit oblatio sacrificii eucharistici (ita conversa est indirecta illa fidelium oblatio, ab Augustino inculcata, in directam quandam oblationem). Ex disputatis autem in secunda nostra Conclusione, satis liquet huiusmodi laboriosam, necnon ingeniosam, constructionem fallacem esse et ab imis suis fundamentis undequaque desciscere, quippe cui desit duplex commixtum glutinum ritualitatis et activitatis, quibus omne proprie dictum sacerdotium consistit. Ex duplici enim elemento, quibus quomodolibet fidelium aliquod sacerdotium constitui dici potest, *unum est quidem activum sed non rituale,* regale scilicet illud ac spirituale sacerdotium a Scriptura per Traditionem transmissum, *alterum vero est rituale sed non activum,* baptismale scilicet sacerdotium a S. Thoma elaboratum et a theologica traditione approbatum, *neutrum ceteroquin est directe eucharisticum ac sacrificale;* nec aliunde ipsa eorum copulatio in eodem subiecto aut in eadem actione, valet quidquam de alterutrius natura immutare, ita nempe quod sacerdotium spirituale evadat rituale aut sacerdotium baptismale evadat activum, cum sint elementa essentialiter disparata, utut multiplici ratione necessario copulata.

Quapropter fidelium sacerdotium duplici elemento, vel potius duplici sacerdotio, constare dicendum est, saepe saepius intime in eadem actione conserto sed iugiter essentialiter distincto: altero nempe pure spirituali, vel si placet privato, consistente in activa oblatione sacrificii

cordis, quod S. Petrus indigitavit sub nomine regalis sacerdotii; altero pure rituali, consistente in passiva receptione sacramentalis ac sacrificalis cultus, quod S. Thomas ingeniose detexit in baptismali charactere sub aspectu participationis sacerdotii Christi.57 Utriusque ceteroquin intima fusio ac consummatio videnda est in ipso sacerdotio hierarchico, in cuius charactere ritualis ipsa participatio sacerdotii Christi, passivo quodam modo incoepta per Baptismum, suum apicem suamque rationem attingit, et in cuius sacrificali et eucharistica activitate ipsum interius sacerdotium fidelium exteriorem suam significationem assequitur.

Nemo non videt huiusmodi Conclusionem nulla ratione ipsorum fidelium, sacerdotaliter Christo incorporatorum, dignitati detrahere, sed hanc tantummodo in theologicis propriisque limitibus continere necnon a nocivis sibi confusionibus vel ambiguitatibus tuere. Velle enim cum quibusdam modernis auctoribus eam ab huiusmodi limitibus extrahere ac cum dispendio ipsius hierarchici sacerdotii fallaciter extollere, nec theologice legitimum, nec ascetice prudens videtur, nec ceteroquin ad fovendam ipsam fidelium ecclesialem, ut aiunt, activitatem ullatenus necessarium, cum ipsi, praeter baptismalem atque chrismalem characterem quo sacerdotio Christi vere incorporantur, gratiae quoque Christi capitali agglutinati, eo gaudeant regali ac perpetuo sacerdotio, in quo omnis ritualis ac proprie dicti sacerdotii principium oritur et finis consummatur.

"Hinc patet ratio quare *quaestio de terminologia*, de nomine scilicet huiusmodi sacer* dotio tribuendo (cf. supra, p. 542 sq.), vix definiri possit. Cum enim ipsum revera constet duplici disparato ac formaliter irreducibili elemento, imo duplici sacerdotio, vix aptum nomen inveniri queit sub quo utrumque absque confusione comprehendatur. Varia a variis auctoribus usitata nomina (sacerdotium, regale, fidelium, universale, commune, laicale, baptismale, initiale, spirituale, mysticum), aut ambigua sunt, aut unum tantum elementum cum dispendio alterius produnt, aut praeiudicatam supponunt quaestionem de eius natura; aptiora nomina videntur ea quae meram subiecti communitatem significant, ut sacerdotium universale, sacerdotium commune, sacerdotium fidelium, quorum ceteroquin postremum est hodie communioris usus, utpote quod facilius aptetur variis opinionibus de natura huiusmodi sacerdotii.

CAPUT II

DE MATERIA ET FORMA[58]

ART. 8. Utrum Materia Ordinis Sit Ac Semper Fuerit Sola Manuum Impositio Cum Forma Eam Determinante, Idque Probabilius Ex Ipsius Christi Institutione (contraria opinio S. Thomae invenitur in Opusculo *De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis; Suppi.,* q. 34, aa. 4-5; q. 37, a. 5; cf. q. 38, a. 1, ad 1; 3 p., q. 78, a. 1; q. 84, a. 4; *C. Gent. 4.* 74).

" Al ès, A. D', "L'essence du sacrement de l'Ordre," *Recherches de science religieuse* IX (1919) 116-136; "Ordination," *Dictionnaire apologétique de la foi catholique* III (éd. 4, Paris 1926) 1143-1158; "Salva illorum substantia," *Ephemerides theologicae lovanienses* I (1924) 497-504; *De Baptismo et Confirmatione* (Paris 1927) 42-48; "Bulletin de théologie historique. IV. Théologie sacramentaire," *Recherches de science religieuse* XXII (1932) 598-601.

Andrieu, M., "L'onction des mains dans le sacre épiscopal," *Revue d'histoire ecclésiastique* XXVI (1930) 343-347; "Le sacre épiscopal d'après Hincmar de Reims," *ibid.* XLVIII (1953) 22-73.

Anonymus, "Sull'essenza dei sacramento dell'Ordine," *La civiltà cattolica* a. 83 (1932) H 255-261.

Anonymus, "Materia e forma nell'ordinazione sacerdotale," *Il monitore ecclesiastico* XLIV (1932) 73-76.

Babbini, L., "L'ordinazione di un diacono con formola errata," *Palestra dei clero XXX* (1951) 697-698.

Baets, M. De, "Quelle question le Concile de Trente a entendu trancher touchant l'institution des sacrements par le Christ," *Revue thomiste* XIV (1906) 31-47.

Baisi, C., *Institutiones theologiae scholasticae,* IV: *De sacramentis* (Milano 1949) 602-614.

Battffol, P., "L'immixtio manuum et l'osculum dans l'ordination sacerdotale." *Bulletin de la Société nationale des Antiquaires de France,* a. 1925, pp. 301-306; "La liturgie du sacre des évêques dans son évolution historique," *Revue d'histoire ecclésiastique* XXIII (1927) 733-763.

Behm, J., *Die Handauflegung im Urchristentum,* Leipzig 1911.

Blondeel, M., *Les ordinations chez les Melkites,* Harissa (Liban) (1946).

Boudinhon, A., *De la validité des ordinations anglicanes,* Paris (1895) ; "L'ordination au sous-diaconat et au diaconat faite par un simple prêtre," *Le canoniste contemporain* XXIV (1901) 257-272, 321-335, 385-400; XXV (1902) 705-707.

Bouëssé, H., *Le Sauveur du monde,* IV: *L'économie sacramentaire* (Chambéry-Leysse [1951]) 58-75.

Bouscaren, T. L., "Quaestiones de sacra ordinatione," *Periodica de re morali, canonica, liturgica* XXIX (1940) 187-190.

Brinkmann, B., "Die apostolische Konstitution Pius XII. 'Sacramentum ordinis' vom 30 Nov. 1947," *Theologische Quartalschrift CXXX* (1950) 311-336; "Enthalt die Apostolische Konstitution 'Sacramentum Ordinis,' Pius XII eine Kathedralentscheidung?," *ibid.* CXXXVI (1956) 314-324.

Brinktrine, J., "Die dogmatische Bedeutung der Apostolischen Konstitution 'De sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus' vom 30 November 1947," *Théologie und Glaube* (1949) 257–265.

Brvmeau, J.» "Holy Orders and Ordination," *The [American] ecclesiastica! review* LXXX (1929) 233-246.

STATUS QUAESTIONIS. PARS AFFIRMATIVA. PARS NEGATIVA.

Unico hoc articulo totum ipsum Caput, quod est *DE CAUSIS INTRINSECIS* huius sacramenti, absolvetur, cum geminae quaestiones de materia et forma huius praesertim sacramenti pari gressu

Cabrol, F., "Imposition des mains/' *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* VII-1 (1926) 395-398, 406-408.
Campo, P., "Teoría teológica sobre el sacramento del Orden," *Boletín eclesiástico* (Manila) XXII (1948) 555-566.
Cappello, F. M., *Tractatus canonico-moralis de sacramentis,* IV: *De sacra ordinatione* (ed. 3, Taurini 1951) 87-139.
Carpino, F., "Annotationes ad Constitutionem 'Sacramentum Ordinis,'" *Apollinaris* XXII (1949) 5-14.
Castagnou, P., "La sessione xxiii dei Concilio di Trento e l'essenza dei sacramento deü'Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XXXV (1932) 197-203.
Cavallera, F., "Le décret du Concile de Trente sur les sacraments en général," *Bulletin de littérature ecclésiastique* VI (1914) 407-417.
Chardon, C., *Histoire des sacrements.—De l'Ordre,* in Migne, *Theologiae cursus completus XX* (Parisiis 1841) 847-876.
Clark, F., *Anglican Orders and defect of intention,* London 1956.
Clercq, C. De, *Ordre, Mariage, Extrême-Onction* (Paris 1939) 20-24, 28-36, 49-54.
Collart, A., "De essentia presbyteratus," *Collationes namurcenses* XXVI (1932) 337-349.
Coppens, J., *L'imposition des mains et les rites connexes dans le Nouveau Testament et dans l'Eglise ancienne* (Wetteren 1925) 110-173.
Corrà, S., *Rito essenziale del sacramento dell'Ordine,* Verona 1952; "Solenni decisioni di Pio XII intorno al sacramento dell'Ordine," *Studia Patavina* I (1954) 341-369; "Forma sacraméntale e parole essenziali dei sacramento dell'Ordine," *ibid.* IV (1957) 154-158.
Crosignani, J., "Constitutio apostólica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus," *Divus Thomas* (Piacenza) XXV (1948) 157-166; "Doctrina de externa potestatis ordinis collatione tanquam materia sacramenti Ordinis," *ibid.* 355-358.
Damen, C., "In Constitutionem Apostolicam 'Sacramentum Ordinis' a Pio XII latam d. 28 ian. 1948. Analysis et commentarium," *Euntes docete* I (1948) 104-111.
Delchard, A., "Constitution Apostolique 'Sacramentum Ordinis' du 30 novembre, sur les ordres sacrés du diaconat, prêtrise et épiscopat. Texte et commentaire," *Nouvelle revue théologique* LXX (1948) 519-529.
Delor, P., "La Constitution 'Sacramentum Ordinis,'" *Revue diocésaine de Tournai* IX (1954) 522-529.
Dondaine, H., "'Substantia' sacramenti," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XXIX (1940) 328-330.
Duchesne, L., *Origines du culte chrétien* (éd. 5, Paris 1909) 349-385.
Ehrhardt, A. [protestans], "Jewish and Christian ordination," *The journal of ecclesiastical history* V (1954) 125-138.
Ellard, G., *Ordination anointings in the Western Church before 1000* A.D. ("Medieval Academy of America," n. 16), Cambridge, Mass. 1933.
Estcourt, E. E., *The question of Anglican Ordinations discussed,* London 1873.
Filocali, A., "Ordinazione dubbia," *Palestra del Clero* XXII (1943) 121-124.
Forrest, M. D., "Form of episcopal consécration," *The [American] ecclesiastical review* LXXVI (1927) 437-439; "A much discussed sacrament," *ibid.* LXXXII 475-483; "The Council of Florence and the matter of Orders," *ibid.* LXXXIV 513 sq.
Fortmann, J. H. M., "Constitutio Apostólica 'Sacramentum Ordinis' de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus," *Nederlandsche katholieke Stemmen WAN* (1948) 136-139.
Franquesa, A. M., "La Constitución Apostólica acerca de los obispos que asisten a la consagración episcopal," *Revista española de derecho canónico* II (1947) 211-238; "Antecedentes de la Constitución Apostólica 'Sacramentum Ordinis,'" *ibid.* III (1948) 1117-1179.

procedant et intimo nexu copulentur, tam sub historico quam sub dogmatico aspectu, atque ex iisdem motivis suam difficultatem pariant et eodem processu ac principiis a variis doctoribus iudicentur ac resolvantur.

Frere, W.-H. [protestans], "Early form of ordination," *Essays on the early history of the Chwch and the ministry* (ed. H.-B. Swete), London 1918.

Galtier, P., "Imposition des mains," *Dictionnaire de théologie catholique* VII-2 (Paris 1927) 1331-1334, 1408-1425; "Encore un mot sur la nature du décret 'pro Armenis,'" *Gregorianum XXV* (1944) 171-185.

Gerlaud, M. J., "L'Ordre," *Saint Thomas d'Aquin. Somme théologique* (Paris 1931) 208-212.

Gibeault, O., "La matière et la forme de la prêtrise dans l'Eglise latine," *Revue de l'Université d'Ottawa* IV (1934) 1OO*-126*.

Gillmann, F., *Zur Lehre der Scholastiker vom Spender der Firmung und des Weihesakrament,* Paderborn 1920.

Giovanni Battista da Farnese, *Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessione xxiii di Trento 11515-1562]* (Roma 1946) 189-280.

Gonzalez Rivas, S., "La materia del sacramento del Orden," *Revista española de derecho canónico* III (1948) 610-634.

Gougnard, A., "Le sacrement de l'Ordre," *Collectanea mechliniensia N* (1931) 179-186.

Gravina, D., *Pro sacrosancto Ordinis sacramento vindiciae orthodoxae,* Neapoli 1634.

Grimm, C., "De auctoritate Decreti 'pro Armenis,'" *Bogoslovska Smotra* (1939) 106 sqq.

Guibert, J. De, "Chronique de théologie," *Revue pratique d'apologétique* XIX (1914) 211-227; "Le Décret du Concile de Florence pour les Arméniens. Sa valeur dogmatique," *Bulletin de littérature ecclésiastique* X (1919) 81-95, 150-162, 195-215.

Gutberlet, C., "Der sakramentale Ritus der Priesterweihe," *Zeitschrift fur katholische Théologie XXV* (1901) 621-634.

Gy, P.-M., "L'Ordre," *Initiation théologique* IV (Paris 1954) 718-720.

Hallier, F., *De sacris electionibus et ordinationibus ex antiquo et novo Ecclesiae usu,* in Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 749-784.

Hanssens, J. M., "La forme sacramentelle dans les ordinations sacerdotales de rit grec," *Gregorianum* V (1924) 208-277; VI (1925) 41-80; "Les oraisons sacramentelles des ordinations orientales," *Orientalia christiana periodica* XVIII (1952) 297-318.

Harent, S., "La part de l'Eglise dans la détermination du rite sacramentel," *Etudes* LXXIII (1897) 315-336.

Hecht, F. X., "De reparandis defectibus in collatione ordinum occurrentium," *Periodica de re morali, canonica, litúrgica* XXIII (1934) 73*-III*; "De manus extensione in ordinatione diaconali," *ibid.* XL (1951) 265-270.

Hofmann, G., *Documenta Concilii Florentini de Unione Orientalium. II. De unione Armenorum 22 novembres 1439,* Romae 1935; "Die Einung der armenischen Kirche auf dem Konzil von Florenz, 22. Nov. 1439," *Orientalia christiana periodica* V (1939) 151-185.

Hofmeister, Ph., "Oel und andere Pontifikalweihen durch einfache Priester," *Archiv fur katholische Kirchenrecht* CXIII (1933) 49-72.

Hugon, E., "Etudes récentes sur le sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* XXIX (1924) 481-487; "Celeberrima controversia de materia et forma sacramenti Ordinis iuxta recentissima studia," *Divus Thomas* (Piacenza) II (1925) 474-482; *Tractatus dogmatici* III (ed. 14, Parisiis 1948) 674-683; "Autour du sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* XXXI (1926) 263-266.

Hugueny, E., *Critique et catholique* II-2 (Paris 1924) 140-155.

Hürth, F., "Contenuto et significato délia Costituzione Apostólica sopra gli ordini sacri," *La civiltà cattolica,* a. 99 (1948) II 614-628; *Constitutio apostólica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus, episcopatus. Textus et commentarius cum appendice,* Roma 1948 (excerptum ex *Periodica de re morali, canonica, litúrgica* XXXVII [19481 9-56).

Iorio, T. A., "Materia e forma dell'Ordine sacro secondo la Costituzione Apostólica di Pio XII 'Sacramentum Ordinis,'" *Miscelánea Comillas XV* (1951) 139-150.

Jaggar, J. B., "Two early ordination prayers. An answer to Dr. Brightman and Canon Lacey," *Gregorianum* VIII (1927) 453-458.

Haec materia, olim celebrior ac implicata valde, in qua involvebatur tum quaestio practica de valore particularium ordinationum, cum connexis dubiis et anxietatibus et implicatis regulis circa defectus supplendos, tum quaestio historica de varietate sacramentalis ritus

Journet, Ch., "Vues récentes sur le sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* LUI (1953) 103-107.

Jucie, M., *Theologia dogmatica Christianorum orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium* III (Parisiis 1930) 408-418, 438^40; V (1935) 329 sq., 746-748.

Kuppens, M., "Le constitutif essentiel des ordres sacrés d'après la Constitution de S. S. Pie XII," *Revue ecclésiastique de Liège XXXV* (1948) 160-171, 229-247.

Lacchello, G., "La Costituzione Apostólica Sacramentum Ordinis,' " *La scuola cattolica* LXXVII (1949) 121-130.

Lebourlier, J., "A propos des ordinations anglicanes," *Mélanges de science religieuse* XII (1955) 201-208.

Leclercq, H., "Sacre épiscopal," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* XV-1 (Paris 1950) 286-304.

Lennerz, H., "Salva illorum substantia," *Gregorianum* III (1922) 385-419, 524-557; *De sacramentis Novae Legis in genere* (ed. 2, Romae 1939) 53-55, 291-300; *De sacramento Confirmationis* (ed. 2, Romae 1949) 85-87; *De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 125-138.

Lercher, L., *Institutiones theologiae dogmaticae* IV-2. 1 (ed. 3 retractata a F. Dander, Oeniponte 1948) 70-73.

Lodos, F., "Materia y forma del diaconado, presbiterado y episcopado," *Sal terrae* XXXVI (1946) 427-438.

McCarthy, J., "Some problems connected with the recent Apostolic Constitution on Sacred Orders," *The Irish ecclesiastical record LXX* (1948) 1099-1104.

Maclean, A. J., "Ordination," *Encyclopedia of religions and Ethics* IX (Edinburgh 1917) 540-552.

Malvy, A., "Impositio pollicis. Contribution à l'histoire et à la théorie des sacrements de l'Ordre et de la Confirmation," *Bulletin de littérature ecclésiastique* XXXVIII (1937) 213-232.

Marchal, L., "Ordinations anglicanes," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (1932) 1154-1193.

Martène, E., *De antiquis Ecclesiae ritibus,* p. 1, pars 2, c. 8, aa. 9-10 (Rotomagi 1700) 311-337.

Meester, Pl. de, *Studi sui sacramenti amministrati secondo il rito bizantino* (Roma [1941]) 252-274.

Mercenier, F., et Paris, F., *La prière des Eglises de rite byzantin* (Amay-sur-Meuse 1937) I 359-372.

Merlin, C., *Traité historique et dogmatique sur les paroles ou les formes des sept sacrements de l'Eglise,* in Migne, *Theologiae cursus completus* XXI (Parisiis 1841) 259-265.

Messenger, E., "The Lutheran source of the Anglican Ordinal," *The clergy review* VII (1934) 106-120, 196-206; *The Lutheran origin of the Anglican Ordinal,* London 1934; *The Reformation, the Mass and the Priesthood. A documentary history with reference to Anglican Orders,* 2 voll., London 1936-1937.

Michael Bâuerle a Neukirch, "Concordia trium sententiarum de materia et forma in ordine presbyteratus," *Estudis franciscans* XLII (1930) 438-444.

Michel, A., "Ordre. Ordination," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1235-1275, 1309-1311, 1315-1333; "Sacrements," *ibid.* XIV-1 (1939) 567–577; "Matière et forme du diaconat, du sacerdoce et de l'épiscopat. 'Constitutio Apostólica.' Commentaire théologique," *L'ami du clergé* LVIII (1948) 337-346; "Questions de science ecclésiastique," *ibid.* LIX (1949) 380-383.

Montagne, G., "Apostolic Constitution on Sacred Orders," *The Irish ecclesiastical record* LXX (1948) 441-^46.

Morinus, I., *Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus,* pars 3, exercitatio 7, ce. 1, 2, 4; exerc. 9, cc. 1 et 2 (Parisiis 1655) 129-141, 148-151, 168-175.

Newman, J. [rabbinus], *Semikhah {Ordination). A study of its origin, history and function in rabbinic literature,* Manchester 1950.

Oppenheim, Ph., "Constitutio Apostólica 'De duobus episcopis qui episcopali conse-

pro diversitate temporum et ecclesiarum, tum quaestio dogmatica de sensu et valore decreti florentini pro Armenis, tum quaestio theologica de potestate Ecclesiae in validum ac essentialem ritum sacramentorum, hodie *post Constitutionem Pii XII a, 1947 facilior quidem evasit,*

crationi adsunt,'" *Apollinaris* XIX (1946) 15-34; *Sacramentum Ordinis* [Taurini 1946] 97-127; *Pro Christo legatione fungimur* (Romae 1948) 64-85.

Palazzini, P., "De materia et forma sacramenti Ordinis," *Apollinaris* XXVII (1954) 401-409.

PÉRiNELLE, J., "La doctrine de S. Thomas sur le sacrement de l'Ordre," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XIX (1930) 249 sq.

Perrella, G. M., "Il decreto di Eugenio IV 'pro Armenis' relativo al Sacramento dell'Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XXXIX (1936) 448-480; "Ancora sul decreto 'pro Armenis' relativo al sacramento dell'Ordine," *ibid.* XL (1937) 177; "Animadversiones in superiorem dissertationem doctoris Tymczak," *ibid.* 563 sq.; "Il valore del decreto florentino 'pro Armenis' intorno all'Ordine," *Palestra del clero* a. 17 (1938) I 171-178; "Il potere della Chiesa circa i sacramenti," *ibid.* 289-298.

Pons, J., *Dissertatio historico-dogmatica de materia et forma sacrae ordinationis,* Bononiae 1775.

Poyer, A., "A propos du 'salva illorum substantia,' " *Divus Thomas* (Piacenza) XXX (1953) 39-65; "Nouveaux propos sur le 'Salva illorum substantia,'" *ibid.* XXXI (1954) 3-24.

Pujolras, H., "Constitutio Apostólica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus. Adnotationes," *Commentarium pro religiosis et missionariis* XXVII (1948) 4-11.

Puniet, P. De, "Consécration épiscopale," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* III-2 (Paris 1914) 2579-2604.

Quera, M., "El decreto de Eugenio IV para los Armenios y el sacramento del Orden," *Estudios eclesiásticos* IV (1925) 138-153, 237-250; "Acerca de una nota referente al sacramento del Orden," *ibid.* V (1926) 327-332; "Más acerca del decreto de Eugenio IV para los Armenios y el sacramento del Orden," *ibid.* VI (1927) 54-78, 157-170; "Una palabra más sobre el decreto 'pro Armenis,'" *ibid.* XXI (1947) 187-207; "Observaciones a una 'teoría teológica sobre el sacramento del Orden,' " *ibid.* XXIII (1949) 331-341.

Renwart, L., "Ordinations anglicanes et intention du ministre," *Nouvelle revue théologique* LXXIX (1957) 1029-1053.

Rett, F., *Zur Frage über Materie, Form und Spender der Sakramente und die Gewalt der Kirche darüber* ("Weidenauer Studien," 1911) 271 sqq.

Righetti, M., *Manuale di storia litúrgica* IV (Milano 1953) 294-308, 313-329.

Saguëés, J., "Las opiniones teológicas sobre la esencia del sacramento del Orden y la Constitución 'Sacramentum Ordinis,' " *Estudios eclesiásticos* XXIII (1949) 343-354.

Schmid, F., "Die Gewalt der Kirche bezüglich der Sakramente," *Zeitschrift fw katholische Théologie* XXXII (1908) 43-54, 254-288.

Smith, S. F., "Ordinations anglicanes," *Dictionnaire apologétique de la foi catholique* III (Paris 1926) 1162-1228.

Solà, FR. a P., "De sacramentis Ordinis et Matrimonii," *Sacrae theologiae summa* (auctoribus hispanis patribus S. J.) IV (Matriti 1951) 596-600.

Sola, G., "Instituyó Jesucristo en especie todos los sacramentos?," *Reseña eclesiástica* XVIII (1926) 522-525.

Spácil, Th., *Doctrina theologiae Orientis separati de Sacra Infirmorum Unctione* (Romae 1931) 146-155.

Straub, A., *De Ecclesia Christi* (Oeniponte 1912) II 462 sq.

Stephenson, A. A., *Anglican Orders,* London 1956.

Teixidor, A., "De causalitate sacramentorum. Nota circa difficultatem assequendi hac in re mentem Doctoris Angelici," *Gregorianum* VIII (1927) 76-100.

Ternus, J., "Dogmatische Untersuchungen zur Théologie des hl. Thomas über das Sakrament der Weihe," *Scholastik* VII (1932) 161-186, 354-386; VIII (1933) 161-202, 233 sqq.

Thalhofer, V., "Handauflegung," *Kirchenlexicon N* (1888) 1484 sqq.

Tixeront, J., *L'Ordre et les Ordinations* (éd. 2, Paris 1925) 103-176.

Tremblay, R., "Problèmes du sacerdoce et de l'ordre," *Angelicum XXXV* (1958) 194-197.

sed suam speculativam acuitatem jere ex integro servavit. Semel enim posito quod materia et forma episcopatus, presbyteratus et diaconatus pro nunc et in futuro sit sola manuum impositio cum designata formula verborum, ut praefata Constitutio declaravit, concidit quidem prior ac practica quaestio atque insimul ceterae tres quaestiones ita limitantur ut iam non liceat simul asserere olim materiam fuisse traditionem instrumentorum iuxta inerrans decretum florentinum et Ecclesiam nihilominus non posse materiam sacramenti mutare (nam certum est, saltem hodie materiam esse solam manuum impositionem), sed tamen tres illae quaestiones adhuc in hoc sensu subsistunt: num scilicet etiam in praeterito manuum impositio fuerit sola materia sacramenti, num proinde et quomodo decretum florentinum intenderit proponere aliam materiam, scilicet traditionem instrumentorum; num Ecclesia habeat potestatem immutandi materiam et formam sacramenti.

In qua triplicata ac intime connexa lite, quae adhuc sub iudice est, ut ordinate nec incaute procedamus, iuverit quatuor praemittere, scilicet: 1. *de praesenti ordine rituum,* qui in triplici praefata ordinatione concurrunt, tam apud latinos quam apud orientales; 2. *de historica evolutione ritus ordinationis;* 3. *de vi et sensu documentorum Ecclesiae* quae hanc quaestionem respiciunt; 4. *de variis theologorum interpretationibus sive opinionibus,* tam ante quam post Constitutionem Pii XII. Exinde legitimus ac securior erit transitus ad *tres Conclusiones,* quarum prima erit de praesenti, scilicet manuum impositionem esse nunc solam materiam ordinationis; altera de praeterito, sive historica, scilicet manuum impositionem semper fuisse unicam materiam ordinationis; tertia de iure, sive theologica, scilicet manuum impositionem esse unicam materiam ordinationis ex ipsa Christi institutione, ac proinde ab Ecclesia mutari aut determinari non posse.

Turmel, J. [modemista], ***Histoire des dogmes*** **VI (Paris 1936) 513-522.**

Tymczak, A., ***Quaestiones disputatae de Ordine. Historico-dogmatica disquisitio de ordinibus minoribus nec non de quaestionibus connexis*** **(Presmiliae 1936) 124-239, 318-381; "Quaestiones disputatae de Ordine,"** ***Divus Thomas*** **(Piacenza) XL (1937) 545-562.**

Umberg, J. B., "Zur Gewalt der Kirche über die Sakramente," ***Der Katholik*** **(1915) II 25-45; "Die Bedeutung des tridentinischen 'Salva illorum substantia/"** ***Zeitschrift für katholische Theologie*** **XLVIII (1924) 161-195;** ***Systema sacramentarium*** **(Oeniponte 1930) 28-42.**

Van Rossum, G. M., ***De essentia sacramenti Ordinis disquisitio historico-theologica,*** **editio altera, Romae, s. a. [1931]. Prima editio prodiit Friburgi Br. 1914.**

Verhamme, A., "Variae sententiae de materia et forma ordinationis," ***Collationes brugenses*** **XXXIX (1939) 370-374; "De signo essentiali in ordinatione presbyteri,"** ***ibid.*** **XL (1940) 36-40; "De sacramento Ordinis in decreto pro Armenis,"** ***ibid.*** **XLI (1941) 41-45; "De ritu essentiali ordinationis diaconi,"** ***ibid.*** **118-121.**

Villien, A., ***Les sacrements. Histoire et liturgie*** **(Paris 1931) 299-334.**

I. HODIERNUS RITUS ORDINATIONIS.[50]

A. *RITUS LATINUS.*

1. *Ordinatio diaconi.*

Impositio manus solius episcopi, cum verbis: "Accipe Spiritum sanctum, ad robur, et ad resistendum diabolo et tentationibus eius, in nomine Domini." Haec fiunt intra praefationem, quae quidem per hanc caeremoniam interrumpitur. Iuxta Constitutionem Pii XII, in hac manus impositione consistit propria et essentialis materia sacramenti; praefata tamen verba "Accipe Spiritum sanctum . . ." non pertinent ad formam sacramenti.

Prolatio jormae sacramentatis, quae iuxta eandem Constitutionem consistit in verbis immediate sequentibus, quibus prosequitur ipsa praefatio, scilicet: "Emitte in eum, quaesumus, Domine, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii tui fideliter exsequendi septiformis gratiae tuae munere roboretur."

Impositio vestimentorum, sive stolae et dalmaticae, sub respectivis verbis: "Accipe stolam. . . Induat te Dominus."

Traditio instrumenti seu libri evangeliorum, sub verbis: "Accipe potestatem legendi evangelium in Ecclesia Dei, tam pro vivis quam pro defunctis, in nomine Domini. Arnen."

2. *Ordinatio presbyteri.*

Prima impositio manuum super caput ordinandi, facta ab episcopo sub silentio antequam incipiat praefationem; quam impositionem imitantur successive omnes presbyteri praesentes. Iuxta praefatam Constitutionem Pii XII in hac episcopali manuum impositione, etiam per moralem tactum peracta (quamvis physicus tactus ad liceitatem requiratur), consistit ipsa materia sacramenti.

Extensio manus dexterae, sive episcopi sive praesentium presbyterorum (quam quidam auctores minus recte vocant secundam manuum impositionem, Constitutio vero Pii XII appellat continuationem praefatae primae impositionis per manus dexterae extensi-

"Hic ceteroquin ritus, quoad praecipuas caeremonias, fere immutatus descendit ab antiqua aetate; ritus quidem latinus, ex Pontificali Romano saec. 12, ritus autem graecus ex Euchologio antiquioris adhuc aetatis.

De ritu ordinationis *apud Protestantes* non est ratio disserendi, cum ipsi sacramentalitatem et divinam originem ordinationis non admittant. Ceterum, de modo quo ipsi suam qualemcumque ordinationem concipiant atque applicent, aliquid pa^im dictum est in art. 1 et 3 (tom. 1, pp. 143, 148, 151, 156, 159, 495 sq.); cf. etiam quae habet K. D. Mackenzie, "Sidelights from the non-episcopal communions," *The apostolic ministry* (ed. K. E. Kirk, London 1947) 467 sq., 470-474, 476, 498. Peculiaris autem quaestio de invaliditate *anglicanarum ordinationum,* in quibus servatur manuum impositio cum aliqua determinata formula verborum, discutietur infra, in pp. 741-743.

onem). Eadem Constitutio declarat hanc extensionem non pertinere ad materiam sacramenti, adeoque esse mere caeremonialem.

Prolatio formae sacramentalis quae, iuxta eam Constitutionem, consistit in solis verbis, prolatis circa finem praefationis quam episcopus dicit manu extensa: "Da, quaesumus, omnipotens Pater, in hunc famulum tuum Presbyterii dignitatem; innova in visceribus eius spiritum sanctitatis, ut acceptum a Te, Deus, secundi meriti munus obtineat censuramque morum exemplo suae conversationis insinuet." Haec forma est tantum moraliter unita praefatae materiae, physice autem separatur duplici oratione et fere integra ipsa praefatione.

Impositio vestimentorum, seu stolae et casulae, sub respectivis verbis: "Accipe iugum Domini. . . Accipe vestem sacerdotalem."

Unctio manuum in modum crucis cum oleo catechumenorum sub verbis: "Consecrare et sanctificare digneris, Domine, manus istas . . . ut quaecumque benedixerint, benedicantur. . ."

Traditio instrumentorum, seu calicis cum vino et aqua, atque patenae cum hostia, sub verbis: "Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missasque celebrare, tam pro vivis quam pro defunctis, in nomine Domini. Arnen."

Secunda impositio manuum super caput ordinati (quam quidam minus recte tertiam appellant00), facta a solo episcopo paulo ante finem Missae post Communionem, sub verbis: "Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata, remittuntur eis, et quorum retinueris, retenta sunt."

3. *Ordinatio sive consecratio episcopi.*

Impositio libri evangeliorum super cervicem et scapulas consecrandi, facta sub silentio ab episcopo principali consecratore, adiuvantibus duobus conconsecratoribus episcopis.

Impositio manuum trium episcoporum consecratorum (vel, in casu necessitatis, unius episcopi) super caput consecrandi, sub solis verbis: "Accipe Spiritum Sanctum." Iuxta Constitutionem Pii XII haec impositio est ipsa essentialis materia ordinationis. Ipsa tamen verba: "Accipe Spiritum Sanctum" non sunt illius forma, sed pure caeremonialia.

Prolatio formae ordinationis, quae iuxta eandem Constitutionem consistit in his verbis, prolatis ad finem immediate sequentis praefationis: "Comple in Sacerdote tuo ministerii tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructum coelestis unguenti rore sanctifica."

" Unde apud varios auctores attendendum est de qua manuum impositione loquantur, cum loquuntur de secunda impositione; nam quidam distinguunt tres manuum impositiones, alii ac rectius tantummodo duas.

Unctio capitis, cum chrismate in modum crucis, sub verbis: "Ungatur et consecretur caput tuum, coelesti benedictione, in ordine pontificali."

Unctio manuum, pariter cum chrismate in modum crucis, sub verbis: "Ungantur manus istae de oleo sanctificato et chrismate sanctificationis, sicut unxit Samuel David regem et prophetam, ita ungantur et consecrentur."

Traditio instrumentorum, quae est duplex, scilicet baculi et annuli sub duplici formula, et libri evangeliorum, pariter sub sua formula verborum.

B. *RITUS ORIENTALIS.*

Ritus graecus sive byzantinus (i.e. graecus, rumenus, ruthenus, melkita).®[1]

1. *Ordinatio diaconi.*

Applicatio manuum et frontis ordinandi super altare.

Impositio manus episcopi super caput ordinandi.

Prolatio formae sacramentalis. Imposita manu dextra capiti ordinandi, episcopus ait: "Divina gratia, quae semper infirma curat et ea quae desunt adimplet, promovet N. piissimum subdiaconum in diaconum: Oremus pro eo, ut veniat super eum gratia Sanctissimi Spiritus." Sequuntur duae orationes deprecatoriae illius gratiae. Disputant autem eruditi utrum forma contineatur in prioribus verbis an in his duabus orationibus (cf. infra, pp. 621sq.).[02]

Impositio vestimenti, seu orarii sive stolae super sinistrum humerum, absque ulla formula verborum.

Traditio instrumenti, seu flabelli quo diaconus utitur ad agitandum aerem super oblata.

2. *Ordinatio presbyteri* est omnino eadem ac diaconi quoad tres priores caeremonias (in forma sacramental!, ut patet, loco "subdiaconum in diaconum" ponitur "diaconum in presbyterum"; ceterum

01 Cf. *Ewhologium Graecorum,* iuxta varios codices vulgatos a Goar, Morino et Marténe, necnon castigatam editionem S. Congregationis de Prop. Fide, impositam catholicis a Benedicto XIV per Constit. "Ex quo primum" 1 maii 1750. Cf. etiam J. M. Hanssens, "La forme sacramentclle dans les ordinations sacerdotales de rit grec," *Gregorianum N* (1924) 218-231; P. De Meester, *Studi sui sacramenti amministrati secondo ii rito bizantino* (Roma [1941]) 252-274; M. Blondeel, *Les ordinations ches les Melkites* (Harissa [Liban] 1946) 19-34.

"Sacramentales illae orationes, prout extant in Euchologio a Goar edito, exhibentur infra (p. 660 sq.). Orationes vero ritus non byzantini, de quo mox dicetur, referuntur a H. Denzinger, *Ritus orientalium,* vol. 2, Wirceburgi 1863, et J. M. Hanssens, "Les oraisons sacramenteUes des ordinations orientales," *Orientalia Christiana periodica* XVII (1952) 297-318, qui eas comparat cum orationibus byzantinis, de omnibus erudite disserens.

eadem est eruditorum disputatio circa formam). Quoad alias duas caeremonias, hae paucae observantur differentiae: Impositio vestimenti importat tum orarium seu stolam (quae ita disponitur ut pars posterior deducatur circa collum ac coniungatur parti anteriori), tum felonion sive casulam. Ad quandam traditionem instrumentorum revocari potest tum traditio partis panis consecrati in manu ordinati post epiclesim,®3 qui subinde, ante fractionem, panem episcopo restituit, tum traditio libri liturgiarum circa finem Missae.

3. *Ordinatio episcopi* consistit in benedictione episcopi consecratoris ad modum crucis, facta super ordinandum ac ter repetita post singulas ex tribus professionibus fidei ab ordinando recitatis. Haec est materia sive *manus impositio.* Forma consistit in invocatione gratiae Spiritus S. (et subséquente oratione), ter repetita, cum crescente verborum amplitudine, ad singulas benedictiones; ad primam benedictionem dicitur: "Gratia Sancti Spiritus tecum sit"; ad secundam: "Gratia Sancti Spiritus tecum sit, illuminans, confirmans, et intellectum tribuens omnibus diebus vitae tuae"; ad tertiam: "Gratia Sancti Spiritus per meam mediocritatem promovet te, Deo amantissimum sacerdotem, et electum N. in episcopum a Deo custoditae civitatis N." In quibusdam ritualibus materia et forma huius ordinationis est similior ritui ordinationis presbyteralis et diaconalis; exhibetur scilicet impositio manus super caput ordinandi, formula "Divina gratia" et subsequens oratio.

Traditio instrumenti consistit in porrectione baculi sub formula: "Accipe baculum, ut coram te Christi pascas ovile. . ."

Impositio vestimentorum, i.e. sacci, omoforii, mitrae, crucis pectoralis, etc.

Ritus non byzantinus (seu armenus, syriacus et copticus) non essentialiter a priori differt. Essentialiter nempe consistit in duplici praecipua caeremonia impositionis manuum et formae "Divina gratia" cum sequenti oratione (de qua forma eadem est eruditorum disputatio). Quoad cetera, observantur quaedam paucae discrepantiae: Armeni nempe inde a saec. 12 (ut recentius Rutheni) adoptarunt latinam traditionem instrumentorum; Armeni et Maronitae adhibent unctionem presbyteri et episcopi; Nestoriani (in ritu syriaco) post impositionem manuum tradunt diacono librum epistolarum et presbytero librum evangeliorum.

Comparando igitur ritum orientalem cum latino, apparet ultimam manuum impositionem cum formula "Accipe Spiritum S." nullibi

• Antiquitus, usque ad saec. 14, tradebatur pars panis nondum consecrati, ante anaphoram, ad initium praefationis Missae.

adhiberi (nec unquam ceteroquin adhibitam esse), si excipiantur Armeni, qui eam a latinis mutuarunt; unctionem apud solos Armenos et Maronitas introductam esse, et peculiariter in ritu graeco videtur semper defuisse; traditionem instrumentorum prout proprie intelligi solet, scilicet porrectionem libri Scripturae (evangeliorum) in ordinatione diaconi, et calicis atque patenae in ordinatione presbyteri, esse alienam a traditionali ritu orientali, nec nisi paucos eam ex latinis mutuasse, scilicet Armenos inde a saec. 12 et Ruthenos multo recentius (Nestorianos vero usos esse sola porrectione libri Scripturae, et quidem non evangeliorum, sed epistolarum).

Inter Russos *Petrus Moghila,* metropolita kioviensis, in sua *Confessione Orthodoxa* (parte 1, q. 111), loquens generaliter de signo sacramentali, tacet manuum impositionem et *refert traditionem instrumentorum* et impositionem vestium praeter formam ordinationis: "In hoc loco sufficit dicere quoad doctrinam nostrae Orthodoxae Confessionis, si quidem conferendo quemlibet ordinem episcopus exprimit, per formam consecrationis, per porrectionem vasorum atque per vestes sacras, quoniam omnis ordo habet propriam formam et signum, per quod unusquisque distinguitur." Nequit tamen inde deduci Moghilam referre veram praxim orientalem et multo minus ipsum reponere essentialem materiam in porrectione instrumentorum, sed potius, sub influxu latino quem notum est ipsum non leviter subiisse, velle etiam hunc ritum commendare. Ceterum, mentio huius ritus deest tum in textu graeco illius Confessionis, castigato a Meletio Syrigos, tum in *Parvo Catechismo* ipsius Moghilae, tum in forma ruthena eiusdem Catechismi, in quibus sola impositio manuum refertur, dum directe exhibetur essentialis ritus. Catechismus ille habet: "Quonam tempore ordinatur sacerdos? —Cum episcopus in liturgia sacra super eum manus suas imponit et recitat hanc orationem: Divina gratia. . ." Catechismus ruthenus paulo aliter: "Quaenam est res seu materia atque etiam perfectio seu forma sacramenti sacerdotii? —Res est impositio manuum episcopalium super caput eius qui sacerdotium accipit. Perfectio vero est illa gravis oratio quam episcopus simul cum impositione manuum super caput eius qui ordinatur recitat, id est: Divina gratia. . ."[84]

Quidam catholici theologi, satis fictitio et arbitrario modo, voluerunt videre *aequivalentem aliquam instrumentorum traditionem* tum in ritu coptico, quatenus episcopus, dum imponit dexteram manum ordinato, sinistram tenet super altare in quo sunt instrumenta ac ita

*** Apud A. Malvy et M. Viller, *La Confession Orthodoxe de Pierre Moghila, métropolite de Kiev (1633-1646). Texte latin inédit* ("Orientalia Christiana," vol. 10, Paris 1927) 66, cxxv.**

veluti exercet quandam porrectionem ad visum, tum in ipso ritu graeco, quatenus presbyter (imo et diaconus), ut dictum supra, applicat manus et frontem super altare, dum episcopus ei manum imponit, ac si accipiat altare et instrumenta super illud posita. Ita *Gramina, Liberius a lesu, Salmanticenses* (qui hanc opinionem gravibus auctoribus tribuunt et ipsi valde probabilem dicunt)85 et inter recentiores, *Lépicier* et *Michael Bduerle a Neukirch.* Hic postremus auctor sic eam explicationem proponit et urget: "Ratio tertia [eorum qui docent solam manuum impositionem esse materiam sacramenti] tenet in Ecclesia Graeca Ordinationem ad presbyteratum fieri sola manuum impositione, sed haec ratio non est vera. Ego scripsi propter hanc rationem in Romam. Immo propter hoc consului Sacerdotem schismaticum in Ecclesia Russarum in civitate Wiesbaden apud Moguntiam. In Ordinatione Graeca tam in orthodoxa Romae, quam in Ordinatione schismatica Graeca et Russarum ad Presbyteratum ita fit: Ordinandus in actu Ordinationis debet cum ambabus manibus suis altare tenere et caput suum super altare ponere, dum Episcopus manum suam dexteram super caput ipsius ordinandi ponit et in eodem momento formam essentialem sacramentalem profert vel applicat. Ergo res in Ordinatione Graeca fit aliter quam fingitur a multis Theologis. . . In Ordinatione . . . iuxta ritum Graecum materia proxima constat ex tactu altaris a parte ordinandi, et ex impositione manus super caput ordinandi ex parte Episcopi. In illo ritu Graeco . . . impositio manus super caput ordinandi est necessaria . . . quia impossibilis est traditio facere seu porrectio altaris de manibus Episcopi, nam altare est fixum."00

Ut notavimus supra, *disputatur inter eruditos* utrum in ritu byzantino (idem proportionaliter intellige de non byzantino) *forma sacramentalis* contineatur in brevi illa formula "Divina gratia. . ." an in sequentibus duabus orationibus. Primum olim longe communius defenderunt tum catholici tum schismatici, uti Arcudius, Goar, Renaudot, Habert, Hallier, binae synodi Ruthenorum Zamostena et Leopolitana, et inter schismaticos Petrus Moghila (cf. supra, p. 620), Bulgaris, Mesoloras, Dyovuniotis, Koidakis, Lebedinskji, Gumilevskji, Macarius (imo moraliter omnes doctores schismatici, si excipiatur Malinovskji), quibus praeiverant Simeón Thessalonicensis et Gabriel Severus, paulo ambigue tamen loquentes. Alterum vero sustinent, post Morinum qui primus sententiam Arcudii im-

*** *Dc sacramentis in communi,* disp. 2, dub. 4, n. 66; Comm. in 3 p., q. 60, a. 5.**

*** *Art. cit.* (supra, in p. 613) 441-443. Similem explicationem allatam a *Lépicier* citabimus infra, p. 781. Ceterum, ineptus apparet iste conatus post Constitutionem Pii XII, in qua asseritur in ritu Graecorum non haberi traditionem instrumentorum (cf. infra, p. 831).**

pugnavit,®7 plures moderni, ut Gasparri, Many, Van Rossum, Hanssens,68 Jugie,60 De Meester, et intei schismaticos solus Malinovskji; ceterum, iterum isti dividuntur quoad sacramentalitatem secundae orationis, nam quidam (Gasparri, Many, De Meester) dicunt solam primam orationem esse sacramentalem, alii vero (Morinus, Hanssens, Jugie) utramque. Rationes huius secundae sententiae sunt: formula "Divina gratia" non in omnibus manuscriptis refertur; euchologia supponunt ordinationem nondum esse factam cum dicitur illa formula: iuxta aliquos codices ipsa pronuntiatur absente ordinando; apud aliquos orientales in ordinatione diaconi illa formula non dicitur; non semper ipsam comitatur impositio aut extensio manuum; ceterum ex ipsa conclusione illius formulae colligi potest ordinationem esse adhuc futuram: "Oremus pro eo, ut veniat super eum gratia Sanctissimi Spiritus"; unde illa formula habenda est ut publica quaedam denuntiatio electionis candidati ad ordinationem: propterea consignabatur in charta, ab episcopo legenda ad initium ordinationis.

Cum in art. 6, concorditer cum longe communiori ac probabiliori sententia, excluserimus *ordines diaconatu inferiores* a ratione tum sacramenti, tum ritus divinitus instituti, non est cur in expositione ritus sive materiae et formae horum ordinum aut in historica eius evolutione immoremur. Satis erit haec adnotare.70

In ritu latino, subdiaconatus materia et forma sunt: traditio calicis vacui et patenae vacuae cum forma: "Videte cuius ministerium vobis traditur . . . ," necnon traditio libri epistolarum cum forma: "Accipite librum epistolarum. . ." *Traditio Apostólica* nullum ritum exhibet, iubet vero ut subdiacono non imponantur manus sed tantum nominetur in auxilium diaconi; saec. 5-8 Romae subdiaconus ordinabatur per solam traditionem calicis vacui, ut constat ex Ordine Romano 8 (Mabillon; Ordo 34, iuxta enumerationem Andrieu); in veteri liturgia gallicana *{Statuta Ecclesiae antiqua,* circa a. 500) traditioni calicis per episcopum addebatur traditio ampullae aquae cum bacile et manutergio per archidiaconum, qui ritus refertur etiam in *Mitrali* Sicardi Cremonensis (circa a. 1200); posterius, prima quidem vice in Pontificali Guilelmi Durandi (•f 1296), accessit traditio libri epistolarum, eo quod subdiaconis (iam inde a saec. 8) reservata erat lectio epistolae, sicut diaconis lectio evangelii.

Acolythatus materia et forma sunt: traditio candelabri ferentis candelam extinctam cum forma: "Accipe ceroferarium . . ." necnon traditio urceoli vacui cum forma: "Accipite urceolum. . ." Hic ritus inveniebatur in antiqua liturgia gallicana *{Statuta Ecclesiae antiqua}*; in antiqua liturgia romana, iuxta praefatum

m *Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus,* pars 3, exerc. 11, cc. 3-4.

• "La forme sacramentelle dans les ordinations sacerdotales de rit grec," *Gregorianum V* (1924) 208-277; VI (1925) 41-80. Hic auctor totam quaestionem diffuse et erudite exagitat. Ipse tamen, quamvis essentialiter consentiat sententiae Morini et aliorum, ab ea partialiter discedit, docens formam sacramentalem contineri non solum in duabus praefatis orationibus, sed etiam in formula "Divina gratia," ita ut exhibeat mediam quandam opinionem, in qua utraque sententia copulatur (cf. praecipue *ibid.* VI 76-80).

• *Theologia dogmatica Christianorum orientalium ab Ecclesia catholica dissidentium* III (Parisiis 1930) 412-418; V (1935) 329 sq., 746-748.

70 Ceterum plura passim indicata sunt in art. 6 (pp. 334 sqq.) in expositione historicae evolutionis ipsorum ordinum. Qui plura cupit, adeat liturgistas, uti *Oppenheim* et *Righetti,* aut varios articulos theologicarum encyclopediarum, uti *Dictionnaire de théologie catholique,* ad singulas voces.

Ordinem 8, acolytho tradebatur tantum quidam sacculus linteus, in quo in certis adiunctis ferebat panem consecratum.

Exorcistatus materia et forma sunt: traditio libri exorcismorum cum forma: "Accipite et commendate memoriae. . ." Hic ritus invenitur iam in praefatis Statutis liturgiae gallicanae; de antiquo ritu romano nihil scimus, cum inde a fine saec. 4 ac deinceps per satis longum tempus, ipse ordo declinaverit.

Lectoratus materia et forma sunt: traditio libri lectionum (epistolarum, vel Missalis, vel Bibliae, vel Breviarii) cum forma: "Accipite et estote verbi Dei relatores. . ." Ritus est antiquissimus. *Traditio Apostolica* ait lectorem eligi absque manuum impositione cum praesentatione libri. In liturgia gallicana, iuxta praefata Statuta, refertur hodiernus ritus. In Ordine Romano 8 ipse ordo deest, cum per aliquod tempus Romae declinaverit; in quadam posteriori et ampliata editione eiusdem Ordinis circa initium saec. 10 (Ordo 35, iuxta enumerationem Andrieu), in qua restauratur hic ordo, deest ritus traditionis libri et lector ordinatur per meram Pontificis benedictionem.

Ostiariatus materia et forma sunt: traditio clavium cum forma: "Sic agite, quasi reddituri. . ." Hunc ritum exhibent praefata Statuta antiquae liturgiae gallicanae; in Sacramentario Gelasiano saec. 8 additur veluti traditio ipsius portae Ecclesiae, quam ostiarius in ordinatione claudebat et aperiebat; circa finem saec. 13, addita est etiam caeremonia campanae. De antiquo ritu romano nihil scitur, imo ipse ordo raro commemoratur, et sive in Ordine 8 sive in eius adaptatione saec. 10 ordo adhuc tacetur.

In ritu graeco (in quo nonnisi duo ordines inferiores habentur, saltem inde a saec. 7, nam de antiquiori aetate disputatur, ut dictum est supra, pp. 364-368), uterque ordo *subdiaconatus* et *lectoratus* confertur per manuum impositionem et concomitantem orationem (traditio autem instrumentorum est aliena a traditionali ritu orientali, ut supra dictum est quoad omnes ordines). In ordinatione tamen lectoris additur secundaria caeremonia traditionis libri epistolarum; pariter in ordinatione subdiaconi traditur ampulla cum bacile et manutergio. Ceterum non constat qualis fuerit antiquitus in Oriente ritus utriusque ordinis. *Constitutiones Apostolorum* quidem praescribunt impositionem manuum (8. 21), sed Basilius *(Epist.* 217. 51) et *Canones Hippolyti* (cann. 48 sq.) illi praxi obstitisse videntur.

II. HISTORICA EVOLUTIO RITUS ORDINATIONIS.[71]

SAEC. I-II.

Impositioni manuum, quae tempore apostolico fuit unicus ritus adhibitus in ordinatione, nihil simile invenitur in *religionibus paganis,* uti romanis et hellenicis, cum quo aliqua originis aut similitudinis connexio invocari possit; varii ritus vel modi, quibus in quibusdam ex illis religionibus sacerdotes constituebantur, important aliquam electionem sive designationem sed nullam manuum impositionem, quae fuit gestus eminenter *iudaicus,* multiplici ceteroquin sensu ac fine usitatus, ut dictum est in tractatu *De Baptismo et Confirmatione* 301 (cf. *De Poenitentia* III 680).[72]

"Inter opera citata in pp. 610-614 confer: *De Clercq, Duchesne, Franquesa* 1118-1158, *Martine, Michel,* "Ordre," 1235-1257, *Morinum, Oppenheim,* "Pro Christo" 172-273, *Sacramentum Ordinis* 99-127, *Righetti, Fixeront, Van Rossum* 69-172, *Viilien.* Peculiarem bibliographiam de rabbinico Semikâh et de ritu unctionis dabimus infra, pp. 625, 669.

"Comparationem in hac re inter ordinationem Christianam et paganos atque iudaicos

In sensu constitutionis viri in religiosam aliquam dignitatem, apostolicus ritus impositionis manuum dici potest connecti tum cum quibusdam textibus A.T., seu cum ritu adhibito a Moyse in electione Iosue, tum cum rabbinica traditione, seu cum electione rabbinorum ope ritus impositionis manus, qui semikah appellabatur.

IN A.T. bis tantum impositio manuum in sensu electionis adhibetur, et quidem cum referentia ad idem factum eamdemque personam, scilicet ad *constitutionem Iosue in locum Moysis,* tanquam religiosi ducis Israel, salvis propriis iuribus constituti sacerdotii levitici. *Num.* 27. 18-23: "Dixitque Dominus ad eum: Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus, et pone manum tuam super eum. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote et omni multitudine, et dabis ei praecepta, cunctis videntibus, et partem gloriae tuae, ut audiat eum omnis synagoga filiorum Israel. . . Fecit Moyses ut praeceperat Dominus. Cumque tulisset Iosue statuit eum coram Eleazaro sacerdote et omni frequentia populi, et impositis capiti eius manibus, cuncta replicavit quae mandaverat Dominus." *Deut.* 34. 9: "Iosue vero filius Nun repletus est spiritu sapientiae, quia Moyses posuit super eum manus suas; et oboedierunt ei filii Israel, feceruntque sicut praecepit Dominus Moysi." In his textibus adhibetur verbum *samak* (imponere manus); effectus ritus non est ordinis sacerdotalis, sed iurisdictionalis, scilicet peculiaris gubernativa dignitas ("pars gloriae tuae") et "spiritus sapientiae."

In duobus quidem aliis locis agitur de electione plurium *cooperatorum iudicum,* facta ab ipso Moyse sub consilio Iethri cognati sui *(Ex.* 18. 25 sq.), et de constitutione *septuaginta virorum* in munus iudicis, magistri ac ducis, a Moyse executa sub mandato divino *(Num.* 11. 16, 25), quibus viris Deus in ipsa eorum electione dedit aliquid de spiritu Moysis ("Et auferam de spiritu tuo tradamque eis"), spiritum nempe prophetiae ad iudicandum et regendum populum ("Auferens de spiritu, qui erat in Moyse, et dans septuaginta viris. Cumque requievisset in eis spiritus, prophetaverunt nec ultra cessaverunt"); attamen, in his duobus casibus non dicitur electio facta fuisse per aliquam manuum impositionem, etsi in altero id verisimile videatur, ob parallelismum cum praefata electione Iosue.

Praeterea, in ipsa *ordinatione levitarum* sermo est de impositione manuum, quae tamen est mera concomitans caeremonia, utut a Deo imperata, cum non ab ipso Moyse aut Aaron sed a populo facta fuerit, in signum oblationis levitarum Domino *(Num.* 8. 10 sq.: "Cumque

ritus sacerdotalis initiationis, instituit F. Hallier, *De sacris electionibus et ordinationibus,* pars 2, sect. 8, c. 1, apud Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 1422-1446.

levitae fuerint coram Domino, ponent filii Israel manus suas super eos, et offeret Aaron levitas munus in conspectu Domini a filiis Israel, ut serviant in ministerio eius"); ipsa ordinatio levitarum quae indicatur paulo ante, constitit in quodam ritu purificationis, *Num.* 8. 5: "Tolle levitas de medio filiorum Israel et purificabis eos iuxta hunc ritum: adspergantur aqua lustrationis et radant omnes pilos carnis suae"; ordinatio tandem ipsius Aaron eiusque filiorum in sacerdotium facta est per olei unctionem absque manuum impositione, *Lev.* 7. 25 et 8. 12: "Haec est unctio Aaron et filiorum eius in caeremoniis Domini, die qua obtulit eos Moyses, ut sacerdotio fungerentur. . . Quod [i.e. oleum] fundens super caput Aaron unxit eum et consecravit"; *Ex.* 29. 21, 29: "Cumque tuleris de sanguine, qui est super altare, et de oleo unctionis, asperges Aaron et vestes eius, filios et vestimenta eorum. . . Vestem autem sanctam, qua utetur Aaron, habebunt filii eius post eum, ut ungantur in ea et consecrentur manus eorum."

Origo et vicissitudines rabbinici SEMIKÄH,™ seu institutionis rabbinorum per manuum impositionem, incertae sunt. Haec praxis certe viguit circa initium saec. 2 (inter 100 et 150) et verisimiliter iam saec. 1 tempore Christi et apostolorum, imo fortasse ascendit ad tempus reaedificationis templi post babylonicam captivitatem. Fons huiusmodi notitiae est ipsa rabbinica traditio, consignata sive in Mishnah, quae, scripta probabiliter a Rabbi luda han-Nasi circa finem saec. 2, refert orales Legis explicationes prolatas a variis rabbinis qui viguerunt inter a. 70 et a. 200 circiter, sive in Talmud, seu in commentario ipius Mishnah sub variis formis exarato inter saec. 3 et saec. 6. Quidam doctores iudaici, ut notus Rabbi Moses Ben Maimon, vulgo Maimonides (1135-1205; *Commentarius in Mishnaioth,* c. 1), originem Semikah repetunt ex supradicta institutione septuaginta virorum per Moysen; alii eruditi originem institutionis rabbinorum probabilius referunt ad tempus restaurationis nationis iudaicae ac templi hierosolymitani post exilium (saec. 6

"Behm, J., *Die Handauftegung im Urchristentum* (Leipzig 1911) 122-142.
Bornstein, H. J., *Mishpat Ha-Semikhah Vekorotheha,* Warsaw 1919.
Coppens, J., *L'imposition des mains et les rites connexes dans le Nouveau Testament et dans l'Eglise ancienne* (Wetteren 1925) 162-169.
Ehrhardt, A., "Jewish and Christian ordination," *The journal of ecclesiastical history* V (1954) 125-138.
Gaster, M., "Ordination, Jewish," *Encyclopedia of religions and ethics* (Hastings) IX (1917) 552-554.
Lauterbach, J. Z., "Ordination," *Jewish encyclopedia* IX (1905) 428-430.
Morinus, J., *Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus,* pars 3, exercitatio 7, c. 4 (Parisiis 1655) 141-148.
Newman, Rabbi J., *Semikhah (Ordination),* Manchester 1950.
Strack, H. L.-Buxerbeck, P., *Kommentar zum Neuen Testament aus Talmud und Midrasch* II (München 1924) 647-661.

A.C.) et rationem assignant in eo quod tune necesse fuit per creationem talium iudicum ac doctorum providere iudaeis qui inter gentes procul a Palaestina permanserant[74]; ipsi redactores Talmuld eam institutionem referunt ad aevum Asmoneorum, et magis determinate ad regnum Alexandri lannaei (saec. 2 A.C.) eamque tribuunt Pharisaeis qui, ut obsisterent increscenti influxui Sadducaeorum, introduxerunt peculiarem illum ritum constitutionis iudicum, qui subinde extensus est ad inaugurationem doctorum.

Primum clarius indicium existentiae Semikâh habetur saec. 1 A.C., cum *Gamaliel Hazaken* primus apparet ferre titulum rabbini, iuxta Talmud; praxis ipsa, ut dictum est supra, certe extitit *in priori parte saec. 2* post Christum, et prorsus verisimile est eam antiquiorem fuisse ac saltem in primo saeculo extitisse, eo scilicet tempore quo similis manuum impositio coepta est adhiberi ab ipsis apostolis in creatione ministrorum Ecclesiae. Ceterum ipsa suppressa est vel declinavit circa a. 150 (adeoque ante editionem praefatae Mishnah quae de ipsa testimonium praebet), sive ratione mutationis politico-religiosae, sive, ut alii addunt, ex ludaeorum desiderio sese distinguendi a Christianis qui similem praxim adoptaverant (sicut, ob eandem rationem, iudaicus baptismus proselytarum intermissus est), eique successit institutio doctorum facta a patriarcha, sive capite familiae, per meram impositionem nominis Rabbi, quae et ipsa vicissim extincta est in altera medietate saec. 4, circa tempus Rabbi Hillel (320-370), cum cessavit omne exercitium publicae auctoritatis in populo iudaico.[75]

Rabbinicum Semikâh concipitur ut merus ritus transmissionis ministerii sive auctoritatis, saltem iuxta Mishnah et Talmud, quae tamen scripta sunt tempore quo iam illud extinctum erat; probabile tamen est primitivum conceptum illius ritus importasse etiam quandam Spiritus communicationem ac transmissionem (qua intimius connectitur sive cum mosaico ritu institutionis septuaginta virorum et losue, sive cum ipso christiaho ritu ordinationis), ut innuit liber apocryphus *Ascensionis Isaiae*™ et significant rabbinica commentaria de electione losue.[77]

M Cf. Morinum, *ibid.* 142.

nH. J. Bornstein contra hanc communem opinionem sustinet eam praxim non cessasse nisi in medio aevo, tempore Maimonidis (1135-1205). Cf. Newman, *op. dt.* (supra, in p. 625) 144-154, qui etiam loquitur de variis conatibus redintegrandi Semikâh, a tempore Maimonidis usque ad praesentem diem *(ibid.* 155-174).

'"Est quaedam collectio popularium opinionum, originis iudaico-christianae, confecta circa initium saec. 3 ex anterioribus documentis saec. 1-2 (circa 90-150). In c. 6 legitur: "Or, il y avait là quarante prophètes venus des villages et des montagnes et des plaines, lorsqu'ils avaient appris qu'Isaïe était venu de Galgala chez Ezéchias. Et ils étaient venus pour le saluer et pour entendre ses paroles, et afin qu'il leur imposât les mains, et afin qu'ils prophétisent, et afin qu'il écoutât leur prophétie" (apud E. Tisserant, *Ascension d'Isaïe. Traduction de la version éthiopienne* [Paris 1909] 135).

" Cf. apud Behm, *op. cit.* (supra, in p. 625) 140.

Quidam auctores, ut *Morinus,*™ *Batiffol,*79 *Dix"* et *Spicq*91 dicunt *impositionem manuum in sacramento Ordinis non fuisse a Christo institutam, sed eam ipsos apostolos mutuasse ex praefato rabbinico Semikâh.* Attamen, ex hoc quod Scriptura non significet Christum manuum impositionem instituisse non sequitur eam revera non instituisse, neque ex hoc quod tempore apostolorum viguerit similis ritus apud rabbinos (quod ceteroquin, etsi probabile, certum non est) necessario sequitur hunc ritum Christum vel apostolos a rabbinis mutuasse vel ad eorum imitationem instituisse. Imo, abstrahendo a posteriori Patrum traditione, in qua nonnunquam suggeritur divina origo huius christiani ritus (cf. infra, p. 665), et attenta sola ipsa Scriptura, inverisimilis videtur praefata mera dependentia a rabbinica praxi, quippe quae non concordet cum oppositione quam primi christiani ostendunt relate ad ritus iudaicos, ut constat ex disputatione de Circumcisione, nec explicet tam rapidam et universalem diffusionem illius ritus. Potius verisimile est praxim apostolorum, sicut et ipsam rabbinicam consuetudinem, connecti immediate cum ipsa Scriptura, seu cum supradicto mosaico ritu impositionis manuum in electione tum septuaginta iudicum tum losue tum levitarum, cuius multiplex significatio, communicationis nempe potestatis, divini spiritus et cultualis ministeriii, in unum Christianum ritum concurrit, illum prorsus distinguens a rabbinico Semikâh, sub hac praecisa ratione sacerdotalis investiturae sive ordinationis. Nec praeterea verisimile videtur ipsos apostolos talem ritum invexisse omnino independenter ab aliqua saltem Christi insinuatione aut Spiritus S. inspiratione vel approbatione, quae videtur significari in *Act.* 13. 2 sq., ubi agitur de ordinatione Pauli et Barnabae: "Ministrantibus autem illis Domino et ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum et Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes et orantes imponentesque eis manus dimiserunt illos."

IN EVANGELIIS ritus ordinationis non exhibetur. Cum Christus in ultima Coena contulit apostolis potestatem consecrandi Eucharistiam eosque, ut definit Cone. Trid., sacerdotes constituit per verba "Hoc facite in meam commemorationem"(*Denz.* 949), verisimiliter tunc primo ipsum sacramentum Ordinis instituens,82 nullum ritum

nOp. dt. (supra, in p. 625) 140.
n L'Eglise naissante et le catholicisme (éd. 8, Paris 1922) 140.
w"The ministry in the early Church c. a.d. 90-140," *The apostolic ministry* (ed. K. E. Kirk, London 1947) 194, 217, 232, 272.
"*Saint Paul. Les épîtres pastorales* (Paris 1947) 322: "H ne semble pas que le Christ ait lui-même institué ce rite [de l'imposition des mains]; ce sont les Apôtres qui l'ont emprunté à la semikâh rabbinique, et ont exprimé par lui les deux aspects du sacerdoce institué par le Seigneur: consécration totale au culte divin, possession de grâces et de pouvoirs spéciaux de l'Esprit." " Cf. dicta in art. 2, tom. 1, pp. 599-612.

significavit quo sacerdotalis potestas aut tunc apostolis collata fuerit aut ceteris ministris in futuro conferri debuerit. Neque ex hoc quod tradidit apostolis panem et calicem, dum praefata institutionis verba pronuntiavit *(Luc.* 22. 17-20; 1 *Cor.* 11. 24 sq.) deduci potest in huiusmodi instrumentorum traditione voluisse indicare ritum ordinationis, cuius ceteroquin nullum adest vestigium in sequenti apostolica praxi quam exhibent Actus Apostolorum et Epistolae S. Pauli.[83] Pariter, cum Christus post resurrectionem *(Io.* 20. 22 sq.) contulit apostolis eorumque successoribus alteram sacerdotalem potestatem remittendi peccata, nullum adhibendum ritum indicavit. Nec ex modo agendi Christi deduci potest hanc potestatem conferendam esse per manuum impositionem, nam ipse adhibuit solam insufflationem, aut per caeremoniam distinctam a collatione prioris potestatis, nam ex una parte Christus, utpote fundator, agebat pro libito ex plenitudine potestatis excellentiae quam habebat in sacramenta, et ex alia parte certum non est tunc primo apostolis contulisse eam remissivam potestatem nec potius tunc explicasse tantum ac solemniter inaugurasse potestatem iam in ultima Coena, una cum principali potestate consecrandi, apostolis collatam, cum eos instituit sacerdotes; ceterum Christi intentio explicatur in ipsa subsequenti praxi apostolorum, in qua huiusmodi separata caeremonia nullibi exhibetur.

Unicus ritus, qui in hac *APOSTOLORUM PRAXI,* constanter manifestatur, est manuum impositio, qua ministerialis potestas simpliciter et absque ulla distinctione confertur, ut patet ex sex textibus relatis et explicatis in art. 2 (tom. 1, pp. 508 sqq.; cf. praecipue 569 sq.), scilicet 1 *Tim.* 4. 14; 2 *Tim.* 1. 6 sq.; *Act.* 6. 6; 14. 22; 13. 3; 1 *Tim.* 5. 22, quorum primus et alter certe, tertius et quartus valde probabiliter, quintus et sextus probabilius, ad ministrorum ordinationem referuntur. In *Tit.* 1. 5, ubi agitur de eadem ordinatione, ritus impositionis manus non indicatur, sed tantum generaliter presbyteri constitui dicuntur ("Ut constituas [xaraaTijo^s] per civitates presbyteros"); ex locorum tamen analogia ac parallelismo, probabiliter inferri potest sive presbyteros cretenses, de quibus in eo textu, sive presbyteros ephesinos, de quibus in *Act.* 20. 28, per manuum impositionem constitutos fuisse. Praeterea, in tribus ex sex praefatis textibus, i.e. *Act.* 6. 6; 13. 3; 14. 22, indicatur ritui impositionis manuum coniunctam fuisse aliquam orationem, quam

"Quidam theologi, ut *Franciscus Mayron, Ruardus Tapper,* Card. *Madrutius* (pater tridentinus), *Gonet,* et recenter *Bäuerle a Neukirch,* dicunt vel significant Christum in illo gestu quo panem et calicem apostolis porrexit, instituisse ritum traditionis instrumentorum quem Ecclesia adhibet in ordinatione. Alii, ut *D. Soto, Valentia* et rencenter *Lipicier,* sentiunt iam apostolos ordinasse per traditionem instrumentorum.

quidam auctores putant indicari etiam in 1 *Tim*. 4. 14 (cui ceteri duo textus, 1 *Tim*. 5. 22 et 2 Tim. 1. 6 sq. sunt paralleli) sub nomine prophetiae ("Per prophetiam cum impositione manuum"; cf. in tom. 1, p. 552 sq.).

Unde, quantum scimus ex Scriptura, ritus ordinationis seu, in terminis hodiernis, eius materia et forma, non in alio consistit quam *m impositione manuum et concomitanti aliqua oratione.* Ex iisdem textibus legitime etiam infertur, iam tempore apostolorum impositionem manuum fuisse communem ac determinatum ritum ordinationis seu constitutionis alicuius in sacro ministerio; nec obstat paucitas textuum[84] aut incertitudo aliquorum inter illos, nam ex una parte ea praxis apparet in utraque ecclesia, iudaeo-hierosolymitana et hellenico-paulina, et ex alia parte nullibi alius ritus indicatur; ceterum id satis clare innuitur in 1 *Tim* 5. 22 (admissa cum probabiliori sententia ordinativa interpretatione huius textus): "Manus cito nemini imposueris."

PATRES saec. 2. silent de ritu ordinationis. Clemens Romanus, *Didache,* Ignatius, Polycarpus, loquuntur quidem de constitutione ministrorum, sed non significant eam fieri per aliquem peculiarem ac determinatum ritum, puta per manuum impositionem (cf. in tom. 1, p. 273). *Didache* quidem adhibet verbum x«porov€iv (15. 1: "Constituite [xeipoTomyo-art] igitur vobis episcopos et diaconos"), sed fortasse illud adhuc servat generalem sensum electionis, iuxta classicum usum graeci sermonis, quamvis parallelismus cum *Act.* 14. 23 ("Cum constituissent [xeipoToinja-apTes] illis per singulas ecclesias presbyteros") suadeat etiam in eo textu illud verbum assumi in sensu impositionis manuum, qui in posteriori Traditione classicus evasit (cf. in tom. 1, p. 17). Etiam Ignatius ter idem verbum adhibet, sed tamen in sensu electionis non hierarchicae (cf. ibid., p. 17 sq.). Primum testimonium impositionis manuum, tanquam ritus ordinationis, affertur in apocryphis *Actibus Petri* (c. 10),[85] quatenus significatur ipsum Christum instituisse apostolos per manuum impositionem: "Ergo si vos, quibus et manus [Christus] imposuit, quos et elegit, cum quibus et mirabilia fecit, dubitabatis [Alludit ad Petrum aliosque apostolos dubitantes], habens ergo hoc testimonium paeniteor, et ad preces tuas confugio."[88]

MId opponit inter Protestantes modernus scriptor Ph.-H. Menoud, *L'Eglise et les ministères selon le Nouveau Testament* (Neuchâtel [1949]) 61.

"Exaratis circa finem saec. 2 vel initium saec. 3, ab ignoto auctore, fortasse clerico, in graeca lingua, cuius latina versio ascendit ad saec. 4.

"Apud L. Vouaux, *Les Actes de Pierre* (Paris 1922) 296. De aetate, in qua hoc opus exaratum est, confer varias opiniones ibidem, pp. 203-207. Extrema opinio prolata est ab Hamack, qui opus refert ad a. 250 circiter; alii oscillant inter a. 170 et a. 210.

Ex quo tamen silentio absque sufficienti ratione concluderetur, cum quibusdam Protestantibus,[87] manuum impositionem nondum fuisse generaliter usitatam in constitutione ministrorum (Loning, Hatch, Goguel), aut saltem nondum fuisse consideratam ut ritum efficacem supernaturalis effectus (Sohm). Cum enim taliter usitata ac considerata fuerit tum saec. 1, ut constat ex praefatis textibus Scripturae, tum saec. 3, legitime omnino idem arguitur quoad intermedium saec. 2, etsi testimonia desint, eo vel magis quod ex una parte non probatur rara illa testimonia debuisse explicite significare ritum constitutionis ministrorum, aliunde omnibus notum, et ex alia parte tum *Didache* tum *Acta Petri* currentem consuetudinem non ambigue suggerere videntur.

SAEC. III ritus ordinationis per manuum impositionem manifestus est, praecipue quod attinet ad maiores ecclesias syriacam, Carthaginiensem et romanam. Fatendum quidem est documenta non esse copiosa, et apud quasdam ex praecipuis auctoritatibus, uti Tertullianum, Clementem et Origenem, certam mentionem illius ritus desiderari; attamen documenta, quae extant, conspicua sunt ac, simul accepta, generalem praxim manifestam faciunt.

Imprimis huc adduci possunt varia *apocrypha* Novi Testamenti quae saec. 3-4 pullularunt quaeque, dum referunt populares opiniones, ostendunt ac confirmant suo modo communem persuasionem de ordinatione per manuum impositionem exhibita; hunc ritum exhibent, et quandoque ad ipsius Christi institutionem referunt: *Acta Petri,* c. 10 (nuper cit., quos quidam referunt ad initium saec. 3), *Martyrium Matthaei,* c. 28, *Epistola Clementis ad lacobum,* c. 2, *Recognitiones Clementinae* 3. 66 sq., *Doctrina Addaei, Acta Scharbil et Barsamya.*

Cyprianus, qui in suis epistolis saepissime loquitur de "ordinatione" ministrorum (cf. in tom. 1, p. 362), omittit mentionem ipsius ritus, tanquam rei omnibus notae; tamen in sua epistola synodica, una cum Cone. Carthaginiensi ad ecclesias Hispaniae missa, ritum impositionis manuum proponit, et ad "traditionem divinam et apostolicam" referre videtur: "Diligenter de traditione divina et apostolica observatione servandum est et tenendum quod apud nos quoque et fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem cui praepositus ordinatur, episcopi eiusdem provinciae proximi quique conveniant. . . Quod et apud vos factum videmus in Sabini collegae nostri ordinatione, ut de universae fraternitatis suf-

WE. LOning, *Die Gemeindeverfassung des Urchristentums* (Halle 1889) 76sqq.; E. Hatch, *The organization of the early Christian Churches* (6th impression, London 1901) 132-139 (Hatch suam assertionem extendit etiam ad saec. 3-4); R. Sohm, *Kirchenrecht* I (Leipzig 1892) 60-66; M. Goguel, *L'Eglise primitive* (Paris 1947) 407 sq.

fragio et de episcoporum qui in praesentia convenerant . . . iudicio, episcopatus ei deferretur et manus ei in locum Basilidis imponeretur" *(ML* 3. 1064). *Cornelius* R. P. bis eundem ritum commemorat, sive nempe in epistola ad Cyprianum, enarrans quosdam schismaticos romanos, ecclesiasticam pacem petentes, confessos esse se "haeresis auctores fuisse, ut paterentur ei [i.e. Novatiano] manus quasi in episcopum imponi" *(ML* 3. 742), sive in epistola ad Fabium antiochenum, loquens de Novatiani ordinatione ad presbyteratum et episcopatum: "Accitos tres episcopos . . . inani manuum impositione [χβραη&σέ?] episcopatum sibi tradere per vim cogit. . . Egregius ille vir Ecclesiam Dei dereliquit, in qua post susceptum baptismum presbyteri gradum fuerat consecutus, idque per gratiam episcopi, qui manus illi imponens [τοὺ *eirdKvro?* χ€ἰρα«] eum ad presbyterorum ordinem evexit" (apud Eusebium Caes., *Hist. eccles.* 6, 43, *MG* 20. 619-627, extensius cit. in tom. 1, p. 346 sq.). *Firmilianus* quoque, Caesareae Cappadociae episcopus, in sua epistola ad Cyprianum loquitur de manuum impositione in eodem contextu cum ordinatione, sed, attenta versione latina quam ex graeco ipse Cyprianus probabiliter exaravit, non clare apparet utrum significet impositionem manuum ordinativam an reconciliativam vel confirmativam: "Omnis potestas et gratia in Ecclesia constituta est, ubi praesident maiores natu, qui et baptizandi et manum imponendi et ordinandi possident potestatem. Haereticis enim, sicut ordinare non licet nec manum imponere, ita nec baptizare" *(ML* 3. 1208 sq.). Valde probabiliter tamen ibi agitur de ordinativa manuum impositione, ita ut in versione latina sit legendum "Manus imponendi sive ordinandi" (quod correspondet graecae voci *χ^ροτονάν),* ut constat ex similibus verbis repetitis a Basilio, successore Firmiliani (cf. infra, p. 635). Diximus supra apud Origenem et Clementem Alex, certam huius ritus mentionem desiderari; tamen in sequenti saeculo Eusebius Caes. testatur *Origenem* per manuum impositionem ordinatum fuisse: "Manus ei imponentes, presbyterum ordinaverunt" *(Hist. eccles.* 6. 8, *MG* 20. 538); *Clemens* vero ordinationem appellat cheirotoniam *(Strom.* 6. 13: "Non ut qui ordinetur [χ«ροτονοήχ€νο] ab hominibus," cit. in tom. 1, p. 291), sub qua voce probabile est designari ipsam manuum impositionem nec tantum meram electionem sive quomodolibet ordinationem, ut suadet similis acceptio in infra citanda *Didascalia Apostolorum,* eiusdem fere aetatis.

Praecipua duo documenta, quae, utpote canonico-liturgica atque fontes subsequentium similium documentorum, per se sola sufficerent ad indicandum ritum ordinationis usitatum in Ecclesia, saltem in decursu saec. 3, sunt *Traditio Apostolica,* valde probabiliter referens

ipsam praxim romanam, et *Didascalia Apostolorum,* referens praxim orientalem.

Traditio Apostolica, Hippolyto romano probabiliter attributa et certe in priori parte saec. 3 exarata, refert ipsum ritum trium maiorum ordinationum, exhibens in unaquaque impositionem manuum et concomitantem orationem: "[In ordinatione episcopi] unus de praesentibus episcopis ab omnibus rogatus imponens manus ei, qui ordinatur episcopus, orat ita dicens. . . Cum autem presbyter ordinatur, imponat manum super caput eius episcopus. . . Diaconus vero cum ordinatur, eligatur secundum ea, quae praedicta sunt, similiter imponens manus episcopus." Trina oratio sequentia principalia verba refert: In ordinatione *episcopi:* "Da . . . super hunc servum tuum, quem elegisti ad episcopatum, pascere gregem sanctam tuam et primatum sacerdotii tibi exhibere, sine reprehensione servientem noctu ac die, incessanter propitiari vultum tuum et offerre dona sanctae ecclesiae tuae, spiritu primatus sacerdotii habere potestatem dimittere peccatum secundum mandatum tuum, dare sortes [i.e. in clerum suscipere, sive ordinare] secundum praeceptum tuum, solvere etiam omnem colligationem secundum potestatem, quam dedisti apostolis." In ordinatione *presbyteri:* "Respice super servum tuum istum et impartire spiritum gratiae et consilii, presbyteris ut adiuvet [legendum probabiliter: Spiritum gratiae et consilii presbyterii, ut adiuvet] et gubernet plebem tuam in corde mundo." In ordinatione *diaconi:* "Da spiritum sanctum gratiae et sollicitudinis et industriae in hunc servum tuum, quem elegisti ministrare ecclesiae tuae" (cf. textus extensius citatos in art. 1, tom. 1, pp. 309-311).

Didascalia Apostolorum, exarata probabilius in Syria in eadem priori medietate saec. 3, de episcopi ordinatione ait: "Ita ergo probetur, cum manus impositionis [xaporoviav] accepit, et sic ordinetur [xadioTarai] in episcopatum" *(Funk* 1. 34); ubi sensus est ordinationem sive institutionem (Karao-ramv) fieri per manuum impositionem *{xupoTovlav),* et vox *xuporovla.* accipitur in sensu technico ordinationis per manuum impositionem; ex quo non inepte illustrari potest tum sensus praefati textus Clementis Alex., tum etiam, etsi minus firmiter, sensus ipsius *Didache,* tertii ac antiquioris libri liturgici (cf. supra, p. 629), qui vicissim logice connecti videtur cum ipso textu *Act.* 14. 23, adhibente idem verbum *x^porovdv. Didascalia* tacet sive de oratione seu forma adhibita in ordinatione episcopi, sive de ipsa ordinatione presbyteri et diaconi.

Obiectio autem, quae contra universalitatem aut necessitatem huius ritus peti posset et a quibusdam Protestantibus[88] petitur ex antiqua

[88] Ut Hatch, *op. cit.* (supra, in p. 630) 133 sq.

praxi alexandrina eligendi episcopum absque manuum impositione, necnon ex ipso textu *Traditionis Apostolicae* de confessoribus in diaconatum et presbyteratum constituendis absque manuum impositione, resoluta est in superioribus art. 4 et 7 (pp. 78 sqq., 561-564).

A SAEC. IV AD SAEC. IX INCLUSIVE, seu usque ad tempus profundae cuiusdam mutationis sive renovationis in liturgia latina ac romana.[89]

In hac aetate abundant documenta,[90] quae dividi possunt in Traditionem theoreticam (dicta Patrum), historicam (facta ordinationis), practico-canonicam (canones Conciliorum), practico-liturgicam (documenta praxis liturgicae).

TRADITIO THEORETICA.

Aphraates, Dem. 14. 25: "Nam et cum sanctam manuum impositionem homines a nobis accipiunt, soli impositioni intendunt; nec nostro tempore cito reperitur vir qui roget: Quis timet Deum? sed magis: quis est in ordinatione antiquior?" *(Patrologia syriaca* 1-1, p. 634). Praeter manuum impositionem indicatur etiam *unctio* ministrorum sive episcoporum, quae tamen, ut apud Ephraem de quo infra, valde probabiliter accipitur in sensu metaphorico: *Dem.* 14. 27: "Meque Deus elegit et unxit ut filiis populi mei imperarem" *{ibid.* 642); *Dem.* 23. 3: "Fructus germinaverunt olivae splendidae, in qua signum est sacramenti vitae, quo perficiuntur christiani et sacerdotes et reges et prophetae" *(ibid.* 1-2, p. 10).

Ephraem, Serm. de sacerdotio (dubiae quidem authenticitatis, sed ephraemianae inspirationis): "O potestas ineffabilis [i.e. sacerdotii], quae in nobis dignata est habitare per impositionem manuum sacrorum sacerdotum" (ed. Assemani et Benedicti III [Graece et latine] 3). *Carmina Nisibena,* carm. 17: "Efferbuit cornu [i.e. olei] electionis eius [i.e. Abrahae episcopi nisibeni] et perfectus est et factus est caput, elevatus est et factus est magister" (ed. Bickell 108); carm. 19: "Cornu efferbuit et unxit te, manus incubuit tibi et elegit te" *(ibid.* 112). *Sermo de magis, incantatoribus,* etc. 2: "Sacerdos per impositionem manus suum accipit sacerdotium et sale conspergitur caput eius ut sal assumat quod super illud est. Sedet et non erubescit

"Ad rem Andrieu: "Le dixième siècle marque une coupure dans l'histoire de la liturgie romaine. Dans le désarroi de longues années de troubles, l'ancienne tradition s'était perdue. Pour ranimer la vie de ses basiliques, Rome dut accueillir la liturgie mélangée que lui apportaient les réformateurs venus du Nord. Durant le xie siècle, elle acheva de s'adapter aux usages nouveaux et les fit définitivement siens" *(Les Ordines Romani* I [Louvain 1931] vi).

"Plures ex mox citandis textibus habes extensius relatos in art. 1 et 3, in tom. 1, pp. 373 sqq. et 852 sqq.

sacerdos de capite suo sale consperso" (ed. Lamy II 400). *Hymni de oleo et olea,* hymn. 3. 2, 9: "Duo olivarum rami, quos Zacharias vidit, sunt similes duobus fontibus, quorum ex uno promanavit sacerdotium, ex altero dignitas regia. . . Oleum, veluti sacerdotio cognatione affine [est]" (ed. Rahmani 18-20); hymn. 4. 6: "Oleum est quasi amicus Spiritus Sancti eiusque minister. . . Spiritus enim oleo sacerdotes christosque olim unxerat, signaculumque suum per oleum modo imprimit suis ovibus. . . Spirituale itaque signaculum imprimitur in corporibus cum in baptismo oleo unguntur, et in baptizandis dum consignantur" *(ibid.* 23). Unde Ephraem tanquam essentialem ordinationis ritum exhibet manuum impositionem; loquitur etiam de *unctione,* sed valde probabiliter in mero sensu metaphorico (pro ipsa accepta gratia sacerdotali) ex quadam adaptatione sive reminiscentia ritus A.T., qua delectari consueverunt Patres syri; videtur etiam loqui de quadam caeremonia caput sacerdotis sale conspergendi, sed iterum ea expressio accipi potest in sensu metaphorico, pro potestate et spiritu consilii quam sacerdos accipit ex ordinatione.

Eusebius Caes. in sua *Hist. eccles.* refert ordinationes Origenis, Fabiani et Anatolii, factas per manuum impositionem, 6. 8: "Probatissimi et maxime insignes apud Palaestinam antistites, Caesariensis scilicet et Hierosolymitanus, cum Origenem praerogativa et supremi honoris apice dignum iudicassent, manus ei imponentes, presbyterum ordinaverunt" *(MG 20.* 538); 6. 29: "Cum fratres omnes successoris ordinandi [x«poronas] causa in ecclesia essent congregati . . . , de Fabiano quidem qui tum praesens aderat, nemo ne tantisper quidem cogitabat" *(ibid.* 587); 7. 32: "Huic [Anatolio] Theotecnus, Caesareae Palaestinae episcopus primus manus imposuit, eumque episcopum ordinavit" *(ibid. 130).* Praeterea, 10. 4, Eusebius refert orationem, a quodam innominato viro habita in die dedicationis ecclesiae Tyri, in qua est sermo de sacerdotali unctione, in sensu tamen metaphorico: "Amici et sacerdotes Dei, qui sacra tunica talari induti et caelesti gloriae corona decorati, divinaque unctione delibuti, et sacerdotali sancti Spiritus veste amiciti estis. . ." *(MG* 20. 850; cf. in tom. 1, p. 393).

Basilius saepe loquitur de ritu ordinationis per impositionem manuum, adhibens classicas iam voces xetporona, xetporowiv, *toMm* ‹ ^v *xapw. Epist.* 53. 1: "Dicuntur nonnulli ex vobis ab iis qui ordinantur [x«porovovp€va)v] pecunias accipere. . . Putant se ideo non peccare, quod non ante accipiant, sed post ordinationem [x«porowav] accipiant" *(MG* 32. 398). *Epist.* 121, de ordinatione Fausti: "Contemptis nobis [Faustus] abiit ad Anthimum, et ab illo

accepta, nobis non admonitis, ordinatione [χ«ροτοηαρ] rediit" *(ibid.* 542). *Epist.* 122, de eodem: "Anthimus . . . Faustum ordinavit, propria auctoritate propriisque manibus" *(ibid.). Epist.* 138. 2: "An igitur ordinationes [χειροτονίαν] peregrinas oporteat non detrectare . . . edoceri . . . volebam" *(ibid.* 582). *Epist.* 188. 1, simul adhibentur tres expressiones: "Qui enim primi [ab Ecclesia] recesserant, ordinationem [τὰ? *χειροτονία?]* a patribus habebant, et per manuum eorum impositionem [διὰ *τη MMσ&κ των* χ«ρώμ] habebant donum spirituale; qui autem resecti sunt, laici effecti, nec baptizandi, nec ordinandi [χειροτονεί?] habebant potestatem" *(ibid.* 670). *Epist.* 190. 1: "Nec consentit ordinationi [τὰ? χ«ροτο?ία?] episcoporum" *(ibid.* 698). *Epist.* 217: "Sive in gradu [0α0/ιω] fuerint, sive etiam in ministerio, quod manuum impositione non datur [ἀχ«ρο0€τω ν^ ρεσία], permaneat" *(ibid.* 795). *Epist.* 225, de ordinatione Gregorii Nysseni: "Si quid deficit eorum quae ad canones spectant, culpam sustinent qui ordinavere [οι χαροτοη/σαντε?], non is qui omni imposita necessitate ministerium suscipere coactus est" *(ibid.* 842). *Epist.* 244. 6: "Hi nunc eos qui illis [usurpatoribus] ordinati sunt [χειροτονη^ ντα?] ut episcopos suscipiunt. . . Quomodo ambo possunt esse episcopi et qui ab Evippio depositus, et qui ab eo ordinatus *[κεχαροτονημίνο]*? nam res utraque est manus eiusdem opus" *(ibid.* 919).

Gregorius Nazianzenus pariter easdem technicas voces de ordinatione consistente in manuum impositione adhibet *(χαροτονάν^ χαροτον^* imo *κανονική* χειροτονία). *Or.* 10. 4, de sua ipsius episcopali consecratione facta a Basilio: "Idcirco me in medium producis, et suffugienti manum indiicis. . . Idcirco me pontificem ungis [χρίσει? ἀρχιζα] . . . , manusque spiritui consecras . . . , ministrum efficis: dignumne vero, et vobis qui ungitis, et eo, propter quem peragitur et in quem tendit haec unctio [χρίσι?], perspectum hoc habe Pater veri illius ac genuini Christi, quem exsultationis oleo prae consortibus suis perfundit, cum humanitatem divinitate unxit" *(MG* 35. 830 sq.). Unctionem hic accipi in sensu mere spirituali, pro gratia nempe seu effectu ordinationis, sicut apud Aphraaten et Ephraem, suadet totus contextus et confirmat quod Nazianzenus ait in *Or.* 5, contra lulianum, 35: "Unguentum quoque ipse quoddam habeo, sed quo sacerdotes solum ac reges unguntur, utpote vario et exquisito, ac nostra causa effuso, sed magni unguentarii arte confectum. Atque utinam mihi suavem huius unguenti odorem Deo offerre contingat!" *(ibid.* 710; confer totum reliquum contextum). *Or.* 18, funebris de patre suo, 33, 34, 36, loquens de ordinatione episcopi Caesareae: "Coacti illi [episcopi a plebe] eum purificarunt, antistitem renuntiarunt, in throno collocarunt, manu [x«pt] tamen potius, quam voluntatis affectu. . . Aderat imperator

adversus Christianos fremens; hanc autem ordinationem [χεφοτονίαν] irato atque incenso animo ferebat. . . Ordinationem canonicam [κανόνι^ *χαροτονίαν*^ esse oportebat" *(ibid.* 1027, 1030, 1034).

Gregorius Nyssenus, Or. in diem luminum, formam ordinationis eiusque efficaciam proponit, eam assimilans formae Baptismi et Eucharistiae: "Eadem item verbi vis [quae operatur in Bapt. et Euch.] etiam sacerdotem augustum et honorandum facit, novitate benedictionis a communitate vulgi segregatum" *(MG* 46. 583; cf. integrum textum cit. in tom. 1, p. 415 sq.). In sua *Vita S. Gregorii Thaumaturgi* ostendit hunc per manuum impositionem fuisse ordinatum (cf. textum in tom. 1, p. 417).

Epiphanius, Adv. haer., l. 3, tom. 2, expositio fidei, n. 13: "[Quidam] nescio quibus somniis eo temeritatis adducti sunt, ut [non] suscepta ad episcopi functionem manuum impositione [χβρο&σί?], sedere, et episcoporum munus obire non dubitarunt" *(MG* 42. 806 sq.). *Ibid.,* haer. 75, n. 4: "Quinam vero fieri potest, ut is presbyterum constituat, ad quem creandum manuum imponendarum [χειρο&σίαν τοὺ χειροτονεί?] ius nullum habeat?" *(ibid.* 507).

Chrysostomus saepe loquitur de ordinatione, ordinare, ordinante, ordinandis, sub iisdem classicis vocibus χειροτο?ία et χειροτονεί?. Cf. textus citatos in tom. 1, p. 423 sq. In *Sermone in S. Martyrem Ignatium* (Antiochenum), n. 2, loquitur de illius ordinatione per impositionem manuum apostolorum: "Neque enim ego virum hunc tantummodo, quod tanto honoris gradu dignus sit habitus, admiror, sed quod a sanctis illis [apostolis] dignitatem obtinuerit, quodque beatorum apostolorum manus sacrum illud caput attigerint. . . Dignitas eorum, qui manus illi imposuerunt, eius principatum splendidiorem facit" *(MG* 50. 588 sq.). *In Act.,* hom. 14, n. 3, loquens de ordinatione septem virorum, refert tum manuum impositionem tum orationem tanquam in unum ritum intime copulatas: "Vide, quam non superflue scriptor loquatur: non enim dicit quomodo, sed simpliciter quod ordinati sint per orationem: hoc enim est ordinatio, manus viri superponitur, totum vero Deus operatur, eiusque manus est quae tangit caput ordinati, si quemadmodum oportet ordinetur" *(MG* 60. 116). *In 1 Cor.,* hom. 38. 4, significat Christum ordinasse apostolum lacobum per manuum impositionem ac pro tanto ipsum Christum hunc ritum instituisse: " 'Deinde visus est lacobo.' Mihi videtur dicere, fratri suo: ipse enim dicitur ei manum imposuisse ac ipsum ordinasse [κεχειροτο?^κε'?αι], et primum episcopum fecisse lerosolymis" *(MG* 61. 327).

Theophilus Alexandrinus, Commonitorium, can. 6: "De iis qui ordinandi sunt haec erit forma: Ut quidquid est sacerdotalis ordinis consentiat et eligat, et tunc episcopus examinet, vel ei etiam assentiente sacerdotali ordine in media ecclesia ordinet [χειροτονεῖν], praesente populo. . . Ordinatio [xciporona] autem non fiat clanculum" *(MG* 65. 39).

Theodoretus, Historia religiosa 19, de presbyterali ordinatione ascetae Salamanis, proponit impositionem manuum et formulam deprecatoriam: "Civitatis . . . antistes, viri cognita virtute, sacerdotii donum impartire illi cupiens, ad eum venit, et . . . manum illi imposuit *xdpa,* precationemque peregit, multisque illum verbis affatus, gratiam qua donatus fuerat indicavit" *(MG* 82. 1427). *Ibid.* 13 narrat pariter presbyteralem ordinationem heremitae Macedonii per manuum impositionem (cit. in tom. 1, p. 919).

Optatus Milevitanus, De schismate Donat, 1. 18, de ordinatione Caeciliani in episcopum Carthaginiensem: "Tunc suffragio totius populi Caecilianus eligitur, et manus imponente Felice Autumnitano, episcopus ordinatur" *(ML* 11. 919).

Ambrosius, Epist. 4. 6, de consecratione Felicis, refert etiam formam ordinationis: "Ordinatio non reprehendetur, quam accepisti per impositionem manuum mearum et benedictionem in nomine Domini lesu" *(ML* 16. 929).

Ambrosiaster, In 1 Tim. 4. 13 sq., refert ad modum unius tum impositionem manuum tum formam ordinationis: "Gratiam tamen dari ordinatoris significat per prophetiam et manuum impositionem. Prophetia est, qua eligitur quasi doctor futurus idoneus; manus vero impositiones verba sunt mystica, quibus confirmatur ad hoc opus electus, accipiens auctoritatem, teste conscientia sua, ut audeat vice Domini sacrificium Deo offerre" *(ML* 17. 501). *Quaestiones V. et N. Testamenti,* q. 97, videtur tribuere ipsi Christo institutionem ritus impositionis manuum: "Nemo ignorat episcopos Salvatorem ecclesiis instituisse. Ipse enim priusquam in coelos ascenderet, imponens manum Apostolis ordinavit eos episcopos" *(ML* 35. 2296).

Innocentius I, Epist. 17. 3: "Dicimus, ab haereticis ordinatos, vulneratum per illam manus impositionem habere caput . . . atque ubi poenitentiae remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum habere non posse. . . Certe quia quod non habuit dare non potuit, damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impositionem dedit; et qui comparticeps factus est damnationis, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum" *(ML* 20. 530sq.).

Hieronymus, In Is., l. 16, c. 58, v. 10, exhibet tum impositionem manuum tum formam verborum: "Plerique nostrorum χειροτονιαν, id est, ordinationem clericorum, quae non solum ad imprecationem vocis, sed ad impositionem impletur manus (ne scilicet, ut in quibusdam risimus, vocis imprecatio clandestina clericos ordinet nescientes), sic intelligunt, ut assumant testimonium Pauli scribentis ad Timotheum: 'Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis' (1 *Tim.* 5. 22)" *(ML* 24. 569).

Augustinus, pariter utrumque elementum exhibet. *Epist.* 61. 2 loquitur de "benedictione ordinationis" *(ML* 33. 229). *Sermo ad Caesariensis ecclesiae plebem* 2: "Baptismus non est ipsorum, sed Christi. Invocatio nominis Dei super caput ipsorum quando ordinantur episcopi, invocatio illa Dei est, non Donati" *(ML* 43. 691). *De baptismo contra Donat.* 20: "Si ergo ad hoc valet quod dictum est in Evangelio, 'Deus peccatorem non audit' *(Io.* 9. 31), ut per peccatorem sacramenta non celebrentur: quomodo exaudit homicidam deprecantem, vel super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum quibus manus imponitur? Quae omnia tamen et fiunt et valent etiam per homicidas" *(ML* 43. 190). *Epist.* 78. 3: "Manus ordinationis imponere" *(ML* 33. 268). *Gesta cum Emerito* 11: "Caeteri autem non aderant ordinationi eius, quando ei [i.e. Maximiano] manus imposita est" *(ML* 43. 705). *Contra Cresconium,* l. 3, c. 22, n. 25: "Sic intelligi volens, quod ipsi . . . Maximianum impositis manibus ordinaverint" *(ML* 43. 508).

Caelestinus R. P., Epist. ad synodum ephesinam 2, de consecratione Maximiani, successoris Nestorii: "Interfuimus, nec nos dixerimus absentes, cum eius capiti verba mystica dicerentur" *(ML* 50. 539).

Ammonius Alexandrinus (incertus presbyter saec. 5 vel 6), *Fragmenta in Act. Apost.,* c. 6, refert impositionem manuum et formam orationis quoad ordinationem diaconi: " 'Et orantes imposuerunt eis manus.' Notandum quod per preces et manuum ad verbum accedentium impositionem [8t* και των χειρών] ordinatio [χίψοτοκα] et diaconatus dignitas diaconis ab initio data est; et mos ille usque ad nos perseverat" *(MG 85.* 1530).

Leo I, Epist. 12. 2: "Ubi est illa beati Pauli apostoli per Spiritum Dei emissa praeceptio, qua in persona Timothei omnium Christi sacerdotum numerus eruditur, et unicuique nostrum dicitur: 'Manus cito nemini imposueris, neque communices peccatis alienis' (1 *Tim.* 5. 22)? Quid est cito manus imponere, nisi ante aetatem maturitatis,

ante tempus examinis, ante meritum oboedientiae, ante experientiam disciplinae sacerdotalem honorem tribuere non probatis?" *(ML* 54. 647). *Epist.* 9. 1, agens de "sacerdotali vel levitica ordinatione" hanc solemniter appellat "sacram benedictionem" et "tantae benedictionis sacramentum," ita alludens peculiariter ad formulam verborum, quam ceteroquin copulat impositioni manuum, iuxta *Act.* 13. 3: "Nam praeter auctoritatem consuetudinis, quam ex apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra Scriptura manifestat *(Act.* 13), quod cum apostoli Paulum et Barnabam ex praecepto Spiritus sancti ad Evangelium gentibus mitterent praedicandum, ieiunantes et orantes imposuerunt eis manus: ut intelligamus quanta et dantium et accipientium devotione, curandum sit, ne tantae benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum" *(ML* 54. 625 sq.).

Pseudo-Dionysius Areopagita (circa a. 500), satis diffuse describens tres maiores ordinationes, assignat unicuique impositionem manuum cum formula verborum deprecatoria, atque in consecratione episcopi commemorat, tanquam illi propriam, peculiarem caeremoniam impositionis libri evangeliorum super caput consecrandi: "Pontifex quidem qui ad pontificiam consecrationem est evectus utroque genu flexo ante altare, supra caput habet Scripturas a Deo traditas, manumque pontificis, atque hoc modo a pontifice, qui ipsum consecrat, sanctissimis adprecationibus consecratur. Sacerdos vero, utroque poplite ante altare flexo, in capite habet dextram pontificis, et hoc modo ab illo pontifice, qui illum consecrat, sanctis invocationibus consecratur. Porro diaconus unum genu flectens ante divinum altare supra caput habet dextram pontificis ipsum consecrantis, et ab eo consecratur invocationibus ad ministrorum consecrationem accommodatis. Unicuique autem eorum signum crucis a consecrante pontifice imprimitur, et singulis sancta praedicatio perficiensque salutatio adhibetur, cunctis praesentibus ecclesiasticis, una cum pontifice consecrante, consalutantibus illum qui in aliquem dictorum ordinum sacrorum est cooptatus" *(MG* 3. 510).

loannes Diaconus (circa a. 500; probabiliter loannes I R.P.) in sua *Epistola ad Senarium* 8, loquitur de forma ordinationis presbyteralis et episcopalis: "Illud quoque non praetereundum videtur, quia nec eadem benedictionis verba presbyterii consecratio promeretur, quae pontificalis apex consuevit audire" *(ML* 59. 404).

Hormisdas R. P. (514-523), *Epist.* 25. 2: "Hoc quoque ad praemissa adiungimus, ne benedictionem, quae divina esse creditur per impositionem manus, quis pretio comparet" *(ML* 63. 424).

Ferrandus Diaconus (circa 546), *Breviatio canonum* 7: "Ut episcopus qui suscepta manus impositione ministerium recusaverit, excommunicatus maneat donec consentiat" *(ML* 67. 949).

Gregorius Turonensis (sedit 573-594), *Historia Francorum* 4. 6: "Episcopi tamen qui advenerant ad sanctum Gallum sepeliendum, postquam eum sepelierant, dixerunt Catoni presbytero: Videmus quia te elegit pars maxima populorum: veni, consenti nobis, et benedicentes consecremus te ad episcopatum" *(ML* 71. 273).

Cresconius, episcopus (?) africanus (saec. 6 vel, iuxta plures, saec. 7), *Breviarium canonicum,* can. 196, ad mentem can. 6 Cone. Chalcedonensis statuit: "Nullum absolute ordinari debere presbyterum, aut diaconum, nec quemlibet in gradu ecclesiastico, nisi specialiter ecclesiae civitatis, aut possessionis, aut martyrii, aut monasterii qui ordinandus est pronuntietur. Qui vero absolute ordinatur, decrevit sancta synodus irritam haberi huiuscemodi manus impositionem, et nusquam posse ministrare ad ordinantis iniuriam" *(ML* 88. 902).

Gregorius M. (590-604), *Homiliae xl in evangelia,* hom. 17. 13: "Qui namque sunt in templo Dei hodie qui columbas vendunt [iuxta *Mat.* 21. 12], nisi qui in Ecclesia pretium de impositione manus accipiunt? Per quam scilicet impositionem Spiritus sanctus coelitus datur. Columba ergo venditur, quia manus impositio, per quam Spiritus sanctus accipitur, ad pretium praebetur" *(ML* 76. 1145). Ut dictum est in art. 2 (tom. 1, pp. 580 sq.), haec Gregorii verba contra simoniacas ordinationes repetunt plures scriptores posteriores. Eadem increpatio redit in *Epist.,* l. 6, ep. 58: "Columbas quippe vendere est de sancto Spiritu, quem sibi consubstantialem Deus omnipotens per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere" *(ML* 77. 793 sq.). Item, *Decreta,* n. 5: "Quia enim ordinando episcopo pontifex manum imponit, evangelicam vero lectionem minister legit, confirmationis autem eius epistolam notarius scribit, sicut pontificem non decet manum quam imponit vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam vel calamum venumdare" *(ML* 77. 1336 sq.).

Isidorus Hisp. (t 636), *De eccles. offic.,* l. 2, c. 5, n. 9 sq., videtur referre impositionem manuum ad ipsius Christi institutionem: "Quod vero per manus impositionem a praecessoribus Dei sacerdotibus episcopi ordinantur, antiqua institutio est. Isaac enim patriarcha sanctus ponens manum suam super caput Iacob, benedixit ei *(Gen.* 27. 28); similiter et Iacob filiis eius. Sed et Moyses super caput Iesu

Nave manum suam imponens *(Num.* 27. 23), dedit ei spiritum virtutis, et ducatus in populo Israel. Sic et superimpletor legis et prophetarum Dominus noster lesus Christus per manus impositionem apostolis benedixit, sicut in Evangelio Lucae scriptum est *(Luc.* 24. 50-52)" *(ML* 83. 782 sq.). *Ibid.,* c. 10, n. 2, de subdiaconis: "Hi..., cum ordinantur, sicut sacerdotes et levitae manus impositionem non suscipiunt, sed patenam tantum et calicem de manu episcopi, et ab archidiácono scyphum aquae cum aquaemanile et manutergium accipiunt" *(ibid.* 791).

Eugenius, secundus episcopus toletanus (t 657), *Epist.* ad Braulionem, episc. caesaraugustanum (t 651), sequens peregrinum dubium proponit: "De quodam fratre reperimus, qui non accepto presbyterii gradu presbyterii peragit officium, et ut causam certius agnoscatis, omnia singulariter innotesco. Fuit idem ipse frater molestissimus domino meo Eugenio. Rogatus a rege, ut eum presbyterum ordinaret, quia iussioni principis resistere non praevaluit, hoc genus factionis invenit. Duxit eum ad altarium, manum non imposuit, et cantantibus clericis in excelso pro benedictione maledictionem effudit, sicut ipse hoc personis idoneis et sibi charissimis postmodum publicavit, coniurans ut hoc quandiu viverent reticerent. Quid inde fieri praecipit vestra prudentia, cita me iussione certifica; nam nescio, aut si iste presbyter habeatur, aut si illi qui per eum baptizati chrismate praenotati sunt recte christicolae vocitentur" *(ML* 87. 403). Quidquid sit de obscuro responso quod *Braulio* illi dat (cf. *ibid.* 405 sq), uterque episcopus manifestat solam manuum impositionem cum concomitanti formula verborum tunc in usu fuisse in presbyterali ordinatione.

Taio, episcopus caesaraugustantus (t683), *Sententiae,* l. 2, c. 40, sequens Gregorium M. supra cit. (p. 640) contra simoniacas ordinationes, scribit: "Columbas quippe vendere est impositionem manus, qua Spiritus accipitur, non ad vitae meritum, sed ad praemium dare" *(ML* 80. 839).

Beda (f 735), *Homiliae euangelii,* l. 1, hom. 22, idem Gregorii M. effatum repetit: "Vendunt columbas, qui acceptam Spiritus gratiam, non gratis, sed ad praemium dant, qui impositionem manus qua Spiritus accipitur, etsi non ad quaestum pecuniae, ad vulgi tamen favorem tribuunt, qui sacros ordines non ad vitae meritum, sed ad gratiam largiuntur" *(ML* 94. 116 sq.).

Alcuinus (t 804), reformator Sacramentarii Gregoriani-Hadriani, de ipso ritu ordinationis directe non loquitur. In quadam *Epistola* ad Simeonem sacerdotem, hunc de ritu interrogantem remittit ad ipsos

antiquos Ordines et Sacramentaria, in quibus nonnisi manus impositio exhibetur: "De ordinatione et dispositione Missalis Libelli nescio cur demandasti; numquid non habes Romano more ordinatos libellos sacratorios abundanter? Habes quoque et veteris consuetudinis sufficienter Sacramentaria maiora; quid opus est nova condere, dum vetera sufficiunt?" *(ML* 100. 234).

Rabanus Maurus (+815), *De cleric. instit.,* l. 1, c. 8, repetit fere ad verbum supracitatum (p. 641) textum Isidori Hisp. de subdiaconis.

Amalarius Metensis (+circa 850), *Liber officialis,* l. 2, c. 12-14: "Audiamus . . . [diaconorum] consecrationem. Scriptum est in libro. . . Actus apostolorum: i . . Et orantes imposuerunt eis manus' . . . [Prosequitur, reprobans praxim iuxta quam solus episcopus, non vero presbyteri, imponunt manum diacono.01] Quia de positione manus legimus, quae assumpta est a veteri testamento, bonum est inquirere quid significet. . . Per impositionem manuum opera Spiritus Sancti intelligimus. Non enim adhuc est Deus omnia in omnibus: in aliquo est sapientia, in aliquo fides, in aliquo pietas, in aliquo castitas, in aliquo humilitas. Hoc valent plurimae manus super caput eius qui consecratur, ut unusquisque deprecetur Dominum, quatinus partem de spiritu suo det ei. Si enim quis voluerit dicere, quid necesse est toties imponere manus super capita eorum qui consecrantur? Imponuntur enim super diaconum, imponuntur postea super presbyterum. Quare hoc? nisi quia per consecrationem de opere ad opus transit, sicut de ministerio diaconi transit ad immolationem sacerdotalem. Quoniam nec illud opus, nec illud possumus agere, nisi dono gratiae Dei adiuti . . . repetitur manus impositio, ac sic deprecatio primi operis transit ad deprecationem secundi. Additur unum ministerium diacono, id est ut legat evangelium, quod in primo tempore non legebatur...

"Presbyteri deputantur in loco filiorum Aaron. Scriptum est in libro numerorum: 'Haec nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui uncti sunt, quorum repleta est consecratio manus, ut sacerdotio fungerentur.' Hunc morem tenent episcopi nostri; manus presbyterorum ungunt de oleo. Manifestum est cur hoc faciant; ut mundae sint hostias Deo ad offerendum, et largae ad cetera officia pietatis; utrumque designatur per oleum, et gratia curationis, et caritas dilectionis. . . Hi praesunt levitis. . . Ipsi enim, quando consecrantur, manus impositionem accipiunt. Quid illud significet, secundum quod nobis Dominus dedit, ministravimus. . .

"Pontificem Aaron praefigurat in sua unctione. . . Secundum auctori-

** Cf. in tom. 1, p. 940.

tatem patrum . . . consecratio ad immolandum facta est episcopi in ordinatione presbyteri. . . Additur etiam ad consecrationem eius infusio olei super caput. . . Vicarius Christi efficitur pontifex; ideo in capite ungitur. Caput nostrum Christus; caput nostrum unctum est oleo invisibili. Episcopus quia vicarius Christi est, in capite ungitur; ab illo enim significatur se accipere hanc unctionis gratiam, qui caput est totius corporis; imitando illum qui caput est totius ecclesiae, per unctionis gratiam fit et ipse caput ecclesiae sibi commissae. . . Dicit libellus, secundum cuius ordinem celebratur ordinatio apud quosdam,[92] ut duo episcopi teneant evangelium super caput eius; quod neque vetus auctoritas intimat, neque apostolica traditio, neque canonica auctoritas. Potest tamen evangeli! positio super caput monere tenentes ut Dominus idem evangelium firmet in corde eius deprecentur, aut ut moneant eum qui consecratur recordari se amplius esse sub iugo evangeli!, quam foret."[93]

Amalarius plura praebet elementa ritus ordinationis, qui in decursu illius saec. 9 evolvi coepit ac novis adminiculis augeri. Refert manuum impositionem in utraque presbyterali et diaconali ordinatione, eamque ut essentialem habet, quippe cui tribuit acceptionem virtutis Spiritus S. et collationem ministerialis potestatis. Refert praeterea, et quidem tanquam communem iam praxim in ecclesia gallicana, unctionem manuum presbyteri ("Hunc morem tenent episcopi nostri"), necnon unctionem capitis episcopi, quibus unctionibus magnum momentum, saltem significationis, tribuere videtur. Testatur etiam praxim, saltem quarundam ecclesiarum, imponendi librum evangelii super caput episcopi, cui non simpliciter acquiescit. Fortasse innuit ritum tradendi evangelium diacono. Peregrine reprobat praxim, iuxta quam solus episcopus, non vero presbyteri, imponit manus in ordinatione diaconi.

Isidorus Mercator (vel potius auctores *pseudo-isidorianae* collectionis decretalium, circa medium saec. 9 confectae), in *Epist. Pscudo-Anacleti* exhibet evangeliorum libri super caput et manuum impositionem in ordinatione episcopali: "Ordinationes episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus qui in eadem fuerint provincia episcopis, sunt celebrandae. Qui simul convenientes scrutinium diligenter agant ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, et manus cum sanctis Evangeliis, quae praedicaturi sunt, imponentes, Dominica die hora tertia orantes, sacraque unctione, exemplo prophetarum et regum capita eorum, more apostolorum et Moysis ungentes, quia omnis

[92] Cf. in tom. 1, p. 942.

[93] Apud I. M. Hanssens, *Amalarii episcopi opera liturgica omnia,* II: *Liber officialis* ("Studi e testi," n. 139, Città del Vaticano 1948) 224-236.

sanctificatio constat in Spiritu sancto, cuius virtus invisibilis sancto chrismati est permista, et hoc ritu solemnem celebrent ordinationem" (*ML* 130. 69).

Hincmarus Rhemensis (f882). In quibusdam *Formulis* in episcoporum promotionibus usurpatis, quae ad tempus Hincmari referuntur, ritus ordinationis proponitur ut manuum impositio. *Decretum ecclesiae laudunensis* ad Hincmarum: "Hi. . . qui ordinaturi sunt, in quem viderint omnium vota propensius concordare, promptius liberiusque illi manus imponere possunt. Quapropter . . . Hedenulfum ... eligimus, per manus vestras . . . consecrari nobisque et ecclesiae nostrae doctorem atque pontificem institui imploramus" {*ML* 87. 909). Idem prorsus dicitur in *Decreto ecclesiae senonensis* de electione Ansegisi (*ibid.* 911). *Epistola* Hincmari ad ecclesiam laudunensem, de electione praefati Hedenulfi: "In ordinatione autem presbyterorum ac diaconorum caeterorumque ecclesiastici ordinis ministrorum, a totius muneris, id est, a manu, a lingua, aut obsequio indebito . . . mundas et cordis et corporis manus [episcopus] exhibeat: ne uno eodemque gladio et dantem et accipientem munus interimat, et illicito munere polluens manus, aliis se benedictionem credat tribuere cum fuerit iam propriae iniquitati substratus, et sua nihilominus ambitione captivus. . . Columbas enim vendere [iuxta *Mat.* 21. 12] est de Spiritu, quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere" {*ibid.* 920).

In sua *Epistola* ad Adventium episc. metensem, episcopalem ordinationem describens, Hincmarus refert triplicem ritum impositionis manuum, impositionis libri evangeliorum et unctionis capitis: "Teneant manus dextras episcopi super caput ordinandi. Ut autem ventum fuerit ad loca in quibus sunt cruces signatae, accipiat consecrator vas chrismatis in sinistra manu, et cum dextro pollice, cantans quae ibidem continentur, per singula loca faciat crucem de chrismate in verticem consecrandi, et perfecta consecratione, et respondentibus omnibus 'Arnen/ tollantur ab episcopis Evangelia de collo eius, et mittat annulum in dextrae manus digito."[104]

TRADITIO HISTORICA.

In hac aetate quamplura referuntur facta ordinationum sacerdotum, peculiariter episcoporum, nec alius in eis indicatur ritus nisi manuum impositio. Confer ea quae referuntur in nuper adductis Traditionis testimoniis, scilicet ordinationes: *Abrahae* episcopi nisibeni, apud

w Opera Hincmari archiepiscopi remensis **(Lutetiae Parisiorum 1645) II 719.**

Ephraem; *Origenis, Fabiani* et *Anatolii,* apud Eusebium Caes.; *Fausti* et *Gregorii Nysseni,* apud Basilium; *Nazianzeni* et cuiusdam episcopi Caesariensis, apud Nazianzenum; *Gregorii Thaumaturgi,* apud Nyssenum; *Ignatii* antiocheni, apud Chrysostomum; *Caeciliani* episc. Carthaginiensis, apud Optatum Milevitanum; *Felicis,* apud Ambrosium; *Maximiani* episc. Carthaginiensis, apud Augustinum; *Maximiani* episc. constantinopol., apud Caelestinum; *Salamanis* et *Macedonii* ascetarum, apud Theodoretum; *Catonis,* apud Gregorium Turonensem; cuiusdam innominati presbyteri, apud Eugenium et Braulionem: *Hedenulfi* et *Ansegisi,* apud Hincmarum.

TRADITIO CANONICA.

Cone. Ancyranum a. 314, can. 9: "Diaconi . . . quicumque . . . susceperint manus impositionem [xapoTonav], professi continentiam, et postea nuptiis obligati sunt, a ministerio cessare debebunt." Can. 12: "Chorepiscopis non licere presbyteros aut diaconos ordinare [xapoTomy]" *(Harduin* 1. 275).

Cone. NeoCaesariense inter 314 et 325, can. 8: "Mulier cuiusdam adulterata laici constituti, si evidenter arguatur, talis ad ministerium cleri venire non poterit. Si vero post ordinationem [x«poroi/iav] adulterata fuerit, dimittere eam convenit." Can. 9: "Presbyter si praeoccupatus corporali peccato promoveatur, et confessus fuerit de se, quod ante ordinationem [x«poToviav] deliquerit oblata non consecret, manens in reliquis officiis, propter studium bonum. Nam peccata reliqua plerique dixerunt per manus impositionem [x«po0«nav] posse dimitti." Can. 11: "Presbyter ante tricesimum aetatis suae annum nullatenus ordinetur [x€tporov«Wa)] " *(Harduin* 1. 283).

Cone. Nicaenum I a. 325, can. 4: "Tribus autem [episcopis] omnimodis in idipsum convenientibus . . . ordinatio [x«porona, episcopi] celebretur." Can. 8 decernitur de ordinatis Catharis; can. 9, de indignis non ordinandis; can. 16, de irrita ordinatione facta ab episcopo non proprio; can. 19, de ordinandis Paulianistis. In his omnibus consuetae ac technicae voces x«porowa et xaporovdv adhibentur *(Harduin* 1. 323-331).

Cone. Antiochenum a. 341, can. 9: "Episcopus . . . presbyteros et diaconos ordinet [x«porov€tv]Can. 10: "Chorepiscopi . . . , quamvis manus impositionem [x«po0€<nav] episcoporum perceperint, et ut episcopi consecrati sint . . . nec presbyterum . . . , nec diaconum audeant ordinare [x«poToi/€iy]." Can. 19: "Episcopus praeter synodum et praesentiam metropolitani nullatenus ordinetur [xaporovei^at]. . .

Quod si secus contra definita factum fuerit, nullas ordinatio [x«porowa] vires habeat." Eaedem voces *xupoTovuv* et *x^porovla^* necnon x«po0«na, recurrunt de ordinatione in cann. 13 et 17 *{Harduin* 1. 596-601).

Cone. Laodicenum inter 343 et 381, can. 4: "Quod non oporteat ordinationes [x«poToiaas] sub conspectu audientium celebrari" *(Harduin* 1. 781).

Cone. Chalcedonense a. 451, cann. 2, 6, 25, loquitur de ordinatione episcopi, presbyteri et diaconi sub iisdem vocibus *xaporovla* et *xaporovttv.* Can. 2, qui est contra simoniacas ordinationes, recolitur apud posteriores scriptores (cf. Cresconium, supra, in p. 640).

Concilia latina huius periodi communiter non commemorant ipsum ritum ordinationis, sive manuum impositionem, cum id non faciat ad disciplinarem scopum, sed mere loquuntur de ordinatione; cf. *Cone. Carthaginiense* a. 397, capp. 3, 4, 18, 22, 38, 39, 40, et *Cone. Toletanum* a. 400, capp. 1-2 (cit. in tom. 1, pp. 902-904). Caeterum, ratio quare hic ritus tam frequenter ab orientalibus conciliis commemoretur, est quia ipse exprimitur in graeco nomine ordinationis seu quia ab ipso ordinatio technice apud graecos denominari consuevit, quod non obtinuit in usu latino. Non tamen prorsus desunt conciliaria testimonia de ritu impositionis manus.

Cone. Hispalense II a. 619, cap. 5, reprobat sequentem peregrinam concelebrationem ordinationis: "Quinto iudicio ad agnitionem nostram Aniani Egabrensis diaconi relatu deductum est, de quibusdam ipsius ecclesiae clericis, quorum, dum unus ad presbyterium, duo ad levitarum ministerium sacrarentur, episcopus eorum, oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos tantum posuisse, et presbyter quidam illis, contra ecclesiasticum ordinem, benedictionem dedisse" *{Harduin* 3. 559). Manuum impositionem et formulam verborum hic proponuntur quoad utramque presbyteralem et diaconalem ordinationem.

Cone. Toletanum IV a. 633, cap. 28, quamvis non loquatur de ipso essentiali ritu ordinationis, sed tantum de traditione vestimentorum vel emblematum variorum ordinum, saltem ostendit nondum eo tempore extitisse ullam instrumentorum traditionem in presbyterali et diaconali ordinatione. De restitutione enim clericorum in proprium gradum decernit: "Episcopus, presbyter, aut diaconus, si a gradu suo iniuste deiectus in sancta synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario, de manu episcoporum, si episcopus est, orarium, annulum, et baculum: si

presbyter, orarium et planetam: si diaconus, orarium et albam: si subdiaconus, patenam et calicem: si et reliqui gradus ea in reparationem sui recipiant, quae cum ordinarentur perceperunt" *(Harduin* 3. 586).

Cone. Meldense a. 845, can. 44: "Ut chorepiscopus modum suum iuxta canonicam institutionem teneat . . . nec ecclesias consecret: neque ecclesiasticos, qui per impositionem manus tribuuntur, id est, non nisi usque ad subdiaconatum" *(Harduin* 4. 1491).

TRADITIO LITURGICA.

Sacramentarium Serapionis (saec. 4), quod citavimus in art. 1, tom. 1, pp. 439 sq., sub triplici titulo: *χειροθεσία καταστάσεων διακόνων, πρεσβυτερών, επισκόπου* [i.e. impositio manuum ad constituendos diacanos, presbyteros et episcopum] refert tres formulas orationis, quarum praecipua verba sunt: Quoad *diaconum:* "Constitue et hunc diaconum ecclesiae tuae catholicae et da in eo 'spiritum cognitionis ac discretionis,' ut possit inter populum sanctum pure et immaculate ministrare in hoc ministerio." Quoad *presbyterum:* "Manus extendimus, Domine . . . , super hunc hominem et oramus, ut spiritus veritatis ei adveniat; sensum ei largire et cognitionem et cor bonum; fiat in eo spiritus divinus, ut possit administrare populum tuum et dispensare verba tua divina et reconciliare populum tuum tibi Deo increato." Quoad *episcopum:* "Fac, Deus veritatis, et hunc episcopum vivum, episcopum sanctum successionis sanctorum apostolorum, et da ei gratiam et spiritum divinum, quem largitus es omnibus servis tuis genuinis et prophetis et patriarchis; fac, ut dignus sit, qui pascat gregem tuum atque immaculate et inoffense in episcopatu degat."

Constitutiones Apostolorum (circa a. 400), cit. in art. 1 et 3 (tom. 1, pp. 441-444, 867 sq.), ritum exhibitum in *Traditione Apostolica* (saec. 3; cf. supra, p. 632) magis determinant. Frequenter adhibent expressiones iam technicas, quibus ritus manuum impositionis exhibetur: *χειροτονία, επίθεσιν των χειρων, χειροτονεϊν, επιθειναι ταν χεῖραν,* facta quoque distinctione inter impositionem manuum non ordinativam seu *χειροθεσίαν* et impositionem ordinativam seu proprie *χειροτονίαν,* l. 8, c. 28, nn. 2-3: "Episcopus manus imponit, ordinat *[χειροθετεϊ,* χειροτονεϊ]. . . Presbyter manus imponit, non ordinat *[χειροθετεϊ, ου* χειροτονεϊ]Haec manuum impositio non solum exprimitur in technica voce *χειροτονεϊν,* quoad tres quidem maiores ordinationes, sed etiam veluti ad oculos exhibetur in ordinatione presbyterali et diaconali, l. 8,

c. 16, n. 2: "Cum presbyterum ordinas, episcope, manum super caput eius impone"; c. 17, n. 2: "Diaconum efficies, episcope, imponens ei manus."

Trina ordinatio dicitur constare oratione et manuum impositione, l. 8, c. 46, n. 9: "Scitis enim omnino episcopos, presbyteros et diaconos a nobis prece ac manuum impositione «at x^p^v Warn] nominatos esse."% Huius orationis formulae (extensius citatae in art. l, tom. 1, pp. 441–444) haec sunt praecipua verba: Quoad *episcopum* (l. 8, cc. 4-5): "Da . . . huic servo tuo, quem elegisti in episcopum, pascere sanctum tuum gregem et pontificem tuum agere, inculpate ministrantem nocte ac die, et placando faciem tuam congregare numerum eorum, qui salvi fiunt, ac offerre tibi dona sanctae tuae ecclesiae. Da illi . . . participationem sancti spiritus, ut habeat potestatem remittendi peccata . . . , dandi cleros [i.e. ordinandi] . ; . et solvendi omne vinculum." Quoad *presbyterum* (c. 16) : "Respice super hunc famulum tuum ... et imple illum spiritu gratiae et consilii, ut adiuvet ac gubernet populum tuum in corde mundo . . . , atque sacra, quae pro populo celebrantur, inculpate perficiat." Quoad *diaconum* (c. 17): "Ostende faciem tuam super servum tuum hunc, electum tibi in diaconatus mysterium, et imple eum spiritu et virtute . . . , et concede ei, ut ministerium sibi traditum, probe, constanter, innocue ac .inculpabiliter administret."

Praeterea, in ordinatione episcopi adnotatur circumstantia trium ministrorum (l. 8, c. 4 sq.; cf. l. 3, c. 20 et c. 47, n. 1, ubi e converso presbyter et diaconus dicuntur ordinandi ab uno tantum episcopo) et caeremonia impositionis libri evangelii super caput episcopi ordinandi. Comparando triplicem ritum cum eodem descripto in *Traditione Apostolica,* observatur hic absentia triplicis mentionis, scilicet praeviae impositionis manus per omnes episcopos praesentes, in consecratione episcopi; impositionis manuum per presbyteros praesentes, in ordina-

*** Exinde patet *Constitutiones Apost.* commemorare impositionem manuum etiam pro ordinatione episcopali, etsi eam sub silentio praetereat dum refert ipsum ritum (l. 8, c. 4), secus ac impositionem manuum in ritu presbyterali et diaconali (cc. 16 et 17). Unde inepte Hatch tale silentium invocat ad ostendendum ritum impositionis manuum non fuisse universaliter observatum: "There is the remarkable fact that the passage of the Apostolical Constitutions which describes with elaborate minuteness the other ceremonies with which a bishop was admitted to office, says nothing of this. It is mentioned that during a prayer after the election the deacons hold the open Gospels over the newly-appointed bishop's head: but of imposition of hands the passage makes no mention whatever. . . It follows from this that the rite was not universal: it is impossible that, if it was not universal, it can have been regarded as essential" *{op. cit.* [supra, in p. 630] 133 sq.). Pariter non recte scribit C. De Clercq: "Les *Constitutions apostoliques,* de même qu'un grand nombre de pontificaux manuscrits jusqu'à Durand de Mende, ne mentionnent plus l'imposition des mains. La ressemblance des textes n'est pas assez littérale pour conclure à une simple copie de rubrique. Mais si l'imposition des mains n'est pas attestée, la prière de bénédiction est toujours transcrite" *{op. cit.* [supra, in p. 611] 49). De praefatis Pontificalibus dicetur infra, p. 673 sqq.**

tione presbyteri; et rubricae prohibentis presbyteris impositionem manuum, una cum episcopo, in ordinatione diaconi.

Epitome libri 8 Constitutionum Apostolorum (i.e. compendium exaratum paulo post ipsas Constitutiones), cc. 3-8 *(Funk* 2. 77-80), eundem ritum paulo» abbreviatum refert. Tituli ante tres formulas Orationis ferunt: *χαροτονία^ ἱπισκόπου* (vel *πρεσβυτέραν* vel διακόνου) seu oratio in ordinatione (sive manuum impositione) episcopi (vel presbyteri vel diaconi).

Testamentum D.N.I.C. (circa a. 475), l. 1, cc. 20 sq., 30, 38, cit. in art. 3 (tom. 1, pp. 921-923), refert in triplici ordinatione utrumque ritum impositionis manus et formulae orationis. In ordinatione *episcopi,* fit duplex impositio manuum, altera ab omnibus episcopis praesentibus ("Episcopi super illum imponentes manus dicant: 'Imponimus manus nostras super servum Dei istum . . ."'), altera a consecratore dicente formam orationis ("Post haec unus episcopus, praeceptum habens ab episcopis reliquis, imponat super illum manus dicens invocationem ipsiusmet ordinationis"); praecipua verba huius formae sunt: "Illumina et effunde intelligentiam et gratiam Spiritus tui principalis. . . Huic servo tuo, quem elegisti ad episcopatum, ut pascat gregem tuum sanctum et summo sacerdotio fungatur sine querela, die ac nocte tibi ministrans, concede, ut appareat facies tua, eumque dignum redde, qui tibi diligenter et cum omni timore offerat oblationes ecclesiae sanctae tuae. Impertire ei, ut habeat tuum spiritum pollentem potestate ad solvenda omnia ligamina." In ordinatione *presbyteri,* fit impositio manuum tam per episcopum quam per presbyteros ("Episcopus manum imponat super caput ipsius, contingentibus et tenentibus eundem presbyteris"); praecipua verba formae sunt: "Convertere ad hunc famulum tuum, impertire et da ei spiritum gratiae, consilii et magnanimitatis, spiritum presbyteratus . . . , fideles diligentem et redarguentem ad coadiuvandum et gubernandum populum tuum." In ordinatione *diaconi,* notatur "episcopum solum [non vero presbyteros] ei manum imponere"; essentialia verba orationis sunt: "Emitte spiritum gratiae et diligentiae super famulum tuum, ut ei detur studium, quies, magnanimitas, virtus placendi tibi. . . Illumina, Domine, quem dilexisti et elegisti ad ministrandum ecclesiae tuae."

Canones Hippolyti (circa a. 500), cit. in art. 3 (tom. 1, pp. 925 sq.), pariter exhibent, ad trinam ordinationem, manuum impositionem et formulam orationis: "Deinde eligatur unus ex episcopis et presbyteris, qui manum capiti eius [i.e. consecrandi episcopi] imponat et oret, dicens. . . Si autem ordinatur presbyter, omnia cum eo similiter

agantur ac cum episcopo. . . Si ordinatur diaconus, . . . episcopus ... manum imponat ei et hanc orationem dicat super eum. . ." Praecipua verba huiusmodi orationis sunt: Quoad *episcopum:* "Respice super N. servum tuum, tribuens virtutem tuam et spiritum efficacem. . . Accipe orationes eius et oblationes eius quas tibi offeret die noctuque. . . Tribue etiam illi, o Domine, episcopatum et spiritum clementem et potestatem ad redimenda peccata, et tribue illi facultatem ad dissolvenda omnia vincula iniquitatis daemonum et ad sanandos omnes morbos." Quoad *presbyterum,* nulla peculiaris exhibetur oratio, imo expresse praecipitur ut "eadem oratio super eo oretur tota ut super episcopo, cum sola exceptione nominis episcopatus" (i.e. substituendo nomen presbyteratus pro episcopatu in inciso: "Tribue illi episcopatum"), quae quidem notabilis discrepantia ab aliis duobus documentis, ex eodem fonte *Traditionis Apostolicae* derivatis, scilicet *Constit. Apost.* et *Testamento D.N.I.C.,* fortasse explicanda est ex falsa interpretatione rubricae illius fontis, ut dictum est in art. 3 (tom. 1, p. 926). Quoad *diaconum:* "Rogamus te enixe ut effundas Spiritum tuum sanctum super servum tuum N. . . . , utque illi concedas vim vincendi omnem potestatem dolosi signo crucis tuae quo ipse signatur, utque concedas mores sine peccato coram omnibus hominibus, doctrinamque pro multis, qua gentem copiosam in ecclesia sacra ad salutem perducat sine ullo scandalo. Accipe omne servitium eius."

In his Canonibus omittitur, sicut in *Constit. Apost.,* mentio impositionis manuum per alios episcopos in prima ordinatione, vel per presbyteros in altera, necnon rubrica prohibens presbyteris impositionem manuum in tertia sive diaconali ordinatione.

Statuta Ecclesiae antiqua (circa a. 500), referentia occidentalem ac gallicanam praxim, in tribus canonibus (cann. 90-92) exhibent breviter ritum ordinationis, consistentem in manuum impositione et benedictione; praeterea cum *Traditione Apostolica* concordant in tribus illis quibus, ut dictum est supra (p. 648), *Constit. Apost.* ab eodem originali ac probabiliter latino fonte discrepant; conveniunt vero cum *Constit. Apost.* in caeremonia impositionis libri evangeliorum super caput consecrandi episcopi. "Episcopus cum ordinatur, duo episcopi exponant et teneant Evangeliorum codicem super caput eius; et uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. Presbyter cum ordinatur, episcopo benedicente et manus super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri qui praesentes sunt, manus suas iuxta manus episcopi super caput illius teneant. Diaconus cum ordinatur, solus

episcopus qui eum benedicit, manus suas super caput eius ponat: quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur" *(ML* 56. 887 sq.).

Liturgia Romana,

Haec, in sua puriori forma seu gallicanis elementis nondum adulterata, continetur sive in duobus Sacramentariis *Leoniano* (saec. 6)°® et *Gregoriano-Hadriano*™ (circa finem saec. 8), sive in quibusdam *Ordinibus Romanis* saec. 8-9 (in quibus tamen aliqua gallicana elementa non desunt), scilicet, iuxta enumerationem Andrieu, Ordinibus 34 (Ord. 8, apud Mabillon), 36 (Ord. 9, apud Mabillon), 39 et 40. Sacramentaria non referunt ipsum ritum ordinationis sed solas orationes ordinativas, Ordines e converso referunt solum ritum cum mera mentione orationum; talis enim fuit originalis indoles antiquiorum Sacramentariorum et Ordinum, ut illa orationes, hi vero ritus exhiberent, donec saec. 10 uterque liturgicorum librorum typus confluxerit in unicam ac commodiorem formam sic dicti Pontificalis.

Sacramentaria Leonianum et Gregoriano-Hadrianum sequentes orationes proferunt, quae subinde transmittuntur in omnibus derivatis Sacramentariis et Pontificalibus usque ad hodiernum Pontificale Romanum (citamus praecipuam tantum partem et italicis typis indigitamus verba quae, saltem hodie iuxta Constitutionem Pii XII sunt essentialia atque ipsas ordinationum formas constituunt).

In consecratione *episcopi* (Oratio "Deus honorum omnium"): "Et idcirco huic famulo tuo quem ad summi sacerdotii ministerium elegisti, hanc quaesumus domine gratiam largiaris: Ut quidquid illa velamina [i.e. sacerdotii levitici], in fulgore auri, in nitore gemmarum, in

HRefertur in *ML* 55. 21-156, ex editione Ballerini a. 1756; critice editum est a C. Feltoe, *Sacramentarium Leonianum,* Cambridge 1896; recentius vero et accuratius a L. C. Mohlberg, *Sacramentarium Veronense,* Roma 1956.

Forma istius Sacramentarii, prout suscepta est in Gallia et appendice Alcuini aucta, nondum tamen additionibus in ipso textu adulterata, critice edita est a H. A. Wilson, *The Gregorian Sacramentary,* London 1915; pura vero forma Hadriana, absque Alcuini appendice, critice edita est a H. Lietzmann, *Das Sacramentarium Gregorianum nach dem Aachener Urexemplar* ("Liturgiegeschichtliche Quellen," 3), Münster i. W. 1921. Ipsum autem primitivum Sacramentarium Gregorianum, critice editum, ex codice Paduensi D. 47, a K. Mohlberg et A. Baumstark, *Die älteste erreichbare Gestalt des Liber Sacramentorum anni circuli der römischen Kirche (Cod. Pad. D47, fol. 11-100r)* ("Liturgiegeschichtliche Quellen," 11-12), Münster i. W. 1927, nihil refert de ordinationibus; ceterum, nihil probat praefatum codicem continere totum primitivum Sacramentarium Gregorianum atque verisimile est hoc etiam tulisse sectionem de ordinatione et hanc concordasse cum Sacramentario Leoniano, ipso antiquiore. Primitivum autem, vel saltem pure romanum *Sacramentarium Gelasianum* (cuius existcntia ab eruditis hodie communiter admittitur) nondum ex ullo codice noscitur nec adhuc ex elementis Sacramentariorum Gelasianorum subinde in usu gallicano adhibitorum, de quibus infra, ab eruditis reconstrui potuit; sed pariter arbitrari licet ipsum ab aliis duobus romanis sacramentariis in re nostra non discrepasse.

multimodi operis varietate signabant, hoc in eius moribus actibusque clarescat. *Comple in sacerdote tuo mysterii* [alias: ministerii] *tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructum, caelestis unguenti flore sanctifica.* Hoc domine copiose in eius caput influat.® ' Hoc in oris subiecta decurrat. Hoc in totius corporis extrema descendat, ut tui spiritus virtus et interiora eius repleat: Et exteriora circumtegat: Abundet in eo constantia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis, tribuas ei cathedram episcopalem ad regendam ecclesiam tuam et plebem universam."[09] In ordinatione *presbyteri* (Oratio "Domine sancte . . . honorum auctor"): *'Da quaesumus pater in hunc famulum tuum presbyterii dignitatem, innova in visceribus eius spiritum sanctitatis, acceptum a te deus secundi meriti munus obtineat, censuramque morum exemplo suae conversationis insinuet"* In ordinatione *diaconi* (Oratio "Adesto, quaesumus"): *'Emitte in eum domine quaesumus spiritum sanctum, quo in opere ministerii fideliter exsequendi, septiformis gratiae munere roboretur.'*[1]

Ordo 34 (iuxta Andrieu; 8 iuxta Mabillon), circa a. 750, sic exhibet ritum trium ordinationum: "Et si ad diaconatus ordinem voluerit eum provocare, dum introitus missae initiatur, ipse subdiaconus, indutus tunicam albam et tenens orarium suum in manu, stat ante rugas altaris. . . Deinde exuitur ipse subdiaconus planeta a diacono. Et episcopus dat orationem hanc: 'Oremus, dilectissimi [Subinde] dat ei orationem consecrationis. . . Si vero voluerit eum consecrare presbyterum, tenens eum archidiaconus ducit foras rugas altaris, exuit eum dalmatica et sic eum induit planeta et ducit iterum ad episcopum. Et tunc alia illi dante orationem, consecrat illum presbyterum. . . Dumque [consecrandus ad episcopatum] introductus fuerit vocat eum domnus apostolicus sic: 'Clerus et plebs consentiens civitatis talis, cum adiacentibus parrochiis suis, elegerunt sibi Illum

" Hic non improbabiliter significatur ritus unctionis capitis, qui in posterioribus Sacramentariis explicite proponitur (cf. infra, pp. 675-679).

[09] In ordinatione *Romani Pontificis* mutabantur pauca verba post "Et idcirco" ad significandum supremum pontificatum. Ad calcem enim Sacramentarii (ed. Wilson, mox referenda, p. 143) haec ponitur oratio: "Oratio ad Pontificem ordinandum. Quae addi debeat in consecratione cuius initium est. 'Deus honorum omnium *ad locum* [i.e. ut in consecratione episcopi], et idcirco huic famulo tuo quem apostolicae sedis praesulem et primatum omnium, qui in orbe terrarum sunt sacerdotum, ac universalis ecclesiae tuae doctorem dedisti, et ad summi sacerdotii ministerium elegisti, hanc quaesumus domine gratiam largiaris, tribuas ei cathedram pontificalem, ad regendam ecclesiam tuam et plebem universam, per dominum.' "

[1] Apud H. A. Wilson, *The Gregorian Sacramentary* (London 1915) 5-8. Cf. Mohlberg, *op. cit.* 118-122, et *ML* 55. 113-116, ubi eadem forma Sacramentarii Leoniani refertur. Quoad comparationem illius formae in tribus Sacramentariis Leoniano, Gregoriano et Gelasiano, confer M. Andrieu, *Les Ordines Romani du haut moyen âge,* III: *Les textes (suite)* ("Spicilegium sacrum lovaniense," fasc. 24, Louvain 1951) 557-559, 569, 584.

talem, diaconum, vel presbyterum, episcopum consecrari. Oremus itaque pro eodem viro, ut Deus et dominus noster Iesus Christus tribuat ei cathedram episcopalem ad regendam ecclesiam suam et plebem universam'. . . Completa vero laetania, surgent et tunc benedicet eum. Benedictione expleta, dat osculum domnus apostolicus."[2]

In tribus ordinationibus oratio indicatur ("Dat ei orationem consecrationis," "Consecrat illum," "Benedicet eum") sed non citatur, eo quod supponatur usus Sacramentarii Gregoriani, in quo formulae et orationes referuntur; ipsa impositio manuum non signate sed tantum implicite indicatur in ipso nomine consecrationis vel benedictionis, quo ipsa una cum oratione, tanquam unicus ritus, significari solebat (cf. Leonem I, Ioannem Diaconum et Hormisdam, cit. in pp. 638 sq).[3]

Ordo 36 (iuxta Andrieu; 9 iuxta Mabillon), circa a. 897, easdem tres ordinationes sic describit: "Diaconi... atque presbiteri numquam nisi in publica ordinatione [ordinantur]. . . Stant parati singulorum ministri cum indumenta, donec archidiaconus veniat et singulis singula sua manu tribuat. Post haec autem descendit archidiaconus, innuente pontifice, et dat uni ex ipsis manum; ceteri vero sequuntur eum et ascendunt ad altare et prosternit se pontifex cum ipsis in orationem, clero intérim canente laetaniam. Surgentes autem ab oratione, stat pontifex in sede sua, singillatim imponens manus capitibus eorum et benedicet eos. Accedens autem archidiaconus tollit orarios de confessione, qui de esterna die repositi sunt ibi, imponet super eos. Et pontifex induit eos planetis et stant induti diaconilia indumenta. Tolluntur qui diacones esse debent de medio eorum et complentur benedictiones eorum qui presbiteri ordinantur. . . Episcopi autem omni tempore benedicuntur. Nunc vero mos est ut nocturno tempore benedicentur. . . [Consecrandus] advocatur in basilicam, presbiter a dextris eius et diaconus a sinistris. Ipse vero, inclinato capite in medio eorum, incedit usque dum veniat ante altare. Tunc exuitur casula et induit eum pontifex planeta et legit brevem in hunc modum continentem: 'Cives,' inquit, 'nostri elegerunt sibi illum pastorem. Oremus itaque pro hoc viro, ut Deus omnipotens infundat in eo gratiam spiritus sui et dignus habeatur ad cathedram episcopatus regendam.' Et respondetur ab scola: 'Christe, audi nos.' Et canunt laetaniam. Et tunc accedit propius ad altare, subnixo capite. Pontifex vero ponet manum super caput eius et dicit unam orationem in modum collectae, alteram eo modulamine quo solet contestata [i.e. praefatio] cantari. Et sedet

[2] Apud Andrieu, *ibid.* 604-613. Item in *ML* 78. 1001 sq.
[3] Cf. Andrieu, *ibid.* 5S9, S69, 583 sq.

pontifex in sella sua. Ipse vero osculatur pedem eius et suscipitur ad pacem et sic consummatur consecratio illius. Et ipso die, ubicumque apostolicus missam celebrat, de manu eius communionem accipiat."[4]

In singulis ordinationibus tum manuum impositio, tum oratio ordinativa (sub nomine benedictionis vel Contestatae sive praefationis) indicatur.

Ordo 39 (iuxta Andrieu), circa finem saec. 8, primo editus a Duchesne et nunc critice ab Andrieu, ex manuscripto abbatiae S. Amandi, refert solas ordinationes diaconi et presbyteri, exhibens orationem ordinativam ac tacens de manuum impositione: "Stant aelecti in presbyterio, induti dalmáticas et campages in pedibus. Et vocat pontifex vocae magna unumquemque per nomina ipsorum ad sedem et dicit: 'Talis presbiter, regionis tertiae, titulo tale, Ille.' Et descendat diaconus et ducit unumquemque ad sedem pontificis et statuit eos ante eum, sicut vocati sunt ab ipso, vestiti omnes dalmáticas et campages, stantes inclinato capite. Et dat pontifex orationem sicut continet in Sacramentorum. Ipsa expleta, descendunt ipsi qui presbiteri futuri sunt ante altare et diaconi qui ordinati sunt stant ad latus pontificis, iuxta sedem. Et archidiaconus induit orarios et planitas ad presbíteros, stans ante altare, et iterum ducit eos ante pontificem et accipiunt orationem presbyterii ab ipso."[5]

Ordo 40 A (iuxta Andrieu), probabiliter saec. 6,[6] editus a Menard et nunc critice ab Andrieu, exhibens episcopalem consecrationem R. Pontificis, refert orationem consecrativam et impositionem libri evangeliorum super caput consecrandi, tacens de impositione manuum: "Psallent secundum consuetudinem. Procedit electus de secretario cum cereostatis septem et venit ad confessionem. Et post laetaniam ascendunt ad sedem simul episcopi et presbiteri. Tunc episcopus Albanensis dat orationem primam. Deinde episcopus Portuensis dat orati-

[4] Apud Andrieu, *ibid.* IV (Louvain 1956) 195-202. Textus Mabuxon reproducitur in *ML* 78. 1003-1006.

[5] Apud Andrieu, *ibid.* 284 sq. Item apud L. Duchesne, *Origines du culte chrétien* (éd. 5, Paris 1909) 482 sq. Hic Ordo est pars cuiusdam collectionis Ordinum quam Duchesne edidit sub nomine "Les Ordines Romains du manuscrit de Saint-Amand" *(ibid.* 461 sqq.). Contra ipsum Duchesne, quidam, ut Bishop et recenter Andrieu, putant hos Ordines non esse stricte romanos, sed quandam ingeniosam romanam imitationem, elaboratam ab auctore gallicano. Cf. Andrieu, *ibid.* 273 et II 137 sq.

[6] Refertur iam in celebri *Labro diurno romanorum pontificum,* seu in quadam collectione regularum, exhibente consuetudines Curiae Romanae (saec. 6-8), exarata probabiliter circa a. 800. Hic liber primo editus est a J. Garnier a. 1680 cuius textus reproducitur in *ML* 105. 9 sqq. (nostra pericope continetur in c. 2, tit. 8, *ibid.* 38 sq.), subinde a Mabillon a. 1687, De Roziére a. 1869, Sickel a. 1889. De aetate dissentiunt eruditi, facile tamen conceditur librum exaratum esse inter initium saec. 7 et initium saec. 9. Cf. E. Dekers, *Sacris erudiri,* III: *Clavis Patrum Latinorum* (Steenbrugis 1951) 269; H. Leclercq, "Liber diurnus," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* IX-1 (Paris 1930) 243-344; Andrieu, *ibid.* IV 290, 294.

onem secundam? Postmodum adducuntur evangelia et aperiuntur et tenentur super caput electi a diaconibus. Tunc episcopus Ostensis consecrat eum pontificem. Post hoc archidiaconus mittit ei pallium. Deinde ascendit ad sedem et dat pacem omnibus sacerdotibus et dicit 'Gloria in excelsis Deo? ''%b18

Ordo 40 B (iuxta Andrieu), forte circa initium saec. 9, editus critice ab Andrieu, qui est quaedam nova editio sive ampliatio Ordinis praecedentis, transmissa in Pontificali Romano-Germanico, addit initium trium suprarelatarum orationum ("Adesto supplicationibus nostris," "Propitiare, domine, supplicationibus nostris," "Deus honorum omnium," quae ultima est oratio consecrativa, prolata ab episcopo Ostiense), mutuatum ab ipso Sacramentario Gregoriano.61"

Liturgia gallicana, vel potius romano-gallicana,

Haec, quod attinet ad praesentem aetatem (i.e. usque ad saec. 10 exclusive) et ad praesentem materiam de ordinatione, continetur in pluribus libris liturgicis, qui praefata romana Sacramentaria, iampridem in Galliam introducta, non paucis gallicanis elementis amplificarunt atque adulterarunt, scilicet praecipue: in *Missali Francorum* (circa finem saec. 7 et initium saec. 8), quod sicut duo alia gallicana Missalia eiusdem aetatis, Bobbiense nempe et Gallicanum Vetus, simul coacervat elementa gallicana cum elementis trium romanorum Sacramentariorum Leoniani, Gelasiani et Gregoriani7; in *Sacramentario Gelasiano* antiquiori (circa initium saec. 8), quod ipsum romanum Gelasianum (nondum ab eruditis ex ullo codice notum nec reconstructum) gallicanis additionibus onerat8; in sic dicto *Sacramentario Gelasiano saec, 8* (circa medium saec. 8), quod est quaedam copulatio utriusque Sacramentarli Gelasiani et Gregoriani, et nominatim in quatuor ex pluribus codicibus in quibus ipsum continetur, scilicet codice *B. N. lat,* 12048 seu Sacramentario Gellonense, circa a. 780, codice *B. N. lat,* 816 seu Sacramentario Angouleme, circa finem saec. 8, codice Phillips 1667 (in bibliotheca Berolini) seu Sacramentario Phillips, circa finem saec. 8, et codice Rhemensi

Apud Andrieu, *ibid.* IV 297. Textus Menardi reproducitur in *ML* 78. SOS.
Apud Andrieu, *ibid.* 307 sq.
'*Missale Francorum* primo editum est a Thomasio a. 1680 ex ms. codice *Vat. Reg. lat.* 2S7, subinde reproductum a Mabillon a. 1685, ex cuius opere transiit in patrologiam mignianam, *ML* 72. 317-338, tandem critice editum a L. C. Mohlberg, Romae 1957.
'Primo editum ab eodem Thomasio a. 1680 ex ms. codice *Vat. Reg. lat.* 316 (hodie: 316A), reproductum est a Muratori a. 1748, ex quo transivit in patrologiam mignianam, *ML 14.* 1055-1244, tandem critice editum est a H. A. Wilson, *The Gelasian Sacramentary,* Oxford 1894.

(deperdito, probabiliter combusto a. 1774) seu Sacramentarlo Rhemensi, circa finem saec. 8°; tandem in uno vel altero inter ea Sacramentaría quae ex ipso Sacramentarlo Gregoriano-Hadriano, quod Sacramentarium Gelasianum paulatim ubique supplantavit, per gallicanas additiones et amplificationes ortum habuerunt, uti Sacramentario Gregoriano codicis *B. N. lat.* 12051, alias codicis S. Eligi ex abbatia Corbeiensi, circa initium saec. 10.[10]

Comparando haec documenta cum anterioribus romanis Sacramentaras, apparet in eis additum esse, ante ipsas easdemque orationes, ipsum ritum ordinationum, desumptum ex gallicano documento *Statutorum Ecclesiae antiquorum,* et quidem in antiquioribus ex illis documentis, i.e. in *Missali Francorum* et in *Sacramentarlo Gelasiano* antiquo, illum ritum praemitti totum simul ante orationes, ad modum unius ac collectivae rubricae, in posterioribus vero, i.e. in *Sacramentarlo Gelasiano saec. 8* et *Sacramentarlo Gregoriano S. Eligi,* ritum secari in varias rubricas quae respective praeponuntur singulis orationibus ordinativis. Praeterea, in omnibus his documentis prima vice fit explícita mentio (et forte origo) novae alicuius caeremoniae, scilicet *unctionis manuum in ordinatione presbyteri et unctionis manuum ac capitis in ordinatione episcopi,* sub propria quadam oratione. In ea tamen referenda, non prorsus concordant.

In *Missali Francorum,* post orationem ordinationis presbyteri adduntur duae orationes ad ungendas manus presbyteri, ubi quidem habetur *primum certum ac liturgicum documentum de usu unctionis in ordinatione:* "Consecratio manus. Consecrentur manus istae, et sanctificentur per istam unctionem, et nostram benedictionem, ut quaecumque benedixerint benedicta sint, et quaecumque sanctificaverint sanctificentur. Per Dominum. Item alia. Unguantur manus istae de oleo sanctificato et chrismate sanctificationis: sicut unxit Samuel David in regem et prophetam, ita unguantur et consummentur in nomine Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti, facientes imaginem sanctae crucis Salvatoris Domini nostri lesu Christi, qui nos a morte redemit, et ad regna coelorum perducit. Exaudi nos, pie Pater,

***Ex quatuor his codicibus, nonnisi secundus, i.e. Sacramentarium Angoulcme, est integraliter editus (a P. Gagin); diu iam expectatur editio antiquioris omnibus ac ditioris Sacramentan! Gellonensis, necnon ipsa synthetica editio communis ipsius *Sacramentara Gelasiani saec. 8,* deducta ex comparatione omnium qui noscuntur codicum. Codex Rhemensis editus est partialiter ab H. Menardo in suis observationibus ad Sacramentarium Gregorianum, quae reproducuntur in *ML* 78. 261-582.**

"luxta hunc praecipue codicem, Sacramentarium Gregorianum edidit H. Menardus a. 1641 (erronee putans illum esse duobus fere saeculis antiquiorem, scilicet ex saec. 8), idemque reproductum est in *ML* 78. 25-240. Menardus in sua editione usus est etiam codice *B. N. lat.* 12050, alias codice Rodradi, saec. 9, et codice *B. N. lat.* 12052, alias codice Ratoldi, saec. 10.

omnipotens, aeterne Deus, et praesta quod te rogamus et oramus. Per." *(ML 72.* 323; ed. *Mohlberg* p. 10).

Sacramentarium Gelasianum antiquum refert tantum primam orationem eamque adiungit ordinationi subdiaconi, ex manifesto tamen errore compilatoris, ut patet ex *Gelasiano saec.* 8, cuius accuratior compilator eam reponit in proprio loco. Hoc Sacramentarium, in omnibus quatuor supradictis codicibus, refert *duas manuum unctiones,* alteram in ordinatione *presbyteri,* cui apponit primam ex praefatis duabus orationibus, et alteram in ordinatione *episcopi,* cui apponit secundam orationem; ex quo sequitur quod vel unctio, relata pro solo presbytero in Missali Francorum, scissa est subinde in duas unctiones, separatis pariter ab invicem duabus illis orationibus, vel altera oratio non invenitur in proprio loco in Missali Francorum sed adiungenda fuisset ordinationi episcopi, quod quidem minus probabile videtur, attento antiquiori ac originaliori charactere huius Missalis. Praeterea, in *Codice Gellonensi,* in eoque tantum, suggestive significatur etiam *tertia unctio, i.e. in capite episcopi,* quatenus oratio ordinativa abrupte scinditur post verbum "clarescat" atque per consuetam formulam concluditur, antequam reliqua pars resumatur ad modum novae orationis habentis suam pariter conclusionem, ita suggerens inter utramque partem ordinativae orationis exerceri ritum unctionis capitis, ut per explicitas rubricas significatur in posterioribus Sacramentariis et Pontificalibus; quo pacto dici potest Codex Gellonensis esse *primum testimonium huiusmodi unctionis capitis,* sicut Missale Francorum est primum testimonium unctionis manuum et unctionis simpliciter.

In *Sacramentario Gregoriano S. Eligi* utraque unctio, manuum solius presbyteri et capitis episcopi, distinctius significatur; unctio manuum presbyteri fit cum prima ex supradictis orationibus; unctio manuum episcopi (cum qua in Gelasiano saec. 8 coniungitur secunda oratio) tacetur, fortasse ob incuriam compilatoris qui post episcopi ordinationem immediate transit ad explicandas peculiaritates episcopalis ordinationis S. Pontificis; unctio capitis episcopi intra orationem ordinationis explicite notatur duplici rubrica: "Hic accipis chrisma" et "Hic fundis in caput eius" inter quas dicuntur illa essentialia verba "Comple, Domine, in sacerdote tuo mysterii tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructum coelestis unguenti flore sancti^fica" *(ML* 78. 223 sq.). Etiam in aliis duobus codicibus, quibus Menardus in sua. editione usus est, aliquae peculiaritates observantur. *Codex Rodradi* omittit consecrationem manuum ipsius presbyteri ac refert unctionem capitis episcopi cum praefata rubrica; *Codex Ratoldi* vero refert utramque unctionem et in ordinatione presbyteri addit etiam unctionem capitis: "Ungatur caput. Ungatur

caput tuum et consecretur caelesti benedictione in ordine sacerdotali, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti: amen. Pax tibi," quae quidem caeremonia est originis anglicanae, ut patet ex paulo posterioribus Pontificalibus Egberti Eboracensis, ecclesiae Rotomagensis et monasterii Gemmeticensis, quae eam referunt (cf. infra, p. 676).

Liturgia mozarabica.[11]

Liber Ordinum,[12] qui refert, quoad maiorem sui partem, ritus adhibitos in Hispania ante ipsam invasionem Arabum (a. 711-712),[13] exhibet solas ordinationes diaconi et presbyteri, tacens de consecratione episcopali.[14]

In utraque ordinatione praecedit rubrica de impositione vestimenti (stolae quoad diaconum, stolae et casulae quoad presbyterum); sequuntur tres orationes, prima introductoria sive exhortatoria ad orandum pro ordinando, secunda consecratoria seu ordinativa (in ordinatione diaconi habetur duplex huiusmodi oratio), tertia, eaque brevis, conclusiva quae vocatur "completuria"; absolvitur ritus per rubricam de traditione libri (evangelii quoad diaconum, et libri manualis, seu cuiusdam Ritualis de administratione sacramentorum quoad presbyterum) et concomitantem brevem exhortationem ad ordinandum, quae vocatur "confirmatio." In ordinatione diaconi deest explicita mentio impositionis manuum per episcopum; in ordinatione vero presbyteri illa impositio facile deducitur ex ipsa impositione manuum praesentium presbyterorum et explicite indicatur in ipsa oratione ordinativa; praeterea, eam signate indicat *Cone. hisp. II* a. 619, cap. 5 (cit. in tom. 1, p. 933).

"Exactius mostarabica (a *musta rab,* i.e. Christianus sub iugo Arabum constitutus). Férotin, *op. mox cit.* xii hanc liturgiam vocare praefert wisigothicam, utpote. sub monarchia Wisigothorum saec. 6-7 efformatam; recentius P. David, *Etudes historiques sur la Galice et le Portugal, du vi' au xii' siècle,* Lisbonne 1947, praefert simpliciorem ac veriorem appellationem liturgiae hispanicae. Haec liturgia, connexionem habens cum orientali, romana et gallicana liturgiis, sed propriis praesertim ac peculiaribus characteribus conflata, viguit in Hispaniis usque ad saec. 11, quando per romanos ritus fere universaliter supplantata est, nec nisi in ecclesia Toletana usque ad hodiernum diem perseveravit. Verisimile est in efformationem huiusmodi liturgiae potiores partes habuisse ipsum *Isidorum Hisp.* (+636), cuius ceteroquin liber *De ecclesiasticis officiis (ML* 83. 737-826) est unus ex praecipuis fontibus hispanicae liturgiae.

" Editus a M. Férotin, *Le Liber Ordinum en usage dans VEglise wisigothique el mozarabe d'Espagne du cinquième au onzième siècle* ("Monumenta Ecclesiae liturgica," ed. F. Cabrol et H. Leclercq, vol. 5), Paris 1904. Férotin hanc editionem confecit praecipue ex codice manuscripto monasterii Silos saec. 11, adhibens secundarie etiam manuscriptum codicem bibliothecae Matritensis eiusdem aetatis.

13 Cf. *ibid.* xxi.

14 Férotin, *ibid.* 60, scribit: "C'est après *VOrdinatio abbatis* que devait se trouver, dans les Pontificaux de l'Eglise gothique, le cérémonial de la consécration des évêques. Notre Liber Ordinum ne nous en a pas transmis la formule et il m'a été impossible de la découvrir dans les nombreux manuscrits mozarabes que j'ai étudiés. Il faut espérer qu'on retrouvera quelque jour *Yordo* de ce rite si important, dont nous parlent plusieurs passages de saint Isidore, et plus souvent encore les canons des conciles de Tolède, et autres textes anciens."

In ordinatione *diaconi* prima rubrica legit: "Mox venerit ut ordinetur, imponit ei episcopus orarium in sinistro humero, et sic dicit super eum has tres orationes. . ." Oratio consecrativa haec fert praecipua verba: "Deus, universitatis auctor . . . , *respice super hunc jamulum tuum Illum et adesse dignare, quem tibi et sacrosancto altario tuo suppliciter offerentes, in officium diaconi dedicavimus,* . . Tu . . . donare quae petimus: ut erectus a parvo et adlevatus in magno, mirabili dextera tua gradum ecclesiasticae dignitatis obtineat, instar illorum, quos Apostoli tui in septenario numero eligentes, pacis ac ministerii nuntios dedicaverunt." Altera rubrica post "completuriam" habet: "Qua finita, dat ei episcopus Evangelium, et dicit ei hanc confirmationem: 'Confirmatio post ordinatum diaconem. Ecce, fili, Evangelium Christi accipe, ex quo annunties bonam gratiam fideli populo: et habeto potestatem ministrandi cuncta divini ministerii ceremonia ad altare Dei. . ,"[15] *Hoc est antiquissimum documentum de traditione libri evangeliorum in hac ordinatione,* nisi dicatur haec rubrica esse addita in posteriori aetate; ceterum, propinquiora illius documenta non occurrunt nisi saec. 10 in ritu anglicano, ut dicetur infra (p. 679).[16]

In ordinatione *presbyteri* prima rubrica legit: "Quum venerit is qui ordinandus est presbyter, appenditur ei orarium super cervicem, et vestitur casulla: et, genu dextro fixo ante altare, ponunt super eum presbyteres manus, et sic ab episcopo benedicitur his tribus benedictionibus. . ." Oratio consecratoria haec habet: "Oratio ad ordinandum presbyterum. Deus, qui seniorum ordinem, qui praeessent Ecclesiae tuae in tabernaculum templi tui constituendum esse iussisti: sanctifica hunc famulum tuum *Illum,* quem presbyterii honore in ecclesia *Illa* manuum nostrarum officio consecramus. . ." Sequens "Completoria" sic se habet: *"Comple nunc, Domine, ministerii tui summam, et sacerdotem tuum ornamentis totius clarificationis instructum celestis unguenti odore sanctifica. Amen";* haec sunt ipsa verba quae in ritu romano (cf. supra, p. 651) occurrunt in ordinatione episcopi quaeque in ritu saltem hodierno constituunt ipsam essentialem formam episcopalis consecrationis; singularis prorsus immissio horum verborum in ritum ipsius presbyteralis ordinationis, fortasse explicari potest ex nota sententia Ambrosiastri, Hieronymi et Pseudo-Hieronymi quam sequitur Isidorus Hisp. aliique doctores

[15] *Ibid.* 48 sq.

[16] In Ordine exequiarum praescribitur ut liber evangeli! ponatur super pectus defuncti diaconi et episcopi, et liber Manualis super pectus defuncti presbyteri: "Deinde, si ordine fuerit sacerdotali, librum ei Manualem ponant in pectore. Si vero diaconus extitit, Evangeliorum librum" *(ibid.* 112). "Ac deinde, supra pectus eius [i.e. defuncti episcopi] evangelium plenarium [i.e. completum textum, nec tantum aliquod eius extractum sicut habebatur in Libro Comitis] ponitur" *(ibid.* 142).

mediaevales et iuxta quam presbyter vix differt ab episcopo.[17] Altera rubrica in fine ordinationis habet: "Hac explicita, dat ei manualem [librum], et dicit ei hanc confirmationem: 'Confirmatio post ordinatum presbyterum. Ecce, frater, factus es ad docendum Christi ministeria collega ordinis nostri. Habeto ergo aditum et potestatem accedere ad altare Dei..? "[18]

Liturgia graeca.

Euchologîum (ignotae originis, sed saltem huius aetatis, nam antiquissimum euchologium codicis Barberini a Goar editore dicitur exaratum saltem saec. 9, probabiliter antea) sequentem ritum refert, qui ceteroquin substantialiter immutatus usque ad hodiernum diem observatur, praecipue in praxi byzantina (cf. supra, pp. 618 sq.)?[20]

In ordinatione *diaconi*: "Pontifex impositam Ordinandi capiti dexteram habens, exclamat: '*Divina gratia, quae semper infirma curat, et ea quae desunt, adimplet, promovet N. piissimum Subdiaconum, in Diaconum: oremus pro eo, ut veniat super eum gratia sanctissimi Spiritus*'...

"Pontifex impositam tenens dexteram, precatur hoc pacto: 'Domine Deus noster, qui in praescientia tua, super destinatos ab imperscrutabili tua virtute, ut ministri fiant, et illibatis mysteriis tuis deserviant, sancti tui Spiritus copiam effundis: ipse Domine, et *hunc, quem tibi a me promoveri complacuit in Diaconi ministerium,* in omni honestate fidei sacramentum in pura conscientia tenentem, conserva: gratiam vero Stephano Protomartyri tuo in opus ministerii huius a te primum vocato concessam largire, et gradum a bonitate tua sibi praestitum, secundum beneplacitum tuum, administrare praebe: recte namque ministrantes gradum sibi bonum acquirunt, et perfectum ostende servum tuum'...

"Pontifex impositam tenens manum precatur hoc pacto: 'Deus Salvator noster, qui incorrupta tua voce, ministerii legem, Apostolis

[17] Cf. dicta superius, pp. 49-51, 55-60; item, peculiariter quoad Isidorum, J. Lécuyer, "Aux origines de la théologie thomiste de l'épiscopat," *Gregorianum XXXV* (1954) 72-74.

[18] Apud Férotin, *op. cil.* 54 sq.

[19] "Propterea, loquentes inferius de subsequenti aetate (a saec. 10 et deinceps), nihil amplius dicemus de ritu orientali. Ceterum, qui plura cupit de varietatibus iam supra sufficienter indicatis (p. 619sq.), conferat inter auctores relatos (in pp. 610-614): *Blondeel, De Clercq* 36-47, *De Meester, Studi sui sacramenti* 252-274, *Hanssens, Jugit, Michel,* "Ordre" 1257-1263, *Van Rossum* 111-127.

[20] Citabimus editionem Euchologii Graeci quae prodiit Venetiis a. 1638, prout refertur a Goar, *EixoXôyiov sive Rituale Graecorum* (Lutetiae Parisiorum: S. Piget 1647) 250 sqq. Cum eo ceteroquin concordant alia Euchologia manuscripta, uti Barberinum S. Marci, Cryptae Ferratae et Bibliothecae Regiae, quae una cum illo edidit Goar, adnotans accidentale eorum discrimen. Typis italicis notabimus verba principaliora quae essentialem formam continent vel continere videntur.

tuis sanxisti, et Protomartyrem Stephanum, eiusmodi renunciasti, primumque teipsum Diaconi opus adimplentem praedicasti, sicut in Evangelio sancto tuo scriptum est: Si quis vult in vobis prior fieri: esto minister vester. Ipse Domine, *servum tuum hunc, quem Diaconi ministerium subire voluisti, sancti et vivifici tui Spiritus adventu, omni fide et charitate, et virtute, et sanctificatione adimple.* Non enim in manuum mearum impositione, sed in abundantium miserationum tuarum visitatione, gratia te dignis exhibetur: ut et hic, omni peccato alienus factus, inculpatus tibi adstet, et sinceram promissionis tuae mercedem reportet? "[21]

In ordinatione *presbyteri:* "Pontifex dextram manum eius capiti impositam tenens, exclamat: '*Divina gratia quae semper infirma curat, et ea quae desunt adimplet, promovet N. devotissimum Diaconum in Presbyterum: oremus pro eo, ut veniat super eum sanctissimi Spiritus gratia*'...

"Iterum itaque consignans eum Pontifex, et manum impositam tenens . . . , Orationem istam secreto recitat: 'Deus principio et fine carens, omni creatura antiquior, qui Presbyteri appellatione, dignos in gradu isto veritatis tuae verbum sanctificare habitos decorasti: ipse omnium Domine, *istum quem tibi, a me promoveri complacuit, in conversatione inculpata, et fide indefidente, ingentem etiam hanc gratiam sancti tui Spiritus recipere complaceat, et perfectum servum tuum in omnibus tibi placentem, concesso sibi, a praesciente tua virtute, magno hoc Sacerdotali honore digne conversaturum renuncia*'. . .

"Pontifex . . . manum impositam tenens precatur hoc pacto: 'Deus in virtute magnus, intellectu investigabilis, et mirabilis in consiliis super filios hominum: ipse Domine, etiam et *istum quem tibi Presbyteri gradum subire complacuit, dono sancti tui Spiritus adimple,* ut inculpate sancto tuo altari assistere dignus fiat, regni tui Evangelium annunciare, veritatis tuae verbum sanctificare, dona, et hostias spirituales tibi offerre, populumque tuum per lavacrum regenerationis innovare: ut et ipse in secundo magni Dei et Salvatoris nostri lesu Christi Filii tui unigeniti adventu occurrens, rectae administrationis proprii nimirum sibi ordinis, in multitudine bonitatis tuae, mercedem accipiat.' "[22]

In ordinatione *episcopi:* "Chartophylax . . . chartam ei tradit, in qua . . . haec scripta sunt. . . : '*Divina gratia, quae semper infirma curat, et ea quae desunt adimplet, promovet N. Deo amabilem Presbyterum, Episcopum, a Deo servatae civitatis N. oremus pro eo,*

[21] *Ibid.* 250 sq.
[22] *Ibid.* 291-294.

*ut veniat super eum gratia sanctissimi Spiritus*9. . . Pontifex scripta [i.e. eam chartam] legit, audientibus adstantibus...

"Explicat autem Evangelium Pontifex, et manum etiam admoventibus aliis Pontificibus, capiti et cervicibus Ordinati imponit. Mox cruces tres in eius capite exprimens, et manum ei impositam tenens, precatur hoc pacto: 'Dominator, Domine Deus noster, qui per celeberrimum Apostolum Paulum, graduum et ordinum seriem, ad subserviendum, et ministrandum venerandis et illibatis mysteriis tuis, in sancto altari tuo, constitutis primo Apostolis, secundo Prophetis, tertio Doctoribus, sanxisti: ipse omnium Domine, *hunc etiam suffragiis electum, et Evangelicum iugum, dignitatemque Pontificalem subire dignum habitum, per meam peccatoris, et stantium ministrorum et Coepiscoporum nimirum, adventu, et virtute, et gratia Sancti tui Spiritus, corrobora;* sicut sanctos Apostolos et Prophetas corroborasti, sicut reges unxisti, sicut Pontifices sanctificasti: et *irreprehensum eius Pontificatum ostende, et omni honestate illum exornans, sanctum illum renuncia:* ut quae populi saluti expediunt postulet, et a te exaudiri dignus fiat?

"Pontifex eodem modo ordinati vertici manum tenens, hoc pacto precatur: 'Domine Deus noster, qui humana natura, deitatis tuae praesentiam nullatenus ferente, tua dispensatione Doctores simili nobiscum ratione passibiles thronum tuum obtinentes, hostiam et oblationem pro cuncto populo tuo sacrificaturos constituisti: tu Domine, etiam hunc Pontificalis gratiae dispensatorem renunciatum, tui veri Pastoris imitatorem, animam pro tuis ovibus ponentem, caecorum ducem, in tenebris lucem, insipientium praeceptorem, infantium doctorem, in mundo luminare effice: ut animas sibi creditas reparans, tribunali tuo inconfuse in praesenti vita astet, et magnam mercedem pro Evangelii tui praedicatione decertaturis, a te praeparatam reportet. Tuum enim est misereri, et salvare Deus'."[23]

Recapitulatio eorum quae ex consideratione et collatione documentorum huius aetatis (saec. 4–9) apparent.

1. Manuum impositio *constanter exhibetur* ut ritus ordinationis, saltem ubi profertur ipsa ritualis actio, nec sola oratio ordinativa, ut in antiquis Sacramentariis romanis quae solent solas orationes litúrgicas et formulas sacramentales proponere, complendas quoad actiones rituales per ea quae feruntur in Ordinibus; ceterum, si in ipsis Ordinibus, ut in Ordinibus 34, 39 et 40, manuum impositio tacetur, id fit vel brevitatis causa vel ad indicandos secundarios potius ac peculiares ritus prae principalibus ac omnibus bene notis.

Testimonia graeca, ex una parte praestant latinis, quoad numerum

[23] ***Ibid.* 302-304.**

et efficaciam, quatenus ordinationem technice nominant ab ipsa impositione manuum *(xaporovia, xuporovdv)* adeoque toties fere proferunt exercite ipsum ritum impositionis manuum quoties loquuntur de ordinatione, et ex alia parte, atque ob hanc eandem rationem, cedunt latinis, quatenus haec distinctius ac signate proponunt manuum impositionem. Ceterum, haec signata expressio occasionaliter fit etiam in textibus graecis, uti apud Basilium: "Ordinavit propriis manibus," "Per manuum impositionem habent donum spirituale," Nazianzenum: "Suffugienti manum indiciis," "Antistitem renuntiarunt, manu tamen potius, quam voluntatis affectu," Epiphanium: *^x^poe^la rov xciporovdv* [impositio manuum ad ordinandum]," Chrysostomum: "Apostolorum manus sacrum illud caput attigerunt," "Hoc enim est ordinatio, manus viri superponitur," Pseudo-Dionysium Areop.: "Sacerdos in capite habet dextram pontificis, et hoc modo consecratur," *Constit. Apost.:* "Episcopi, presbyteri et diaconi prece ac manuum impositione nominantur," "Cum presbyterum ordinas, episcope, manum super caput eius impone," *Testamentum D.N.I.C.:* "Episcopus imponat super illum manus," *Canones Hippolyti:* "Manum capiti eius imponat," et signanter *Euchologium:* "Pontifex impositam tenens dexteram, precatur . . (idem significatur in tribus ordinationibus).

2. Manuum impositio profertur pariformiter *in unaquaque ex tribus ordinationibus.* Ad hoc praecipue faciunt liturgica documenta in quibus ritus descriptio iure expectatur; nec vera exceptio habetur in *Constit. Apost.,* nam, mentio impositionis manuum in ordinatione episcopi, quae omittitur in uno loco, resumitur in alio, ut dictum est supra. In aliis documentis, seu in Patrum testimoniis, quamvis impositio manuum frequentius referatur ad ordinationem episcopalem,[24] ob ipsam frequentiorem occurrentiam sermonis de episcopis, tamen saepe presbyteralem etiam et diaconalem ordinationem respicit.

Et imprimis, haud semel Patres indistincte significant impositionem manuum convenire omni ordinationi; ita Basilius significat per impositionem manuum constitui omnes qui sunt in gradu qua voce intelligit saltem tres ordines episcopi, presbyteri et diaconi; Hieronymus de omni ordinatione clericorum ait eam consistere in imposi-

[24] **Excipe *Amalarium* qui, praemissa mentione impositionis manuum in duplici ordinatione diaconali et presbyterali, eam omittit in ordinatione episcopali, loquens diffuse de sola unctione capitis. Cuius ratio fortasse est quia ipse non considerat manuum impositionem in consecratione episcopi (cuius praxim non poterat ignorare) tanquam sacerdotaliter (vel, si placet, sacramentaliter) effectivam, iuxta ambiguam sententiam Hieronymi de non essentiali distinctione inter episcopum et presbyterum (cf. supra, p. 54); quod quidem videtur ipse Amalarius significare in verbis: "Secundum auctoritatem patrum . . . consecratio ad immolandum [i.e. ordinatio proprie sacerdotalis ac sacramentalis] facta est episcopi in ordinatione presbyteri [i.e. quando per priorem manuum impositionem ipse ordinatus fuit presbyter]."**

tione manuum et oratione; Beda significat sacros ordines conferri per manuum impositionem. Praeterea, quidam Patres, tam de presbyteratu quam de diaconatu, distincte et explicite dicunt conferri per impositionem manuum; ita Epiphanius ait presbyterum creari per manuum impositionem, Ammonius Alex, ait ordinationem diaconi fieri per precem et impositionem manuum, Pseudo-Dionysius Areop. ostendit hunc ritum in utraque ordinatione diaconi et presbyteri, Cresconius utramque ordinationem appellat manus impositionem, Isidorus Hisp. et Rabanus Maurus aiunt subdiaconos in sua ordinatione non suscipere manuum impositionem sicut sacerdotes et diaconos, Amalarius inquirit rationem quare in ordinatione prius imponantur manus super diaconos et postea iterum super presbyteros. Ipsi canones Conciliorum Ancyrani, Neocaesariensis, Antiocheni, Chalcendonensis, Hispalensis et Meldensis, ritum impositionis manuum in utraque ordinatione supponunt. Praeterea, hic ritus ostenditur in pluribus individuis casibus presbyteralis ordinationis, uti Origenis apud Eusebium, Fausti apud Basilium, Salamanis et Macedonii apud Theodoretum.

3. Manuum impositio exhibetur *ut essentialis ritus* in ordinatione. Id patet imprimis ex ipsa technica voce x«poTowa (impositio manuum), quam orientalis Traditio assumpsit ut proprium nomen ordinationis, nam propria nomina non accidentales sed essentiales rerum notas designare solent; ceterum, etiam apud Latinos aequivalenter idem nomen quandoque ordinationi tribuitur, ut cum illicita ordinatio a Cresconio vocatur "irrita manuum impositio" vel cum Gregorius M. ait in simoniacis ordinationibus "pretium de impositione manuum accipi," in quibus et similibus expressionibus manuum impositio assumitur pro ordinatione ac veluti illius distinctivum nomen. Praeterea ac signanter, id ostenditur ex eo quod manuum impositioni tribuitur ipsa propria efficacia et effectus ordinationis; Ephraem: "Sacerdos per impositionem manuum suum accipit sacerdotium"; Basilius: "Per manuum impositionem habent donum spirituale"; Epiphanius: Presbyter creatur per manuum impositionem; Chrysostomus: "Manus viri superponitur, totum vero Deus operatur"; Innocentius I: "Ab haereticis ordinati, vulneratum per illam manus impositionem habent caput"; Gregorius M.: "Spiritus S. per manuum impositionem tribuitur," quod dictum repetunt Taio, Beda et Hincmarus; Hieronymus: Episcopus simoniacus "illicito munere polluit manus"; Amalarius: Per impositionem manuum datur pars de Spiritu Dei et potestas ministerii; quod quidem exercite ac veluti ad oculos significant documenta liturgica, dum episcopus, imposita manu, adprecatur collationem gratiae et potestatis; peculiariter notabilia sunt

verba *Libri Ordinis* liturgiae mozarabicae, quae referuntur in ipsa formula ordinativa: "Quem presbyterii honore, manuum nostrarum officio consecramus."

4. Manuum impositio in quibusdam testimoniis aequivalenter dicitur esse ipsius *divinae institutionis,* quatenus nempe affirmatur ipsum Christum ordinasse apostolos per manuum impositionem. Praeter *Acta Petri* et quaedam alia apocrypha supra relata (p. 630), Chrysostomus asserit, et quidem tamquam commune dictum, ipsum Christum ordinasse lacobum per manuum impositionem ("Ipse enim [Christus] dicitur ei manum imposuisse ac ipsum ordinasse"), Ambrosiaster ait Christum per eundem ritum apostolos episcopos constituisse, idemque videtur asserere Isidorus Hisp. atque esse de mente Cyrilli Alex, et Pseudo-Dionysii Areop. (cit. in art. 2, tom. 1, p. 600 sq.). Praeterea, *Constitutiones Apost.,* antequam incipiant exponere ritum trium ordinationum consistentem in manuum impositione, eum generaliter referunt ad divinam institutionem: "Simul igitur exsistentes nos duodecim Domini apostoli hasce divinas constitutiones de omni ecclesiastico ordine vobis iniungimus" (l. 8, c. 4, n. 1, *Funk* 1. 471-473).

5. Manuum impositio non est totus essentialis ritus ordinationis, sed ei adiungitur deprecativa *forma verborum,* quae vocatur oratio apud Graecos), preces, deprecatio, invocatio, consecratio, vocis imprecatio (Hieronymus), verba mystica (Ambrosiaster, Caelestinus), benedictio (frequenter apud Latinos), "benedictio ordinationis" (Augustinus), "oratio consecrationis" (Ordo 34), *dw xuporovias* seu oratio ordinationis *{Epitome libri 8 Constit. Apost.).* In documentis liturgicis ipsa, ut par est, verbatim refertur, in aliis vero mere sub praedictis nominibus indicatur.

Ipsam pertinere ad essentiam ritus, non uno modo significatur. Imprimis, quidam Patres explicite dicunt ordinationem constare manuum impositione et oratione; ita Ambrosius: "Ordinatio quam accepisti per impositionem manuum mearum et benedictionem"; Hieronymus: "Ordinatio clericorum non solum ad imprecationem vocis sed ad impositionem impletur manus"; Ammonius Alex.: "Per preces et manuum ad verbum accedentium impositionem ordinatio datur"; Pseudo-Dionysius Areop.: "Sacerdos in capite habent dextram pontificis et hoc modo ab illo sanctis invocationibus consecratur"; *Constitutiones Apost.:* "Episcopi, presbyteri et diaconi a nobis prece ac manuum impositione nominati sunt." Praeterea, *oratio quandoque stat pro toto ritu,* tacita ipsa manuum impositione, imo ab ea

apud Latinos tota ordinatio veluti technico nomine benedictionis appellatur, quemadmodum apud Graecos vocatur *x^porovía* ab alio ritu impositionis manuum; ita Chrysostomus: "Ordinati sunt per orationem"; Ambrosiaster: "Manus impositiones verba sunt mystica"; Leo I, Hormisdas, loannes Diaconus, Cone. Hispalense, Eugenius toletanus, Braulio caesaraug., Ordo 34, ipse graecus Nyssenus: "Benedictio" seu ordinatio; Leo I: "Sacra benedictio," "Tantae benedictionis sacramentum"; Augustinus: "Benedictio ordinationis"; Hormisdas: "Benedictio per impositionem manuum"; Gregorius Turonensis: "Benedicendo consecramus"; Ordo 36: "Episcopi omni tempore benedicuntur" seu ordinantur. Tandem id ostendit ipsa intima copulatio orationis cum impositione manuum non solum in praxi liturgicorum documentorum sed etiam in directis affirmationibus Patrum; ita (praeter Ambrosium, Hieronymum, Ammonium et Pseudo-Dionysium nuper citatos) Theodoretus: "Antistes, sacerdotii donum impartiré illi cupiens, manum illi imposuit precationemque peregit"; Augustinus: "Deprecatio super capita eorum quibus manus imponitur"; Caelestinus: "Cum eius capiti verba mystica dicerentur"; *Epitome libri 8 Constit. Apost.:* "Oratio impositionis manuum X«poTonas)"; *Testamentum D.N.I.C.:* "Imponat super illum manus dicens invocationem ipsiusmet ordinationis"; *Statuta Ecclesiae antiqua:* "Episcopo benedicente et manus super caput eius tenente"; cf. praeterea quae narrantur apud Eugenium toletanum, Braulionem et Cone. Hispalense.

Comparando ad invicem varias ipsas jormulas orationum, in documentis liturgicis relatas, apparet eas ad tres typos reduci, unum scilicet antiquiorem, qui, originem ducens a *Traditione Apostolice,* retinetur in posterioribus documentis orientalibus, nimirum *Sacramentario Serapionis, Constitutionibus Apost., Testamento D.N.LC.* et *Canonibus Hippolyti?** et duos recentiores, sine dubio cum priori connexos sed in sua determinatione ac formularum expressione satis distinctos, scilicet typum latinum, romanae originis, qui coepit probabiliter elaborari tempore Leonis M., Gelasii et Gregorii M. (saec. 5-7) atque suam expressionem obtinuit in tribus Sacramentariis, eisdem Pontificibus originaliter attributis, ex quibus subinde per mediaevalia Sacramentaría et Pontificalia in hodiernum Pontificale Romanum fere immutatus transivit, et typum graecum, incertae ori-

" Valde miranda videtur, nec adhuc ab eruditis explicata, haec intima connexio et dependentia orientalium documentorum a *Traditione Apostólica,* si haec, ut communiter ab eruditis contra paucos sustinetur, est originis latinae ac romanae. Quidquid sit, certum est formulas ordinationis *Traditionis Apostólicas* paulatim obsolevisse, ac in utroque tam latino quam graeco ritu, locum cessisse aliis satis diversis quoad suam expressionem, etsi non quoad substantialem suum tenorem.

ginis ac intimius fortasse connexum cum *Sacramentaría Serapionis,* qui pariter substantialiter immutatus transivit in omnia orientalia ritualia, praesertim graeci sive byzantini ritus, usque ad hodiernum diem.

Ceterum, *substantialis sensus formularum,* in triplici praefato typo, idem est, quatenus uniformiter exprimitur collatio sive potestatis, sive gratiae, unicuique ordini propriae. Non modice autem differunt tum in modo tum in abundantia expressionis. Ita, quoad *ordinationem diaconi, Traditio Apostólica:* ministerium Ecclesiae, spiritus gratiae, sollicitudinis et industriae; *Sacr. Serapionis:* ministerium, spiritus cognitionis et discretionis; *Constituí. Apost.:* ministerium, spiritus et virtus; *Testamentum D.N.I.C.:* ministerium Ecclesiae, spiritus gratiae et diligentiae, studium, quies, magnanimitas; *Canones Hippolyti:* effusio Spiritus divini, vis vincendi potestatem diaboli, signo crucis, perductio populi ad salutem per bonos mores et doctrinam; *Sacramentaría* romana: opus ministerii, septiformis gratiae munus ad illud digne exercendum; *Liber Ordinum:* officium diaconi sive gradus ecclesiasticae dignitatis, virtutes et Spiritus S. gratia; *Euchologium:* opus ministerii, gratia, fides, charitas, virtus ad illud digne exercendum. Quoad *ordinationem presbyteri, Traditio Apost.:* gubernatio plebis, spiritus presbyterii seu gratiae et consilii; *Sacr. Serapionis:* administratio populi, dispensatio verbi, reconciliatio Deo, spiritus veritatis, sensus et cognitio, cor bonum; *Constituí. Apost.:* gubernatio Ecclesiae, confectio sacrorum pro populo, spiritus gratiae et consilii; *Testamentum D.N.I.C.:* Gubernatio populi, spiritus presbyteratus, spiritus gratiae, consilii et magnanimitatis; *Canones Hippolyti:* idem ac pro episcopo (cf. infra); *Sacramentaría* romana: dignitas presbyterii, seu secundi muneris dignitas, spiritus sanctitatis ad illud exercendum; *Liber Ordinum:* presbyterii honor, sanctificatio; *Euchologium:* dignitas sacerdotalis, assistentia altari, oblatio hostiarum, administratio evangelii et Baptismi, gratia S. Spiritus. Quoad *ordinationem episcopi, Traditio Apost.:* episcopatus sive primatus sacerdotii, oblatio eucharistica, potestas remittendi peccata, ordinandi, solvendi omnia vincula, spiritus primatus sacerdotii; *Sacr. Serapionis:* pontificatum gerere, pascere gregem, gratia et spiritus divinus; *Constit. Apost.:* pontificatum gerere, pascere gregem, ministrare, offerre eucharisticam oblationem, potestas remittendi peccata, ordinandi,[26] solvendi omnia vincula, participatio sancti Spiritus; *Testamentum D.NJ.C.:* fungi summo sacerdotio, pascere gregem, ministrare, offerre oblationem eucharisticam, solvere omnia vincula, intelligentia, gratia, spiritus principalis (seu spiritus principalitatis sive gubernationis); *Canones*

30 Haec insignis ac maxime episcopalis potestas refertur tantummodo in hoc documento et in *Traditione Apostólica.*

Hippolyti: episcopatus, oblatio orationum et donorum (eucharisticorum), potestas remittendi peccata et solvendi omnia vincula, virtus et spiritus efficax, spiritus clemens; *Sacramentaria* romana: ministerii summa, sanctificatio; *Euchologium:* dignitas pontificalis, gratia pontificalis, gratia Spiritus S., virtus.

6. In hac aetate *nondum apparet sic dicta traditio instrumentorum,* seu porrectio calicis et patenae, in ordinatione presbyteri; in ordinatione autem diaconi traditio libri evangeliorum occurrit in solo *Libro Ordinum* mozarabico (saec. 7), nisi dicatur huiusmodi singularis ritus, qui in aliis liturgiis non occurrit nisi multo posterius (saec. 10), esse posterior additio. *Occurrunt autem quaedam aliae caeremoniae,* quae tamen, non secus ac praefata traditio libri evangeliorum in ordinatione diaconi, ex ipso contextu apparent esse secundariae et accidentales.

Antiquissima est *altera manuum impositio* per praesentes aut concelebrantes episcopos in ordinatione episcopali et per praesentes presbyteros in ordinatione presbyterali. Utraque refertur iam in *Traditione Apostolica,* ac subinde in *Testamento D.N.I.C., Statutis Ecclesiae antiquis, Missali Francorum,* omittitur vero in *Constitutionibus Apostolorum, Canonibus Hippolyti, Ordinibus* 34, 36; in *Euchologio* ea manuum impositio refertur tantum in ordinatione episcopi, in *Libro Ordinum* vero in sola ordinatione presbyteri, cum de ordinatione episcopi non sit sermo.

Valde antiqua etiam est *impositio libri evangeliorum super caput episcopi ordinandi.* Prima vice apparet in *Constit. Apostolorum* (circa a. 400), in quibus dicitur facienda a diaconis (cf. in tom. 1, p. 442); est igitur quaedam additio ad ritum *Traditionis Apostolicae* ac probabiliter habet orientalem originem. Subinde refertur, iterum in Oriente, a Pseudo-Dionysio Areop. (circa a. 500), qui tamen ait eam fieri ab ipso episcopo ordinante. Circa idem tempus, apparet in Occidente, in *Statutis Ecclesiae antiquis* et paulo posterius in Ordine 40 (ex *Libro diurno),* cum eo tamen discrimine quod hic Ordo, sicut *Constit. Apostolorum,* dicit impositionem evangelii faciendam esse a diaconis, illa vero Statuta, sicut Pseudo-Dionysius, ab episcopo, imo a duobus episcopis assistentibus, quae quidem praxis, relata etiam in collectione pseudo-isidoriana, in epistola Hincmari Rhemensis, in Missali Francorum, in Sacramentario Gelasiano *(ML* 74. 1146) et in aliis posterioribus Sacramentariis et Pontificalibus, quamvis explicite impugnata fuerit ab Amalario Metensi (cf. supra, p. 643), iugiter

permansit in ritu latino, non secus ac in praxi graeca iuxta suprarelatum Euchologium.[27]

Tertia caeremonia, quae apparet saltem in ultima parte huius aetatis, est *unctio manuum* in ordinatione presbyteri et manuum ac *capitis* in ordinatione episcopi.[28] Prima certa documenta sunt saec. 7-8, et quidem in solo ritu latino, nec romano aut mozarabico, sed gallicano.

Quaedam pauca testimonia orientalia, ut Aphraates, Ephraem et praecipue Nazianzenus (cf. supra, pp. 633 sq., 635), loquuntur de unctione in consecratione episcopi; attamen, sive ipse contextus verborum sive ac praecipue posterior et immutata praxis orientalis expressa in Euchologiis, quae numquam in ordinatione unctionem adoptavit, quammaxime suadent praefata rariora testimonia intelligenda esse de unctione in mero sensu spirituali sive metaphorico, quo nempe nonnisi effectus gratiae et spiritualis potestatis significatur. Inde contraria opinio *Menardi*[29] qui defendit unctionem inde ab aetate Patrum adhibitam fuisse in ordinatione sive in Occidente sive etiam in Oriente, communiter ab eruditis derelicta est in favorem contrariae sententiae *Morini*,[3*] qui defendit eum ritum numquam in Oriente adhibitum fuisse. Nequit tamen negari verba *Nazianzeni* ("Idcirco me pontificem ungis . . . , manusque spiritui consecras . . . , ministrum efficis: dignumne vero, et vobis qui ungitis, et eo, propter quem peragitur et in quem tendit haec unctio . . .") peculiarem vim habere et aliquam manuum ritualem consecrationem vel saltem benedictionem

[27] Cf. explicitiora verba Euchologiorum Barberini et Allatiani apud Goar, *op. cit.* (supra, in p. 660) 304, 310.

"Andrieu, M., "L'onction des mains dans le sacre épiscopal," *Revue d'histoire ecclésiastique* XXVI (1930) 343-347; "Le sacre épiscopal d'après Hincmar de Reims," *ibid.* XLVIII (1953) 22-73.

Batiffol, P., "La liturgie du sacre des évêques dans son évolution historique," *Revue d'histoire ecclésiastique* XXIII (1927) 733-763.

Ellard, G., *Ordination anointings in the Western Church before 1000 AJ).*, Cambridge 1933.

Rallier, F., *De sacris electionibus et ordinationibus,* pars 2, sect. 8, c. 10, apud Migne, *Theologiae cursus completus* XXIV (Parisiis 1841) 1516-1543.

Leclercq, H., "Onction dans l'ordination," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* XII–2 (Paris 1936) 2130-2147, ubi refertur summa eorum quae habet Ellard in praefato opere; "Sacre épiscopal," *ibid.* XV-1 (1950) 286-304.

Martène, E., *De antiquis Ecclesiae ritibus,* l. 1, pars 2, c. 8, aa. 9-10 (Rotomagi 1700) 315, 318, 323.

Menardus, H., *Notae et observationes in S. Gregarii Magni Librum Sacramentorum,* in *ML 1Z.* 490 sq., 502 sq.

Morinus, I., *Commentarius de sacris Ecclesiae ordinationibus,* pars 3, exercitatio 6 (Parisiis 1655) 123-129.

Puniet, P. De, "Consécration épiscopal," *Dictionnaire d'archéologie chrétienne et de liturgie* III–2 (Paris 1914) 2597 sq.; *Le Pontifical Romain* (Louvain 1930) I 274-276.

[n] *Loc. cit.*

[*] *Op. cit.* 123-125.

indigitare. De facto, subsequens praxis Orientalium, in Euchologio consignata, loco unctionis adhibet triplicem consignationem, seu crucis signum in fronte vel in capite.

In Occidente ante saec. 7 non desunt testimonia quae, prima fronte, unctionis ritum indicare videantur. Ita *Leo M.* (t 461), *Serm.* 59.7: "Nunc etenim [i.e. in N.T.] et ordo clarior levitarum, et dignitas amplior seniorum, et sacratior est unctio sacerdotum" *(ML* 54. 341); *Gregorius M.* (+ 604), vel eius discipulus Claudius, classensis abbas, *In 1 Reg.,* l. 4, c. 5, n. I31: " 'Tulit autem Samuel lenticulam olei, et effudit super caput eius? Hoc profecto hac unctione exprimitur, quod in Sancta Ecclesia nunc etiam materialiter exhibetur: quia qui in culmine ponitur [i.e. episcopus], sacramenta suscipit unctionis. Quia vero ipsa unctio sacramentum est, is qui promovetur, bene foris ungitur, si intus virtute sacramenti roboretur" *(ML* 78. 278); *ibid.,* n. 23: "Samuel quippe Saul in principem unxit, Deus autem ei cor aliud immutavit, quia sacrorum ordinum sacramenta ab Ecclesiae doctoribus foris accipimus, sed sacramentorum virtute ab omnipotente Deo interius roboramur" *(ibid. 299). Gildas,* scriptor britannicus, Sapiens nuncupatus, *Liber querulus de excidio et conquestu Britanniae* (exaratus circa medium saec. 6),[32] pars 3, c. 21: "Recurrere tandem aliquando usque ad lectiones illas (quae ad hoc non solum ut recitentur, sed etiam astipulentur benedictioni qua initiantur sacerdotum vel ministrorum manus . . .) necessarium duximus" *(ML* 69. 388).[33]

Hinc quidam eruditi opinati sunt unctionem in ordinatione esse anteriorem saec. 7, et quidem aliqui, ut *Morinus,*[34] *Hallier,*[36] *Probst"* volunt unctionem in ordinatione episcopi fuisse iam adhibitam Romae tempore Leonis M., alii, ut *Haddan et Stubbs,*[37] *F. E. Warren,"* *W. Maskell,*[39] *L. Duchesne,*[49] volunt unctionem in ordinatione presbyteri (imo et diaconi, iuxta praefata verba Gildae) fuisse iam in usu medio saec. 6 in ecclesia celtica, adeoque ipsum ritum unctionis esse celticae originis. Contra, plures auctores recentiores, ut *De Puniet, Ellard* et

"Ut dictum est in tom. 1, p.59O, in nota, hic commentarius quoad suam substantiam iure adiudicatur ipsi Gregorio, etsi posteriori manu (probabiliter Claudii eius discipuli) fuerit castigatus.

"Plura tamen capita ex priori parte operis interpolata sunt, ita ut ipsa integra compilatio ab eruditis nunc tribuatur cuidam auctori Badonico, scribente a. 708.

" Est c. 106 in editione *Mon. Germ, hist., Auct. antiq.* XIII 82.

***" Op. cit.* (supra, in p. 669) 125-127.**

" Op. cit.* (supra, in p. 669) *1S23-1532.

***"Die ältesten römischen Sacramentarien und Ordines* (Münster 1892) 123 sq.**

***" Councils and ecclesiastical documents of Great Britain and Ireland* I (Oxford 1869) 141.**

***n The liturgy and ritual of the Celtic Church* (Oxford 1881) 70-72.**

**** Monumenta ritualia, Ecclesiae anglicanae* II (Oxford 1882) cxxii**

****° Origines du culte chrétien* (éd. 5, Paris 1909) 377, in nota, 385, in textu et in nota**

Leclercq,[1] sustinent ritum unctionis in ordinatione originem habuisse in liturgia gallicana saec. 7-8 et exinde posterius transisse in liturgiam romanam, atque praefata testimonia de unctione interpretantur in solo sensu metaphorico sive spirituali; quorum ratio est quia in ipsis documentis liturgicis nulla ante hanc aetatem illius ritus mentio invenitur. Attamen, haec metaphorica interpretatio, quod attinet praecipue verba Gregorii vel Claudii abbatis, arbitraria est; ratio quoque deducta ex silentio liturgicorum documentorum non valde solida videtur, quin potius in contrarium regeri potest, nam Ordines Romani 34 et 36 pertinent ad saec. 8 nec aliunde commemorant ipsam manuum impositionem, quae certo in usu erat, romana vero Sacramentaria in sua originaliori forma, ut constat ex Leoniano et Gregoriano-Hadriano, in oratione ordinationis episcopi loquuntur de unguento, defluente in eius caput ac in totius corporis extrema descendente; nec obstat quod ipse ritus unctionis ibi non significetur, sicut in posterioribus Sacramentariis et Pontificalibus, nam omnes norunt priora Sacramentaria solas formulas orationum, non vero ritus, exhibuisse.

Quidquid sit de hac disputata quaestione, certa ac directa documenta, eaque liturgica, illius ritus, primo apparent inde a fine circiter saec. 7 in liturgia gallicana. Primum documentum est suprarelatum *Missale Francorum,* quod duas refert orationes in unctionem manuum presbyterorum. Secundum documentum circa medium saec. 8 est *Sacramentarium Gelasianum saec. 8,* quod, ut dictum est supra, testatur etiam unctionem capitis necnon manuum in ordinatione episcopi, etsi nondum referat ipsam rubricam de ungendo capite. Tertium documentum est *Sacramentarium Gregorianum S. Eligi,* in quo ipsa haec rubrica apponitur. Aliqui etiam scriptores saec. 8-9 eundem unctionis ritum explicite testantur. Circa finem saec. 8, Theodulphus Aurelianensis (+821), *Capitula ad presbyteros parochiae suae,* c. 1 (a. 797), presbyteralem unctionem significat, scribens: "Oportet vos semper memores esse tantae dignitatis, memores vestrae consecrationis, memores sacrae quam in manibus suscepistis unctionis, ut nec ab eadem dignitate degeneretis, nec vestram consecrationem irritam faciatis, nec manus sacro unguine delibutas peccando polluatis" *(ML* 105. 192 sq.). Saec. 9, Amalarius Metensis in suo *Libro Officiali* (a. 823—835) refert utramque manuum presbyteri et capitis episcopi unctionem (cf. supra, p. 642),[42] eiusque symbolicam vim quammaxime extollit, fortasse ex propositio reagendi contra usum

[1] *Loc. dt.* (supra, in p. 669).

[42] Tacet tamen de unctione manuum in ordinatione episcopi, fortasse ob eandem rationem quare tacuit etiam de ipsa manuum impositione (cf. supra, p. 663, in nota).

Gregoriani Sacramentarii, iampridem impositum a Carolo Magno, atque redintegrandi typicos gallicanos ritus, inter quos huiusmodi unctio inveniebatur. Auctores pseudo-isidorianae collectionis decretalium, circa medium saec. 9 confectae, eandem praxim unctionis capitis in ordinatione episcopi testantur: *Epist. Pseudo-Clementis* de officio sacerdotii et clericorum: "Omnis . . . pontifex sacro chrismate perunctus, et in civitate constitutus, Scripturis sacris conditus, charus et pretiosus hominibus oppido esse debet" *(ML* 130. 45); *Epist. Pseudo-Anacleti:* "Sacra unctione capita eorum ungentes" (cf. supra, p. 643). Hincmarus Rhemensis circa idem tempus eandem praxim testatur. Ceterum, episcopalem unctionem nondum fuisse in communi usu in ipsis gallicanis ecclesiis ostendit G. Ellard,[43] exhibitis octo Ritualibus manuscriptis (a. 850-900), quorum tria nullam indicant unctionem, quatuor solam unctionem capitis, unum solam unctionem manuum.

In ipsa autem ecclesia romana unctio manuum in presbyterali ordinatione nondum apparet, ut manifeste patet ex sequenti responsione *Nicolai I* (t 867), *Epist.* ad Rodulphum archiep. bituricensem in Gallia: "Praeterea sciscitaris, utrum solis presbyteris an et diaconibus debeant, cum ordinantur, manus chrismatis liquore perungi. Quod in sancta hac Romana, cui Deo auctore deservimus, Ecclesia, neutris agitur. Sed et quia sit a novae legis ministris actum, nusquam, nisi nos fallat oblivio, legimus" *(ML* 119. 884).[44] Haec ultima verba videntur excludere etiam unctionem in episcopali consecratione (etsi possint cum Morino explicari in contrarium sensum exclusionis solius presbyteralis et diaconalis unctionis), quo confirmaretur opinio eorum qui negant hanc fuisse adhibitam in ecclesia romana tempore Leonis M. et Gregorii M. (cf. supra, p. 670); ceterum Papa id asserit veluti dubitanter ac sub beneficio melioris informationis et aliunde ostendit se ignorare satis communem, utut recentem, praxim ecclesiae gallicanae. Quidquid sit, sive presbyteralis sive episcopalis unctio nonnisi saec. 10-12 certo apparet in ritu romano per influxum ipsius ritus gallicani, ope sic dicti Pontificalis Romano-Germanici.[46]

[43] *Op. cit.* (supra, in p. 669) 56-59.

[44] Exinde argui potest peregrinam caeremoniam unctionis manuum in ipsa ordinatione diaconi, quae aliquando adhibita est in ritu anglicano, ut constat tum ex supradicto testimonio Gildae, tum ex posterioribus Pontificalibus Egberti Eboracensis, Gemmeticensi, Beccensi et Rotomagensi (cf. infra, p. 676), coepisse a quibusdam introduci etiam in Gallia, etsi ulteriorem fortunam non habuerit. Idipsum dici potest quoad unctionem capitis in ordinatione presbyteri, in iisdem anglicanis Pontificalibus necnon in ipso gallicano Codice Ratoldi relatam (cf. supra, p. 657, et infra, p. 676).

[46] Cf. M. Andrieu, "L'onction des mains dans le sacre épiscopal," *Revue d'histoire ecclésiastique* XXVI (1930) 345-347.

A SAEC. X INEUNTE AD SAEC. XIII-XVI, *seu usque ad Pontificale Guilelmi Durandi (saec. 13) eiusque incorporationem in officiale Pontificale Romanum hodiernum (saec. 16).*[49]

Inde saltem ab initio saec. 10, sub influxu praecipue liturgiae gallicanae, incipiunt efformari sic dicta Pontificalia, in quibus nempe funduntur in imum duo typi liturgicorum librorum, eousque usitati, scilicet Sacramentaría, exhibentia praecipue formulas orationum, et Ordines, exhibentes correspondentes caeremonias. Ceterum, haec mutua compenetrado duorum illorum typorum iam coeperat in praecedenti aetate, ut patet praecipue ex Sacramentariis romano-gallicanis, nec nisi pedetemptim assumpsit completam ac proprie dictam formam libri Pontificalis, qualis invenitur in Pontificali Romano-Germanico saec. 10, in Pontificali Romano saec. 12 et in Pontificali Guilelmi Durandi saec. 13, ex quo processit hodiernum ipsum Pontificale Romanum; unde inferiores formae Sacramentariorum et Ordinum, magis ac magis quidem pontificalizantes, pari passu adhuc procedunt in hac aetate cum ipsis proprie dictis Pontificalibus, ut maxime patet de sic dicto Ordine Romano antiquo (edito sub hoc titulo ab Hittorp a. 1568 et a. 1610), exarato saec. 10, qui est veluti pons inter Ordines et Pontificalia, continens substantiam ipsius Pontificalis Romano-Germanici, exarati circa medietatem eiusdem saeculi.

Ad rem nostram faciunt plura ex documentis editis a Morino, Mabillon, Marténe et Andrieu. Morinus edidit 17 documenta latina, exarata inter saec. 9 et 14, quorum quaedam, uti Codices Rhemensem, S. Eligii, Rodradi et Ratoldi, dedimus supra, utpote referentia potius praxim saec. 9. Mabillon edidit 15 Ordines Romanos, exaratos inter saec. 8 et 15, quorum quatuor exhibent ordinationes, scilicet 8 et 9, qui pertinent ad praecedentem aetatem (cf. supra, p. 652), et 13 et 14, qui pertinent respective ad saec. 13 et 14 quique sunt minoris momenti (prior agit de presbyterali et episcopali ordinatione electi R. Pontificis, alter de diaconali ordinatione electi ad cardinalatum; cf. *ML* 78. 1107-1109, 1233 sq.). Marténe edidit 23 documenta (Sacramentalia, Ordines, Pontificalia), quae Ordines appellat, exarata in eadem fere periodo saec. 9-14, quorum duo pertinent ad praecedentem aetatem (i.e. Ordines 1 et 9, qui correspondent Ordinibus 34 et 36 in enumeratione Andrieu; cf. supra, p. 652 sq.), quinque vero postremi referunt praxim orientalem, cuius praecipuum exemplar est graecum Euchologium supra relatum (p. 660sq.), ceteri ad rem nostram faciunt. Andrieu in sua nova collectione Ordinum Romano-

*** Hoc Pontificale (tanquam officiale et toti Ecclesiae ritus romani impositum) primo edidit Clemens VIII a. 1596, subinde Urbanus VIII a. 1644, tandem Benedictus XIV a. 1752, cuius textum reproduxit Leo XIII a. 1888.**

rum, complectente 50 Ordines ex saec. 8-10, simul congregat eos qui ad ordinationem referuntur (Ordines 34-40). Praeterea, idem eruditus edidit tria Pontificalia, ex Romano-Germanico[47] subinde originata, scilicet Pontificale Romanum saec. 12, Pontificale Romanum saec. 13, quod appellat Pontificale Curiae Romanae, et Pontificale Guilelmi Durandi (circa finem saec. 13), immediatum patrem hodierni Pontificalis Romani.[48]

Frustraneum esset singulorum horum documentorum ritum etiam summatim referre, cum inde ab ipso fere initio saec. 10 omnia exhibeant idem essentiale schema, quod ab uno in aliud Pontificale veluti mechanice transmittitur, cum minori vel maiori quidem amplitudine expressionis, sive in rubricis, sive in caeremoniis, sive in orationibus. Huius generalis schematis rubricae sunt eaedem quae afferuntur in *Statutis Ecclesiae antiquis* (cf. supra, p. 650); caeremoniae vero eaedem quas notavimus in praecedenti aetate, scilicet impositio manuum in tribus ordinationibus, altera impositio manuum (respective per praesentes episcopos vel presbyteros) in ordinatione episcopali vel presbyterali, impositio libri evangeliorum super caput episcopi, unctio manuum presbyteri et manuum atque capitis episcopi; principales tandem orationes (et imprimis benedictio ipsa ordinativa) sunt prorsus eaedem quae, ex romanis Sacramentariis deductae (cf. supra, p. 651), fideliter transmissae sunt in posterioribus libris liturgicis praecedentis aetatis. *Unica, et in theologica nostra quaestione maximi momenti, differentia, est additio illius caeremoniae {cum correspondente rubrica et oratione') quae traditio instrumentorum dici solet,* scilicet porrectionis calicis et patenae in ordinatione presbyteri et libri evangeliorum in ordinatione diaconi, quae praecise inde a saec. 10 fieri coepit ac tantopere divulgata ac firmata est ut iam inde a saec. 13 a pluribus maioribusque theologis tamquam essentialem materiam sacramenti Ordinis haberetur, necnon *accessio alterius ritus ultimae impositionis manuum* in ordinatione presbyteri, ad significandam potestatem peccatorum remissivam, quae, quamvis multo recentior, non parvum tamen influxum habuit in posteriorum theologorum opiniones de essentia istius sacramenti.

4TSub hoc nomine, ab ipso Andrieu excogitato et ab aliis hodie satis communiter adhibito, venit una ex prioribus compilationibus, quae nomen Pontificalis merentur, exarata probabiliter Moguntiae circa a. 950 ac subinde tam late diffusa ut, romanam ipsam ecclesiam appetiens, ibi stabiliter consederit ac Romano Pontificai originem dederit. Illius Pontificalis completa editio nondum prodiit. Plures eius partes retulit Hittorp in sua editione Ordinis Romani antiqui. Praeterea, Andrieu in sua editione Pontificalis Romani saec. 12, typis parvioribus distinguit partes in quibus hoc Pontificale convenit cum Pontificali Germanico.

4,M. Andrieu, *Le Pontifical Romain au moyen âge,* I: *Le Pontifical Romain du xü' siècle.* Città del Vaticano 1938; II: *Le Pontifical de la Curie Romaine,* 1940; III: *Le Pontifical de Guillaume Durand,* 1940; TV: *Tables alphabétiques,* 1941.

Quapropter ad scopum nostrum satis erit breviter indicare in documentis huius aetatis fatum quatuor praecipuarum caeremoniarum, quae in nostram theologicam quaestionem influxum habuerunt, scilicet tum duorum antiquiorum rituum primae impositionis manuum et unctionis, tum geminarum ac praecipuarum posteriorum additionum traditionis instrumentorum in utraque ordinatione diaconi et presbyteri et ultimae impositionis manuum in ordinatione presbyteri, quibus verbum addemus de formula "Accipe Spiritum S." in ordinatione tum diaconi tum episcopi (nam etiam haec formula a quibusdam theologis considerata fuit ut essentialis ordinationi).

1. *QUOAD IPSAM PRIMAM MANUUM IMPOSITIONEM,* nulla fere notabilis differentia observatur. Ipsa geminata manuum impositio ex parte praesentium episcoporum vel presbyterorum in ordinatione episcopali vel presbyterali, de cuius observantia notabatur aliquod discrimen inter documenta priorum saltem saeculorum (cf. supra, p. 668), concorditer adhibetur. Pariter, trina ordinativa oratio ("Deus honorum omnium," "Domine sancte honorum auctor," "Adesto, quaesumus") eadem est in omnibus documentis. Hoc peculiare observatur in anglicanis Pontificalibus Egberti Eboracensis saec. 10,[49] Gemmeticensi saec. 10, Beccensi saec. 13 (apud Martene, Ordines 2, 3, 11) et Rotomagensi saec. 10 (apud Morinum), quod alii episcopi non solum imponunt manus consecrando sed etiam omnes recitant orationes, quamvis unus tantum dicat ipsam ordinativam orationem. Pontificale Egberti Eboracensis: "Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant et teneant evangeliorum librum super cervicem eius, et unus fundat super eum beneditionem; et postea istas tres orationes omnes episcopi, qui adsunt, recitare debent: reliqui vero manus suas super caput eius tangant."[50] Praeterea, scissio sive interruptio huius orationis ad faciendam unctionem capitis episcopi vario modo indicatur in Pontificalibus, ut constat ex dicendis infra circa ipsam unctionem.

2. *QUOAD UNCTIONEM* non parva observatur varietas, praecipue in Pontificalibus anglicanis, quod attinet ad tres ordinationes.

*** Haec et sequentes appellationes variorum Pontificalium (Egberti Eboracensis, Gemmeticense, Beccense, Rotomagense, Noviomense, Caturcense, etc.) indicant vel ecclesiam, in qua hoc vel illud Pontificale adhibebatur, vel bibliothecam aut locum, in quo codices inventi sunt. Aetas vero quae indicatur (saec. 10, 11, 12, etc.) refertur ad tempus in quo, iuxta magis vel minus probabile ac fundatum iudicium peritorum, uti Morini, Martene et Andrieu, ipsi codices scripti sunt, quamvis ipsa praxis, in eis relata, possit esse non modice antiquior. Ceterum, tum Morinus tum Martene videntur parumper indulgere in indicando de antiquitate quorumdam codicum, quos proinde non ad saec. 9 sed ad saec. 10 in nostra enumeratione retulimus, concorditer cum indicio aliorum moderniorum eruditorum.**

*** Apud Martene, *op. at.* (supra, in p. 669) 340.**

In ordinatione *diaconi,* praefata quatuor Pontificalia anglicana ferunt unctionem manuum, cum eadem formula qua consecrantur manus presbyteri, quae est prima ex duabus formulis assignatis in Missali Francorum (cf. supra, p. 656). Pontificale Egberti Eboracensis: "Consecratio manuum diaconi de oleo sancto et chrisma. 'Consecrentur manus istae, quaesumus Domine, et sanctificentur per istam unctionem nostramque benedictionem; ut quaecumque benedixerint, benedicta sint; et quaecumque sanctificaverint, sanctificata sint. Per.'"[60b18] Ut notatum est supra (p. 672), hic ritus fuit peculiaris ecclesiae anglicanae, fortasse inde a superiori aetate, ut suggerit textus Gildae (saec. 6) et responsio Nicolai I ad Rudulphum bituricensem, sed ulteriorem fortunam non habuit.

In ordinatione *presbyteri* eadem quatuor anglicana Pontificalia, post *unctionem manuum* addunt *unctionem capitis* cum peculiari formula. Pontificale Egberti Eboracensis: "Consecratio capitis oleo. 'Unguatur et consecretur caput tuum caelesti benedictione in ordine sacerdotali in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Arnen.' "[51] Eundem ritum, qui non secus ac consecratio manuum diaconi mature obsolevisse videtur, referunt etiam, ex influxu anglicano, duo gallicana documenta saec. 10, scilicet Codex Ratoldi (relatus supra, p. 657) et Pontificale Caturcense. Notandum est Pontificalia Caturcense, Rotomagense et Beccense, ante unctionem manuum addere etiam peculiarem benedictionem manuum sacerdotis ad offerendum sacrificium (Caturcense: "Benedictio vel consecratio manuum sacerdotis ante unctionem. 'Benedic, Domine, et sanctifica manus sacerdotis ili. ad consecrandas hostias quae pro delictis atque negligentiis populi offeruntur . . .' "[52]), quae orationis formula est quaedam replicatio ipsius formulae allatae ab his aliisque Pontificalibus in impositione casulae nec improbabiliter considerari potest ut quaedam praeparatio ad introductionem ritus porrectionis calicis et patenae, qua melius exprimeretur eadem potestas ad sacrificium offerendum. Unde completus ritus consecrationis presbyteri, in praefatis saltem Pontificalibus, complectitur tres distinctas caeremonias cum propriis formulis: benedictionem ac pro tanto consecrationem manuum, unctionem manuum et unctionem capitis.

In ordinatione *episcopi* omnia fere Pontificalia scindunt orationem ordinativam in duas partes, ut introducant *ritum unctionis capitis* post verba "Unguenti rore sanctifica," ut iam significabatur in praecedenti aetate in Codicibus Gellonensi et S. Eligii (cf. supra, p.

*b,· *Ibid.* 352.

" *Ibid.* 354. Confer Pontificalia Gemmeticense et Beccense, *ibid.* 365 et 382, et Pontificale Rotomagense, apud Morinum, *op. cit.* (supra, in p. 669) 286.

"Apud Martène, *ibid.* 382.

657).[53] Id autem communiter notatur sive per rubricam ("Modo mittendum est oleum in caput eius," "Hic effundatur oleum super caput"[54]), sive per introductionem peculiaris formulae in ungendo ("Ungatur et consecretur caput tuum caelesti benedictione in ordinem pontificalem, in nomine Patris et Filii et Spiritus S."), ita in Pontificalibus Gemmeticensi saec. 10, Salisburgensi saec. 12, Bisuntino saec. 12, Apamiensi saec. 13, Noviomensi, Moguntino, Colbertino et Lugdunensi saec. 14,[55] necnon in Pontificali Romano-Germanico, Pontificali Romano saec. 12, Pontificali Curiae Romanae saec. 13 et Pontificali Guilelmi Durandi, ex quibus haec caeremonia, paulo magis elaborata, descendit in hodiernum Pontificale Romanum.[58] In quibusdam tamen Pontificalibus ea formula ad ungendum caput ponitur post absolutam orationem et post unctionem manuum; et quidem Pontificale Caturcense non scindit orationem nec ullum signum apponit ad indicandam aliquam capitis unctionem, Pontificale vero Egberti Eboracensis ponit tres successivas cruces circa illum locum orationis, quod potest significare solam benedictionem, tandem Pontificale Beccense ponit solam rubricam ("Hic effundatur oleum super caput eius") nec apparet utrum necne indicet duplicem capitis unctionem, alteram intra orationem et alteram post orationem et unctionem manuum, quod parum probabile et aliunde prorsus inconsuetum est.[57]

Praeterea, quaedam Pontificalia serioris aetatis, ut Beccense saec. 13 et Moguntinum saec. 14, praescribunt ut omnes assistentes episcopi ungant consecrandum et correspondentem unctionis formulam recitent[58]; quam praxim Pontificale Guilelmi Durandi (circa finem saec. 13) reicit uti romanae consuetudini contrariam: "Sed et secundum inorem quarumdam ecclesiarum, omnes episcopi qui adsunt similiter perungunt successive caput illius manibus et singuli dicunt: 'Inungatur et consecretur/ et cet., ut supra. Quod nec iuri nec ecclesiae romanae consuetudini consentaneum est."[59]

"P. Batiffol, "La liturgie du sacre des évêques," *Revue d'histoire ecclésiastique* XXIII (1927) 733-763, indicat unctionem capitis tanquam novitatem Pontificalis Mediolanensis quod, iuxta opinionem editoris Magistretti *(Pontificale in usum ecclesiae Mediolanensis* [Mediolani 1897] 49-54) refert ad saec. 10. lamvero ea unctio iam satis suggestive indicatur saec. 8 in Sacramentario Gelasiano Gellonensi et clare saec. 10 in Sacramentario Gregoriano S. Eligii, et aliunde M. Andrieu contra Magistretti sustinet analysim illius Mediolanensis Pontificalis clare ostendere ipsum pertinere ad saec. 11, et probabiliter ad alteram saeculi medietatem, atque dependere a Pontificali Romano-Germaniro saec. 10.

"Quandoque habentur duae rubricae, una ("Hic accipit chrisma") post verbum "clarescat," altera ("Hic mittatur chrisma super caput eius") post verba "unguenti rore sanctifica." Cf. Pontificale Rotomagense, apud Morinum, *op. cit.* 287.

"Apud Martène, *op. cit.* (supra, in p. 669) 367, 404, 416, 458, 470, 483, 500, 514.

"Cf. textus apud Andrieu, *op. cit.* (supra, in p. 674) I 148; II 360; III 383.

"Apud Martène, *op. cit.* 341, 384, 438-440.

ulbid. 442, 483.

"Apud Andrieu, *op cit.* III 383.

Alia peculiaritas quae observatur in pluribus ac celebrioribus Pontificalibus et cuius vestigium adhuc superest in hodierno Pontificali Romano, respicit unctionem manuum in ordinatione episcopi, seu additionem distinctae *unctionis pollicis,* cum propria formula, generali unctioni manuum habenti suam propriam formulam. Hic ritus ascendit ad saec. 10, nam invenitur sive in quodam codice illius aetatis, "ab Italo Romae vicino composito," quem refert Morinus, sive in ipso Pontificali Romano-Germanico, ex quo transivit in Pontificale Romanum saec. 12, in Pontificale Curiae Romanae saec. 13 et in Pontificale Guilelmi Durandi (circa finem saec. 13), sive in plura alia Pontificalia saec. 12-14, uti Salisburgense, Bisuntinum, Beccense, Apamiense, Moguntinum, Lugdunense.[00] Praefatus codex Italus haec habet quae fere eodem modo sonant in aliis documentis: "Consecratio manuum. 'Unguantur manus istae. . ? Completa benedictione confirmet pollicem consecrati cum chrismate, dicens. 'Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi. . . Consecratae manus istae, vel pollicis impositio, cunctis proficiant ad salutem. Per.' "[01] Pontificale Romano-Germanicum: "Completa benedictione, confirmat pollicem cum chrismate, dicens: 'Deus et pater. . ?" Pontificale Curiae Romanae saec. 13: "Completa benedictione, confirmat manum et pollicem, consecrans eum cum chrismate dicens: 'Deus et pater? " Pontificale Guilelmi Durandi: "Mox confirmat et inungit ambas manus illius et pollices cum chrismate, producendo lineas duas cum pollice suo inuncto et inungendo totaliter palmas. . . Et perungendo dicit: Oratio. 'Deus et pater. . ? In quibusdam tamen ecclesiis palma dextrae manus tantum inungitur cum erismate et oleo simul mixtis, primo per consecratorem et postea per omnes episcopos successive. Et deinde pollex eiusdem manus ungitur cum erismate tantum per solum consecratorem. Hoc tamen nec ius nec ecclesiae romanae mos commendat."[02] Hodiernum autem Pontificale Romanum, a Pontificali Durandi originatum, ante orationem "Deus et Pater" introducit consuetam formulam Pontificalium ad unctionem manuum: "Ungantur manus istae. . ."

Ut patet, in efformatione Pontificalis Romani per tria praecedentia Pontificalia, distincta pollicis unctio paulatim disparuit vel potius absorpta est in ipsa priori unctione manuum ita ut haec fieret per totas palmas usque ad pollices, mansit tamen vestigium distinctae unctionis in ipsa oratione quae immutata retenta est. *A. Malvy*[03] putat huiusmodi ritum distinctae unctionis pollicis originem habuisse ex

[00] Cf. apud Martene, *op. cit.* 405, 417, 443, 458, 484, 515 sq.
[01] Apud Morinum, *op. cit.* 323.
[02] Apud Andrieu, *op. cit.* (supra, in p. 674) I 149; II 362; III 384sq.
[03] "Impositio pollicis," *Bulletin de littérature ecclésiastique* XXXVIII (1937) 213-232.

fine inculcandi ac veluti concrete exhibendi theoriam, quam doctores illius temporis evolvere coeperant, de materia sacramenti Confirmationis consistente in manuum impositione prout haec aequivalenter continetur in ipsa unctione chrismali; cum enim libri liturgici, uti Ordo romanus 34 (Ordo 8 iuxta Mabillon) et Sacramentarium Gregorianum, praescriberent ut episcopus ungeret confirmandos, crucem faciendo cum pollice, connaturaliter factum est ut collatio huiusmodi confirmandi potestatis exprimeretur symbolice per peculiarem unctionem pollicis in ipsa ordinatione episcopi.

3. *QUOAD SIC DICTAM TRADITIONEM INSTRUMENTORUM,* distinguendum est inter porrectionem libri evangeliorum in ordinatione diaconi et porrectionem calicis ac patenae in ordinatione presbyteri, quae independenter ab invicem invectae aut evolutae sunt in hac eadem periodo.

PORRECTIO LIBRI EVANGELIORUM IN ORDINATIONE DIACONI primo apparet in *Libro Ordinum* mozarabico (saec. 7), ubi tamen, ut notatum est supra (p. 659), potest esse posterior additio; subinde apparet saec. 10 in Pontificalibus anglicanis concorditer, necnon in quibusdam gallicanis Pontificalibus (sub paulo tamen diversa forma verborum), ita ut probabiliter ex Anglia in Gallias migraverit.

Tria anglicana Pontificalia saec. 10, Egberti scilicet Eboracensis, Gemmeticense, et Rotomagense, quae sequitur saec. 13 Pontificale Beccense, concorditer illum ritum referunt sub hac fere forma relata in *Pontificali Egberti Eboracensis:* "Tradat ei S. Evangelium, et dicat sibi: 'Accipe istud volumen Evangelii, et lege, et intellige, et aliis trade, et tu opere adimple.' "[64] In Galliis eodem tempore apparet in *Pontificali Noviomensi* (qui usui fuit Radbodo episcopo) sub hac paulo diversa formula sub qua perseveravit in ritu gallicano, et subinde in romano, usque ad hodiernum diem: "Accipiant de manu episcopi textum evangeliorum dicente episcopo: 'Accipite potestatem legendi in ecclesia Dei evangelium, tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Domini.' "[65] Eodem tempore apparet in *Pontificali Romano-Germanico:* "Hic det ei librum evangeliorum, dicens: 'Accipe potestatem legendi evangelium in ecclesia Dei tam pro vivis quam pro defunctis in nomine domini. Amen.' "[60]; ex quo Pontificali ea caere-

"Apud Martène, *op. cit.* (supra, in p. 669) 351. Pontificalia Gemmeticense et Beccense referuntur *ibid.* 362 et 435, Pontificale vero Rotomagense refertur a Morino, *op. cit.* (supra, in p. 669) 286.

"Apud Martène, *ibid.* 392.

"Apud Andriett, *op. cit.* (supra, in p. 674) I 133. Ubi nota quae idem eruditus ait in pp. 116-118 circa textus editionem.

monia transivit in Pontificale Romanum saec. 12, in Pontificale Curiae Romanae saec. 13, in Pontificale Guilelmi Durandi[107] ac tandem in hodiernum Pontificale Romanum saec. 16. Invenitur pariter, sub eadem gallicana forma, saec. 12 in Pontificalibus Compendiensi sive Suessionensi, Salisburgensi,[108] Bellovacensi (extraneae manus additio in margine) et S. Victoris prope Parisios[109]; saec. 13 in Pontificalibus Cameracensi, Apiamensi,[110] Moguntino[111]; saec. 14 in Pontificalibus Noviomensi, Moguntino, Colbertino,[112] et in Ordine romano 14 (Mabillon) ubi in diaconali ordinatione cardinalis legitur: "Deinde Dominus papa dat librum Evangeliorum in manibus ordinandi, dicens sine nota 'Accipe potestatem,' etc." *(ML* 78. 1234). Ceterum, ipsa deest in nonnullis aliis Pontificalibus eiusdem aetatis et earundem fere regionum, uti saec. 10 in Pontificalibus Noviomensi (altero), Caturcensi,[113] Vaticano (ab Angelo Rocca edito), Senonensi, Thuano et Italo[114]; saec. 12 in Pontificalibus Bellovacensi (nam, ut notatum est supra, ibi habetur extraneae ac posterioris manus additio)[115] et Bisuntino.[116] Dictum est supra (p. 619), hunc ritum, ab orientali praxi alienum, ex ipsis latinis mutuasse Armenos et Ruthenos.

Pariter *scriptores ecclesiastici et theologi* nonnisi post saec. 10 loquuntur de huiusmodi ritu. Circa initium saec. 12 *Ivo Carnotensis* (t circa 1116), *Serm.* 2 (de sacris ordinibus), scribit de diaconis: "Hi cum ordinantur, solus episcopus eis manus imponit, quia ad ministerium, non ad sacerdotium applicantur. Ponitur eis orarium ab episcopo super sinistrum humerum, ut per hoc agnoscant se accepisse iugum Domini. . . Accipiunt et textum evangeliorum de manu episcopi, per quod intelligant se debere esse praecones evangelii" *(ML* 162. 518). Quae verba repetunt *Hugo a S. Victore* (t 1141; *De sacram.*, l. 3, pars 3, c. 11, *ML* 176. 427) et *Petrus Lombardus* (t 1160; *Sent.*,

n Ibid. II 341; III 362.
"Apud Martene, *op. cit.* 395, 401.
"Apud Morinum, *op. cit.* 328, 332.
n Ibid. 374, 381.

[70] Apud Martene, *op. cit.* 447, 453.
[71] Apud Morinum, *op. cit.* 337.
"Apud Martene, *op. cit.* 467, 476, 492.

[74] Apud Morinum, *op. cit.* 275, 295 sq., 311, 317. In hoc ultimo codice, quem Morinus dicit "ab Italo Romae vicino compositum*' saec. 10, dicitur "archidiaconus imponere Evangelium" diacono *{ibid.* 317), sed non apparet de qua caeremonia agatur; nam agitur de impositione, non de porrectione, fit ab archidiácono, non ab episcopo, nec ulla formula verborum copulatur. Ceterum, ibi non agi de ritu de quo nunc loquimur, patet ex eo quod eadem verba referuntur in Pontificali Romano-Germanico et in Pontificali Romano saec. 12 ante initium ordinationis (cf. apud Andrteu, *op. cit.* [supra, in p. 674] I 131), in quo nihilominus explicite refertur traditio libri circa finem ordinationis. Ceterum in Pontificali Curiae Romanae saec. 13 quidam codices addunt eam libri impositionem ab archidiácono faciendam esse postea, quando dicitur ab episcopo formula orationis ad verba "Emitte . . ." (cf. Andrieu, *ibid.* II 339, in nota); unde probabiliter agitur de quadam caeremonia impositionis libri super caput ordinandi, de genere illius quae fit in ordinatione episcopi, cum consecrator dicit formulam ipsam ordinationis.

[78] Apud Morinum, *ibid.* 328.

[78] Apud Martene, *op. cit.* 429.

l. 4, dist. 24, c. 10, ed. Quaracchi, II 899 sq.), quem abbreviat *Bandinus* (circa medium saec. 12; *Sent.,* l. 4, dist. 23, *ML* 192. 1104). *Magister Simon* in suo *Tractatu de sacramentis* (inter 1145 et 1160) nonnisi indirecte alludit ad illum ritum cum loquitur de officio praedicationis diacono commisso[77]; cognatus autem anonymus auctor *Tractatus de septem sacramentis Ecclesiae* (inter 1160 et 1175), dum omnibus ordinibus assignat propria instrumenta, et signanter presbyteratui calicem et patenam, diaconatui nonnisi impositionem stolae attribuit.[78] *Honorius Augustodunensis* (+circa 1150), *Sacramentarium,* c. 24, scribit: "Diaconus dicitur minister. . . Huic manus impositio fit, per quam operatio Spiritus sancti intelligitur. . . Accipit stolam in sinistro humero, id est onus Domini leve in activa vita: legit Evangelium, quia quandiu Christus illud praedicavit, minister nobis factus est" *(ML* 172. 760); quamvis ritus traditionis libri evangeliorum explicite non indicetur, videtur tamen supponi in toto contextu, in quo assignantur caeremoniae singulis ordinibus. *Stephanus Augustodunensis* (+circa 1186), *De sacramento altaris,* c. 8, supra relatum textum Ivonis Carnôtensîs et aliorum sic aliquatenus reformat ut videatur traditioni libri tribuere aliquam efficaciam collativam potestatis: "Cum autem [diaconi] ordinantur . . . , episcopus solus manus imponit, quia non ad sacerdotium sed ad ministerium ordinantur. Ponit etiam stolam super sinistrum humerum: in quo monentur iugum Domini aequanimiter esse sustinendum, et ut pertinentia ad sinistram corde et ore despiciant. Datur eis textus Evangelii, in quo accipiunt potestatem legendi Evangelium, et praedicandi" *(ML* 172, 1280). *Petrus Cantor* (+1197), *Verbum abbreviatum,* c. 60: "Prima autem manus impositio debetur diaconibus ordinandis. De novo enim institutum est subdiaconatum esse sacrum ordinem. . . Quod autem officium sit diaconi praedicare ex auctoritate, non elicies, nisi forsan exemplo beati Vincentii (qui loco episcopi sui praedicavit . . .), et ex ordinatione etiam. Committitur enim ei Evangelium, quasi diceretur ei: Tu autem vade, et annuntia regnum Dei" *(ML* 205. 184).

Saec. 13 theologi communissime de hoc ritu loquuntur, imo in hoc saeculo *eÿormatur ipsa opinio iuxta quam in hoc ipso ritu consistit essentialis materia diaconatus.* De qua quidem opinione sermo erit inferius. Satis nunc erit audire duplex testimonium ex priori parte huius saeculi.

Sicardus Cremonensis (+ 1215), *Mitrale seu de officiis ecclesiasticis summa,* l. 2, c. 2: "Hic autem [i.e. diaconus] cum ordinatur, imponat

[77] Apud H. Weisweiler, *Maître Simon et son groupe De Sacramentis* ("Spicilegium sacrum lovaniense," fasc. 17, Louvain 1937) 69.

[78] *Ibid.* 98.

super eum manus episcopus. Quod ergo dicitur solum episcopum debere manus imponere, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecrantur, penitus improbamus. Numquid enim potest plus precari solus episcopus quam plures apostoli [Alludit ad ordinationem primorum diaconorum, iuxta *Act,* 6. 6]? Imponentes autem manum non dant Spiritum, sed orant ut super eos veniat. Cum igitur usus omnium donorum non sit in uno, sed in pluribus, merito plures manus imponunt, ut unusquisque Dominum deprecetur, ut partem de Spiritu sancto tribuat ordinando, ad instar Moysi, de spiritu cuius Dominus dedit septuaginta viris. Postea dat ei stolam super humerum sinistrum episcopus, dicens: "Accipe stolam candidam de manu Domini/ etc.; et postea, ut intelligat se esse Christi praeconem, tradit Evangelium, dicens: 'Accipe potestatem legendi Evangelium in ecclesia tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Domini.' Haec res igitur, et haec verba sunt huius sacramenti substantia; dalmatica vero si cui datur, solemnitatis est, et non substantiae. Et vide quia stola est per quam oboedientia, vel iugum Domini, quod in Evangelio exprimitur, et ideo cum Evangelio datur" *(ML* 213. 63 sq.). Sicardus, impugnans, sicut olim Amalarius Metensis (cf. supra, p. 643), communem illam rubricam iuxta quam solus episcopus debet imponere manus in diaconi ordinatione, eousque procedere videtur ut ipsum ritum impositionis manuum excludat a substantia sive essentia sacramenti et hanc totam reponat in porrectione libri evangeliorum necnon in ipsa impositione stolae.

Guilelmus Alverniensis (+ 1249), *De sacramentis,* De sacramento Ordinis, c. 3: "Sequentes vero tres ordines, qui soli antonomastice sacri vocantur, scilicet subdiaconatus, diaconatus et presbyterium, iam non ex toto ad sacri altaris ministerium pertinent: pertinet enim ad sacerdotale ministerium recitatio apostolicarum lectionum, et totius veteris testamenti; ad diaconale vero recitatio evangelicarum, propter quod nonnulli opinantur, quod ad ipsum pertineat docere, et praedicare evangelium populo, sed ipsa forma ordinationis contradicit; cum enim accipiunt textum evangelii de manu episcopi, non dicit ei, accipe potestatem docendi, et praedicandi evangelium, sed accipe potestatem legendi evangelium in ecclesia Dei tam pro vivis quam pro defunctis, in nomine domini. Ex quo magis insinuatur eos tunc recipere orandi officium, quam praedicandi, vel docendi: et quia ipsa recitatio evangelicae lectionis magis sit oratio ad impetrandum aliquid pro vivis, et pro mortuis, quam populi aedificatio; absurdum enim est intellectu, et dictu ut docens aut praedicans evangelium, docere intelligatur, aut praedicare pro vivis ac pro mortuis."[79]

n Opera omnia **(Parisiis 1674) I S31.**

Circa initium saeculi sequentis, *Durandus a S. Porciano* (t 1334), episcopus tum aniciensis (Le Puy-en-Velay) tum subinde meldensis (Meaux) ecclesiae, impugnans S. Thomae et aliorum sententiam iuxta quam traditio libri sit de essentia ordinationis diaconalis, testatur adhuc sua aetate hanc caeremoniam non fuisse universaliter observatam in ecclesiis: "Illud in quo imprimitur character debet observari, et probabile quod observetur in omni ecclesia, sed traditio libri in ordinatione diaconi non observatur in omni ecclesia, nec antiquitus forsitan observabatur in aliqua ecclesia, unde secundum ordinarium antiquissimum ecclesiae Annicensis, cui praefuimus liber Evangeliorum non tradebatur diacono in ordinatione sua, sed nos volentes nos conformare caeteris ecclesiis posuimus de manu nostra in margine dicti ordinarii quod liber Evangeliorum tradatur diacono cum consueta forma verborum, quare non videtur quod in traditione libri imprimatur character diaconatus."[80]

PORRECTIO CALICIS ET PATENAE IN ORDINATIONE PRESBYTERI, non secus ac porrectio libri evangeliorum in ordinatione diaconi, primo apparet saec. 10, quamvis non prorsus in iisdem ecclesiis, ita ut dum ille ritus fuerit probabiliter originis anglicanae, hic ortum habuerit in ipsis regionibus gallicanis. De facto hunc ritum tacent concorditer tria anglicana Pontificalia illius saeculi, scilicet Egberti Eboracensis, Gemmeticense[81] et Rotomagense,[82] quibus adhuc in saec. 13 conformatur Pontificale Beccense[83]; pariter de eo silent, inter ipsos gallicanos codices eiusdem saeculi, Pontificalia Noviomense, Caturcense,[84] Senonense et Thuanum, quibus concordat Pontificale Vaticanum (editum ab Angelo Rocca).[85] In hoc tamen Vaticano Pontificali, peregrine et prorsus discrepanter ab omnibus aliis codicibus tum illius tum posterioris aetatis, ille ritus ponitur in ordinatione episcopi, immediate post manuum impositionem: "Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant et teneant Evangeliorum codicem super caput eius, et uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. Hoc facto accipiat Patenam cum oblatis, et calicem cum vino, et det ei dicens, Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missamque celebrare tam pro vivis quam pro defunctis*.[86] Nisi dicatur haec rubrica esse extra locum proprium, sequeretur eam instrumentorum traditi-

[80] *In 4 Sent.,* dist. 24, q. 3, *In Petri Lombardi Sententias theologicas commentariorum libri III* (Venetiis: G. Bindoni 1S86) 362.
[81] "Apud Martène, *op. cit.* (supra, in p. 669) 354, 365.
[82] "Apud Morintjm, *op. cit.* (supra, in p. 669) 286 sq.
[83] "Apud Martène, *op. cit.* 437.
[84] « *Ibid.* 376, 382.
[85] "Apud Morintjm, *op. cit.* 296, 311, 375.
[86] -*Ibid.* 277.

onem primo fortasse invectam fuisse in ipsam episcopalem ordinationem et postea transisse ac permansisse in sola ordinatione presbyterali. Quod totum peregrinum videtur, ob discordantiam ceterorum omnium Pontificalium. Ceterum, haec omnia documenta mentionem collationis potestatis consecrandi Eucharistiam faciunt in duplici benedictione manuum presbyteri et casulae (significant nempe manus consecrari et casulam benedici, ut presbyter fiat dignus consecrandi placabiles Deo hostias), ex qua quidem caeremonia fortasse originem habuit ipse distinctus ritus porrectionis instrumentorum sacrificii, quo ea potestas vividius significatur.

Saec. 10 igitur hic ritus apparet in tribus simul documentis, de quorum chronologico ordine non constat, scilicet in eo *Pontificali* quod Morinus editor dicit *"ab Italo Romae vicino compositum,*^ in *Pontificali Noviomensi* (qui usui fuit Radbodo episcopo)88 et in *Pontificali Romano-Germanico,*™ in quo sub sequenti forma exhibetur, ceteroquin aliis Pontificalibus communi: "Accipiens patenam cum oblatis et calicem cum vino det ei dicens: 'Accipe potestatem offerre sacrificium Deo missamque celebrare, tam pro vivis quam pro defunctis in nomine domini.' "90 Ex hoc Pontificali ritus transivit in quatuor successiva maiora Pontificalia: Romanum saec. 12, Curiae Romanae saec. 13, Guilelmi Durandi saec. 13, Clementis VIII saec. 16.01 Inde a saec. 12 ritus invenitur in omnibus quae noscuntur Pontificalibus, uti saec. 12: Compendiensi sive Suessionensi, Salisburgensi, Bisuntino,92 Bellovicensi (additio posterior), S. Victoris prope Parisios, Moguntino et Rotomagensi93; saec. 13: Cameracensi, Apamiensi,94 et tribus aliis quorum excerpta refert Morinus95; saec. 14: Noviomensi, Moguntino, Colbertino.98

Ex *scriptoribus ecclesiasticis et theologis* multo minus quam ex libris liturgicis colligi potest in re nostra, quod attinet ad saec.

M *Op. cit.* 319.

™ *Ibid.* 393.

"Ac ideo etiam in sic dicto *Ordine romano antiquo* vel vulgato (cf. supra, p. 673), qui continet substantiam illius Pontificalis estque eo paulo antiquior.

"Apud Andrieu, *op. cit.* (supra, in p. 674) I 137.

n Ibid. I 137; II 347 sq.; III 370. Pontificale Guilelmi Durandi pro verbis "in nomine Domini" habet "in nomine Patris et Filii et Spiritus S."

"Apud Martène, *op. cit.* 396, 402, 430.

"Apud Morinum, *op. cit.* 329, 332, 336, 338.

"Apud Martène, *op. cit.* 448, 454. Ritus tamen deest in Pontificali Beccensi, exarato iuxta antiquum morem anglicanum, ut dictum est, et in Ordine 13 Mabillonii (sub Gregorio X, 1276), in quo describitur presbyteralis ordinatio Papae, qui nempe ad papatum nondum presbyter electus fuerit; quamvis enim dicatur ordinatio fieri debere sicut in aliis, i.e. iuxta consuetum ritum, tamen exhibetur tantummodo impositio manuum, unctio manus et impositio casulae *(ML* 78. 1107).

n Op. cit. 340 sq.

"Apud Martène, *op. cit.* 467, 479, 494.

10-11; pauci ceteroquin scriptores in hac aetate numerantur, ob infelices rerum conditiones, pauciores adhuc de ordinationibus loquuntur, nec nisi transeunter, sub nomine ipso impositionis manuum, ritum ordinationis exhibent. Prima mentio traditionis instrumentorum apparet circa initium saec. 12 apud Ivonem Carnotensem, a quo alii doctores, nominatim Hugo a S. Victore et Petrus Lombardus, non pauca desumere solent. Illius verba in hac re fere serviliter repetunt vel leviter accommodant ceteri scriptores usque ad initium saec. 13, seu ad Innocentium III, quorum aliqui, ut Stephanus Augustodunensis et Sicardus Cremonensis post ipsum Ivonem (alii autem paulo ambigue loquuntur), suam expressionem ita premunt ut videantur docere vel saltem praeformare eam ipsam sententiam quae saec. 13 communior evasit inter maiores theologos, iuxta quam scilicet traditio instrumentorum est *ipse essentialis ritus presbyteralis ordinationis.*

Ivo Carnotensis (+ 1116), *Serm.* 2 (de excellentia sacrorum ordinum): "Hi cum ordinantur, episcopo eos benedicente, et manum super capita eorum tenente, omnes presbyteri, qui praesentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super capita eorum levant, et Spiritum sanctum super eos qui ordinantur, invocant: hi post invocationem sancti Spiritus, stolam super utrumque humerum accipiunt, quae in modum sustentaculorum, dextrum latus munit et sinistrum: ut per hoc intelligant se per arma iustitiae a dexteris et a sinistris esse munitos ut eos nec adversa frangant, nec prospera extollant. Accipiunt et calicem cum vino, et patenam cum hostia de manu episcopi, quatenus his instrumentis potestatem accipiant placabiles hostias Deo offerendi" *(ML* 162. 519).

Hugo a S. Victore (+ 1141), *De sacramentis,* l. 2, p. 3, c. 12: "Presbyteri cum ordinantur, episcopo eos benedicente, et manus super capita eorum tenente, omnes presbyteri qui praesentes sunt manus iuxta manum episcopi super capita eorum levant, et Spiritum sanctum super eos qui ordinantur invocant. Unguntur presbyteris manus sicut episcopis, ut cognoscant se hoc sacramento gratiam consecrandi accipere, et opera misericordiae erga omnes pro viribus exercere debere. . . Post invocationem sancti Spiritus stolam super utrumque humerum accipiunt. . . Accipiunt et calicem cum vino, et patenam cum hostiis de manu episcopi, quatenus his instrumentis potestatem se accepisse agnoscant, placabiles Deo hostias offerendi" *(ML* 176. 429).

Petrus Lombardus (+ 1160) *Sententiae,* l. 4, dist. 24, c. 11: "Qui cum ordinatur, inunguntur ei manus, ut intelligat se accepisse gratiam consecrandi, et caritatis opera debere ad omnes extendere. Accipit et stolam, quae tenet utrumque latus, quia debet esse munitus armis

iustitiae contra adversa et prospera. Accipit etiam calicem cum vino et patenam cum hostiis, ut per hoc sciat se accepisse potestatem placabiles Deo hostias offerendi."[97]

Anonymus auctor *Tractatus de septem sacramentis Ecclesiae* (inter 1160 et 1175; ex eadem schola ac Magister Simon), *De sacramento Ordinum:* "Sacerdotibus vero datur stola in collo super utrumque humerum, ad hoc quia iugum domini perfecte suscipere debent. His datur patena cum pane et calix cum vino, ad designandum quod competat officio suo scilicet confectio corporis et sanguinis Domini."[98]

Stephanus Augustodunensis (+circa 1186), *De sacramento altaris,* c. 8: "Isti cum ordinantur, ab episcopo super capita eorum manum tenente, benedicuntur. . . Stola super utrumque humerum ponitur, ut per arma iustitiae a dextris et a sinistris muniantur. Datur eis calix cum vino, et patena cum hostia, in quo traditur eis potestas ad offerendum Deo placabiles hostias. Propterea oleo sancto manus inunguntur, per quod gratia sancti Spiritus eis oblata significatur et quod abundent operibus misericordiae designatur" *(ML* 172. 1281).

Pseudo-Hugo a S. Victore (anonymus scribens post a. 1180), *Speculum de mysteriis Ecclesiae,* c. 5: "Accipiunt et calicem cum vino de manu episcopi, et patenam cum hostia: ut intelligant se habere potestatem offerendi Deo hostias placabiles, corpus scilicet et sanguinem Christi" *(ML* 177. 351).

Sicardus Cremonensis (t 1215), *Mitrale seu de officiis ecclesiasticis summa,* l. 2, c. 2: "Hic cum ordinatur . . . benedictoria sacerdotum praesentium manus imponitur. . . Reflectit orarium episcopus super humerum dextrum in modum crucis in pectore, dicens. . . Exinde casula induit eum episcopus, dicens. . . Postea ungit episcopus chrismate ambas manus illius, dicens. . . Postea dat episcopus ei patenam cum oblationibus, et calicem cum vino, dicens: 'Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, missasque celebrare pro vivis et defunctis in nomine Domini'; stola igitur et casula, oleum calixque patena simul, et haec verba sunt huius sacramenti substantia; cetera praecedentia et subsequentia sunt solemnitatis" *(ML* 213. 65 sq.).

Innocentius III (1198-1216), *De sacro altaris mysterio,* l. 1, c. 9: "Hi post invocationem sancti Spiritus super utrumque humerum stolam accipiunt. . . Accipiunt quoque calicem et patenam de manu pontificis, quatenus his instrumentis potestatem se accepisse agnoscant, placabiles hostias offerendi. Unde cum haec episcopus tribuit: 'Accipite,' inquit, 'potestatem offerendi sacrificium Deo, missamque cele-

[97] *Petri Lombardi libri IV Sententiarum* II (ed. 2, Ad Claras Aquas 1916) 901.
[98] Apud Weisweiler, *op. cit.* (supra, in p. 681) 98.

brandi, tam pro vivis quam pro defunctis in nomine Domini' " {*ML* 217. 780).

4. *ULTIMA MANUUM IMPOSITIO* cum formula "Accipe Spiritum S., quorum remiseris peccata . . . ," in ordinatione presbyteri, est multo recentioris originis nec refertur in ullo Pontificali ante saec. 13. Frustra enim eius relatio aut allusio quaeritur in anterioribus Pontificalibus, sive anglicanis sive gallicanis sive romanis, de quibus supra, et notanter in Pontificalibus Romano-Germanico et Romano saec. 12.

Primo apparet circa initium saec. 13 in quodam *Pontificali Rotomagensi,* quod refert Morinus scribens: "In codice Rhemensi qui ad Ecclesiam Rotomagensem pertinet, et est annorum circiter quadringentorum supra quinquaginta" habetur ista formula [i.e. 'Accipe Spiritum S. Quorum remiseris peccata . . .'], sed in margine addita, charactere tamen ad textus antiquitatem accedente";[1] nihil tamen dicitur de ipsa manuum impositione, quae tali formulae coniungeretur. Martène quoque testatur (quin tamen documentum prodat) illum referri in quodam *Pontificali Senonensi* initii saec. 13.[2] Subinde clare exhibetur in *Pontificali Barensi* eiusdem saeculi, ex bibliotheca Angelica a J. Catalano relato,[3] in quo immediate post traditionem instrumentorum legitur: "Tunc imponit manum super capita eorum dicens: 'Accipe Spiritum Sanctum quibus remiseritis, etc.' " Circa finem saeculi refertur in praecipuo *Pontificali Guilelmi Durandi* (exarato inter 1293 et 1295) sub hac ipsa forma sub qua transivit in hodiernum Pontificale Romanum: "Episcopus imponit successive ambas manus super capita singulorum parum inclinata, dicens cuilibet: 'Accipe spiritum sanctum, quorum remiseris peccata remittuntur eis et quorum retinueris retenta sunt.' "[4] Saec. 14 refertur in alio Pontificali Rotomagensi: ""Et tunc [i.e. post communionem] successive imponit manus super capita singulorum inclinata, dicendo cuilibet quod sequitur, Accipe Spiritum sanctum. Quorum remiseritis, etc."[5] in Pontificali collegii tolosani de Fuxo, quod testatur in quibusdam ecclesiis, aliter ac in romana, primae manuum impositioni coniunctam fuisse formulam: "Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata . . ."[6]: "Episcopus stans imponit manus super capita singulorum, nihil dicens secundum consuetudinem Romanae Ecclesiae: Et

[1] Morinus suum opus primo edidit a. 1655, qua editione hic utimur.
[2] *Op. cit.* (supra, in p. 669), pars 3, p. 135; cf. p. 338.
[3] *Op. cit.* (supra, in p. 669) 317.
[4] *Commentarius in Pontificale Romanum*, Appendix post tit. 12 et 13.
[5] Apud Andrieu, *op. cit.* (supra, in p. 674) III 372. Similis formula recitatur etiam paulo ante in responsorio Missae: "Accipite spiritum sanctum in vobis paraclitum. Ille est quem pater mittet vobis. Alleluia."
[6] Apud Morinum, *op. cit.* 340; cf. *ibid.,* pars tertia, p. 135.

similiter omnes Presbyteri qui assistunt. Secundum vero consuetudinem qurundam Ecclesiarum dicunt, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis, etc."[6]; et in Pontificalibus Arelatensi, Metensi et Noviomensi.[7] Saec. 15, refertur in Pontificalibus Silvanectensi, Andegavensi et Parisiensi.[8]

Ceterum, nondum in hac ipsa aetate ritum transisse in communem usum, ex eo patet quod in multis Pontificalibus non exhibetur, uti in ullo ex his quorum textum refert Martene in suis Ordinibus, scilicet Cameracensi et Apamiensi ex saec. 13, Noviomensi, Moguntino et Colbertino ex saec. 14°; imo adhuc circa initium saec. 16 *loannes Maior* ad probandum hanc caeremoniam non pertinere ad essentiam sacramenti, scribit: "Aliqua pastoralia haec non habent, nec est probabile quod deficerent in aliquo tam necessario ad sacramentum."[10] Praeterea, notabilis est varietas loci in quo ille ritus in Pontificalibus collocatur, scilicet vel ad initium ordinationis, tanquam prima manuum impositio (cf. Pontificale collegii de Fuxo), vel immediate post traditionem instrumentorum (Pontificalia Barense, Arelatense, Silvanectense), vel post communionem, seu in loco quem nunc obtinet in Pontificali Romano (Pontificalia Guilelmi Durandi, Rotomagense saec. 14, Senonense, Metense, Noviomense, Andegavense, Parisiense).

Apud theologos saec. 12-13 rara est mentio huiusmodi ritus, cum loquuntur de ordinatione presbyterali. Saec. 12 *Honorius Augustodunensis* (tpost 1150) scribit: "His episcopus manus in ordinatione imponit, potestatem ligandi atque solvendi tradit, quatenus ipsi ita vivant, ut alios ligare ac solvere valeant" *(ML* 172. 599), at haec verba non necessario alludunt ad formulam "Accipite Spiritum S.," cum possint significare solam ipsam potestatem remittendi, acceptam quomodocumque per ordinationem, quod quidem suadet ipsa singularitas huiusmodi testimonii in eo saeculo in quo omnia Pontificalia silent de tali ritu; ceterum, si ageretur de praedicta allusione, nondum proprie esset quaestio de nostro ritu, sed de quadam formula acceptionis Spiritus S. addita primae manuum impositioni, de genere illius quam saec. 14 supradictum Pontificale collegii de Fuxo testatur fuisse tunc in usu in quibusdam ecclesiis quaeque inde a saec. 13 etiam introducta est ac iugiter perseveravit in utraque diaconali et episcopali ordinatione, ut mox ostendetur. In priori parte saec. 13, *Alexander Halensis* (circa a. 1223-1227) ritum explicite commemorat, scribens: "Si vero quaeratur a quo ortum habuit impositio manuum quae fit sacerdotibus, respondet Isidorus in libro *De Officiis*. . . [Refert ex

[6] *Ibid.* 340.
[7] Ut testatur Martene, *loc. cit.*
[8] Ut testatur Martene, *loc. cit.*
[9] Cf. *ibid.* 448, 454, 467, 478-480, 494.
[10] *In 4 Sent.*, dist. 24, q. 1.

Isidoro Gen. 27. 27-29, Gen. 48. 2, Num. 27. 23, Luc. 24. 50, Act. 13. 3] Ex hoc inolevit consuetudo imponendi manum sacerdotibus et episcopis. Sed queritur adhuc in quo confertur potestas ligandi et solvendi sacerdotibus vel episcopis: dico autem in quo significatur conferri. . . Est potestas ligandi et solvendi in foro poenitentiae, et iterum in foro iudicii. Una communis est sacerdotibus, et illa significatur eis conferri cum dicitur in fine ordinationis sacerdotalis: 'Accipe Spiritum Sanctum et quorum remiseris peccata' etc. Reliqua vero significatur conferri in traditione baculi pastoralis" *{Glossa in quatuor libros Sententiarum,* dist. 24, ed. Quaracchi, IV 427 sq.). Ad eundem ritum videtur alludere S. *Thomas* in *Suppi.,* q. 37, a. 5, ob. 2 et ad 2. Circa finem eiusdem saeculi, *Rudolfus,* monachus monasterii S. Sepulchri apud Cameracenses (circa a. 1290),[11] illum exhibet in sua *Vita S. Lietberti* episcopi cameracensis (t 1076), c. 17: "Cumque ad manus impositionem diceretur novo presbytero: 'Accipe Spiritum sanctum: quorum remiseris peccata, remittuntur eis' *(Io.* 20. 22), infremuit, habitumque mentis vultus significatione monstravit, liberalis eius facies puritate mentis incaluit, oculi familiaribus lacrymis profluentes insignia sacerdotalium vestimentorum quibus vestitus erat sancto rore perfundunt" *(ML* 146. 1458 sq.).

5. *DE FORMULA "ACCIPE SPIRITUM S." IN UTRAQUE ORDINATIONE DIACONI ET EPISCOPI.*

In ordinatione diaconi manus impositio cum formula "Accipe Spiritum S., ad robur, et ad resistendum diabolo, et tentationibus eius: In nomine Domini," qua interrumpitur et in duas partes scinditur praefatio sive oratio ordinativa, est pariter recentioris originis nec ascendit ultra saec. 13. Ceterum, ipsa apparet esse duplicata quaedam ac redundans caeremonia, addita ad expressiorem emphasim illius quae immediate sequitur in verbis: "Emitte in eos spiritum sanctum, quo in opus ministerii roborentur," quae pariter sub impositione sive extensione manus proferuntur.

In decursu saec. 13 illius caeremoniae mentionem facit unum vel alterum documentum, ut *Pontificale Rotomagense* (in usu ecclesiae rhemensis), ubi, "in margine e regione verbi 'ponat' ['Manum super capita ponat'] alio atramento, et scriptura recentiore, [additur] 'dicens, accipite Spiritum sanctum,' "[12] et *Guibertzis Tornacensis,* O.F.M. (+ 1284; probabiliter successor Bonaventurae in cathedra parisiensi), qui in suo tractatu *De officio episcopali et Ecclesiae caere-*

"Non vero Rudolfus, abbas monasterii S. Trudonis (+1138), ut quidam post Mabillon putarunt.

"Morinus, *op. dt.* (supra, in p. 669) 337.

moniis, c. 33, scribit: "Ante impositionem stolae et collationem libri dixerat eis [i.e. diaconis] episcopus: Accipe Spiritum Sanctum; quia istis maxime competit vita spiritualis."[13] Circa finem eiusdem saeculi *Guilelmus Durandus* ritum introduxit in suum Pontificale (et haec est una ex peculiaribus additionibus quibus Durandus ampliavit Pontificale Romanum saec. 12) sub sequenti forma quae mansit in hodierno Pontificali Romano: "Hic [i.e. in medio praefationis] solus episcopus manus imponit super caput cuiuslibet [diaconi] et nullus alius, quia non ad sacerdotium sed ad ministerium consecrantur, dicens: 'Accipe spiritum sanctum ad robur et ad resistendum diabolo et temptationibus eius.'[14] Et postea cantatur in pristino tono: 'Emitte in eos, quaesumus, domine spiritum sanctum. . ? "[16] Saec. 14 invenitur in pluribus Pontificalibus, ut in Altissiodorensi, in quo verba "Accipe Spiritum S.," eaque tantum, coniunguntur primae impositioni manuum ante orationes et praefationem ordinativam,[10] et in Moguntino, ubi sequens distincta manuum impositio, antequam incipiant orationes et praefatio ordinativa, proponitur: "Hoc dicto, surgat [episcopus] et transiens per circuitum capiti cuiuslibet ambas manus superponat, ad quemlibet dicens sigillatim: 'Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi sine peccato custodiat te in nomine Domini. Arnen.' "[17] Adhuc tamen desideratur in quibusdam Pontificalibus eiusdem saeculi, uti Noviomensi et Colbertino.[18]

In ordinatione episcopi, formula "Accipe Spiritum S." originem habuit eodem saec. 13, nec ullum Pontificale hac aetate antiquius eam refert. Hunc pariter ritum introduxit *Guilelmus Durandus* in suum Pontificale, sub sequenti forma, subinde recepta in hodierno Pontificali Romano: "Tunc [i.e. paulo ante initium praefationis ordinativae] ordinator imponit utramque manum super caput illius dicens: 'Accipe spiritum sanctum.' Idemque faciunt et dicunt omnes episcopi, tam tenentes librum [super caput eius] quam alii successive."[19] Eundem ritum, quem *tacent antiqyi theologi scholastici,* referunt *Pontificalia Arelatense* et *Andegavense* eodem saec. 13[20] et alia in sequenti aetate, ut Lugdunense saec. 14 (quod imitat Pontificale Durandi).[21] Adhuc tamen de eo silent plura alia Pontificalia, et peculiariter omnia (praeter praefatum Lugdunense) quae referuntur a Martène pro saec. 13-14, scilicet Beccense duplex, Apamiense, Noviomense, Mogunti-

"*Maxima bibliotheca Patrum* (Lugduni 1677) XXV 412.
" Hic hodiernum Pontificale addit verba: "In nomine Domini."
"Apud Andrieu, *op. cit.* (supra, in p. 674) III 361.
"Cf. Martène, *op. cit.* (supra, in p. 669) 313.
n Ibid. 476; cf. 313.
"Cf. *ibid.* 466 sq., 491.
"Apud Andrieu, *op. cit.* 382.
20Ut testatur Martène, *op. cit.* 330.
"*Ibid.* 514.

num et Colbertinum,[22] necnon duo recentiora inter ea quae refert Morinus, scilicet Moguntinum et Rotomagense (ecclesiae rhemensis) ex saec. 13.[23]

RECAPITULANDO QUAE DIXIMUS DE HISTORICA EVOLUTIONE RITUS ORDINATIONIS, constat hunc ritum inde a tempore apostólico essentialiter constitisse in *manuum impositione et concomitanti aliqua oratione,* quidquid ceteroquin sit de huiusmodi ritus divina origine, connexione cum mosaica manuum impositione, et cognatione cum rabbinico Semikáh. Utrumque illud elementum fideliter retinuit, nec unquam intermisit, tota antiqua Patrum traditio, quidquid sit de silentio (facile ceteroquin explicabili) documentorum saec. 2, necnon posterior praxis Ecclesiae, in liturgicis praecipue libris expressa. In hoc ritu, et in eo tantum, districte concordat constans praxis utriusque occidentalis et orientalis ecclesiae. Aliqua tantummodo modificatio sive evolutio observatur in ipsa formula orationis ordinativae, quae in prioribus documentis liturgicis assumit typum magis archaicum, ac pro tanto simpliciorem et augustiorem, ut constat ex *Traditione Apostólica,* probabiliter romanae originis, ex qua oratio derivatur in ipsa posteriora documenta orientalia *Sacramentara Serapionis, Constitutionum Apostolorum, Testamenti D.N.J.C.* et *Canonum Hippolyti;* in posterioribus vero documentis assumpsit formam magis complexam et elaboratam, ut constat ex duplici typo orientalis *Euchologii* et occidentalis *Sacramentara* (Leoniani, Gelasiani, Gregoriani), quorum expressio fere immutata per successivos libros litúrgicos usque ad nostrum aevum transmissa est. Ceterum, idem est in tribus praefatis typis sensus substantialis, nimirum significatio collationis tum potestatis tum gratiae, unicuique ordini propriae.

Praefatis duobus ac principalibus elementis, *aliae caeremoniae,* praecipue in latino ritu, per decursum temporis paulatim accesserunt et hodiedum subsistunt, quarum incerta ipsa origo ac fluctuans vicissitudo accidentalem earundem characterem satis manifestant, quidquid sit de ingenti nec expectata fortuna quam aliquae inter ipsas apud posteriores theologos obtinuerunt.

Primo nempe accessit duplicata quaedam *manuum impositio per assistentes presbyteros vel episcopos,* ad initium ordinationis presbyteralis vel episcopalis, quae quidem ascendit ad *Traditionem Apostolicam* (saec. 3) ac remote connectitur cum ipso textu paulino de "impositione manuum presbyterii" in ordinatione Timothei (1 *Tim.* 4. 14).

[22] *Ibid.* 438, 442, 458, 469, 483, 499.

[23] *Op. cit.* (supra, in p. 669) 336, 339.

Secundo, addita est *impositio libri euangeliorum* super caput episcopi, quae prima vice apparet in *Constitutionibus Apostolorum* circa a. 400, quaeque retenta est in utroque posteriori ritu occidentali et orientali.

Tertio, supervenit *ritus unctionis,* sive manuum presbyteri sive manuum et capitis episcopi, qui, etsi non improbabiliter iampridem usitatus in ecclesia romana, prima tamen vice cum certitudine apparet saec. 7-8 in ritu gallicano, ex quo serius, circa medium saec. 12, sub ea saltem determinata forma, transivit in ritum romanum, per influxum ipsius ritus gallicani et per tramitem Pontificalis Romano-Germanici saec. 10. Primum documentum unctionis manuum presbyteri exhibetur in Missali Francorum circa finem saec. 7, unctionis vero tum manuum tum capitis episcopi in Sacramentario Gelasiano saec. 8; praeterea quaedam Pontificalia saec. 10, praecipue anglicana, introduxerunt etiam unctionem capitis presbyteri et manuum diaconi, quae tamen notabili fortuna caruit nec diu supervixit.

Quarto, inde a saec. 10 accessit sic dicta *traditio instrumentorum,* seu libri in ordinatione diaconali et calicis ac patenae in presbyterali. Libri traditio primo apparet in Pontificalibus Angliae (salva fortasse prioritate ritus mozarabici) vel saltem ibidem praecipuam fortunam habuit et exinde in Gallias migravit; e converso traditio calicis et patenae tacetur in anglicanis et exhibetur in gallicanis Pontificalibus, ex quibus originem duxit, ac una cum priori in romanum ipsum ritum per Pontificale Romano-Germanicum saec. 10 subinde transivit. Inter ipsos ecclesiasticos scriptores prima utriusque ritus mentio occurrit apud Ivonem Carnotensem circa initium saec. 12, in quorum doctorum mentem, tantam ille ritus aestimationem suscitavit, ut iam sensim sine sensu praeformaretur communis posteriorum theologorum opinio de illius essentiali indole ac sacramentalitate.

Quinto, multo serius, circa initium saec. 13, accessit *ultima manuum impositio* cum formula "Accipe Spiritum S . . ." in ordinatione presbyteri, quae, quamvis ab ipsis scholasticis eiusdem aetatis sub severo silentio praetereatur, in tardiori tamen theologia non parvam fortunam obtinuit.

Sexto, ac ultimo, circa idem tempus addita est *jormula "Accipe Spiritum S."* in utraque ordinatione diaconali et episcopali, quae, pariter ab antiquis scholasticis sub silentio tecta, in tardiori theologia nonnullam fortunam usurpavit.

Ut dictum est supra (p. 620), *ritus graecus* in antiqua ac simpliciori sua forma solius impositionis manuum iugiter perseveravit, et peculiariter traditio instrumentorum mansit aliena a traditionali ritu

orientali, quamvis quidam, uti Armeni inde a saec. 12 et Rutheni multo recentius, eam ex Latinis mutuaverint.

III. DOCUMENTA ECCLESIAE.

INNOCENTIUS III, Epist, ad Heliensem episcopum, a. 1204: "Praeterea nos consulere voluisti, an permitti debeat ministrare qui sine impositione manuum fuerit ad ordinem subdiaconatus [legendum est: diaconatus; nam in subdiaconi ordinatione impositio manuum non adhibebatur] assumptus, et si confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorem fuit non chrismate, sed oleo delinitus. Ad quod fraternitati tuae breviter du[x]imus respondendum, quod in talibus non est aliquid iterandum, sed caute supplendum quod incaute fuerat praetermissum."[24]

Ex hac responsione, cum sit indolis practicae, nihil deduci potest pro vel contra essentialitatem impositionis manuum. Ceterum, Innocentius III, ut doctor privatus, potius invocari potest inter praeformatores opinionis de essentialitate traditionis instrumentorum, ut dictum est supra (p. 685).

GREGORIUS IX, Epist. ad Olaum episc. lundunensem, 9 dec. 1232: "Presbyter et diaconus cum ordinantur, manus impositionem tactu corporali, ritu ab Apostolis introducto, recipiunt; quod si omissum fuerit, non est aliquatenus iterandum, sed statuto tempore ad huiusmodi ordines conferendos, caute supplendum quod per errorem exstitit praetermissum. Suspensio autem manuum debet fieri, cum oratio super caput effunditur ordinandi" *(Denz.* 445).[23]

Ex hac pariter decisione, quae non est directe doctrinalis sed practica sive disciplinaris, nihil directe deduci potest circa mentem Ecclesiae de essentiali ritu ordinationis. Indirectae quoque deductiones non multum iuvant, cum ipse textus sit minime clarus. Nam non certo constat utrum ibi significetur apostolos proprie instituisse (ut quidam interpretantur) an tantum introduxisse sive applicasse ritum iam a Christo institutum (ut alii probabilius explicant); item, utrum agatur de omissione ipsius impositionis manuum,[20] an solius tactus physici; item, utrum expressio "Non iterandum" in oppositione ad "sup-

" *Decretales,* 1. 1, tit. 16, c. 1, *Corpus Iuris Canonici* (ed. Friedberg, Lipsiae 1922) II 134.

" Cf. etiam *ibid.* 13S.

" Intelligitur autem ipsa prima manuum impositio, non vero secunda, seu ea quae fit in fine ordinationis presbyteralis sub verbis "Accipe Spiritum S., quorum remiseris," ut quidam antiquiores (Maior, Soto, Tapper, Fagnanus, Billuart) interpretantur; nam ex una parte haec non habetur in ordinatione diaconi, de qua Papa etiam loquitur, et ex alia parte in ipsam ordinationem presbyteri ea nonnisi eo tempore coeperat introduci (cf. supra, p. 687 sq.).

plendum" sumatur in communi sensu quem nunc obtinet, ita scilicet ut indicet impositionem manuum non esse essentialem, quatenus cum omittitur aliquid essentiale, ordinatio dicitur iteranda, cum vero omittitur aliquid accidentale, dicitur tantum supplendum quod omissum est (ita Hostiensis, Tabiensis, Fagnanus, Gonet), an e contrario expressio "Non iterandum" sumatur in proprio ac formali sensu non repetendi sacramentum, ita ut verbum "supplere" significet ipsam primam confectionem sacramenti, et sensus sit quod si impositio manuum omissa fuerit, haec subinde convenienti tempore caute ponatur seu suppleatur, non quidem ad iterandum sacramentum, cum nondum collatum fuerit, sed ad primo illud conficiendum (ita olim Perez, recenter van Rossum). Probabilius videtur ibi agi de omissione non ipsius impositionis manuum sed solius tactus physici (ut suadet ipsa distinctio inter tactum manuum et suspensionem sive extensionem manuum), qui opportuno tempore iubetur suppleri.

Ceterum, sive agatur de omissione huiusmodi tactus sive ipsius impositionis manuum, Papa mere disciplinariter disponit ut suppleatur, cum ritus sit originis apostolicae, quin necessario cogitet de essentiali vel non essentiali indole illius tactus aut impositionis; quocirca ille textus sic glossari potest: Cum impositio manuum per physicum tactum sit ritus apostolicus, si contingat impositionem manuum aut physicum tactum praetermitti, oportet ut subinde suppleatur, quin totus ritus ordinationis iteretur. Ex qua quidem dispositione non sequitur, ut quidam theologi (Hostiensis, Fagnanus, Gonet) putant, Papam supponere impositionem manuum esse ritum accidentalem, quamvis sententia de essentia sacramenti consistente in sola traditione instrumentorum, quae eo tempore vulgari coeperat, potuerit fortasse influere in practicam illam regulationem, quemadmodum recentiori tempore eadem sententia, copulata cum contraria opinione de materia consistente in sola impositione manuum aut in utroque ritu traditionis instrumentorum et impositionis manuum, ratio fuit quare e converso S. Officium practice decreverit ut, in defectu alterutrius ritus, integra ordinatio repeteretur.[27]

3 7 Quidam patroni sententiae de essentialitate traditionis instrumentorum et de potestate Ecclesiae in materiam et formam sacramentorum provocant ad sequentia verba *Innocentii IV* in suo commento praefatae decretalis Gregorii IX: "De ritu apostolico invenitur in epistola ad Titum, alias Timotheum quod manus imponebat ordinandis, et quod orationem fundebat super eos, aliam autem formam non invenimus ab eis servatam; unde credimus, quod nisi essent formae postea inventae sufficeret ordinatori dicere, sis sacerdos, vel alia aequipollentia verba; sed subsequentibus temporibus formas, quae servantur, ecclesia ordinavit, et sunt tantae necessitatis dictae formae, quod si iis non servatis aliquis fuerit ordinatus, supplendum est, quod omissum est; et si formae servantur caracter infigitur animae" *(In V libros Decretalium commentaria* [Venetiis 1570] 129). Non autem attendunt Innocentium suum commentarium scripsisse ut doctorem privatum (Sinibaldus Fieschi), cum nondum esset S. Pontifex. Ceterum, in hoc textu eadem recurrit ambiguitas, quod attinet ad sensum incisi "supplendum est," ac in decretali Gregorii IX.

CONC. FLORENTINUM (1438-1445), sub Eugenio IV (1431-1447), *Decretum pro Armenis* sive Bulla "Exultate Deo," 22 nov. 1439.[28]

Quinta pars huius decreti, quae est de sacramentis, sic incipit: "Quinto, ecclesiasticorum sacramentorum veritatem pro ipsorum Armenorum tam praesentium quam futurorum faciliore doctrina sub hac brevissima redigimus formula" {*Denz.* 695). Integra pericope de sacramento Ordinis sic se habet: "Sextum sacramentum est ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur ordo: sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino et patenae cum pane porrectionem; diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem; subdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem; et similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma sacerdotii talis est: 'Accipe potestatem offerendi sacrificium in ecclesia pro vivis et mortuis, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.' Et sic de aliorum ordinum formis, prout in Pontificali Romano late continetur. Ordinarius minister huius sacramenti est episcopus. Effectus augmentum gratiae, ut quis sit idoneus minister" {*Denz.* 701).[29]

Manifestum est in hoc documento nihil dici de manuum impositione

"Alès, A. D', "L'essence du sacrement de l'Ordre," *Recherches de science religieuse* IX (1919) 116-136; "Ordination," *Dictionnaire apologétique de la foi catholique* III (éd. 4, Paris 1926) 1151-1158; *De Baptismo et Confirmatione* (Paris 1927) 46 sq.

Anonymous, "Sull'essenza del sacramento deU'Ordine," *La civiltà cattolica,* a. 83 (1932) H 255-261.

Galtœr, P., "Imposition des mains," *Dictionnaire de théologie catholique* VII-2 (Paris 1927) 1410-1420; "Encore un mot sur la nature du décret (pro Armenis,'" *Gregorianum XXX* (1944) 171-185.

Guibert, J. De, "Chronique de théologie," *Revue pratique d'apologétique* XIX (1914) 211-227; "Le Décret du Concile de Florence pour les Arméniens. Sa valeur dogmatique," *Bulletin de littérature ecclésiastique X* (1919) 81-95, 150-162, 195-215.

Grimm, C., "De auctoritate Decreti pro Armenis," *Bogoslovska Smotra* (1939) 106 sqq.

Hofmann, G., "Die Einigung der armenischen Kirche mit der katholischen Kirche auf dem Konzil vom Florenz, 22. Nov. 1439," *Orientalia christiana periodica* V (1939) 151-185.

Michel, A., "Ordre. Ordination," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1315-1322, 1330-1333.

Perrella, G. M., "H Decreto di Eugenio IV 'pro Armenis' relative ad sacramento deU'Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XXXIX (1936) 448-480; "Ancora sul Decreto 'pro Armenis' relativo al sacramento deU'Ordine," *ibid.* XL (1937) 177; "H valore del Decreto fiorentino 'pro Armenis' intomo all'Ordine," *Palestra del dero,* a. 17 (1938) I 171-178.

Quera, M., "El Decreto de Eugenio IV para los Armenios y el sacramento del Orden," *Estudios edesiâsticos* IV (1925) 138-153, 237-250; "Acerca de una nota referente al sacramento del Orden," *ibid. V* (1926) 327-332; "Mas acerca del Decreto de Eugenio IV para los Armenios y el sacramento del Orden," *ibid.* VI (1927) 54-78, 157-170; "Una palabra mâs sobre el Decreto 'pro Armenis,'" *ibid.* XXI (1947) 187-207.

Van Rossum, G. M., *De essentia sacramenti Ordinis* (ed. 2, Romae [1931]) 174-208.

"Textus Denzinger concordat omnino cum textu criticae editionis G. Hofmann, *Documenta Concilii Florentins de unione Orientalium. II. De unione Armenorum* ("P. Un. Gregoriana. Textus et documenta. Sériés theologica," n. 19, Romae 1935) 35.

et solam instrumentorum traditionem ac concomitantem formulam verborum exhiberi, cum profertur materia et forma presbyteratus et diaconatus (de episcopatu autem sermo non est; in Opusculo vero S. Thomae, ex quo hoc Decretum desumptum est, explicite episcopatui denegatur ratio ordinis sacramentalis). Ob exortam autem theologorum controversiam de materia et forma Ordinis, huiusmodi documenti tum auctoritatem seu doctrinalem valorem, tum sensum in hac nostra materia, doctores vario modo in quaestionem verterunt, ita ut ipsum evaserit veluti punctum cruciale ac insolubilis nodus totius controversiae.[30] In qua quidem quaestione, post tot theologorum distinctiones, interpretationes et elucidationes in statu quo ante insoluta adhuc permanente, frustraneum videtur novas attentare excavationes, nec aliud nobis superest nisi ut, praemisso brevi sermone de historicis circumstantiis et de conciliari origine Decreti (quam quidam minus caute etiam in dubium revocarunt), varia solutionum tentamina breviter exponamus circa praefatum duplex obiectum, seu doctrinalem valorem Decreti et proprium sensum qui suprarelatis eius verbis de materia sacramenti Ordinis tribuendus sit. Ad calcem ceteroquin nostrum quoque iudicium adiciemus.

Historicae autem Decreti circumstantiae hae sunt. Absolutis post sexdecim menses discussionibus de unione Graecorum eaque tandem promulgata in sess. 25 per Bullam "Laetentur coeli," 6 iul. 1439, Graecis iamiam a Concilio discessuris, legatio Armenorum (quatuor membris constans), tandem Florentiam perveniens, petiit ut de suae quoque ecclesiae unione in Concilio tractaretur, "quaerentes et ipsi unionem fideique rectitudinem."[31] Nominata ad hoc conciliaris commissio, tribus cardinalibus praecipue constans, quaestionem cum Armenis per quatuor menses attente discussit et sine peculiari difficultate ad felicem exitum perduxit, quem Bulla "Exultate Deo," 22 nov. 1439, expressit ac sancivit.

Haec Bulla *in octo partes dividitur,* ut distincte notatur in ipso documento: 1. Symbolum nicaeno-constantinopolitanum, cum addi-

[30] Van Rossum, *De essentia sacramenti Ordinis* (ed. 2, Romae [1931]) 173, hanc quaestionem his verbis aperit: "Remanet ut satisfiat difficultati, ubique ac semper in hac quaestione nascenti ac renascenti ex celebri decreto Eugenii IV pro Armenis. Haec revera est unica seria difficultas in hac celebri controversia. Quo penitius ei studuimus atque omnia examinavimus, eo magis semper nobis crevit persuasio, quaestionem hanc nunquam tantas sumpsisse proportiones, nec tandiu perstitisse, sed iamdudum solutam fuisse, si Decretum Eugenii non exstitisset. Argumenta omnia, quae contra antiquam atque perpetuam sententiam [scilicet de manuum impositione, ut sola materia sacramenti] afferuntur, vel in Decreto ipso fundantur vel propter Decretum excogitata sunt." Cf. De Guibert, *art. cit.* "Le Décret du Concile de Florence" 82.

[31] Silta in *Actis Graecis,* apud Hofmann, *op. cit.* 17. In suo sermone coram Papa hi legati dixerunt: "Cum auctoritate patriarchae nostri et episcoporum et omnis gentis nostrae venimus ad Sanctitatem Tuam, et vidimus eam et laetati sumus. Si est defectus in fide et in symbolo nostro. Tu doce nos" (apud Hofmann, *ibid.* 21).

tione "Filioque"; 2. definitio Conc. Chalcedonensis de duabus naturis in una Christi persona; 3. definitio Conc. Contantin. III de duabus voluntatibus et operationibus in Christo; 4. praeceptum ut Armeni suscipiant ac venerentur non solum tria priora concilia Nic., Const. I et Ephes., sed etiam alia, et peculiariter Conc. Chalcedonense eiusque confirmatorem Leonem M.; 5. doctrina de septem sacramentis Ecclesiae; 6. symbolum Athanasianum; 7. decretum unionis Graecorum sive Bulla "Laetentur coeli"; 8. decretum de tempore quo quaedam praecipua festa celebranda sint. Quinta illa pars de sacramentis exhibet, fere ad litteram, secundam sectionem Opusculi S. Thomae *De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis;* nonnisi pauca hic vel illic immutantur, omissione vel additione; ita quoad Ordinem legitur in praedicto opusculo (confer cum verbis Decreti, supra, p. 695): "Sextum est sacramentum Ordinis. Sunt autem septem ordines: scilicet presbyteratus, diaconatus, subdiaconatus, acolytatus, exorcistae, lectoris et ostiarii. Clericatus autem non est ordo, sed quaedam professio fidei dantium se divino ministerio. Episcopatus autem magis est dignitas quam ordo. Materia autem huius sacramenti est illud materiale, per cuius traditionem confertur ordo: sicut presbyteratus traditur per collationem calicis, et quilibet ordo traditur per collationem illius rei quae precipue pertinet ad ministerium illius ordinis. Forma autem huius sacramenti est talis: 'Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis et mortuis'; et idem est dicendum in consimilibus ordinibus. Minister huius sacramenti est episcopus qui confert ordines. Effectus autem huius sacramenti est augmentum gratiae ad hoc quod aliquis sit idoneus minister Christi."

Quidam olim negarunt vel in dubium verterunt ipsam *conciliarem originem Decreti,* dicentes ipsum esse privatum documentum Eugenii IV, cum fuerit latum coram solis Latinis post discessum Graecorum quo Concilium claudebatur; ita duo Patres tridentini (quos redarguerunt praesides Concilii[32]) et aliqui theologi posteriores inter eos qui defendunt manuum impositionem esse solam materiam sacramenti, uti *Witasse (De Ordine,* p. 2, q. 2, a. 2), *D'Annibale* et *Gasparri* (infra cit., p. 720). Assertum hoc procedit ex insufficienti consideratione tum circumstantiarum tum ipsius litterae Decreti. Et imprimis, Concilium nequaquam clausum est in discessione Graecorum, sed ulterius per sex adhuc annos processit, emittens alia Decreta sive Bullas unionis, respicientes ceteros orientales, scilicet: "Exultate Deo," 22 nov. 1439, pro Armenis; "Cantate Domino," 4 febr. 1442, pro lacobitis (cui Bullae insertum est ipsum Decretum pro Armenis); et

[32] Cf. De Gvibert, "Le Décret du Concile de Florence pour les Arméniens. Sa valeur dogmatique/' *Bulletin de littérature ecclésiastique X* (1919) 85 sq.

post translationem Concilii Romam ad Lateranum: "Multa et admirabilia," 30 sept. 1444, pro Syris; "Benedictus," 7 aug. 1445, pro Chaldaeis et Maronitis. Ceterum, Graeci, antequam discederent, generaliter consentierunt praevisae unioni Armenorum;[33] duo etiam insignes praelati graeci permanserunt Florentiae, scilicet Bessarion et Isidorus Kioviensis, qui, paulo post factam unionem cum Armenis, creati sunt cardinales; etiam ceteroquin post Graecorum discessum, conventus florentinus retinuit, ob praesentiam R. Pontificis, episcoporum latinorum et aliorum orientalium legatorum, veram rationem Concilii oecumenici. Ceterum, conciliaris indoles Decreti pro Armenis clare exhibetur in ipso eius textu; in eo enim Papa asserit se ad examinandam rem Armenorum deputasse commissionem virorum "de omni statu huius sacri concilii," se ferre "decretum sacro hoc approbante Florentino concilio," Armenos approbasse "hoc synodale decretum," quod est "datum Florentiae in publica sessione synodali solemniter in ecclesia maiori celebrata"; Decretum subsignatum est a 77 membris Concilii (Papa, 8 cardinalibus, 2 patriarchis, 5 archiepiscopis, 36 episcopis, 25 abbatibus, quorum nomina singillatim referuntur).[34]

De auctoritate sive doctrinali valore Decreti, tres praecipuae a theologis prolatae sunt opiniones, quarum praeterea unaquaeque congruenter cum sua assertione conatur explicare ipsum *sensum verborum* Decreti de materia sacramenti Ordinis.

PRIMA OPINIO, Decretum est *doctrinale et infallibile.* Est doctrinale, seu intendit docere ac tradere propriam ipsius Concilii doctrinam; est infallibile, seu eam doctrinam tradit cum plena ac decisiva auctoritate et tamquam de fide.

Ita sentire videntur communius auctores saec. 16-17, quatenus saltem hoc Decretum appellant definitionem, quamvis apud aliquos eorum hoc verbum intelligi possit in latiori sensu cuiuslibet propositionis magisterii Ecclesiae, nec necessario infallibilis propositionis (quas distinctiones illi auctores praetermittere solent). Ad rem praecipue faciunt verba *Caietani* (+ 1534): "Auctoris doctrina [i.e. S. Thomae sententia de actibus poenitentis ut materia sacramenti]

"In *Actis Graecis* legitur: "Post aliquot dies venerunt ex Armenia apocrisiarii patriarchae Armenorum, praestantes virtute viri, quaerentes et ipsi unionem fideique rectitudinem; qui etiam Beatissimum Papam venerati, visitaverunt imperatorem [byzantinum Florentiae cum Graecis praesentem], consiliumque suum et animum de conficienda cum ecclesia romana unione exposuerunt, et ab eo auxilium et protectionem petiverunt. Imperator eis respondit, multum sibi placere eorum studium, et gratum fore, si accesserint ad orthodoxam fidem et ecclesiam catholicam; et precor, inquit, Deum pro dirigenda eorum unione; quae si fieret, se quoque futurum esse (promisit) adiutorem eis ad quodlibet eorum negotium et necessitatem. His dictis Armeni abierunt. Nos vero Florentia egressi Venetias venimus, et inde rursus domum" (Hofmann, *op. cit.* [supra, in p. 695] 17 sq.

"*Ibid.* 23, 24, 42, 44-47.

canonizata est ab universali Synodo sub Eugenio IV" *(In 3 p.,* q. 90, a. 1, n. 2)[36]; *Ruardi Tapper* (t 1559), theologi tridentini: "Secundum definitionem Concilii Florentini [materia Ordinis est traditio instrumentorum]" *(De sacr. Ordinis,* a. 17); plurium theologorum in Cone. Trid. (cf. infra, p. 727, in nota); *losephi Angles* (+ 1587): "Canonizata est [traditio instrumentorum, ut materia Ordinis] per Concilium Florentinum expresse. . . Definita est expresse [forma illi traditioni concomitans] in Concilio Florentino" *(Flores theologicarum quaestionum, In 4 Sent.,* de sacr. Ordinis, a. 1, dub. 1 ét 4); *Suaresii* (fl617): "Concil. Florent, et Tridentinum . . . definiunt, solum episcopum esse ordinarium ministrum [Confirmationis], nimirum ex institutione Christi" *(In 3 p.,* disp. 36, sect. 2, n. 13; cf. sect. 1, nn. 3 et 6), "Sententia Durandi [de natura sacramentalis characteris] potuit fortasse suo tempore sine haeresi sustineri, quamquam non sine temeritate. . . Nunc vero non potest haec opinio ab errore in fide vindicari, propter definitiones Concil. Florent, et Trident." *(In 3 p.,* disp. 11, sect. 2, n. 1; similes expressiones frequenter occurrunt apud Suarez); *Morini* (fl659): "Sic definit concilium Tridentinum. . . Idem concilium Florentinum"; "Duo concilia rem dubiam definierunt"; "Decrevit sancta synodus Tridentina, sess. 23, cap. 4 et can. 4, quod iam statuerat sess. 7, cap. 9 et ante eam synodus Florentina in decreto unionis" *(Commentarius de . . . ordinationibus,* pars 3, exerc. 3, c. 1, n. 1; exerc. 5, c. 8, n. 2). Eaedem expressiones occurrunt frequenter apud alios theologos eiusdem aetatis, ut *Maeratium, Tanner, Capponi a Porretta, Amicum, Arriaga, Esparza.* Quod autem attinet ad *sensum Decreti* in praesenti quaestione de materia Ordinis, illi qui, ut Tapper, eam reponunt in traditione instrumentorum, dicunt hoc ipsum esse definitum, alii vero qui eam reponunt unice vel etiam in impositione manuum, dicunt Decretum proponere materiam accidentalem vel incompletam; quae ceteroquin solutiones afferuntur etiam ab aliis theologis qui diversimode iudicant de ipso valore Decreti, ut infra dicetur.

Apud auctores vero recentiores, tale iudicium ita sensim sine sensu attenuatum est, ut in praesenti saltem saeculo vix unus vel alius inveniatur, etiam inter patronos praefatae sententiae de essentialitate traditionis instrumentorum, qui illud satis clare proferat. Ad rem propius accedunt: *Billot:* "Nonnisi ex praeiudicatae causae necessitate potuerunt quidam adduci ad reficiendam normam decreti pro Armenis,

"Idem Caietanus supponit, etsi minus clare explicet, in 3 p., q. 62, a. 1, n. 7; q. 63, a. 2, n. 6; q. 66, a. 5, n. 6; a. 9, n. 2; q. 72, a. 3, n. 2; a. 4; a. 11, n. 2; q. 74, a. 6; q. 75, a. 1, nn. 8 et 10; a. 4, n. 6; q. 78, a. 1, n. 2 bis; a. 4, nn. 1 et 3; q. 84, a. 2, n. 1; a. 3, n. 1; q. 90, a. 1, n. 2; Quaestiones de confessione (in editione leonina operum S. Thomae), q. 2, n. 5; Quaestio de ministro poenitentiae (ibid.), n. 2.

cuius plena auctoritas semper fuit in Ecclesia Dei."[30] *Lahitton:* "De illo autem Decreto dicendum quod habet auctoritatem Conciliarem et infallibilem, ut nuper a multis ostensum est validissimis argumentis."[37] *Gigon:* "Decretum Concilii Florentini ad Armenos circa septem novae legis sacramenta est actus dogmaticus Ecclesiae in materia fidei; nequit admittere errorem et est ut infallibile agnoscendum.. . Quamvis decretum ad Armenos sit infallibile in exponenda veritate de materia et forma sacramentorum, tamen ipsum non reputatur definitio dogmatica, quae debuisset adhuc manifestius exprimi. Quandiu deficit talis manifestior promulgatio, veritas non dicitur de fide tenenda et contradicens non debet nota haereseos damnari."[38] *Abdrzuza:* "Sunt theologi qui in praesenti loco auctoritatem Cone. Florentini in Decreto pro Armenis parvipendant, dicendo nihil aliud continere hoc Decretum nisi instructionem quandam pro Armenis, vel doctrinam mere disciplinarem, aut non continere doctrinam infallibilem cui debeatur assensus religiosus. Attamen evidens est quod sibi ipsi contradicant praedicti auctores, nam huic Decreto in aliis rebus sacramentalibus acquiescunt et inhaerent; immo has declarationes assumunt tanquam argumenta validae demonstrationis. Cur igitur valore careat hoc Decretum quando doctrinam tradit de materia et forma Ordinis?"[39]

Ad quaestionem autem *de sensu illius Decreti,* inter quatuor hos modernos auctores, Lahitton supponit illud per traditionem instrumentorum assignare *materiam adaequatam,* Billot vero, Gigon et Abarzuza, *materiam inadaequatam,* nam Lahitton docet materiam esse solam traditionem instrumentorum, Billot et Abarzuza traditionem et primam impositionem manuum, Gigon traditionem, primam et ultimam impositionem manuum. Ad rem *Billot:* "Non tamen sequitur porrectionem instrumentorum quam solam commemorat Florentinum, esse materiam adaequatam. Primo quia assignare unum non est excludere aliud, sicut si dicerem sacramentum confirmationis confici per impositionem manus episcopi, non ideo necessitatem unctionis chrismatis abnuerem. Secundo quia declaratio Florentini respicit per prius materiam et formam ordinationis in genere: 'Sextum sacramentum, inquit, est Ordinis, cuius materia est illud per cuius

[90] *De Ecclesiae sacramentis* **II (ed. 7, Romae 1930) 296.**

[37] *Theologiae dogmaticae theses* **IV (Parisiis 1932) 252. Ultima affirmatio exaggerata, imo falsa est, ut ex dicendis patebit.**

[93] *De sacramento Ordinis* **(Friburgi Helv. 1945) 82 sq.; cf. 27. Binae auctoris assertiones videntur contradictoriae. Fortasse dicere vult quod sibi Decretum est infallibile, non vero aliis theologis, ac proinde qui neget obiectum in illo definitum, nequit nota haereseos mulctari.**

[&] *Manuale theologiae dogmaticae* **III (apud Padre Las Casas [Chile] 1947) 425. Manifestum est ea verba "doctrinam infallibilem cui debeatur assensus religiosus" esse valde ambigua ac diminuta, nam doctrinae infallibili debetur assensus fidei.**

traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur, etc? Ubi vides sermonem esse de toto Ordinis sacramento, adeoque de omnibus in globo ordinationibus, quibus reipsa sola instrumentorum porrectio communis est: nam impositio manus in duobus tantum ordinibus sacerdotii et diaconatus conferendis adhibetur. Propterea etiam, sola instrumentorum traditio debuit commemorari in ea brevi formula quae generatim materiam Ordinis attingebat, et nonnisi ex consequenti sive exemplificationis gratia, ad singulos ordines in particulari descendebat. Caeterum, cum decretum nos remittat ad Pontificale Romanum, satis superque apparet, Concilium non intendisse ad plenum referre quidquid in huius sacramenti collatione est observandum."[40]

Ratio huius opinionis est quia nihil Decreto deest quominus dicatur vera definitio: est enim conciliaris et auctoritativa propositio doctrinae in materia fidei. Ceterum ipse contextus et textus idipsum manifestant. Omnes enim supra enumeratae partes Bullae proponunt doctrinas fidei (Symbolum Nicaenum, definitiones Cone. Constant, et Chalced., etc.), praeter ultimam de tempore festorum quae, ratione sui obiecti, non est ullatenus doctrinalis sed manifeste disciplinaris. Praeterea, in Bulla dicitur commissionem praeparatoriam examinasse Armenorum "fidem tam circa divinae unitatem essentiae et divinarum personarum trinitatem, quam domini nostri lesu Christi humanitatem et septem ecclesiae sacramenta, et alia ad fidem orthodoxam et ritus universalis ecclesiae pertinentia" et Papam tradere Armenis "sub quodam brevi compendio orthodoxae fidei veritatem, quam super praemissis [i.e. Dei unitate et trinitate, Christi humanitate, sacramentis Ecclesiae] romana profitetur ecclesia," eo fine "ne ulla in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenos haesitatio esse valeat."[41]

Attamen, respondent alii hanc internam rationem non necessario concludere, quia praefata verba, fidem implicantia, referuntur ad totum Decretum in globo, sed non necessario ad singulas eius partes, ut patet de ultima quae est mere disciplinaris, nec ideo necessario ad sectionem de sacramentis, etsi ipsa sit doctrinalis. Ceterum, in ipso Decreto circa finem significatur in eo contineri "capitula, declarationes, diffinitiones, traditiones, praecepta et statuta."[42] Praeterea, extrinsecae rationes manifestant ipsum intrinsecum characterem Decreti, quod attinet ad doctrinam de sacramentis; Decretum enim dirigitur ad solos Armenos, nec ligat totam Ecclesiam, ut patet ex iugiter agnito nec in ipso Cone. Florentino reprobato, ritu Graecorum, in quo nulla habetur instrumentorum traditio; post editum Decretum

[40] *Op. cit.* 297 sq.
[41] Apud Hofmann, *op. cit.* (supra, in p. 695) 23 sq.
[42] *Ibid.* 44.

plures theologi, increscenti quidem numero, tenuerunt oppositam doctrinam, et in ipso Cone. Tridentino eam defenderunt, quod quidem ostendit Ecclesiam nihil de hac re definisse, nisi inepte dicatur eam suae definitionis consciam non fuisse, aut conscientiam amisisse, aut tueri neglexisse. Ceterum theologi moderni, moraliter omnes, concedunt Decretum non esse infallibile, etiam illi qui, ut Van Rossum, De Guibert, D'Alès, Galtier, Hugon aliique, mordicus defendunt ipsum esse stricte doctrinale ac decisivum.

SECUNDA OPINIO. Decretum est *non infallibile, sed tamen est doctrinale et decisivum.* Est doctrinale, vere et proprie, nec mere disciplinare, seu intendit tradere ipsam doctrinam de sacramentis, et, in casu, de materia Ordinis; estque decisivum, nec mere expositivum, seu intendit proponere propriam ipsius Concilii, adeoque ipsius Ecclesiae doctrinam, quid nempe Ecclesia teneat de sacramentis et, in casu, de materia Ordinis. *Sensus autem doctrinae, a Concilio traditae, est quod porrectio instrumentorum est essentialis materia sacramenti.*

Hanc sententiam ut minimum important expressiones plurium inter eos antiquiores qui defendunt traditionem instrumentorum esse, saltem partialiter, materiam sacramenti, et de quibus, ut notavimus supra, non clare constat num etiam putent Decretum illud esse infallibile. Eam tamen explicite ac signanter proposuerunt plures recentiores, ut *Straub, Van Rossum, De Guibert, Martin, Otten, D'Alès, Galtier, Hugon, Lépicier, Van Noort-Verhaar, Umberg, Michael Bäuerle a Neukirch, Pcrinelle, Gerlaud, Anonymus* in *La civiltà cattolica, Gibeault, Tymczak, Michel, Merkelbach, Zubirarreta, Ferland, Baisi, Lercher-Umberg* (ut probabile), *Journet.*[43]

Rationes huius opinionis sunt eaedem quae afferuntur in prima opinione, negato tamen charactere infallibilitatis ob alias rationes supra indicatas.

VAN ROSSUM: "Qui absque praeconcepta opinione Decretum seu Instructionem pro Armenis legit, non potest non fateri, Pontificem docere, materiam sacramenti Ordinis esse instrumentorum traditionem, formam vero verba 'Accipe Potestatem/ etc., ac proinde secundum Auctoris mentem atque verba veram ac integram essentiam sacrae Ordinationis in sola traditione instrumentorum et in coniunctis verbis imperativis sitam esse. Non potest non agnosci, vim fieri verbis si quis asserere vellet, Decretum aut non loqui de essentialibus Sacramenti Ordinis aut essentialia non omnia indicare."[44]

GALTIER sic resumit et approbat expositionem *DE GUIBERT:* "Le P. de Guibert qui, dans ses articles sur le décret pour les Arméniens, *Bulletin de littérature ecclésiastique,* 1919, p. 81-95, 150-162, 195-215, a suivi une marche toute différente de celle du cardinal van Rossum, en a établi lui aussi le

[43] **Ceterum, ad eandem sententiam probabiliter reducendi sunt supradicti quatuor auctores: *Billot, Lahitton, Gigon, Abárzuza.***

[44] ***Op. cit.* (supra, in p. 696) 176 sq.**

caractère vraiment conciliaire et doctrinal: Ce n'est pas un acte purement pontifical, émanant de la seule initiative du pape; c'est un acte promulgué en session solennelle du concile oecuménique de Florence sous la présidence d'Eugène IV. Ce n'est pas un simple exposé 'historique' des rites de l'Eglise latine: les Arméniens les connaissaient déjà. Au concile de Sis, tenu en 1344 ou 1345, ils avaient déjà répondu au reproche d'ordonner par la seule imposition des mains, en envoyant à Rome la preuve qu'ils procédaient aussi à la tradition des instruments depuis deux cents ans, qu'ils en avaient emprunté la coutume à l'Eglise romaine. Voir les textes cités par le P. de Guibert, p. 207, note 2. Ce n'est pas davantage, sauf le passage sur la matière de l'Eucharistie, où le décret porte expressément le mot *decernirntis,* à propos de l'obligation faite aux prêtres Arméniens de mélanger eux aussi un peu d'eau au vin du calice, un document *disciplinaire* prescrivant simplement aux Arméniens ce qu'ils doivent faire. . . Le texte entier, les circonstances de son élaboration et les documents contemporains disent le contraire. Reste donc que le concile a voulu expliquer la vraie doctrine catholique sur les sacrements; que, sans doute, cette doctrine a de nombreuses conséquences pratiques, mais que l'exposé qui en est fait là constitue un document d'ordre essentiellement *doctrinal.* . . 'L'expression qui paraît le mieux caractériser la nature de ce document est donc celle de déclaration ou exposé doctrinal du concile de Florence sur les sacrements,' p. 213-214; cf. p. 151-157, où l'auteur prouve que, s'il ne s'impose pas de ranger le décret parmi les *definitiones* proprement dites dont parle le concile, on ne saurait non plus le mettre au nombre des *statuta* ou des *praecepta* qu'il propose à l'acceptation des Arméniens."[45]

Recentius scribebat: "On peut se demander si le concile, dans la partie du décret qui concerne les sacrements, a entendu ajouter aux *'définitions'* proprement dites, aux dogmes de foi, qu'il rappelle aux Arméniens; mais à ce sujet, c'est bien un enseignement, une doctrine qu'il leur communique et qu'il leur demande d'accepter. C'est la *'vérité'* que l'Eglise *'professe'* et, au cours de l'exposé qu'il en fait, rien ne permet de distinguer ce qui, pour quelques sacrements, serait pure instruction pratique. Le concile ne fait lui-même aucune distinction de ce genre, et il n'y a donc pas lieu de chercher ici les 'praecepta' ou les 'statuta,' qu'il distingue des 'declarationes,' des 'difimitiones,' des 'traditiones,' de la 'doctrina.' "[46]

Cum autem agitur de merito ac *indole ipsius doctrinae* a Concilio propositae, seu de doctrinal! auctoritate Decreti et de conséquent! vi assensum cogendi, scinduntur hi doctores in duas valde diversas sententias:

Van Rossum, quem vix unus *A. Straub*[l] praecessit et leviter atque absque discussione unus vel alter, uti *R-M. Martin,*[3] *B. J. Otten,*[**] *G. Huarte*™ et *L. Lercher,*[l] secutus est, docuit doctrinam Decreti

""Imposition des mains," *Dictionnaire de théologie catholique* VII-2 (Paris 1927) 1411 sq. Cf. alia verba Galtier, cit. infra, pp. 705 sq.; et ipsum De Guibert, *loc. cit.* hic in textu Galtier.

""Encore un mot sur la nature du décret 'pro Armenis,'" *Gregorianum XXV* (1944) 174.

***"De Ecclesia Christi* II (Oeniponte 1912) 456 sq., 462.**

"In sua recensione operis Van Rossum, in *Revue des sciences philosophiques et théologiques* IX (1920) 688: "Et le docte prélat ajoute: 'cum omni reverentia plenaque submissione proponere licet, a doctrina ilia [Decreti] esse recedendum.' Nous croyons les conclusions de cette étude définitives. Elles sauvegardent la doctrine de l'immutabilité absolue de la matière essentielle des sacrements."

**** Institutiones theologiae* VI (Chicago 1925) 321 sq.**

***"Tractatus de Ordine et Matrimonio* (ed. 3, Romae 1931) 85. Loquitur optionaliter tantum.**

***" Institutiones theologiae* IV (ed. 2, Oeniponte 1935) 273, 609: "Ergo ab hoc decreto**

non corresponderé rei veritati, seu *errorem continere* ("Error in Decreto irrepsit") circa materiam et formam Ordinis, cum certum sit ex Scriptura et Traditione eam non esse solam traditionem instrumentorum, uti proponitur in Decreto, sed solam impositionem manuum, adeoque "gravissimas immo cogentes atque insuperabiles adesse rationes ad *recedendum a doctrina de essentia sacramenti Ordinis, in decreto pro Armenis proposita*"

Ad rem ipse: "Absolute loquendo evenire potest, Deo ita permittente, ut in decretis ordinarii magisterii S. Sedis error irrepat. . . Quodsi itaque, impletis fideliter officiis expositis [i.e. religiosae submissionis et oboedientiae], nihilominus cum certitudine inveniatur, decretum aliquod magisterii ordinarii[52] reformatione indigere, licitum omnino atque laudabile est debita cum reverentia argumenta proferre in contrarium, et ab Ecclesia humiliter expectare decreti recognitionem. Concludimus ergo ad propositam quaestionem respondendum esse, servatis servandis licere a doctrina, de Sacramento Ordinis in Decreto pro Armenis proposita, recedere et sententiam contrariam sustinere. . . Ex omnibus [enim] quae . . . tractavimus nobis constare videtur, gravissimas immo cogentes atque insuperabiles adesse rationes ad recedendum a doctrina de essentia sacramenti Ordinis, in decreto pro Armenis proposita: Doctrina enim haec componi non posse videtur cum Litteris sacris, cum traditione Sanctorum Patrum et Conciliorum et cum doctrina et praxi constanti omnium ecclesiarum Occidentis et Orientis. . .

"Coronidis causa hic adhuc quaedam commemorare iuvat, quibus facilius intelligitur, quomodo error in Decreto irrepere potuerit. Uti ex actis Concilii Florentini apparet, per annum integrum Ferrariae, deinde per quatuor menses Florentiae omnia capita divisionis aut dissensionis inter Graecos et Latinos in medium producta atque discussa sunt. De Sacramento vero Ordinis verbum nullum factum est, neque ullus cogitasse videtur circa illud discussionem instituere. Idem prorsus accidit quando, facta unione Graecorum, Armeni venerunt. De omni re inquisitio instituta est, de sacramento Ordinis sermo nullus. Hinc admodum verosimile est, Papam Eugenium de materia et forma Sacramentorum, ideoque etiam Sacramenti Ordinis ad Armenos locutum esse, sicut ipsius aetate doctores in scholis communiter de eis loquebantur et sicut de eis loquebatur S. Thomas in Opusculo de Sacramentis, quin ullum speciale studium circa essentiam Sacramenti Ordinis praecesserit."[53]

Ad obiectionem factam ab Hugon, quod nempe durum sit in tanto documento errorem theologicum arguere, Van Rossum respondet: "Libenter concedimus durum atque durissimum esse in documento tanti valoris errans assertum agnosci ideoque ab eo discesci debere; neque hoc licere retinemus nisi ob gravissimas atque evidentes rationes. . . Attamen ubi rationes indubiae et fortissimae ad hoc cogunt, id improbari non posse putamus."[54]

Haec sententia plurimorum dissensum ac recriminationem suscitavit, ob affirmatum errorem in Decreto, quod aliunde mordicus ab eodem Van Rossum sustinetur esse stricte doctrinale ac decisivum, et

tamquam ab reformabili in hac re cum reverentia recedendum est. Card. v. Rossum . . . Straub. . ." "Ergo simpliciter fatendum est, Eugenium de ritu essentiali ordinis proponere doctrinam, quae progrediente scientia theologica iam minus recta agnoscatur." Haec auctoris opinio reformata est in utroque loco a Dander et Umberg in nova editione.

"Auctor minus recte sub hoc nomine intelligit magisterium non infallibile.

" ***Op. cit.*** **(supra, in p. 696) 196 sq., 208.**

"***Ibid.*** **36.**

assertam liceitatem ab eo recedendi, ob aliquam sententiam quae, utut personaliter ac subiective illi auctori certa, obiective tamen non excedit rationem unius ex probabilibus opinionibus currentibus apud theologos; plurium quoque dissertationum haec Van Rossum interpretatio illius Decreti eiusque opus de sacramento Ordinis occasio fuit, sed nemo inter reclamantes scriptores ipsam crucialem quaestionem, ab eo suscitatam et in tota sua cruditate propositam, de doctrinali scilicet valore et obligativa vi alicuius non infallibilîs, utut decisivi, conciliaris decreti, funditus discutere et multo minus resolvere attentavit: nonnisi enim generalibus quibusdam expressionibus dubii, stupefactionis, moniti, vel etiam scandali, suum dissensum auctores expresserunt.

DE GUIBERT: "Si nous admettons avec le cardinal que le décret *ad Armenos* est un document dogmatique, bien que non une définition, nous pouvons nous demander si une opinion controversée entre théologiens peut nous fournir les *rationes gravissimae* nécessaires pour rejeter l'enseignement de ce document."[56] "La plupart [des théologiens] évitent d'avouer leur opposition à ce document: ils biaisent, cherchent à diminuer la valeur du texte qu'on leur oppose et à montrer en même temps que ce texte ne leur est pas absolument contraire: c'est un cas intéressant de *psychologie théologique"*™

GALTIER: "Cette solution [du card. van Rossum] a paru et paraîtra sans doute bien radicale. . . Rejeter comme fausse et erronée la doctrine du concile de Florence, c'est admettre qu'un concile oecuménique, dans un décret doctrinal, approuvé et promulgué comme tel par le pape, a 'déclaré' être 'la vérité en matière sacramentelle' ce qui en fait est une erreur en matière de foi. Pour rendre acceptable pareille hypothèse, c'est vraiment trop peu qu'une opinion théologique, fût-elle la plus hautement recommandée. Le cardinal van Rossum y croit suffisant que le décret de Florence se rattache au magistère ordinaire de l'Eglise. Le propre en effet du magistère ordinaire lui paraît être de n'avoir pas la garantie de l'infaillibilité . . . ; et comme il explique ainsi . . . la possibilité d'erreur dans les encycliques et autres actes semblables du pape ou dans les décisions des Congrégations romaines rendues et promulguées en son nom, il croit que se pourrait expliquer de même l'erreur commise par le concile de Florence.

"Nous n'avons pas à apprécier ici cette conception du magistère ordinaire ni à examiner comment elle se concilie avec l'affirmation du concile du Vatican, *De fide catholica,* c. iii, que le magistère ordinaire peut proposer et imposer lui aussi des vérités de foi proprement dites . . . , mais, même admise cette conception, même étant admis que le décret de Florence relève du magistère ordinaire, encore est-il cependant que d'un décret du Saint-Office ou même d'une encyclique à un décret de concile oecuménique solennellement approuvé et promulgué par le pape il y a une certaine différence. Et il est assurément vrai encore que, pour se trouver énoncée dans un acte conciliaire, une affirmation doctrinale n'est point pour cela même nécessairement définie. Mais l'Eglise ne ferait-elle donc sienne une doctrine qu'autant et dès l'instant qu'elle en donne une définition proprement dite? Ce n'est point là, nous semble-t-il, la doctrine commune dans l'Eglise. Et ces théologiens des derniers siècles, qui, pour pouvoir prendre parti contre le décret de Florence, se sont ingéniés à lui trouver un but purement disciplinaire, historique ou consultatif, se seraient-ils ainsi appliqués à en exclure le caractère

[56] "Chronique de théologie," *Revue pratique d'apologétique* XIX (1914) 219.

™ "Le Décret du Concile de Florence pour les Arméniens. Sa valeur dogmatique," *Bulletin de littérature ecclésiastique* X (1919) 214, in nota.

conciliaire et doctrinal, s'ils avaient cru qu'il fût loisible de contredire une doctrine approuvée et proposée comme 'vraie' par un concile oecuménique?"[07]

"[Le décret de Florence] n'est-il pas l'oeuvre d'un concile oecuménique présidé par le pape en personne et n'a-t-il pas été promulgué comme tel? . . . Sans le nier, le cardinal ne tient-il aucun compte de ce fait. Le décret de Florence n'est, pour lui, qu'un décret, une instruction du pape Eugène IV. Ainsi le ramène-t-il au niveau des actes du magistère ordinaire du pape, tel qu'il s'exerce quotidiennement dans l'Eglise: Lettres apostoliques, encycliques ordinaires du Souverain Pontife, décisions, rescrits des Congrégationis Romaines émis en son nom et par son autorité,^ ont beau toucher à des questions de foi ou de morale, les théologiens s'accordent à admettre qu'il peut y avoir lieu de s'en écarter. De même, conclut le cardinal, pour le décret des Arméniens. Or, c'est ici proprement que son argumentation porte à faux. Ce document, s'il n'est pas ce qu'on appelle une définition du pape parlant *ex cathedra,* c'est-à-dire exerçant son magistère extraordinaire, est encore moins un acte de son magistère ordinaire. Acte vraiment conciliaire, il procède du magistère extraordinaire de l'Eglise sous sa forme la plus solennelle. . .

"Et il ne servirait à rien d'argüer à l'encontre qu'il ne s'agit pas ici de vérités révélées à croire. L'argument, d'abord, laisserait subsister le fait qu'il s'agit d'un document proprement conciliaire. De plus, il donnerait à penser que l'on restreint le domaine du magistère extraordinaire, conciles oecuméniques ou définitions *ex cathedra,* au champ des vérités à croire comme révélées. Ce qui, sans doute, ne contredirait pas expressément la définition du concile du Vatican; mais ce que la plupart des théologiens n'hésiteraient pas, pensons-nous, à juger sévèrement: ce serait par trop en apposition avec la manière dont, au cours des âges, papes et conciles ont obligé à désavouer sous peine d'anathème des doctrines qui, sans aller directement contre aucune vérité révélée, avaient été frappées par eux de quelque censure.

"Pour obliger, en effet, il suffit au décret des Arméniens d'émaner du concile. Pas plus dans les parties concernant manifestement des dogmes que dans celle qui s'occupe des sacrements, il ne s'accompagne d'aucune menace de censure. Même si elle n'est pas une définition de foi proprement dite, celle-ci reste donc un décret proprement conciliaire, promulgué par le pape en concile et émanant ainsi de la plus haute autorité doctrinale qui ait jamais été reçue dans l'Eglise. Force est, par conséquent, de reconnaître dans l'enseignement qu'il contient celui que l'Eglise a solennellement proclamé sien et imposé comme tel à ceux qui demandaient à être reçus dans sa communion. C'est même la seule fois où elle ait ainsi exposé et imposé officiellement sa doctrine d'ensemble sur les sacrements: le concile de Trente n'a voulu en définir que les points contestés par les protestants. Aussi, comprend-on la répugnance des théologiens à contredire un document d'un ordre et d'un caractère si exceptionnels."[58]

HUGON: "Ideo . . . adversarii reiiciunt primam sententiam [de traditione instrumentorum ut sola materia Ordinis], quia contendunt Instructionem ad Armenos esse tantum decretum Eugenii IV vel mere disciplinare, ac proinde errori abnoxium; si contra evincitur esse actum Concilii et proprie dogmaticum, quis audebit documentum adeo solemne in materia ôdei pronuntiare erroneum? ... Reiicere hanc decreti partem ut erroneam esset Concilio oecumenico errorem adscribere in materia fidei. Reponit . . . [Van Rossum] : Pars ilia decreti valorem document! ab ordinaria Magisterii auctoritate conditi non excedit. — At non date apparet quomodo decretum in Concilio oecumenico promulgatum solemniter dlcatur documentum Magisterii mere ordinarii. Ceterum, etiamsi Magisterio ordinario adscriberetur, non idcirco liceret erroneum declarare documentum quo

" *Art. cit.* (supra, in p. 703) 1411, 1415 sq.

" "Encore un mot sur la nature du décret 'pro Armenis,'" *Gregorianum XXV* (1941) 183 sq.

Ecclesia Latina intendebat Ecclesiam Orientalem ex professo instruere de sacramentorum veritate. Tunc Latina Orientalem decepisset! Estne igitur probanda methodus quae ad hanc conclusionem ducit?"[59]

"Quant au décret *pro Armenis,* nous ne prétendons pas que ce soit ime définition de foi au sens strict, mais nous maintenons que ce décret est un acte conciliaire et un acte doctrinal, qu'on ne saurait qualifier d'erroné. . . Il ne serait pas sans danger, à notre avis, de qualifier d'erroné un décret d'une telle importance. Comment pourrait-on répondre aux Orientaux qui diraient: En une circonstance solennelle, l'Eglise Romaine nous a conviés à l'union, et, quand il s'est agi de nous présenter la vérité des sacrements, elle n'a réussi qu'à nous donner un document erroné! Les écrivains qui l'estiment erroné devraient demander au Saint-Siège de la faire corriger."[60]

PÉRINELLE: "Il n'est pas prudent . . . d'aller contre le Décret aux Arméniens au nom du présupposé, purement théologique, de la fixité absolue du rite essentiel de l'Ordre."[61]

LA CIVILTÀ CATTOLICA: "Osserviamo . . . che è duro, anzi 'durissimo,' come concede anche l'E.mo Card. Van Rossum . . . , ammettere sia pure un errore teologico, in un documento come quello del decreto *prò Armenis,* anche se non si trattasse di un decreto dommatico. Solo il dubitarne non ci pare senza pericolo. Ci sia lecito di aggiungere, che il duro, il durissimo qui non deriva già da un semplice sentimento di ripugnanza ad accettare una sentenza che non ci persuade, ma dalla natura stessa del documento, che, si voglia o no, è decreto della Chiesa docente [Prosequitur, approbans supra relata verba Galtier de discrimine inter decreta S. Officii vel communes encyclicas R.P. et decretum Concilii oecumenici]."[62]

GIGON, citato asserto Van Rossum iuxta quod nullum sequitur inconveniens ex hoc quod dicatur in decretis S. Sedis non infallibilibus errorem irrepere, ait: "Quae verba videntur nobis scandalosa."[63] Inferius, agens directe de Decreto pro Armenis, addit: "Irrationabiliter dicitur decretum illud esse erroneum. Nequit admitti Concilium oecumenicum, praeside Romano Pontifice, intendens declarare veritatem catholicam de ritu alicuius sacramenti maxime essentiali, posse pati errorem et ignorantiam. . . Sicut nullus fidelium in dubium revocat indicium Leonis XIII de invaliditate ordinationum anglicanarum, ita similiter, immo a fortiori, nullus dubitare potest de validitate ordinationum secundum decretum florentinum peractarum."[64]

Ceteri vero auctores supra relati (p. 702) dicunt vel supponunt in illo Decreto nullum errorem inveniri sed de facto *ipsam catholicam veritatem proponi* circa materiam et formam sacramenti Ordinis.[85] Ceterum, in *duas explicationes* iterum scinduntur.

• *Tractatus dogmatici* III (ed. 14, Paris 1948) 678-680.

[59]"Autour du sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* XXXI (1926) 264sq. Eadem repetit in "Etudes récentes sur le sacrement de l'Ordre," *ibid.* XXIX (1924) 485, necnon in "Celeberrima controversia de materia et forma sacramenti Ordinis iuxta recentissima studia," *Divus Thomas* (Piacenza) II (1925) 477-479.

[60]"La doctrine de S. Thomas sur le sacrement de l'Ordre," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XIX (1930) 249.

[61]"Sull'essenza del sacramento dell'Ordine," *La civiltà cattolica,* a. 83 (1932) II 256.

[62] *De sacramento Ordinis* (Friburgi Helv. 1945) 27.

[63] *Ibid.* 82 sq. Ceterum, ut dictum est supra (p. 700), hic auctor videtur docere Decretum pro Armenis esse infallibile; hinc explicantur fortiores eius expressiones.

[64]"Quidam anonymus scriptor in *L'ami du clergé* (1925) 173-176 ingeniosam sed frustraneam quandam mitigationem affert huic opinioni, docens Decretum non quidem

Quidam, ut *Galtier, Hugon, Périnelle, Gerlaud, Gibeault, Ferland, Baisi, Journet,* dicunt Decretum proponere *integram materiam* Ordinis, consistentem in traditione instrumentorum ad exclusionem impositionis manuum, ita ut eius verba sint certum signum quod iam ab aliquo tempore (puta iam inde a duobus saeculis, "à un moment donné," ait Galtier) Ecclesia mutaverat materiam sacramenti in ritu latino, adoptando traditionem instrumentorum, loco antiquioris materiae impositionis manuum.

Ceteri vero dicunt instrumentorum traditionem, quam explicite proponit Decretum, non esse, sic et simpliciter, solam atque integram materiam Ordinis sed supponi *copulari cum impositione manuum*™ In quo *iterum triplex explicationis varietas* proponitur.

Primo quidem, *De Guibert,* accedens ad opinionem Billot (de qua supra, p. 700), dempta tamen infallibilitate Decreti, loquitur de traditione instrumentorum praesupponente impositionem manuum, ita ut Decretum exhibeat materiam incompletam vel potius *materiam principalem,* relinquens in umbra materiam eo tempore secundariam, utut et ipsam essentialem, ac ita exprimens praecisum statum essentiae sacramenti tempore Cone. Florentini. Sicut enim formulae ipsae dogmaticae habent suam evolutionem sive progressum, donec attingant plenam rationem dogmatis definiti, ita in practico ordine rituum, traditio instrumentorum, a longo iam tempore introducta et ritui impositionis manuum accedens, paulatim increscens momentum acquisivit, donec tandem in aliquo tempore generaliter considerata fuerit tanquam ritus tum essentialis tum etiam principalis relate ad manuum impositionem, quae in prioribus saeculis tanquam sola essentialis materia considerabatur; Decretum igitur Cone. Florentini hanc iam operatam evolutionem officialiter manifestat ac sua auctoritate confirmat. Similem explicationem, quod attinet saltem ad praefatam evolutionem formulae dogmaticae, assumpsit etiam *Gerlaud,* in suo commentario doctrinae S. Thomae.

Secundo, auctor anonymus recensionis operis Van Rossum in ephemeride *La civiltà cattolica* loquitur de instrumentorum traditione ut involvente quodammodo vel supponente ipsam manuum impositionem, tanquam istius *ampliori determinatione* in ratione signi sacra-

docere aliquam doctrinam, tanquam suam, sed referre sive officialiter declarare quae esset tunc temporis doctrina ipsius Ecclesiae ("Le document est assez bien appelé une déclaration officielle de la doctrine catholique sur les sacrements"). Eum benevole citat Michel, "Ordre. Ordination," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1321 sq., sed decisive impugnat Quera, *art. cit.* (supra, in p. 695) VI (1927) 70-76.

"Umberc tamen traditionem instrumentorum considerat non ut partem essentialem materiae sed ut conditionem ad valorem sacramenti, additam ab Ecclesia *(Systema sacramentarium* [Oeniponte 1930] 37sq.).

mentalis, ita ut Decretum, exhibens explicite solam traditionem instrumentorum, nequaquam excludat, imo tanquam rem manifestam supponat ipsam manuum impositionem. Eidem explicationi, cuius praeformatio inveniri potest in uno vel altero ex antiquioribus (ut *Hallier,* t 1659G7), accedit *Tymczak,* addita praeterea peculiari quadam varietate, iuxta quam praefata determinatio significationis per Ecclesiam assimilatur intrinsecae evolutioni alicuius formulae dogmaticae ab implicito ad explicitum; quae peregrina varietas est ulterior ampliatio supradictae ac satis voluntariae comparationis de progressu dogmatis et ritus, invocatae a De Guibert.

Tertioj D'Alès (quem approbat *Michel),* recedens ab explicatione De Guibert (et Billot) de duplici materia essentiali, quam inadaequatam et suo scopo frustratam appellat, et accedens potius ad supradictam explicationem Van Rossum de manuum impositione ut sola materia Ordinis, mediam quandam viam attentat, quam Michel aptissimam ac plenam varietate (gallice: "nuances") appellat,68 quaeque tamen prima fronte non videtur quomodo ad rem faciat nisi reducatur ad praecedentes explicationes, et quomodo sibimetipsi constans sit, et quomodo vitet ipsas easdem difficultates quas contra explicationem De Guibert movet.

Distinguit enim in quolibet sacramento inter materiam formaliter intellectam (id quod in materia Christus formaliter intendit) et materiam materialiter intellectam (id in quo ea intentio Christi realizari potest). Primum elementum est divinae institutionis, adeoque fixum et immutabile, alterum vero admittit de se aliquam amplitudinem et relativitatem, adeoque aliquam mutabilitatem, puta, in casu sacramenti Ordinis, ut id quod Christus instituit, possit pro diversis temporibus et circumstantiis et sub influxu diversarum causarum realizari tum in impositione manuum tum in traditione instrumentorum. An autem et quomodo de facto in his vel illis circumstantiis et in hoc vel illo ritu materia formalis, a Christo instituta, realizetur, Ecclesiae est declarare (abstrahendo a quaestione an Ecclesia possit etiam influere in eam mutationem materiae materialiter acceptae, seu eam determinare). Decretum igitur pro Armenis exhibet materiam

" *De sacris electionibus et ordinationibus,* **pars 2, sect. 2, c. 2, a. 1, § 12.**

a *Art. cit.* **(supra, in p. 695) 1330: "Aucune conclusion ferme ne saurait être donnée [dans la question sur la matière essentielle de l'Ordre]. Cependant s'il était permis d'exprimer ici une opinion, nous nous rallierons volontiers à la sixième opinion [selon laquelle l'imposition des mains est la seule matière de l'Ordre], qui a pour elle l'appui et la confirmation de l'histoire. H convient cependant d'y apporter certaines explications, rendues nécessaires par le décret d'Eugène IV dont nous entendons, nonobstant la haute autorité du cardinal Van Rossum, maintenir, avec la valeur doctrinale, la valeur objéctive au point de vue de la vérité catholique. Ces explications, personne ne les a mieux formulées et avec plus de nuances que le P. d'Alès."**

Ordinis (materialiter acceptam) prout de facto erat in conditione historica illius temporis.

Attamen, cum manifestum sit Decretum nonnisi traditionem instrumentorum explicite exhibere, quaeri potest a D'Ales quare haec tantum commemoretur, et quid de manuum impositione; ac ita totum problema redintegratur. Praeterea, idem auctor etiam dicit se consentire cum Van Rossum quoad punctum fundamentale "de manuum impositione ut solo ritu essentiali sacramenti Ordinis in omnibus temporibus et omnibus locis"; quid igitur de traditione instrumentorum, quam solam exhibet Decretum, estne mere accidentalis? Tandem ipse ait "id quod [Decretum] intendit enuntiare, esse veritatem absolutam, absque ulla limitatione temporis vel loci, iuxta institutionem Christi," quod quidem videtur pugnare tum cum verbis modo citatis tum cum alio asserto supra relato, quod scilicet "decretum Florentinum exhibet materiam intellectam materialiter, pro condicione historica illius temporis, non formaliter pro immota institutione Christi."

Simul collatis quatuor locis (cf. infra, pp. 714-718), in quibus auctor hanc quaestionem de essentiali ritu sacramentorum aggreditur, sequenti modo eius mens explicari potest, exemplificando quoad hanc quaestionem de materia Ordinis. Auctor intendit mediam quandam positionem assumere inter sic dictas opiniones de institutione specifica et de institutione generica sacramentorum, ita ut admittat priorem cum moderamine alterius. Hinc aliqua ac constans in eius verbis ambiguitas ac oscillatio, imo apparens contradictio, ratione cuius contingit eius nomen referri aliquando inter patronos prioris, aliquando inter patronos posterioris opinionis. Fortasse eius opinio reduci potest ad peculiarem aliquam formam institutionis specificae in materia mutabili.

Quantum intelligimus ea nequit nisi sequenti modo explicari, ut logico aliquo processu gaudeat et ab omni contradictione purgetur. Christus pro materia Ordinis instituit ipsam impositionem manuum, non tamen materialiter ut est impositio manuum sed potius formaliter ut est aptum signum collationis potestatis, quae quidem aptitudo etiam in alia materia, puta in traditione instrumentorum, inveniri potest. Potuit autem contingere, sive ex historicis circumstantiis sive fortasse ex ipso influxu ecclesiasticae potestatis, ut manuum impositio suum robur amiserit sub ea aptitudinis ratione, ita ut substituta vel saltem completa fuerit per novum ritum traditionis instrumentorum. Hoc autem de facto contigisse, suadet indicatio Decreti pro Armenis, quod, intendens declarare quae esset materia sacramenti in illa historica circumstantia, exhibet traditionem instrumentorum; cum tamen

ex aliis historicisque argumentis etiam appareat impositionem manuum constanter retentam esse in ritu ordinationis, dici potest eam per traditionem instrumentorum determinatam ac completam quodammodo fuisse, seu historicam vestem accepisse quam prioribus saeculis non habebat, ac pro tanto materialiter tantum mutatam esse, iugiter manente eadem formalitate apti signi collationis potestatis, sub qua fuit a Christo instituta. Decretum igitur pro Armenis ex una parte intendit proponere ipsam essentialem materiam a Christo institutam, quatenus est a Christo instituta, seu sub ratione apti signi, et ex dia parte proponit eam sub illa historica ac materialiter mutata veste sub qua inveniebatur eo tempore in Ecclesia, scilicet sub ritu traditionis instrumentorum, iuxta quem antiquior ritus impositionis manuum materialiter reformatus ac completus fuerat.

Ut patet, huiusmodi explicatio incidit uno vel alio modo in theoriam de generica institutione sacramenti, quam alii auctores sine ambiguitate et oscillatione proponunt (cf. infra, pp. 811 sqq.).

GAUTIER: "Il nous paraît certain ...» comme au cardinal van Rossum, que la pensée de l'Eglise, telle en particulier qu'elle s'est manifestée au concile de Florence, exclut l'imposition des mains du rite essentiel de l'ordination. ... On invoque le caractère sacramentel reconnu à l'imposition des mains aux âges où elle était le seul rite de l'ordination et sa persistance parmi les rites actuels. Mais conclure de là qu'elle a toujours conservé le même caractère, c'est, sans doute, supposer impossible *a priori* qu'elle l'ait perdu; ce n'est pas prouver que l'Eglise, à un moment donné, n'a point cessé de le lui reconnaître. . . Telle que l'Eglise l'a manifestée par ses organes habituels et dans la seule circonstance où elle en a fait l'exposé authentique [i.e. dans le Concile de Florence], cette pensée nous a paru être que l'imposition des mains avait cessé à un moment donné de faire partie de ce rite."[69]

HUGON: "Potest Ecclesia materiam specificam quorundam sacramentorum determinare, quin substantiam immutet. . . Ecclesia voluit tali potestate uti et reapse determinavit ut impositio manuum, quae fuit olim et remanet adhuc apud Orientales sola materia essentialis, non pertineret amplius ad essentiam sacrae ordinationis, et instrumentorum porrectio, quae non fuit semper adhibita, foret in Ecclesia Latina sola materia essentialis. . . Concilium Florentinum manifeste loquitur de materia essentiali [quam unice assignat in traditione instrumentorum]. . . Si ergo Concilium tenet unicam materiam esse traditionem, eo ipso censet fuisse Ecclesiae voluntatem imponendi hanc materiam."[70]

PÉRINELLE: "En 1439, la doctrine de saint Thomas est devenue doctrine officielle de l'Eglise romaine."[71]

JOURNET: "Les autres [auteurs] distinguent dans les sacrements de la loi nouvelle la signification, qui représente la partie la plus formelle, et le signe, composé de matière et de forme, de choses et de paroles. Le Christ a institué lui-même tous les signes sacramentels de la loi nouvelle. Pour certains de ces signes il a voulu les déterminer non seulement quant à la signification, mais encore quant au signe lui-même, composé de matière et de forme: ainsi pour le

***"Art. cil.* (supra, in p. 703) 1416, 1417, 1423.**
***n0p. cit.* (supra, in p. 707) 680-682.**
***nLoc. cit.* (supra, in p. 707).**

baptême. Pour d'autres signes sacramentels, il les a déterminés quant à la signification, en laissant à son Eglise et au pouvoir juridictionnel infailliblement assisté la faculté de désigner plus particulièrement, selon les besoins des temps et des lieux, la matière et la forme du signe. Comment expliquer autrement que la chrismation soit devenue, en Orient comme en Occident, le rite essentiel du sacrement de confirmation, que la forme du sacrement de pénitence ait pu être successivement déprécative ou indicative? Ainsi en est-il de l'ordre: la signification est toujours demeuré constante, elle a toujours manifesté une transmission des pouvoirs cultuels, mais le signe dans lequel elle s'exprimait a changé en Occident: à l'imposition des mains s'est substituée la tradition des instruments. Voilà l'explication que nous préférons. Elle permet de dire que le concile de Florence ne s'est pas trompé. Mais rien n'empêchait l'Eglise de revaloriser le rite de l'imposition des mains. Ce sera l'oeuvre de Pie XII par la Constitution apostolique du 30 novembre 1947."[72]

DE GUIBERT: "Si ... on ne veut pas rejeter a priori toute possibilité de changement dans un rite sacramentel, on peut très bien concevoir un enrichissement du signe sensible de l'ordre: prêtrise et diaconat existant seuls au début et conférés par simple imposition des mains, se trouvèrent plus tard à côté des ordres mineurs conférés eux par le symbole bien plus parlant et expressif de la tradition. Peu à peu, à l'époque précisément où se constitue la théologie sacramentaire, on voit un rite semblable apparaître dans la collation des deux ordres primitifs et au xiii siècle, nous constatons que cette tradition des instruments forme, même pour saint Bonaventure, le signe sensible général, spécifique de l'Ordre, que c'est à elle que la pensée chrétienne d'alors attache l'impression du caractère. Fallait-il plus que l'adoption générale de ce rite et cette conception reçue par tous en Occident, pour faire dans l'Eglise latine de la tradition la matière de l'Ordre?

"On fait souvent l'objection, et le cardinal van Rossum la reprend ... : seul un pape ou un concile oecuménique aurait pu avoir dans l'Eglise l'autorité nécessaire pour modifier la matière valide d'un sacrement: or jamais on n'a pu citer un seul décret de concile ou du pape en ce sens. Raisonner ainsi n'est-ce pas oublier un peu comment se sont réalisés tous les progrès dogmatiques dans l'Eglise? Une définition dogmatique positive, comme celle de l'Immaculée Conception, ou plus haut celle qui consacre l'existence du caractère sacramentel, n'est en général que l'aboutissant d'un long travail opéré peu à peu, insensiblement, dans la pensée catholique. Un peu de même dans la question qui nous occupe: c'est l'usage qui peu à peu a introduit et généralisé un enrichissement du symbole sacramentel, c'est peu à peu que dans la pensée des chrétiens ce nouvel élément du rite a pris du relief, est passé au premier rang, a été regardé comme essentiel: à ce moment, il ne viendrait à la pensée de personne que le sacrement pût être administré sans cette cérémonie. Puisque le sacrement est une langue réelle, puisque c'est en signifiant qu'il cause, pourquoi ne pas admettre qu'à ce moment-là c'est ce rite auquel l'usage officiel de l'Eglise attache la signification principale qui est vraiment cause instrumentale de la grâce sous la main de Dieu? Et dès lors un concile comme celui de Florence pourra fort bien, à un moment donné, non pas établir, mais constater indirectement la valeur de ce rite sacramentel déjà rendu efficace par l'usage de l'Eglise latine.

"Evidemment une telle conception des choses n'est guère conciliable avec les théories rigides sur la causalité physique des sacrements; mais il y a bien d'autres raisons de laisser tomber celles-ci. Au contraire, qu'il s'agisse de causalité morale ou de causalité intentionnelle, au sens du cardinal Billot, aucune difficulté à admettre cette part laissée à l'usage, à l'estimation commune du peuple fidèle pour déterminer sous le contrôle de l'autorité ecclésiastique la valeur des éléments

[72] "Vues récentes sur le sacrement de l'Ordre," *Revue thomiste* LUI (1953) 105.

matériels réalisant à un moment donné certains des symboles efficaces institués par le Christ. Autrefois la part des autorités particulières a pu être plus large: aujourd'hui, suivant le mouvement général de centralisation de l'Eglise, en cela comme pour toute la liturgie, la réglementation est plus précise, plus vigoureuse, plus immuable. Néammoins, on trouverait peut-être encore plus de traces qu'on ne croit de cette intervention de l'Eglise: qu'il suffise de citer le récent décret[73] sur la forme abrégée du sacrement de l'Extrême-Onction.

"Il semble donc bien que l'Eglise ait pu, autrefois surtout, déterminer des éléments essentiels à certains rites sacramentels autrement que par un décret précis et solennel décidant qu'à partir de tel moment la collation de l'ordre, par exemple, sera invalide si on omet la tradition des instruments. Et par conséquent, à choisir entre les deux thèses du cardinal van Rossum et du cardinal Billot, c'est bien, semble-t-il, la seconde qui est à préférer."[74]

GERLAUD eandem explicationem assumit eamque sequentibus verbis exprimit (quibus relatis, *GIBEAULT* plaudens ait: "On ne saurait mieux dire"[75]): "Ce pouvoir vital d'adaptation nous explique pareillement les changements successifs que l'histoire surprend dans la collation même des ordres.[70] L'Ordre, comme tout sacrement, est essentiellement un signe, un symbole du pouvoir et de la grâce qu'il communique. S'il faut écarter des termes de matière et de forme, usités pour définir la constitution de ce symbole, le sens restreint, propre à la définition des êtres physiques, leur analogie doit être élargie surtout quand il s'agit de l'Ordre puisque les réalités que désigne ces mots ont ici fonction de signe plus que de cause; ces réalités ne comportent donc pas la fixité propre à celles qui constituent un être sensible; si leur valeur est établie de par l'institution du Christ, elle est également dépendante de leur rôle de signe. Tout signe — excepté le signe naturel — est susceptible de modification selon les exigences de celui à qui il s'adresse; deux langages différents peuvent exprimer une même réalité. Puisque le sacrement est un langage, on conçoit qu'il subisse des mutations. Le Christ a donné de cette formule la teneur générale, pour l'Ordre par exemple: 'Faites ceci en mémoire de moi'; à l'Eglise de la préciser, de l'adapter aux conditions diverses de sa vie, ainsi qu'elle adapte les formules de son dogme, sans en blesser la vérité, aux intelligences de chaque époque; de là, selon les temps ou les lieux, cette diversité de rites dans la confection des sacrements, en particulier du sacrement de l'Ordre, diversité qui témoigne de la vie de l'Eglise. ..

"Cette adaptation de l'Eglise à son milieu n'est pas le travail d'un jour; avant d'être constatée, homologuée comme un fait, elle est d'abord vécue. . . Avant d'être un dogme défini, une vérité sort de l'ombre, s'affirme, s'impose à la foi avant l'intervention du Magistère ecclésiastique: ainsi l'Assomption de la Vierge. Attacher donc l'efficacité d'un rite sacramentel à un jugement explicite du Magistère de l'Eglise, s'enquérir de la date précise à laquelle commence cette efficacité, s'étonner de ce que deux rites soient simultanément usités au point que l'un doive quelque jour céder le pas à l'autre, serait oublier que l'Eglise est un corps vivant dont le Christ est le Chef, l'Esprit-Saint le principe de Vie, Vie d'une activité débordante et d'une souveraine plasticité, aux manifestations variées et fécondes. Ce Magistère, lui-même manifestation de cette Vie, préside au développement de ces activités, il n'en ait pas l'unique initiateur; il les dirige,

[73] A. 1906. Cf. *Denz.* 1996.

[74] "Chronique de théologie." *Revue pratique d'apologétique* XIX (1914) 225 sq.

[75] *Art. cit.* (supra, in p. 612) 124* sq. Gibeault tamen, et ut videtur etiam Gerlaud, a De Guibert dissentiunt in eo quod reponunt in traditione instrumentorum integram materiam Ordinis.

[70] Eandem scilicet explicationem auctor immediate antea tradit quoad ipsam existentiam sive distinctionem ordinum sacramentalium. Eius verba partialiter citavimus supra, in art. 4, p. 20.

les confirme, mais ces élans s'originent en définitive à l'Esprit qui anime tout le Corps. La vie ne se met pas en formule comme un texte de loi; elle s'impose avant d'être exprimée en proposition. En matière sacramentaire, on touche à la vie de l'Eglise, des exigences juridiques seraient donc ici hors de propos. On est en plein coeur du mystère de l'Eglise, pleine de la Vérité et de la Vie du Christ, toujours identique à elle-même bien que variée dans ses activités, immobile dans la perfection de sa Vie mais souple en ses manifestations."[77]

LA CIVILTÀ CATTOLICA, referens ut peculiarem et approbans explicationem *Lugo*™ et *A. Battermi,*[19] ait: "La singolarità . . . a riguardo di questa opinione, sarebbe in ciò, che dall'imposizione delle mani non è separato il rito della consegna degli strumenti; che anzi ne sarebbe, sia pure per istituzione posteriore della Chiesa (verso il X secolo?), una parte meglio significativa. . . Così, parlare di imposizione delle mani in genere, e parlare in ispecie della consegna degli strumenti, non muterebbe, se ben vediamo, la sostanza della significazione della materia del sacramento.

"In concreto, la dottrina non incontra difficoltà, se si considera, nel tutto insieme, la sostanza della dottrina della materia e forma sacramentale. Nè il decreto *prò Armenie,* nè i testi liturgici, né i detti dei Teologi è necessario che tutto esprimano, quando la cosa da per se stessa è manifesta. Così il decreto *Pro Armenie,* ad es., parlando di materia e forma del sacramento dell'Ordine, col nominare la *calicie cum vino et patenae cum pane porrectionem,* 'per cuius traditionem confertur ordo' (Denzinger, n. 701), viene a esprimere l'ultimo e più determinato atto che si compie nella imposizione delle mani (la seconda inposizione), come è, naturalmente, nella pratica della Chiesa Romana, ed è consegnato nel Pontificale Romano, senza bisogno di dire altro. E di fatto, chi mai potrebbe pensare che con l'introduzione della consegna degli strumenti, si sia abbandonato proprio il rito dell'imposizione delle mani? Ecco, ci sembra, come si possa restare coerenti alla dottrina del Concilio di Firenze e insieme alla tradizione scritturale e teologica, senza bisogno di insistere . . . come fa il R. P. Galtier . . . , in ciò pienamente seguito dall'E.mo A. [Van Rossum] . . . , attribuendo al Concilio di Firenze 'l'esclusione della imposizione delle mani, dal rito essenziale' del Sacramento."[50]

D'ALÈS in primo suo articulo de hac quaestione, in quo recenset opus Van Rossum, scribit: "Après avoir exposé les sept arguments qui lui paraissent légitimer une certaine indépendance à l'égard du décret aux Arméniens, le cardinal conclut, avec saint Alphonse de Liguori: 'Eugène IV, traitant du sacrement de l'Ordre, n'a pas voulu toujours énoncer des dogmes; sur plusieurs points il s'est conformé au langage courant qui donne aux objets employés dans la collation

n *Saint Thomas d'Aquin. Somme théologique. L'Ordre* (trad. française, Paris 119311) 214-216.

" *De sacramentis in genere,* disp. 2, sect. 2, sect. 6, n. 98.

n *Opus theologicum morale* V (ed. 2, Prati 1893) 719.

Wi4rL *cit.* (supra, in p. 707) 258 sq. Dictum est supra, eidem explicationi accedere Tymczak, *Quaestiones disputatae de Ordine* (Presmiliae 1936) 375; "Quaestiones disputatae de Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XL (1937) 554-561. In priori loco sic suam explicationem compendiatur: "Modus determinationis est analogicus cum definitione dogmatis in deposito fidei implicite contenti, nempe: Est explicita traditio significationis impositionis manuum per aliud elementum antea implicite in toto ritu Ordinationis exsistens, nempe per additionem instrumentorum, circa quae ex institutione Christi potestas Ordinis exercetur: impositio manuum determinata per traditionem instrumentorum clare, explicite significat gradum potestatis collatae" (cf. ampliorem expositionem quam afferemus infra, p. 813). In altero loco conatur se purgare ab efficaci, utut brevi, impugnatione huiusmodi explicationis quam instituit G. M. Perrella, "Il decreto di Eugenio IV 'pro Armenis' relativo al sacramento dell'Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XXXIX (1936) 481-483.

des sept ordres, à raison de leur valeur expressive, le nom de matière du sacrement.' Une conclusion si autorisée met le théologien à l'aise pour restituer au rite primitif de l'imposition des mains la place qui lui est due dans la constitution de l'Ordre. Ici, l'argumentation du cardinal se fait très intransigeante; il n'admet aucum accommodement et pose en thèse que l'imposition des mains n'a jamais cessé, en aucune Eglise, de constituer toute l'essence du sacrement. Accorder, à l'encontre, une valeur quelconque au décret d'Eugène IV, serait, à ses yeux, admettre que le sacrement a changé; ce serait dévorer deux énormités dogmatiques; à savoir: I° Ce sacrement est autre dans l'Eglise d'Orient que dans l'Eglise d'Occident, il y a en réalité deux sacrements; 2° Dans l'Eglise d'Occident, le sacrement n'est pas resté identique à lui-même.

"Plus d'un lecteur trouvera que c'est là pousser les choses bien au noir; et ceux qui ne partagent pas sur ce point le sentiment du savant cardinal trouveront sans doute des raisons à lui opposer. Nous en opposerons aussi; *non pas que nous ne partagions ce sentiment quant au fond des choses; nous l'avons toujours partagé. Mais nous hésitons à croire la démonstration aussi triomphante.* Nous objecterons donc, pour l'acquit de notre conscience, et *nous réclamerons la disjonction entre la question particulière de l'essence du sacrement de l'Ordre, sur laquelle nous souscrivons aux conclusions du mémoire, et la conception générale du sacrement chrétien, dont nous croyons utile de tempérer la rigueur.* Par ailleurs, la thèse principale est solide, et à l'épreuve du choc des arguments. . .

"Son Eminence revendique l'institution intégrale du sacrement par le Christ. A merveille. Selon la tradition de l'Eglise, il faut maintenir que *le Christ a déterminé immédiatement et par lui-même, les éléments essentiels de chaque sacrement;* à cette condition seulement, il peut être dit, au sens strict, l'auteur. Une intention du Christ complètement indistincte, abandonnant tout à l'initiative de l'Eglise, quant au nombre et à l'espèce, ne répond pas à l'idée du sacrement chrétien. *L'essence de chaque sacrement est définie par l'intention expresse du Christ.* Mais d'autre part il ne faut pas perdre de vue que *l'objet matériel de cette intention du Christ possède nécessairement une certaine amplitude. Cette amplitude ne peut-elle comprendre des rites aussi dissemblables matériellement que l'imposition des mains et la tradition des instruments? A* priori, nous n'en savons rien; a posteriori, certaines analogies suggèrent que ce n'est pas impossible.

"Le nom d' 'essence du sacrement' ne doit pas ici faire illusion; car dès qu'on descend sur le terrain des réalisations concrètes, on se trouve en présence d'une vraie multiplicité. Donnons un exemple. Il a plu au Christ d'instituer le sacrement de baptême sous forme d'ablution faite avec de l'eau naturelle, en invocant la Trinité. Absolument parlant, il aurait pu établir que le seul baptême valide serait le baptême conféré dans l'eau du Jourdain, comme le baptême que lui-même reçu des mains de Jean. De fait, l'amplitude de l'institution est plus grande: toute eau naturelle est propre au baptême: eau douce ou eau marine, eau de fleuve ou eau de pluie, eau froide ou eau tiède. Cela, nous le savons, nous ne pouvons le savoir que par la pratique et l'enseignement de l'Eglise, qualifiée pour nous dire que ces diversités secondaires ne touchent pas à l'essence du sacrement. On pourrait imaginer des raffinements semblables pour l'essence de tous les sacrements, sans en excepter l'Eucharistie. L'institution requiert une certaine détermination de la matière et de la forme; mais cette détermination a des bornes essentielles, que le cardinal Van Rossum connaît bien; elle ne descend pas nécessairement aux dernières distinctions imaginables, *in ultima specie, èv Mm).* Et c'est ici qu'intervient l'Eglise, interprète de la pensée du Christ. Je n'examine pas la question ultérieure de savoir si le ministère de l'Eglise est ici purement déclaratif, ou renferme l'exercice d'un pouvoir effectif de détermination. L'essentiel est qu'il convoie jusqu'à nous la pensée authentique du Christ.

"La notion d'essence d'un sacrement, que ce soit l'Ordre ou toute autre,

comporte donc nécessairement une certaine rélativité; il appartient à l'Eglise, gardienne des sacrements, d'en fixer officiellement les bornes, et ces bornes ne sont pas nécessairement partout et toujours les mêmes, à travers la diversité des temps et des lieux. Sera valide, le sacrement déclaré tel par l'Eglise, à laquelle appartient l'appréciation des conditions concrètes et de leur conformité à l'institution du Christ. *Cette appréciation peut, dans une certaine mesure, varier selon les temps et les lieux."31*

In secundo articulo circa Ordinationem, edito in *Dictionnaire Apologétique,* repetitis ad verbum omnia praedicta, haec inter alia addit: "[Le R. P. De Guibert] se sépare du cardinal [Van Rossum] sur le terrain théologique, dans l'application du décret au sacrement de l'Ordre. Car il croit pouvoir sauver en fait le texte du décret de Florence, et plutôt que d'y reconnaître une erreur subjective [comme le cardinal], il conclut à un flottement de la réalité objective. En d'autres termes, il admet que l'essence du sacrement a varié; que le décret en donne la formule exacte, relativement à la date de sa promulgation; et il se rallie à la troisième des solutions exposées [i.e. que la matière du sacrement consiste soit dans l'imposition des mains, soit dans la tradition des instruments]. . . Sur ce terrain, nous ne le suivrons pas, pour diverses raisons, dont la première est qu'à notre avis une telle solution manque précisément le but en vue duquel on l'a inventée. Ce but était de donner satisfaction au décret de Florence. Or ce décret, aussi bien que l'opuscule de saint Thomas d' où il procède, prétend bien énoncer autre chose qu'une vérité relative, fraîchement acclimatée dans l'Eglise, en des conditions de temps et de lieu impossibles à définir avec précision. *Ce qu'il prétend énoncer, c'est la vérité absolue, sans aucune limitation de temps ni de lieu, selon l'institution du Christ;* on ne lui donnera satisfaction à moins de l'entendre ainsi; et après avoir peiné pour sauver une formule que d'ailleurs on ne croit pas infaillible, on risque de perdre le bénéfice d'un tel effort. Au demeurant, nous ne pouvons que souscrire aux revendications en faveur du pouvoir que l'Eglise possède sur le rite du sacrement. . .

"Si nous avons cru devoir plaider, en tout désintéressement, la possibilité théorique d'une intervention de l'Eglise modifiant, au cours des siècles, le rite essentiel du sacrement, nous ne songeons pas, pour autant, à ébranler la thèse maîtresse du cardinal, touchant *l'imposition des mains, seul rite essentiel, dans tous les temps et tous les lieux, du sacrement de l'Ordre.* C'est qu'à notre avis les solutions les plus simples ont souvent chance d'être les plus vraies, et qu'en abandonnant celles-ci, on se lance dans des complications inextricables. En effet, on se condanne à admettre que, tandis que l'essence du sacrement de l'Ordre demeurait, pour la plupart des Eglises orientales, ce qu'elle avait été pour toutes les Eglises dès le temps des Apôtres, elle est devenue autre pour l'Eglise latine, et à sa suite pour l'Eglise arménienne, à une date relativement récente, date d'ailleurs impossible à préciser, mais qu'il faut situer aux abords du xiie siècle; qu'un si grand changement s'est accompli non par voie d'autorité, mais par voie d'infiltration lente, et qu'il était consommé depuis environs deux siècles avant d'être consacré par le décret du concile de Florence; qu'en donnant acte aux seuls Arméniens d'un si grand changement, l'Eglise n'a eu nul souci de le notifier pareillement aux Occidentaux, qui étaient les premiers intéressés; qu'elle avait subi ce changement sans en prendre conscience, et qu'après l'avoir consacré par le décret aux Arméniens, elle est restée indifférente à la réaction qui, depuis le xviie siècle surtout, s'est prononcée contre le décret de Florence.

"Au cours de ce travail d'infiltration, qui ne s'est pas accompli partout à la même date, mais a réclamé des siècles, que penser de l'essence du sacrement dans l'Eglise latine? Etait-elle une ou double? Demeurait-elle à la merci des initia-

" "L'essence du sacrement de l'Ordre," *Recherches de science religieuse* IX (1919) 130-133.

tives individuelles? Ce système paraît absolument impensable. On ne s'arrêtera pas à l'idée que deux vérités distinctes aient pu coexister et se compénétrer dans un enchevêtrement inextricable. Rien ne saurait être plus contraire au texte de Florence, qui ne prétend pas innover, mais bien constater ce qui existe, et ne soupçonne rien d'une telle complication. Concluons, avec le cardinal Van Rossum, que l'opinion qui reconnaît dans l'imposition des mains le rite traditionnel et seul essentiel de l'ordination sacerdotale, offre le meilleur terrain pour exposer sur ce point la doctrine et justifier la discipline de l'Eglise."[82]

In tertio articulo de sensu tridentini effati "Salva illorum substantia," scribit: "Quod materiam et formam sacramenti oporteat intellegi concrete et physice, siquidem agitur de sacramento concreto, . . . conceditur. Quod autem uniuscuiusque sacramenti materia et forma a Christo aut, ex Christi auctoritate, ab Apostolis determinata sit *non in genere tantum sed etiam in specie,* hoc explicatione indiget. . . Est [enim] modus concretionis. Ad rationem . . . sacramenti christiani concreti, requiritur et sufficit determinatio quae facta sit, secundum institutionem Christi. Porro institutio Christi definiri nequit a priori. Aliud est enim cogitare de sacramento christiano concreto, aliud implicito iudicio definire quisnam sit, iuxta institutionem Christi, modus determinationis materiae et formae. . . Quis autem fuerit modus determinationis materiae et formae iuxta institutionem Christi, non potest definiri a priori, sed ex traditione Ecclesiae discendum est. Potuit enim in institutione Christi materia aut magis contrahi aut magis dilatari quam historice factum est. . . Nulla apparet a priori repugnantia in hoc quod unus et simplex actus institutionis a Christo factae descendat ad operationem per ritus multiformes, ita ordinante Christo, aut ex mandato Christi Apostolis, et dispensante Ecclesia pro diversitate temporum aut locorum. Uniformitas illa, quam in Baptismo et Eucharistia videmus, *pertinet ad materiale ritus, non ad formale institutionis,* quod, per se loquendo, in aliis sacramentis salvum esse potest sine materiali uniformitate ritus. *Haec est ipsa substantia sacramenti,* formale institutionis, quod illaesum servat Ecclesia; extra quod frustra quaeritur principium concretionis, et inextricabiles difficultates ineuntur, dum quis ad unitatem reducere conatur ritus materialiter diversos."[83]

In nota, ad calcem paginae appensa, haec addit, quibus videtur satis clare a possibilitate geneticae institutionis alicuius sacramenti velle separare factum sacramenti Ordinis et huic agnoscere specificam institutionem: "Nolim hac sententia abuti ad statuendas mutationes materiae et formae quae historice non probantur. Sic *in sacramento Ordinis, libentius crediderim a principio Ecclesiae unicam materiam necessariam mansisse impositionem manuum* episcopi quae fit initio ordinationis, ut suadent monumenta antiquitatis Christianae et nunc longe communius docetur, quam mutationem aliquando intervenisse et materiam necessariam factam esse porrectionem instrumentorum. Ita visum est Em° Cardinali Van Rossum, qui maluit existimare irrepsisse errorem communem in scripta S. Thomae et inde in documentum Florentinum ad Armenos. . . *Cui secundum summam rem assensi sumus, in Dictionnaire Apologétique de la Foi catholique, art. Ordination* (1920). Verum tamen in administratione sacramentorum eiusmodi mutationes demonstrantur quarum ratio difficile redditur si quis attendat tenorem ritus materialem, non integritatem formalem ex institutione Christi. Exemplo sit forma absolutionis olim in tota Ecclesia deprecativa, nunc, ex praecepto Ecclesiae, in Occidente indicativa. Quapropter labor omnia reducendi ad unitatem materialem videtur prudentius ac fructuosius omitti."

In ultimo tandem loco, videtur his ultimis verbis contradicere, admittens mutationem in ipsa materia Ordinis, ac ideo implicans quod impositio manuum non

[82] "Ordination," *Dictionnaire apologétique de la foi catholique* III (éd. 4, Paris 1926) 1157 sq.

[83] "Salva illorum substantia," *Ephemerides theologicae lovanienses* I (1924) 502-504.

fuit semper unica materia ordinationis. Repetita enim fere ad verbum priori parte praecedentis textus, addit: "Utraque sententia [Van Rossum de specifica et Billot de genetica institutione sacramentorum] habet unde erudiamur: solvit enim quasdam obiectiones ex altera parte ortas. Sed si alterutram sine temperamento amplectamur, occurrunt gravissima incommoda. Nam si Card. Van Rossum in omnibus sequamur, non satisfit obiectionibus petitis ex mutatione aperte facta in materia et forma quorundam sacramentorum, non tantum Ordinis. . . E contra, si Card. Billot in omnibus sequamur, ineuntur difficultates vix extricabiles. Etenim admittendum erit materiam olim solam legitimam aliquando derelictam esse privata auctoritate, idque varia aetate factum pro variis locis, non ex aliquo decreto Ecclesiae, sed sensim sine sensu, saec. xii-xiii, ita ut interim definiri nequeat quaenam fuerit materia Sacramenti sola efficax, pro singulis locis.

"Sed licet cum multis theologis mediam viam inire, ita ut dicamus materiam Sacramenti et *formaliter intellectam secundum institutionem Christi mansisse immutatam atque immutabilem, et materialiter intellectam aliquam mutationem subiisse; decretum autem Florentinum exhibere materiam intellectam materialiter, pro condicione historica illius temporis, non formaliter pro immota institutione Christi; neque esse ex natura sua dogmaticum, sed practicum.*** Ceterum inter omnes constat ritum porrectionis instrumentorum, saec. xii-xiii inductum, tam certa praescriptione frui ut nullatenus omitti possit et, si quo casu defuerit, omnino debeat suppleri; quod plane confirmatur decretis Ecclesiae."[85]

TERTIA OPINIO, Decretum non est proprie doctrinale ac decisivum, sed mere *disciplinare aut expositorium,* seu non est proprie decretum sed instructio, qua Concilium vel practice notificat Armenis peculiarem ritum traditionis instrumentorum adhibitum apud Latinos, ut et ipsi illum adhibeant (decretum disciplinare) ac de eo rectam notitiam habeant (decretum historicum), vel mere expositorie tradit ipsam doctrinam de sacramentis, referens communem tunc temporis theologorum opinionem, quin velit hanc ut propriam Concilii sive Ecclesiae doctrinam necessario ac in omnibus suis partibus proponere (decretum expositivum, directivum).

Haec expositio affertur ab omnibus illis theologis qui defendunt materiam sacramenti consistere in sola impositione manuum (si excipiantur illi rarissimi qui cum Van Rossum praeferunt admittere errorem in doctrinali ac decisivo Decreto), ac proinde est longe communior hodie expositio, pro quanto illa eadem sententia longe communior hodie evasit. Origo et evolutio eiusmodi explicationis secuta est fortunam illius sententiae; evulgari coepit saec. 17, etsi nesciatur quis primo eam protulerit nec recte id a quibusdam attribuatur *Morino* (saec. 17)[86]; saec. 18 invenitur expressa, tanquam iudicium

" Ex contextu apparet id intelligendum esse: "non infallibile, etsi doctrinale," nam paulo ante ait iuxta sententiam Van Rossum "decretum Florentinum ad Armenos non habere, in hac parte, vim dogmaticam infallibilem, sed vim alicuius ordinationis practicae"; iamvero Van Rossum clare ac mordicus sustinet Decretum, etsi non infallibile, esse proprie doctrinale ac decisivum.

" *De Baptismo et Confirmatione* (Paris 1927) 46 sq.

"Fortasse expressio "instructio practica" originem duxit ex quodam iudicio de Decreto Florentino, prolato in Commissione instituta ab Urbano VIII a. 1639 apud S. Congregationem de Propaganda Fide ad praeparandam editionem Euchologii Graeci. Cum enim unus

antiquiorum, apud Benedictum XIV et S. Alphonsum, quorum auctoritas non parvum favorem ei addidit. Apud theologos autem modernos multiplici nomine decoratur, quo unus vel alius eius aspectus magis vel minus apte exprimitur: instructio, instructio doctrinalis-practica, instructio practica, instructio pastoralis, instructio liturgica, decretum practicum, disciplinare, historicum, directivum, consultivum, declarativum, expositorium, percontativum. Ceterum, sub his elasticis ac paulo ambiguis expressionibus duplex satis diversa latet expositio, ut supra innuimus, altera antiquior fortasse sed iam fere antiquata, altera satis etiam antiqua et nunc longe communior inter praefatos theologos.

Prima expositio considerat Decretum potius ut *practicum,* et ait ipsum proferre *solum accidentalemque ritum* traditionis instrumentorum, tacita ipsa essentiali materia impositionis manuum, quia, cum in illa nec in ista esset discrimen inter latinos et orientales, oportuit illam solam proponere tum notitiae tum praxi Armenorum. Hanc expositionem, prolatam iam a *Becano* (+ 1624; *De sacram.,* c. 24, q. 4, nn. 6sq.), secuti sunt plures theologi saec. 17-18, uti *Menardus* (+ 1644; *Notae in S. Gregorii Librum Sacramentorum, ML* 78. 494), *Merbesius, Concina, Tournely* (+ 1729; *De Ordine,* q. 3, conci. 1, resp. ad Dices 1, qui eam tribuit "multis ex recentioribus"), *Benedictus XIV* (+ 1758)[87] et S. *Alphonsus* (+ 1787).[88] Eandem repeti-

ex consultoribus petierit ut mutaretur in ritu Graecorum materia subdiaconatus ac poneretur traditio instrumentorum pro manuum impositione iuxta Decretum Florentimum, maior pars ceterorum consultorum (inter quos inveniebatur Morinus) mutationi obstitit, iudicans "in praedicta instructione [Florentina] definitionem de fide non contineri" (ut refertur, absque ulla tamen fontis indicatione, in *Zeitschrift fiir katholische Théologie* [1901] 562); quod iudicium referens, Gasquet minus recte explicat verbis "simplex instructio practica" ("A commission on the Greek Ordinal in the xvii century," *The American Catholic quarterly review XXV* [1900] 628 sq.). Fortasse tamen hanc interpretationem permittunt haec verba prolata ab uno ex consultoribus, cui ipse Morinus dixit se consentire: "Concilium [Florentinum] illa dixisse [agitur de forma ordinationis] proponendo et non definiendo, ut dicunt multi theologi moderni." Morinus in suo *Commentario de sacris Ecclesiae ordinationibus* (pars 3, exercit. 7, et 9), ubi agit de materia presbyteratus et diaconatus, non invocat nec discutit Decretum Florentinum, sed suam sententiam de materia consistente in sola manuum impositione confirmat fere exclusive ex documentis liturgicis; alibi tamen, discutiens alias quaestiones de sacramentis, illud Decretum invocat et ut infallibile documentum habere videtur (cf. supra, p. 669). De tota hac quaestione confer De Guibert, "Le décret du Concile de Florence pour les Arméniens. Sa valeur dogmatique," *Bulletin de littérature ecclésiastique* X (1919) 91 sq., et Galtier, "Encore un mot sur la nature du décret *pro Armenis,'" *Gregorianum* XXV (1944) 180-182.

[87] "Loquitur tamen ex sententia aliorum, in quam inclinare quidem videtur: "Necesse est igitur fateri Eugenium locutum de materia et forma integrante et accessoria, quam optavit ab Armenis superaddi manuum impositioni iamdiu ab illis adhibitae, ut Ecclesiae latinae moribus se prorsus accommodarent, ac rituum uniformitate firmius eidem adhaererent" *(De synodo dioecesana,* l. 8, c. 10, n. 8).

[88] "Congruentius itaque respondetur cum Merbesio, Concina et Tournely, quod Eugenius non quidem determinavit materiam essentialem Ordinis, sed solum voluit Armenos instruere de omni ritu Ecclesiae Romanae, cuius unionem illi ambiebant" *(Theol. moral.,* l. 6, n. 12).

erunt plures moderni, ut *Perrone, De Augustinis, D}Annibale™ Gasparri^ Knoll, Schanz, Pesch, Tanquerey, Paquet, Einig, Hermann, Huarte.*

Haec tamen expositio nunc fere concidit, cum historice constet Armenos ritum ipsum traditionis instrumentorum non solum iam antea cognovisse sed etiam in sua praxi inde a saec. 12 adhibuisse, ut ipsi testati sunt in Concilio Sisensi a. 1344 vel 1345, sese purgantes a defectibus in ordinationibus, ipsis imputatis: "Ordinem vero diaconatus sic damus. . . [Episcopus tradit] evangelium in ecclesia Dei ad auscultationem vivorum et memoriam mortuorum. . . Quando vero sacerdotes ordinamus, hoc modo facimus. . . Post haec accipit episcopus patenam cum corpore Domini et calicem cum sanguine, et dat in manibus eorum dicendo: 'Accipe potestatem per gratiam Dei signare et perficere sanctam eucharistiam pro vivis et mortuis" *(Mansi* 25. 1260 sq.).91

Secunda expositio considerat Decretum potius ut *doctrinale,* etsi non ut decisivum, sed ut expositorium, et ait illud exhibere *integram essentialem materiam* Ordinis, non quidem exprimendo proprium et auctoritativum iudicium ipsius Concilii de proposita doctrina, sed mere *exhibendo communem tunc doctrinam theologorum,* expressam ab ipso principe scholae, S. Thoma, in suo opusculo, et ad eam Armenos tanquam ad aliquam directivam, ac pro tanto probatam

" "Porro hic admonendi sumus hoc decretum non a Concilio Florentino, sed ab Eugenio IV in *Sess. Ultima* illius Concilii editum fuisse pro instructione Armenorum Ecclesiae Romanae disciplinam scire cupientium; ideoque non dogmaticum esse, ceu visum multis, sed historicum: quod velim excidat" *(Summula theol. moral.* III [ed. S, Romae 1908] 214).

00 "Ad determinandam vim huius decreti, notandum est illud editum fuisse non a concilio Florentino, sed ab Eugenio IV, in *sess. ult.* eiusdem concilii, pro instructione Armenorum disciplinam Ecclesiae Romanae scire cupientium. Proinde historice describit ritus proprios Ecclesiae Romanae, nominatim porrectionem instrumentorum quam Graeci non habent. Quod si eamdem appellat materiam huius sacramenti, id facit iuxta 'communem loquendi modum, quo res in septem ordinibus adhibitae, utpote discrimen uniuscuiusque ordinis expressius significantes, communiter vocantur materia sacramentorum' (S. Alph., VI, n. 12 in fine), sive tandem sint materia revera essentialis ac proprie dicta, sive ritualis tantum; et idem dicas de forma. Proinde ex eodem decreto quaestio de materia et forma ordinationum dirempta dici non potest" *(Tractatus canonicus de sacra ordinatione* II [Parisiis 1894] 213 sq.

Ad idem iudicium attemperabatur sequens nota, addita ad calcem n. 695 in *Enchiridio Symbolorum* (Denzinger-Bannwart-Umberg), ed. 21–23, quae tamen expuncta est ab ed. 24-25: "De hac instructione praemittendum est, eam non esse definitionem de ministro, materia et forma sacramentorum, ut multi putabant, sed vel instructionem practicam, vel doctrinam a magisterio ordinario proposita. Ipsum decretum in fine distinguit inter capitula, declarationes, diffinitiones, traditiones, praecepta, statuta, et doctrinam, quae in ipso continentur." Ratio omissionis fortasse explicatur ex diversa sententia Umberg, expressa in castigato opere Lercher (cf. Lercher-Umberg, supra, pp. 702, 708).

"De historia relationum inter Armenos et Latinos a saec. 12 ad Cone. Florentinum, confer De Guibert, *art. cit.* (supra, in p. 705) "Le decret du Concile de Florence" 157-162.

normam, remittendo; in qua ceteroquin doctrina, si error, ut in casu, occurrat, hic totus refunditur in ipsos auctores, seu non in ipsum Concilium sed in fontem, ad quem Concilium, ut ad quandam directivam normam, modo tantum generali remittit. Hanc expositionem, iam fortasse indicatam a S. *Alphonso,*[2] communius assumpserunt moderniores defensores sententiae de manuum impositione ut sola materia sacramenti; ita inter alios: *Gihr, Many, Quera, Huarte* (opinative), *Diekamp, Perrella, Hofmann, Larnicol, Puig de la Bellacasa, Daffara, Lennerz, Piotanti, González Rivas, Solà.*

Ad rem *Quera:* "EI Decreto de Florencia no fue meramente disciplinar y consultivo, es decir, consultivo, en el sentido de responder a una consulta, y disciplinar, de suerte que impusiera sólo a los Armenios unos preceptos disciplinares, o práticas o ritos. Pero tampoco fue una constitución dogmatica con definición o declaración sobre la esencia de los sacramentos. La parte quinta sacramental fué más bien *una instrucción doctrinal pràtica,* que tenía parte de doctrinal y parte de ritual, después de haberles hecho abrazar aquella doctrina en que discrepaban de la Iglesia. Da doctrinas e impone práticas, pero sin entrar en cuestiones disputadas, y dejando a las proposiciones doctrinales, que encierra el grado de certeza o probabilidad que tienen en el magisterio ordinario."[03]

Lennerz: "De natura huius Decreti multae sunt opiniones. Probabilius videtur esse *instructio doctrinalis,* quam concilium Armenis tradere voluit *de re practica,* de sacramentis. Iam quaeritur: voluitne concilium omnibus assertis, quae in hac instructione continentur, specialem auctoritatem ipsius concilii tribuere, ita ut in illis auctoritativum, licet non necessario infallibile, iudicium doctrinale concilii haberetur, an voluit solum *in usum Armenorum componere id, quod generatim de hac re theologi docebant,* ita ut singula asserta eam indolem eandemque auctoritatem retinerent, quam antea iam habebant (alia de fide, alia certa, alia praevalens sententia theologorum etc.). . . Quaenam fuerit revera intentio concilii cum certitudine vix dici potest. Attamen prior suppositio non valde probabilis apparet, si consideratur, sententiam quae dicit solam traditionem instrumentorum esse ritum essentialem, nullo modo tempore concilii fuisse communem neque

""Hinc censetur Eugenius, loquendo de sacramento Ordinis, non omnia dogmatice asseruisse, sed in pluribus se accommodasse ad communem loquendi modum, quo res in septem ordinibus adhibitae, utpote discrimen uniuscuiusque ordinis expressius significantes communiter vocantur materiae sacramentorum" *(Theol. moral.,* l. 6, n. 12).

M"Una palabra más sobre el Decreto 'pro Armenis,'" *Estudios eclesiásticos* XXI (1947) 206 sq. Cf. etiam ampliorem expositionem a Quera olim iam traditam in "EI Decreto de Eugenio TV para los Armenios y el sacramento del Orden," *ibid. IN* (1925) 242-250; VI (1927) 54-78, 187-207.

unicam. Prior ergo suppositio vix videtur admittenda, nisi solida argumenta afferantur."[94]

Huic ultimae expositioni, ut probabiliori, nos etiam libenter adstipulamur, ea praecipue ducti ratione quod vix aliter explicari possit quomodo Ecclesia potuerit permittere ut in scholis doceretur sententia de manuum impositione ut unica materia sacramenti donec tandem late praevaluerit, si Decretum pro Armenis esset doctrinale ac decisivum, utut non infallibile. Id nullatenus quadraret cum constanti praxi Ecclesiae. E converso praefata expositio, iuxta quam Decretum sese accommodavit communiori sententiae theologorum de variis elementis sacramentorum, eas veluti in globo suo patrocinio commendando, quin necessario intenderit singula tanquam ipsius Ecclesiae doctrinam assumere ac proponere, eo fere modo quo SS. Congregationes solent suas responsiones attemperare communiori doctrinae theologorum, imo quandoque ad eam simpliciter remittere (puta, verbis: "Consulantur probati auctores"), commendatur sequentibus positivis signis sive suasibilibus rationibus, purgatis tamen a quorundam auctorum exaggerationibus.

Primo nempe, haec expositio est *facilior et rationabilis,* Nam ex una parte, ipsa salvat doctrinalem ipsum characterem Decreti atque quadrat cum praxi Ecclesiae sese accomodantis communi theologorum doctrinae in propositionibus doctrinalibus non decisivis,[95] nec aliunde

"De *sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 133 sq.; cf. 118 sq.

"Hoc modo RR. Pontifices non semel commendarunt *Catechismum Cone. Trid.*, ab ipso Concilio decretum et iussu Pii V editum; et sicut pro instructione fidelium ad usum parochorum hic veluti officialis Catechismus editus est, ita potuit etiam ab ipso Concilio Tridentino in conciliari sessione edi et approbari, necnon ad aliquam sectam, quae fortasse unionem cum Ecclesia Catholica petat, pro generali illius informatione et instructione mitti posset, praecipue si aliunde noscatur talis secta a doctrinis ac ritibus catholicis non essentialiter discrepare. *Clemens XIII,* in Constit. "In dominico agro," 14 iun. 1761, commendans hunc Catechismum omnibus Ecclesiae episcopis, non minus efficaces adhibet expressiones illis quibus utitur Eugenius IV in suo Decreto (cf. supra, p. 701); ait enim: "Nam et illuc eam doctrinam [RR. Pontifices] contulerunt, quae communis est in Ecclesia, et *procul abest ab omni periculo erroris,* et hanc palam populo tradendam dissertissimis verbis proposuerunt. . . Ut iubeatis ab omnibus, qui animarum curam gerunt, in informandis *catholica veritate* populis adhiberi."

Inde patet solutio sequenti *obiectioni De Guibert,* quae non parvam exaggerationem redolere videtur: "On dit couramment pour expliquer l'enseignement du Concile de Florence que son décret s'est borné à reproduire l'enseignement courant des théologiens d'alors sur la matière de l'ordre: mais précisément c'est cela qui est grave! Sans doute au xv° siècle on ne se préoccupait pas autant qu'aujourd'hui de préciser la distinction entre dogmes et théories systématiques, mais néammoins cette distinction était connue depuis longtemps et depuis longtemps déjà les Conciles avaient bien conscience de proposer dans leur enseignement positif non des théories d'école* mais la doctrine de l'Église: à Florence, dans le décret même qui nous occupe, l'opuscule de saint Thomas *de Sacramentis* n'est pas reproduit littéralement; avec des additions il y a des suppressions, et plusieurs de celles-ci portent manifestement sur des vues plus systématiques qui ont dû paraître hors de propos dans un document pontifical. Si donc les Pères de Florence ,ont laissé dans ce décret la doctrine alors commune sur la matière de l'Ordre, c'est vraisemblement qu'ils la regardaient comme appartenant plus ou moins à l'enseignement même

contrariatur legitimitati recursus theologorum ad hoc Decretum in suis conclusionibus de sacramentis, eo quod magna, utut non decisiva, auctoritas communi illi doctrinae accedit ex commendatione Concilii, quamvis ceteroquin Decretum non intendat nisi in globo eam doctrinam commendare, iuxta proprium meritum singulorum elementorum, ita ut quoad hoc vel illud particulare elementum, puta, ut in casu, de essentiali materia sacramenti Ordinis, a doctrina in Decreto relata, tanquam ab opinione theologorum recedi possit. Ex alia vero parte, in hac expositione *vitantur maiora incommoda* aliarum expositionum et opinionum.

Excluditur imprimis incommodum attribuendi ipsi Decreto *doctrinam erroneam,* in quod impingit Van Rossum. Nam, quamvis absolute loquendo huiusmodi error non repugnet, ut logice sequitur ex ipso conceptu decreti non infallibilis, non licet tamen a pura possibilitate ad factum transire, illud fundando in una opinione obiective incerta (etsi fortasse huic vel illi doctori subiective certa) cui contradicunt tum aliae theologorum opiniones tum explicita littera magisterii Ecclesiae. Excluditur praeterea necessitas recurrendi ad *mutationem materiae sacramenti,* quam vario modo admittunt Galtier et De Guibert; nullum enim huiusmodi mutationis signum habetur in officialibus documentis saec. 12-15, quo tempore mutatio contigisse asseritur. Nec ceteroquin cum De Guibert (necnon Gerlaud, Gibeault, Tymczak) dici potest eam evenisse sensim sine sensu, fluctuanti quodam modo, per influxum particularium ecclesiarum et absque speciali interventu S. Sedis, eo fere modo quo solent quaedam formulae dogmaticae evolvi et ad dogmatis maturitatem pervenire; nam ritus est aliquid determinatum a quo ipsa validitas sive existentia potestatis Ordinis dependet,06 adeoque nonnisi sub hoc respectu cum evolutione formulae dogmaticae comparari potest ut dicatur quod, sicut formula dogmatica non attingit suam maturitatem seu ipsam rationem dogmatis fidei nisi cum accesserit manifestatio infallibilis magisterii Ecclesiae, ita et ritus (supposita quidem eius evolutione et possibilitate mutationis ex parte Ecclesiae) nequit attingere rationem essentialis materiae sacramenti nisi cum accesserit determinatum sigillum eiusdem infallibilis magisterii et auctoritatis. Excluditur tandem necessitas contorquendi litteram Decreti eiusque sensum limitandi ad *solam partialem materiam* (i.e. traditionem instrumentorum), seposita vel praesupposita impositione manuum, sive illa dicatur principalis (De Guibert)

de l'Eglise; et par conséquent, dans la pensée des théologiens du xiv-xve siècle, leur accord portait sur quelque chose de plus qu'un simple système" *(Art. cit.* [supra, in p. 713] 224 sq.).

MCf. D'Alès, supra cit., p. 716 sq., et Quera, "El Decreto de Eugenio IV para los Armenios y el sacramento del Orden," *Estudios eclesiásticos* IV (1925) 141 sq.

sive aeque principalis seu sacramentaliter determinans (anonymus in *La civiltà cattolica)* sive, a fortiori, omnino secundaria nec essentialis (Gasparri aliique plures tam antiquiores quam moderniores97) ; omnes enim explicationes, quibus huiusmodi limitatio fulcitur, ex una parte satis contortae aut longe quaesitae apparent et ex alia parte non congruunt sive cum doctrina S. Thomae, aliis etiam theologis tunc communi, quam Decretum assumit, sive cum aliis partibus eiusdem doctrinae et eiusdem Decreti, quae uniformiter aliorum sacramentorum integram essentialemque materiam proponunt.

Secundo, illud Decretum in suo interno examine nullum prodest signum intentionis Ecclesiae proponendi et imponendi aliquid novi in materia doctrinali, imo exhibet *characterem compositum et expositorium,* ita ut ea quae dicuntur, se habeant potius ut reportata quam ut decisa: nullibi Decretum definit, sed potius exponit, omnia reliquens in suo originali sensu ac valore, iuxta fontem ex quo proveniunt; in sex enim ex octo partibus, mere referuntur symbola fidei et decisiones aliorum Conciliorum necnon ipsa Florentina fidei decisio in causa Graecorum, in una refertur latina consuetudo de tempore festorum eaque disciplinariter imponitur Armenis: ex quo legitime conicitur etiam in ea parte, qua proponitur doctrina de sacramentis, Concilium non décisive sed expositive procedere, referens communem tunc theologorum doctrinam. Ceterum, ipsum Decretum satis clare significat praefatum suum compositum characterem: "Nos igitur [Armeni] . . . hoc saluberrimum synodale decretum cum omnibus suis capitulis, declarationibus, diffinitionibus, traditionibus, praeceptis et statutis, omnemque doctrinam in ipso descriptam, necnon quidquid tenet et docet sancta sedes apostolica et Romana ecclesia . . . acceptamus."98

Tertio, Decretum fere ad verbum assumit doctrinam de sacramentis *prout refertur in opusculo S. Thomae*^\ *ex* quo etiam suspicari licet

97 Ad hanc explicationem observat De Guibert: "Dire qu'il [le concile] n'a voulu parler que de la matière accessoire, intégrante, la matière essentielle étant suffisamment connue, cela n'a pas de sens. La matière essentielle du Baptême ou de l'Eucharistie était-elle moins connue, moins clairement exprimée dans l'Ecriture? et, du reste, tout le monde en convient, dans le texte de saint Thomas, c'est bien de la matière essentielle qu'il s'agit: or, ce texte, le Concile l'a fait sien et rien n'autorise à supposer qu'il en a ainsi changé le sens du tout au tout; sans compter que ce sens nouveau est inintelligible en fonction du vocabulaire théologique courant au xv® siècle. Avec une pareille exégèse, il serait facile de se débarasser de n'importe quel texte conciliaire" ("Le décret du Concile de Florence pour les Arméniens. Sa valeur dogmatique," *Bulletin de littérature ecclésiastique X* [1919] 210). "Apud Hofmann, *op. cit.* (supra, in p. 69S) 44.

"Etiam in ceteris partibus, Decretum imitatur priorem partem illius opusculi quae agit de articulis fidei, quamvis eam reformet ac simplificet, adducendo ipsa symbola et definitiones antiquorum conciliorum.

Concilium non intendisse propriam suam doctrinam discutere et proferre, sed, pro rerum adiunctis, sufficiens reputasse Armenis communiorem theologorum doctrinam indicare. Simili fere modo videtur egisse ipsum Cone. Trid. in sessione septima de sacramentis in genere, ideo solos canones proferens ac capita explicativa doctrinae praetermittens quia, ut ait Pallavicini in sua *Historia Concilii* (l. 9, c. 7, n. 1), haec materia considerabatur ut iam sufficienter explicata ab antiquioribus theologis et ab ipso Cone. Florentino. Nec valet obicere Decretum pro Armenis non simpliciter referre opusculum S. Thomae sed illud in pluribus immutare, nam ea immutatio omnino secundaria est et accidentalis, saltem quoad pericopem de sacramento Ordinis, ut patet ex comparatione utriusque textus Decreti et opusculi (cf. supra, pp. 695, 697).[1]

Quarto, Decretum illud confectum est *absque ea peculiari discussione* doctrinae de sacramentis, quae solet praecedere doctrinales ac decisivas Conciliorum propositiones, ut constat comparando non solum acta tridentinarum decisionum sed etiam ipsum examen ac discussionem quae per sexdecim menses in Cone. Florentino praecessit Bullam de unione Graecorum.

Nolumus tamen huic rationi talem exaggeratam vim tribuere ut dicamus cum quibusdam auctoribus,[2] totam causam Armenorum nonnisi leviter ac breviter per quattuor menses actam fuisse. Contrarium enim testatur Andreas de S. Cruce, advocatus consistorialis, in suis notitiis historicis de unione Armenorum, scribens: "Ex quo praemissa cum Graecis terminata fuere, usque ad octavum novembris non minus religiose acuteve quam cum Graecis relatum est, cum Armenis de fidei sacramentis certatum est, prout suo in tempore concertationes adseribam, qualesve fuerint, ex decreti continentia quisque qui sapit, clare percipiet."[3] In ipso Decreto idipsum significatur: "Nos [i.e. Papa] vero tota mente, ut nostrum pastorale decebat officium, cupientes tam sanctum perficere opus, saepe cum ipsis oratoribus [Armenis] de hac sancta unione contulimus. Et ne vel parva huic sanctae rei dilatio fieret, deputavimus de omni statu huius sacri concilii viros iuris divini et humani doctissimos, qui cum omni cura studioque et diligentia rem istam cum ipsis pertractarent oratoribus, ab eis accurate inquirentes eorum fidem tam circa divinae

[1] Quoad alias partes discrimen inter utrumque documentum est maioris momenti, ut constat ex comparatione instituta a De Guibert, *art. cit.* (supra, p. 724) 196-209, qui tamen illius valorem exaggerat in favorem suae opinionis de decisiva indole Decreti pro Armenis. Cui ultro consentit Galtier, *art. cit.* (supra, in p. 706) 174 sq.

[2] Cf. Van Rossum, supra citatum, in p. 704.

[3] Apud Hofmann, *op. cit.* (supra, in p. 695) 19.

unitatem essentiae et divinarum personarum trinitatem, quam domini nostri lesu Christi humanitatem et septem ecclesiae sacramenta, et alia ad fidem orthodoxam et ritus universalis ecclesiae pertinentia."[4]

Quinto, illi Decreto *non magnum momentum tribuerunt fer integrum fere saeculum theologi latini,* saltem in hac quaestione de essentiali materia sacramenti Ordinis; quod quidem vix convenienter explicari posset, si Decretum habitum fuisset ut decisiva declaratio Ecclesiae in doctrina de sacramentis.

Hic pariter abstinendum est ab exaggeratione quorundam theologorum asserentium Decretum ultra saeculum latuisse theologis, donec primus omnium Ruardus Tapper (t 1559), theologus tridentinus, ad defendendam suam sententiam de essentialitate traditionis instrumentorum, ad illud provocaverit, quod ceteroquin etiam aliquibus Patribus tridentinis ignotum erat. Ita *Huarte, Quera, G, B. da Farnése, Piolanti, Sola,* post *Van Rossum* scribentem: "Datum ab Eugenio IV, in nullius (praeter Armenam) ecclesiae notitiam [Decretum] ex officio deductum unquam fuit; sed, post celebratum Concilium Florentinum ultra saeculum latuit. Ipse S. Antoninus, qui Concilio Florentino usque ad finem interfuit, nusquam neque in Summa neque in Chronicis suis Decretum pro Armenis commemorat. In Summa, quam, uti patet ex eis quae dicit part. 3, tit. 23, cap. 2, § 5, post annum 1449 conscripsit, decem itaque annis post demisso Concilio, docet quidem ac defendit sententiam, ritum essentialem in traditione instrumentorum reponentem; sed solitis eam theoreticis scholasticorum argumentis probat, ad Decretum vero pro Armenis, ipsi tamen notum, non provocat. Concipi non potest quod S. Antoninus non invocasset aut saltem retulisset Decretum, si putasset eo rem infallibili auctoritate definitam fuisse. Primus, ut videtur, qui inter ecclesiasticos scriptores ad decretum pro Armenis provocavit ad sententiam defendendam, est Ruardus Tapper (t 1559) Doctor Lovaniensis, qui illud, ut videtur, detegit atque divulgavit."[8]

Verum quidem est doctores saec. 15, ut S. Antoninum (+ 1459), Angelum a Clavasio (t 1493; *Summa angelica) et* Gabrielem Biel (+ 1495; *Comment. in Sent.),* Decretum Florentinum, utut ipsis notum, non invocare in suis theologicis disputationibus.[6] Ceterum, iam circa initium saec. 16, Caietanus (+ 1534) in suo Commentario in 3 partem Summae Theologicae (a. 1520) saepius appellat Decretum

[4] *Ibid. 23.* [5] *Op. cit.* (supra, in p. 696) 189.

[6] Cf. De Guibert, *art. cit.* (supra, in p. 724) 83 sq. S. Antoninus tamen, qui adfuit Concilio, Decretum pro Armenis non semel commemorat; cf. Quera, "Más acerca del Decreto de Eugenio IV para los Armenios y el sacramento del Orden," *Estudios eclesiásticos* VI (1927) 72 sq.; "Una palabra más sobre el Decreto 'poro Armenis/" *ibid.* XXI (1947) 195-197.

Florentinum in materia de sacramentis, ut notatum est supra (p. 699), etsi, ut patet, non in praesenti quaestione de materia Ordinis quam commentari non potuit utpote quae desit in ipsa Summa S. Thomae. Circa medietatem eiusdem saeculi, paulo ante Tapper, tum Bartholomaeus Fumus (t 1545; *Aurea armilla,* ad v. Ordo, n. 4; primo edita a. 1550) tum Aloysius Lippomano (+ 1559; *Confermazione e stabilimento di tutti li dogmi cattolici,* c. 1; primo edita a. 1553), Decretum Florentinum invocant in confirmationem sententiae de traditione instrumentorum ut materia Ordinis; ipse Ruardus Tapper (t 1559; *Explicatio articulorum venerandae facultatis sacr, theol. gener, stud. lovaniens.,* a. 17; primo edita a. 1555—1557) magis assertive rem proponit, tamquam a Florentino definitam.[7] Quod attinet ad Cone. Trid., quamvis duo Patres (Claromontanus et Caputaquensis) incidenter dixerint se ignorare Decretum Florentinum (quibus responsum est illud inveniri in collectione Decretalium), certum est hoc Decretum constanter invocatum esse in discussionibus Patrum et theologorum eique Concilium suas decisiones attemperasse, nominatim in ipsa re sacramentaría[8]; imo in hac ipsa nostra quaestione

[7] Fumus: "Unde in Concilio sub Eugenio IV cum traditur materia ordinis numquam fit mentio de tactu ipsius, sed solum de actu tenente se, ex parte ministri, idest porrectione, datione, traditione et assignatione." Lippomano: "Questa dottrina oltreché ce l'insegna l'uso e, la pratica della Santa Chiesa servato inviolabilmente dal tempo degli Apostoli in qua, nientedimeno ancora l'abbiamo dal Concilio Florentino nella Bolla della unione degli Armeni." Tapper: "Nunc autem post apostolorum tempora confertur exhibitione patenae cum pane et calice cum vino secundum definitionem Concilii Florentini." Hi tres textus citantur a G. B. da Farnese, *Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessione xxiii di Trento 11515-1562}* (Roma 1946) 211 sq., 214, in nota.

[8] "Ad rem De Guibert: "Ce qui est manifesté ---» c'est que dans les discussions sur les sacrements ce décret *pro Armenis* a été l'autorité à laquelle on s'est le plus souvent référé, et, semble-t-il, comme à une autorité ayant force de chose jugée. . . Dans les discussions, en dehors de la formule courante 'damnatus in Florentino,' les Actes en offrent, parfois d'un peu plus précises: 'Haereticus, ut in Concilio Florentino' (Ludov. Vitriarius . . .), 'haereticus et damnatus in Conc. Florent.' (Ioannes Consilii . . .), 'articulus haereticus, . . . licet non probetur ex scriptura, sed probatur auctoritate Patrum et Conciliorum Lateranensis, Constantiensis et Florentini' (Vincentius de Casale, O.P., àpropos de la transubstantiation . . .). L'évêque de Saluces --- : tous les articles proposés sont à condamner 'et censet amplectendam formam traditam in concilio Florentino et damnetur sub anathemate qui illam doctrinam non recipit.' Le général des Carmes. --- à propos du septénaire des sacrements demande que 'sicut in concilio Florentino determinatum est esse septem et ex eo non pauciora, ita nunc desidero ut in hoc sacrosancto concilio Tridentino statuatur ea non esse plura quae vere et proprie sacramenta dici possint.' On remarquera, dans ce dernier texte, le parallélisme établi entre le décret de Florence et celui que prépare Trente. A propos des sacrements de l'ancienne loi ou de l'intention du ministre, il ne faut pas omettre de condamner les opinions protestantes proposées, ne pas dissimuler, puisque elles ont déjà été condamnées à Florence [l'évêque de Vérone et le Général des Carmes]. Il semble donc bien que, dans les délibérations de Trente, le décret *pro Armenis* ait pris rang purement et simplement parmi les grands documents dogmatiques de l'Eglise. Et c'est aussi la place qu'il conserve chez les Théologiens qui suivent immédiatement" *{art. cit.* [supra, in p. 724] 87 sq.).

Haec tamen testimonia nequeunt invocari contra nos ad probandum, ut De Guibert sustinet, Decretum Florentinum esse stricte dogmaticum, seu doctrinale et decisivum,

de essentiali materia sacramenti Ordinis, plures theologi Decretum Florentinum invocarunt, ut constat ex verbis Christophori Castellani et Aegidii Foscararii, infra citandis (pp. 723, 734).

Ex dictis patet doctrinalem valorem et sensum Decreti Florentini, quod attinet ad nostram quaestionem, nimis incertum esse, attenta tam discrepanti interpretatione theologorum, ut dici queat in eo manifestari doctrina Ecclesiae de essentiali materia sacramenti Ordinis et ut possit in praesenti controversia ut decisivum argumentum invocari.

CONC. COLONIENSE a. 1536, pars 1 de munere episcopali: "Episcopi munus in duobus potissimum consistit. Primum, in impositione manuum, quae est ordinum ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum; deinde in visitatione dioeceseos" *{Harduin* 9. 1972). Cap. 1: "Impositio manuum est ostium, per quod intrant qui ecclesiarum gubernaculis admoventur" *(ibid.* 1973). Impositio manuum videtur proponi ut de essentia Ordinis, quatenus saltem ab ea impositione desumitur ipsum nomen sive designatio istius.

CONC. MOGUNTINUM, a. 1549, capitula ad fidem pertinentia, cap. 35, idipsum clarius indicat, dicens: "In collatione ordinum, quae cum impositione manuum velut visibili signo traditur, doceant rite ordinationis gratiam divinitus conferri, qua ad ecclesiastica munera rite et utiliter exercenda apti et idonei efficiantur" *{Harduin* 9. 2120).

CONC. TRIDENTINUM de essentiali ritu Ordinationis nihil directe ac determinate docet, sed generaliter tantum ac indeterminate ait ipsum consistere in verbis et signis exterioribus. In quibusdam vero allusionibus ad aliquas caeremonias ordinationis, scilicet impositionem manuum, unctionem et formulam "Accipe Spiritum S." (omnino autem deest mentio traditionis instrumentorum) nihil proponit ex quo deduci possit eas ad essentialem ritum pertinere. Quod quidem apparet tum ex ipsis textibus, tum ex *Actis* Concilii.

Quod attinet ad textus, Concilium in uno tantum loco directe ipsum ritum ordinationis indigitat, etsi sub forma grammaticali indirecta, scilicet in sess. 23, cap. 3: "Perspicuum est, per sacram ordinationem, quae verbis et signis exterioribus perficitur, gratiam conferri" *(Denz.* 959), ubi nullus determinatus ritus assignatur praeter id quod pertinet generaliter ad omne sacramentum. Allusio autem ad peculiares caeremonias in tribus locis deprehendi potest.

secus argumentum converteretur contra ipsum De Guibert qui negat Decretum esse infallibile, nam eadem testimonia ipsam infallibilitatem sonant.

Primo nempe, in sess. 23, can. 5, de *unctione* definitur: "Si quis dixerit, sacram unctionem, qua Ecclesia in sacra ordinatione utitur, non tantum non requiri, sed contemnendam et perniciosam esse, similiter et alias ceremonias: A. S." *(Denz.* 965).

Attamen, ibi agitur de non contemnendis tum unctione tum aliis caeremoniis ab Ecclesia adhibitis, nec ullatenus significatur quae caeremoniae pertineant ad essentiam ordinationis; unctio autem peculiariter nominatur quia peculiariter a Protestantibus despiciebatur.

Secundo, in can. 4, definitur: "Si quis dixerit, per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum, ac proinde frustra episcopos dicere: *'Accipe Spiritum Sanctum';* aut per eam non imprimi characterem. . . : A.S." *(Denz.* 964).®

Attamen, hic pariter locus ad rem non facit. Nam in eo agitur tantum de effectu collationis Spiritus S. et characteris per ordinationem, non vero de ipso determinato ritu qui in ordinatione talem effectum confert; nec verba "Accipe Spiritum S." ponuntur ad significandum ipsum ritum sed solum effectum ordinationis; sensus nempe verborum "Non frustra episcopi dicunt 'Accipe Spiritum S? " non necessario est quod episcopi per haec ipsa verba efficaciter conferant Spiritum S., sed quod per haec verba ipsi significent veram efficaciam ordinationis, ita ut non ipsa verba sint efficacia, sed tantum significent efficaciam.

Tertio ac praecipue, Concilium in triplici textu inducit *manuum impositionem* in connexione cum ritu ordinationis. Sess. 23, cap. 2: "Non solum de sacerdotibus, sed et de diaconis sacrae Litterae apertam mentionem faciunt *[Act.* 6. 5; 1 *Tim.* 3. 8sqq.; *Phil.* 1. 1] et, quae maxime in illorum ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent" *(Denz.* 958); quibus verbis videtur Concilium alludere ad caeremoniam impositionis manuum, nam ex una parte nihil magis in ordinatione attendendum est quam essentialis eius ritus et ex alia parte nullus alius ritus praeter manuum impositionem in Scriptura exhibetur quoad utramque sacerdotalem et diaconalem ordinationem. Praeterea, in eadem sessione, cap. 3, ad probandum quod "sacra ordinatio, quae verbis et signis exterioribus perficitur, gratiam confert. . . [ac ideo] est vere et proprie unum ex septem sanctae Ecclesiae sacramentis," Concilium immediate provocat ad 2 *Tim.* 1. 6 sq., ubi de manuum impositione, de eaque sola, sermo est *(Denz.* 959). Tandem, in sess. 14, cap. 3, de Extrema Unctione, Concilium directe significat

• Ad hunc canonem provocat inter alios Bellarminus (De *Ordine,* 1. 1, c. 9) ut probet ultimam manuum impositionem in ordinatione presbyteri pertinere ad essentiam sacramenti.

presbyteros per manuum impositionem ordinari: "Ostenditur illic [i.e. in *lac,* 5. 14 sq.], proprios huius sacramenti ministros esse Ecclesiae presbyteros, quo nomine eo loco non aetate seniores aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut episcopi aut sacerdotes ab ipsis rite ordinati per 'impositionem manuum presbyterii' [1 *Tim.* 4. 14]" *(Denz.* 910).[10]

Attamen, primus textus non est ad rem, tum quia Concilium provocat ad Scripturam ad probandam existentiam ordinum, nominatim diaconatus, non vero qualitatem ritus, de quo ceteroquin nullus est sermo in toto cap. 2, tum quia ea quae Concilium dicit iuxta Scripturam esse maxime attendenda in diaconorum ordinatione non sunt ipsi ritus ordinationis sed dotes ordinandorum, ut patet sive ex ecclesiastico usu expressionis "Gravissimis verbis docere" sive ex ipsis tribus locis Scripturae ad quos manifeste provocat Concilium, quorum duo *(Act.* 6. 1-6; 1 *Tim, 3,* 8-13) signanter eas dotes exponunt et praecipuus inter illos (1 *Tim, 3,* 8-13) ritum ordinationis sive manuum impositionem nequidem commemorat. Secundus textus nonnisi apparenter ad rem facit; nam, quamvis in verbis 2 *Tim,* 1. 6 sq. fiat mentio impositionis manuum per quam Timotheus gratiam ordinationis acceperat, non tamen necessario sub hac ratione ad ea verba provocat Concilium, sed sub sola ac directa ratione collationis gratiae; ea enim verba adducit ad probandum quod ordinatio producit gratiam ac ideo est sacramentum, ita ut sensus sit: ordinatio est sacramentum, quia producit gratiam ut ostendunt verba Apostoli dicentis Timotheum accepisse gratiam in sua ordinatione, quae facta est per manuum impositionem. Tertius autem textus, etsi magis ad rem facere videatur, eam tamen non evincit; nam Concilium unice asserere intendit presbyteros, de quibus in textu Iacobi, intelligendos esse in sensu ecclesiastico seu ut ministros rite ordinatos, per veram nempe ordinationem qualis fuit ordinatio Timothei; unde Concilium provocat ad verba "Per impositionem manuum presbyterii," non praecise quatenus significant modum ordinationis sed quatenus produnt eius veritatem; potest etiam dici Concilium ibi directe determinare solummodo sensum vocis "presbyter" in ipsa epistola Iacobi, ac propterea provocat ad 1 *Tim,* 4. 14 seu ad impositionem manuum qua saltem eo tempore presbyteri ordinabantur, quin inde praeiudicet quaestionem utrum eodem ritu etiam nunc presbyteri necessario ordinandi sint."[11]

Unde nimis confidenter quidam theologi, inter patronos sententiae

[10] Ad hos tres textus confidenter recurrit Van Rossum, *op. dt.* (supra, in p. 696) 36 sq., 73, 109, 187, necnon Perrella, "Il decreto di Eugenio IV 'pro Armenis' relativo al sacramento dell'Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XXXIX (1936) 476 sq.

[11] "Hanc alteram explicationem proponit Galtier, *art. dt, (supra,* in p. 703) 1418.

iuxta quam impositio manuum est ac semper fuit unica materia ordinationis, invocant Cone. Tridentinum, dicentes ipsum manifeste id docere (Van Rossum), vel ex eius doctrina id logice ac immediate sequi (Perrella), vel ipsum saltem ei positive favere (Quera, Diekamp, Piolanti, Solà). Ceterum, magis adhuc voluntaria est interpretatio quorundam patronorum contrariae sententiae qui vident in doctrina Concilii confirmationem suae opinionis de essentiali indole traditionis instrumentorum (Galtier).

Van Rossum: "Concilium Tridentinum aperte docet essentialem ritum ordinationis in manuum impositione et oratione positum esse"; "Hos ritus [i.e. manuum impositionem et orationem] secundum Concilium gravissimis verbis docet Scriptura"; "Etiam Concilia, solo excepto Florentino saeculi xv, positive et constanter nos docent ritum essentialem et collativum sacrae potestatis esse manuum impositionem."[12] *Perrella:* "Benché il Concilio Tridentino non abbia voluto decidere la questione della materia dell'ordine, pure ha messo dei principi dai quali logicamente e immediatamente si deduce che materia essenziale va ritenuta l'imposizione delle mani."[13] *Quera:* "No pretendemos probar que en estos lugares [i.e. sess. 14, cap. 3; sess. 23, cap. 2] ha declarado el Concilio de Trento que la imposición de las manos es la materia esencial del sacramento del Orden. Nos contentamos con sacar la consecuencia de que indica el Concilio ser ésta realmente la materia esencial, pues es un echo que no se echan de ver tales indicaciones respecto de la entrega de los instrumentos. . . De todo lo dicho acerca de esta discusión de los teólogos y los Padres de Trento sobre la materia del sacramento del Orden . . . resalta con toda evidencia . . . [que] el Concilio no quiso declarar explícitamente cuál entendía ser la materia esencial del sacramento del Orden, pero en cambio ensinuó la sentencia de que la imposición de las manos es la materia esencial."[14] *Galtier:* "Tout porte à croire . . . que, sur la matière du sacrement de l'ordre, le concile de Trente s'en est tenu exactement à la doctrine du concile de Florence. . . En reconnaissant l'un et l'autre un sacrement dans des ordinations d'où est totalement

"*Op. cit.* (supra, in p. 696) 36, 73, 109. Nihilominus in alio loco, respondens argumento Bellarmini, ex can. 4 Trid. deducentis ultimam manuum impositionem esse de essentia sacramenti (cf. supra, p. 729), Van Rossum illis assertionibus contradicere videtur, scribens: "Concilium nequaquam intendisse declarare quando quibusque verbis in sacra Ordinatione gratia conferatur ac character sacerdotalis imprimatur, clare patet tum ex articulis pro hac sessione examinandis datis theologis, tum ex ipsa discussione tam theologorum quam Patrum, tum ex scopo a Concilio sibi praefixo damnandi errores non definiendi quaestiones" *{ibid.* 47).

***a Art. cit.* (supra, in p. 730) 477.**

M"E1 Decreto de Eugenio IV para los Armenios y el sacramento del Orden," *Estudios eclesiásticos* IV (1925) 145, 152.

absente l'imposition des mains,[16] ils achèvent de mettre en lumière à quel point ce rite, pour ancien et constant qu'il soit dans l'Eglise, a cessé d'y être considéré pour l'Occident comme la matière propre du sacrement de l'Ordre. Contre la pensée de l'Eglise ainsi manifestée, il n'y a pas de théorie systématique et *a priori* qui puisse prévaloir."[16]

Acto Concili?l idipsum ostendunt, nihil scilicet ex eius doctrina deduci posse circa determinatum et essentialem ritum ordinationis.[18]

Et imprimis, sive theologi sive Patres tridentini, inter se dissentiebant circa hanc quaestionem, quibusdam reputantibus essentialem ritum esse manuum impositionem, aliis (verisimiliter numerosioribus) instrumentorum traditionem.[10] Inter eos saltem qui mentem suam explicite declararunt, utraque sententia eundem fere numerum defensorum habuit. Pro priori opinione de manuum impositione steterunt unus theologus, scilicet Christophorus Castellanus O.S.A. (qui tamen etiam instrumentorum traditionem necessariam esse dixit) et septem Patres, scilicet Segobiensis (Perez de Ayala), qui directe dixit manuum impositionem esse praecipuam ac substantialem caeremoniam Ordinis cuique consentierunt Vivariensis (lacobus Maria Sala) et Gerundensis (Arias Gallecus), necnon fortasse Parisiensis (Eustachius du Bellay), Ilerdensis (Antonius Augustinus), Venciensis (Ludovicus de Bueil) et Card, de Lotharingia (Carolus de Guise), quatenus saltem insistenter petierunt ut in schemate fieret explicita mentio impositionis manuum.[20]

"Scilicet in subdiaconatu et ordinibus minoribus, iuxta opinionem a Galtier expressam in verbis quae supra citavimus, in p. 392.

[16] *Art. cit.* (supra, in p. 703) 1418-1420.

" Cf. P. Castagnoli, "La sessione xxiii dei Concilio di Trento e l'essenza dei sacramento dell'Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XI (1932) 197-203.

"Huic assertioni consentiunt, inter alios, Castagnoli, G. B. da Farnese et Lennerz.

"Dicimus "verisimiliter numerosioribus" quia non facile est exacte interpretari tum verba aliquorum Patrum urgentium mentionem impositionis manuum in schemate doctrinae, ut mox patebit, tum mentem aliorum in voto quod dederunt post unumquodque schema. Ceterum, praefatam verisimilitudinem corroborat etiam communior sensus theologorum illius aetatis, qui connaturaliter repercussionem habuit in ipso Concilio; nam, attenta saltem enumeratione instituta a Van Rossum *(op. cit.* [supra, in p. 696] 13 sq., 38, 63; cf. tabulam synopticam quam referimus infra, p. 772), saec. 16 nonnisi decem theologi defenderunt sententiam de manuum impositione, viginti tres vero docuerunt sententiam de traditione instrumentorum, tamquam materia Ordinis, et novem utramque sententiam simul copularunt. Nihilominus exaggerare videtur tum Castagnoli, dicens longe numerosiores inter Patres Concilii secundam sententiam expressisse *(art. cit.* 203), tum Perrella qui, impugnans assertionem Castagnoli, in contrarium excessum incidit, dicens primam sententiam fuisse constanter praevalentem in Concilio *(art. cit.* [supra, in p. 730] 477 sq., in nota).

"Ceterum, de mente horum quatuor postremorum Patrum non satis constat; nam ex hoc quod petierint ut fieret mentio impositionis manuum non necessario sequitur eos reputasse hanc esse ipsam materiam ordinationis, imo ex ipsis verbis Venciensis et Card. de Lotharingia, mox citandis, potius apparet ipsos nihil determinate putasse de materia et forma sacramenti, sed tantum voluisse ut, sicut in ipsa Scriptura, ita in doctrina Concilii, mentio fieret impositionis manuum. Unde inter Patres nonnisi Segobiensis, cui duo alii (Vivariensis et Gerundensis) modo generali consenserunt, opinionem de manuum impositione ut unica materia sacramenti determinate proposuisse videtur.

Pro altera opinione de instrumentorum traditione steterunt duo theologi, scilicet Ioannes Gaglio, O.P., et Adamans Florentinus, O.S.A., et septem Patres, scilicet Card. Ludovicus Madrutius, Auriensis (Franciscus Blanco) et Bracarensis (Bartholomaeus de Martiribus, O.P.), cui consenserunt Nicosiensis (Philippus Mocenico), Naulensis (Maximilianus Doria), luvenaccensis (Ioannes Antoniles) et Illicensis (Franciscus Maria Piccolomini).

En quaedam istorum dicta. *Castellanus:* "Impositio etiam manus necessaria est. . . Ad argumenta adversariorum, cum dicunt, in concilio Florentino non fieri mentionem manuum, respondit, concilium Carthaginiense 4. de eis statuisse, quod concilium Florentinum praesupponit; sed addit, quod ultra requiritur." *Segobiensis:* "Nec vidi umquam apud antiquos sanctos et doctores (modernam doctrinam excipio), ordinem presbyteratus conferri per traditionem calicis huiusmodi solum, sed manuum impositionem praecipuam caeremoniam ordinis reputari ab eis, id quod sonant sacrae Litterae et concilium Carthaginiense 4. subindicat"; "Cuperem etiam, ut fieret mentio de caeremonia impositionis manuum, quae est potissima et substantialis in hoc sacramento, quod manuum impositio vocabatur." *Venciensis:* "In doctrina auctoritates ponantur, ut sacerdotium ex sacra scriptura constituatur, praesertim verbis Pauli de impositione manuum ... Et declaretur quae sit materia et forma huius sacramenti et mentio fiat de sacra unctione." *Gaglio:* "Aliam conclusionem posuit, ut aliquo signo sensibili necesse sit, ut hoc sacramentum conferatur, ut ecclesiae constet, ordinatum accepisse eam potestatem. Traditurque potestas sacerdoti, cum dicitur: 'Accipe potestatem offerendi,' etc., traditurque nova potestas, cum dicitur: 'Quorum remiseris peccata'; estque nunc character primo impressus, secundo perfectior factus." *Florentinus:* "Tria genera sunt caeremoniarum in hoc sacramento: unctio, porrectio vasuum et impositio manuum. Porrectio enim vasis materia necessaria est. Non igitur materia est impositio manus." *Madrutius:* "Huc pertinet quod legimus, Dominum quidem apostolis calicem in coena tradidisse. Sanctum panem adderem, quia et hodie in ordinationibus observatur, ut patena cum hostia tradatur." *Bracarensis:* "In doctrina [scilicet primi schematis; cf. infra] . . . displicet, quod confundantur essentiales caeremoniae cum accidentalibus; immo nulla fit mentio essentialum, videi, materiae et formae huius sacramenti. Et ultra hoc innuitur, quod impositio manuum sit caeremonia substantialis et necessaria in ordinis collatione, quod est contra B. Thomam[21] expresse

[21] **Observat P. Damino: "Un attaccamento troppo materiale all'Angelico da parte di parecchi Padri del Concilio — monsignor de' Martiri [Bracarensis] appare qui il principale esponente della corrente tomistica più rigida — impedì che il Concilio venisse ad**

dicentem, quod in impositione manuum non datur character sacerdotalis." *Auriensis:* "Aliquae [caeremoniae] . . . simpliciter requiruntur, quia sunt de essentia sacramenti, sicut traditio calicis cum vino in ordinatione sacerdotis; alia vero sunt quae requiruntur sola ecclesiae ordinatione, sicut sacra unctio."[22]

Praeterea, quamvis unus vel alius, ut Vinciensis (nuper cit.), explicite petierit ut declararetur quae sit materia et forma sacramenti, de facto tamen Patres hanc quaestionem prorsus seponere elegerunt. Signanter ipse *Cardinalis de Lotharingia* declaravit "in iii. cap. [secundi schematis; cf. infra] non placere id verbum, materia et forma, non quia haec verba displiceant, sed quoniam aperte materia in hoc sacramento non potest designari. Cuperem fieri mentionem impositionis manuum, cuius et in testamento veteri et crebrius in novo fit mentio."[23] *Aegidius Foscarartus,* O.P., ut deputatus Concilii sive Commissionis adlaborantis redactioni schematis doctrinae et canonum, iis qui insistebant in necessitate mentionis impositionis manuum respondit: "Quod petatur fieri mentionem de impositione manuum, id non est factum, cum sit maxima difficultas, in qua classe sit ponenda, cum concilium Florentinum ponat eam inter accidentalia. Africanum inter essentialia."[24] Tandem ipsa redactio ac castigatio sex successivorum schematum cap. 3, ostendit continuatam praeoccupationem eliminandi quidquid alterutrae sententiae de propria materia sacramenti favere videretur ac proinde nihil de ea re determinate proponendi.

Primum schema™ 13 oct. 1562: "lam vero cum ex Scripturae testimonio et ecclesiastica traditione satis perspicuum sit, ordinem externo signo sensibili administrari, potestatemque spiritualem et gratiam per id conferri: dubitare nemo potest, vere et proprie sacramentum dicendum esse. Huc enim pertinet, quod legimus, Dominum quidem apostolis *calicem in coena tradidisse, post resurrectionem in eos insufflasse, apostolos autem postquam ieiunassent et orassent, iis, qui ordinandi erant, manus imposuisse, quorum exemplum deinceps sancta ecclesia secuta, in ordinum collatione solemnibus caeremoniis usa est atque inter eas sacram unctionem religiose semper servavit?*[29]™ Quamvis hoc schema neutrae sententiae absolute faveret, utrique tamen displicuit, ob aliqua incisa quae uni vel alteri favere videri

una dichiarazione sull'essenza del sacramento dell'Ordine" *(Il contributo teologico di B. de* Martiri, arciv. di Braga, al Concilio Tridentina* [Romae 1947] 77).

"*Concilium Tridentinum* (editio Goerresiana), IX: *Actorum pars sexta* (curante St. Ehses, Friburgi Brisgoviae 1924) 34, 75, 139, 214, 25, 35, 46, 60, 87.

"*Ibid.* 207.

"*Ibid.* 146.

"In hoc et sequentibus schematibus, typis italicis distinguimus quae ad caeremonias referuntur.

[29] *Op. dt,* 39.

poterant (cf. supra relata verba Segobiensis, Madrutii, Bracarensis, Auriensis).

Secundum schema, 3 nov. 1562: "Insuper cum Scripturae testimonio et ecclesiastica traditione perspicuum sit, externo signo sensibili ordinem (qui potestas spiritualis est) et gratiam conferri: dubitare nemo debet, ordinem sive sacram ordinationem vere et proprie esse unum ex septem sanctae ecclesiae sacramentis. In eo enim *praecipua sensibilia signa sunt materia et forma,* quibus ecclesia catholica, a Spiritu Sancto recta, ad invisibilem gratiam significandam et conferendam uti consuevit."[27] Suppressio omnium eorum quae uni vel alteri sententiae favere videbantur, neutri placuit; praeterea, pluribus peculiariter displicuit suppressa mentio tum impositionis manuum tum locorum Scripturae, et Card. de Lotharingia obstitit introductioni verborum materiae et formae (cf. supra). Hic suprarelatus Foscararius declaravit quare de manuum impositione nulla mentio facta fuerit.

Tertium schema, 6 dec. 1562: "Cum Scripturae testimonio, apostolica traditione, patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem externo signo sensibili gratiam conferri: dubitare nemo debet, ordinem esse vere et proprie imum ex septem sanctae ecclesiae sacramentis, de cuius gratia dicit Apostolus Timotheo: 'Noli negligere gratiam, quae est in te, quae data est tibi per impositionem manuum presbyterii,' et alio loco: 'Admoneo te, ut resuscites gratiam, quae est in te per impositionem manuum mearum.' Cuius etiam sacramenti illa *praecipua signa sunt: manuum impositio, insufflatio, unctio, vasorum sacrorum, librorum ac aliarum rerum, quae ad ministerium eius pertinent, porrectio.*[9,22] Redintegrati igitur sunt textus Scripturae necnon mentio caeremoniarum, et quidem cum maiori determinatione quam in primo schemate. Ceterum et hoc schema non omnibus placuit.

Quartum schema, 11 ian. 1563, repetit praecedens, cum duplici tamen ac significativa mutatione in ultimo commate, scilicet cum suppressione verbi "praecipua" ("praecipua signa"), quod unctioni et maxime insufflationi minus convenire videbatur, et transpositione porrectionis instrumentorum, quae ex ultimo loco primum obtinuit, ante ipsam impositionem manuum. Sic enim illud comma sonat: "Signa vero haec sunt: *vasorum sacrorum, librorum et aliarum rerum, quae ad cuiusque ordinis ministerium pertinent, porrectio, manuum impositio, insufflatio, unctio.*"[20]

Quintum schema, 31 ian. 1563, idem est cum duobus praecedentibus usque ad textus Scripturae inclusive. Sed ultimum comma de caeremoniis, iam in quarto schemate reformatum, totaliter suppressum est eique sequens generale comma substitutum: "*Verba autem et signa*

[27] *Ibid.* 106. [n] *Ibid.* 227. [9] *Ibid.* 229.

ea *sunt, quibus catholica ecclesia in uniuscuiusque ordinis collatione, additis praeterea sacris et solemnibus caeremoniis, utitur.*'™ Suppressa mentio tum impositionis manuum tum porrectionis instrumentorum utrique sententiae, iuxta proprium cuiusque sensum, displicuit; praeterea, ultimum comma videbatur favere uni sententiae, textus vero paulini alteri. Propterea in sexto et ultimo schemate, quod concordat cum textu definito quodque omnibus satisfecit, praefatum ultimum comma simpliciter suppressum est et primus ex duobus textibus paulinis omissus. Totum autem quod de mentione essentialis ritus relinquitur, his generalibus verbis comprehenditur: "Ordinatio, quae verbis et signis exterioribus perficitur."

Sextum ac definitivum schema, 15 iul. 1563: "Cum Scripturae testimonio, apostolica traditione et patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram ordinationem, quae *verbis et signis exterioribus perficitur,* gratiam conferri: dubitare nemo debet, ordinem esse vere et proprie unum ex septem sanctae ecclesiae sacramentis. Inquit enim Apostolus: 'Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis et dilectionis et sobrietatis.'"[31]

CATECHISMUS CONC. TRID. (primo editus a. 1566): "Quod autem inter cetera Ecclesiae sacramenta sacra ordinatio numeranda sit, sancta Tridentina Synodus ratione illa, quae saepius repetita est, comprobavit. Nam cum sacramentum sit rei sacrae signum, id vero quod hac consecratione extrinsecus fit, gratiam et potestatem significet, quae illi tribuitur, qui consecratur, omnino sequi perspicuum est, ordinem vere ac proprie sacramentum dicendum esse. Quare episcopus ei calicem cum vino et aqua, et patenam cum pane porrigens, qui sacerdos ordinatur, inquit: 'Accipe potestatem offerendi sacrificium/ etc. quibus verbis semper docuit Ecclesia, dum materia exhibetur, potestatem consecrandae Eucharistiae, charactere animo impresso, tradi, cui gratia adiuncta sit, ad illud munus rite et legitime obeundum. Quod Apostolus his verbis declarat: 'Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum; non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, et dilectionis, et sobrietatis'" (pars 2, c. 7, q. 10).

"Sacerdotis . . . munus est, Deo sacrificium facere et ecclesiastica sacramenta administrare, quemadmodum ex consecrationis ritibus perspicitur. Nam episcopus, cum sacerdotem aliquem instituit, primum quidem manus ei una cum omnibus sacerdotibus, qui adsunt, imponit; deinde stolam humeris aptans, eam ante pectus in crucis formam

[30] *Ibid.* 238. [31] *Ibid.* 620 sq.; cf. *Denz.* 9S9.

componit: quo quidem declaratur, sacerdotem virtute indui ex alto, qua possit crucem Christi Domini et iugum suave divinae legis perferre eamque non verbi solum, sed vitae sanctissimae et honestissimae actae exemplo tradere. Postea manus sacro oleo inungit; tum vero calicem cum vino et patenam cum hostia tradit, dicens: 'Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo, missasque celebrandi tam pro vivis quam pro defunctis': quibus ceremoniis et verbis interpres ac mediator Dei et hominum constituitur; quae praecipua sacerdotis functio aestimanda est. Ad extremum vero manus iterum eius capiti impositis: 'Accipe,' inquit, 'Spiritum Sanctum; quorum remiseris peccata, remittuntur eis, et quorum retinueris, retenta sunt': eique coelestem illam quam Dominus discipulis dedit peccata retinendi ac remittendi potestatem tribuit. Haec vero sunt sacerdotalis ordinis propria et praecipua munera" (q. 25).

Ut patet, hoc documentum, in quo sola porrectio instrumentorum proponitur ut essentialis materia Ordinis, *iuxta communiorem tunc thomistarum opinionem* concinnatum est; ceterum, ex quatuor originalibus ac praecipuis Catechismi auctoribus, scilicet Mutio Calino, Leonardo de Marinis, Aegidio Foscarario et Francisco Forerio, tres postremi erant thomistae ac dominicani. Documentum igitur proponit communiorem tunc theologorum opinionem, sed mentem Ecclesiae non necessario traducit, vel, si placet, dici potest sub aliquo sensu documentum ordinarii nec decisivi magisterii Ecclesiae, sese accommodantis communiori opinioni theologorum. Ceterum, nemo theologorum, saltem recentiorum, sustineret Catechismum historicam veritatem asserere cum ait: "Quibus verbis semper docuit Ecclesia potestatem consecrandae Eucharistiae, charactere animo impresso, tradi"; fatentur enim etiam defensores traditionis instrumentorum hunc ritum nonnisi serius invectum esse.

PONTIFICALE ROMANUM (primo editum a Clemente VIII a. 1596) in initialibus rubricis "de ordinibus conferendis" eidem communiori sententiae conformabatur: "Advertat diligenter Pontifex, cum Ordines confert, ne in expressione formarum, vel collatione instrumentorum ipsorum Ordinum deficiat. . . Moneat ordinandos, quod instrumenta, in quorum traditione character imprimitur, tangant." Praeterea in rubricis ad singulas caeremonias, diaconus et presbyter post ipsam impositionem manuum et ante traditionem instrumentorum dicebantur adhuc ordinandi, post hanc vero traditionem vocabantur ordinati ("noviter ordinati").

Attamen, rubricae in genere *non sunt per se doctrinales* sed directivae ac mentem Ecclesiae circa ipsam doctrinam non determinate

tradunt sed communiorem doctrinam vel tutiorem viam sequuntur. Ceterum, praefatae rubricae de ordinatione immutatae servatae sunt usque ad hodiernum diem in successivis officialibus editionibus Urbani VIII a. 1644, Benedicti XIV a. 1752 et Leonis XIII a. 1888,[32] quamvis praefata opinio, tum de materia consistente in traditione instrumentorum tum etiam de sacramentalitate ordinum minorum, paulatim suum robur amiserit ac contrariae opinioni principalem locum cesserit. Unde exaggerat *Galtier*™ cum ex his rubricis conficere conatur argumentum in favorem suae opinionis de traditione instrumentorum ut sola materia sacramenti, ope noti principii "Lex orandi, lex credendi." Cui respondet *Van Rossum:* "Rubricae Pontificalis aliorumque librorum liturgicorum non sunt lex orandi, neque lex credendi, sed simplex norma agendi. Ad hoc solum institutae sunt ut in sacris functionibus et in sacramentis administrandis praelato dicant quid et quomodo agendum sit. Unde inconsiderate rubrica confunditur cum oratione et axioma 'lex orandi est lex credendi' inaniter invocatur aut insinuatur. Si rubrica aliquam doctrinam incidenter tangit, valor eius ad probandum adminiculi vim non excedit."[34]

LEO XIII, Epist. "Apostolicae curae," 18 sept. 1896, invaliditatem anglicanarum ordinationum probat ex eo quod forma verborum, quae sequitur ac determinat impositionem manuum in ritu anglicano, non sufficienter exprimit proprium effectum sacramenti: "Significatio [sacramentalis], etsi in toto ritu essentiali, in materia scilicet et forma, haberi debet, praecipue tamen ad formam pertinet; quum materia sit pars per se non determinata, quae per illam determinatur. Idque in sacramento ordinis manifestius apparet, *cuius conferendi materia, quatenus hoc loco se dat considerandam, est manuum impositio;* quae quidem nihil definitum per se significat, et aeque ad quosdam ordines, aeque ad confirmationem usurpatur. Iamvero verba, quae ad proximam usque aetatem habentur passim ab Anglicanis tamquam forma propria ordinationis presbyteralis, videlicet 'Accipe Spiritum Sanctum,' minime sane significant definite ordinem sacerdotii vel eius gratiam, et potestatem, quae praecipue est potestas consecrandi et offerendi verum corpus et sanguinem Domini, eo sacrificio, quod non est nuda commemoratio sacrificii in cruce peracti" *(Denz.* 1963).

Quidam theologi hoc documentum afferunt in probationem aut confirmationem thesis de manuum impositione ut sola materia Ordinis;

[32] Nonnisi post Constitutionem Pii XII eae rubricae reformatae sunt per decretum S. C. Rituum a. 1950 (cf. infra, p. 755).

[33] "Imposition des mains," *Dictionnaire de théologie catholique* VII-2 (Paris 1927) 1413 sq.

[34] *De essentia sacramenti Ordinis* (ed. 2, Romae [1931]) 33.

ita inter alios, *Van Rossum, Quera, Peretta, Hervé, Piotanti, Solà. Perretta* rem ut omnino evidentem proponit, scribens: "Chiunque voglia giudicare con lealtà e serenità deve riconoscere che per il Papa Leone XIII (e si sa che per alcuni questo documento costituisce una definizione di fede) '[Ordinis] conferendi materia est manuum impositio'. .. Da questo prezioso documento di Leone XIII, che dovrebbe porre termine a una quaestione per quanto vecchia per tanto inutile, si deduce chiaramente . . . che materia dell'ordinazione è l'imposizione delle mani determinata dalla correlativa forma."[38] Cui adhuc instantius concinit *Quera,* asserens: "Hay un documento *ex cathedra* que impide pueda sostenerse ya esta sentencia [i.e. de la entrega de los instrumentos como materia esencial]. León XIII manifestó claramente en un documento *ex cathedra* que la entrega de los instrumentos no es materia esencial del sacramento del Orden."[39]

Attamen, iam a priori inverisimile prorsus est Papam tam eleganter ac transeunter, absque ulla declaratione, diremisse saecularem controversiam theologorum, et praeterea, non obstante tali documento, quosdam theologos in contraria sententia perseverasse eandemque controversiam protraxisse, quam tandem Pius XII practice saltem ac pro futuro tempore solvere debuit. Inde prudenter alii theologi, eiusdem sententiae defensores, ut Diekamp et Lennerz, de hoc documento simpliciter tacent; defensores vero contrariae sententiae, nominatim *Galtier et Hugon, recte observant illud ad rem non facere.* Quod quidem ostendit attenta consideratio tum contextus tum ipsius textus.

Papa enim in hoc documento non intendit solvere theologicam et abstractam quaestionem de materia et forma ordinationis, sed practicam tantum quaestionem de validitate vel secus ordinationis anglicanae, nec ad hanc ipsam quaestionem solvendam procedit ex praeoccupata solutione praefatae abstractae quaestionis, ita nempe ac si sequenti modo ratiocinaretur: in ecclesia catholica materia et forma ordinationis est haec vel illa, atqui huiusmodi materia et forma deest in ordinatione anglicana, ergo haec est invalida; talis ceteroquin ratiocinatio sua efficacia destitueretur relate ad eos ad quos ipsa convertitur, scilicet Anglicanos qui doctrina et praxi catholica non commoventur. Sed S. Pontifex suum *argumentum conficit ex ipsa praxi et doctrina anglicana,* in qua traditio instrumentorum a

[38] *Art. cit.* (supra, in p. 730) 480.

[39] "Una palabra más sobre el Decreto 'pro Armenis,'" *Estudios eclesiásticos* XXI (1947) 204. Idem iam iterato ac emphatice affirmaverat in "El Decreto de Eugenio TV para los Armenios y el sacramento del Orden," *ibid.* IV (1925) 237-239; "Acerca de una nota referente al sacramento del Orden," *ibid.* V (1926) 330 sq.; "Más acerca del Decreto de Eugenio IV para los Armenios y el sacramento del Orden," *ibid.* VI (1927) 166 sq.

longo iam tempore suppressa fuerat et sola impositio manuum adhibebatur et ut essentialis materia considerabatur, atque, hac supposita praxi et doctrina, seu supposito quod materia ordinationis "quatenus hoc loco se dat consideranda" (i.e. prout assumitur in Rituali anglicano, cuius ritus a S. Pontifice consideratur et examinatur) est manuum impositio, ostendit eam non sufficienter per concomitantem formulam verborum ad sacerdotalem significationem determinari, prout requiritur ad ordinationis validitatem. Unde argumentum S. Pontificis ad hoc redit: Manuum impositio quae, abstrahendo a quaestione utrum secundum se aut in ecclesia catholica sit materia, sive integra sive partialis, ordinationis, tamen in Rituali anglicano habetur ut unica materia ordinationis (sicut ceteroquin revera est in ecclesia orientali et posset esse etiam in ecclesia latina), nequit de facto, prout in ritu anglicano adhibetur, esse materia valida ordinationis, quia per concomitantem formulam verborum, qua iuxta illud Rituale afficitur, non sufficienter determinatur ad requisitam sacerdotalem significationem.37

Ad rem observat *Galtier:* "On ne saurait chercher dans le silence gardé sur l'absence de la porrection des instruments l'approbation ou la consécration de l'opinion qui les exclut de la matière essentielle du sacrement qu'à condition de fermer les yeux sur la position prise par le pape et sur ce qui était son objectif propre et immédiat. Il faudrait en outre pour cela donner à sa parole sur l'imposition des mains un sens et une portée qu'elle n'a manifestement pas. D'une phrase au but purement explicatif il faudrait faire une affirmation péremptoire; il faudrait attribuer à une considération ne portant que sur le cas particulier du rite de l'ordination chez les anglicans la valeur d'un jugement sur la manière dont se doit comprendre le rite de l'ordination dans l'Eglise romaine; où le pape se borne à signaler un exemple particulièrement frappant de l'insuffisance d'une matière sacramentelle à signifier pleinement et par elle-même l'effet propre du sacrement, il faudrait découvrir la preuve qu'il tient lui-même cette matière pour essentielle au sacrement de l'ordre. A propos d'un procédé d'argumentation pareil, le R. P. Harent, *Etudes,* 1897, t. Ixxiii, p. 335, a parlé jadis de 'pur sophisme'; le mot ne paraît que juste."38

"In declaranda invaliditate anglicanae ordinationis, sive Leo XIII sive iam antea Clemens XI in causa Ioannis Clementis Gordon, anglicano ritu ordinati (quem commemorat ipse Leo XIII in sua encyclica), ideo ab omissione traditionis instrumentorum penitus abstrahunt quia quaestio de propria materia sacramenti erat apud theologos disputata, adeoque invaliditas ritus anglicani nonnisi ex defectu formae comprobari poterat, quidquid tandem sit de validitate materiae.

***Art. cit.* (supra, in p. 738) 1422. Perrella, *loc. nuper cit.,* in nota, inepte circa totam hanc Galtier argumentationem observat: "È quindi uno sforzo perfettamente inutile quello dei P. Galtier.0 Pariter Quera, *art. cit.* (supra, in p. 739) "Una palabra**

NOTA. DE ORDINATIONIBUS ANGLICANIS™

Anno 1550 prodiit *Ordinale Eduardianum,* iussu Eduardi VI (1547-1553), a Thoma Cranmer episcopo cantuariensi concinnatum, quo reformabatur catholicus ritus ordinationis. Ex antiquis caeremoniis duae principaliores retentae sunt, scilicet traditio instrumentorum, tanquam ritus accidentalis (qui constitit porrectione libri Novi Testamenti, pro libro evangeliorum, diacono; Bibliae et eucharisticorum vasorum presbytero, et pastoralis baculi, episcopo), et impositio manuum, ita tamen ut forma huius ritus in haec verba mutaretur: Quoad presbyterum: *"Accipe Spiritum Sanctum. Quorum remiseris peccata remittuntur eis,*

más" 206, observat: "El P. Galtier pretende rehuir la fuerza de este documento pontificio interpretando las palabras 'quatenus hoc loco se dat considerandam' como si León XIII hablase solamente de la imposición de las manos en el rito anglicano, prescindiendo del papel que pueda desempeñar en el rito católico. Mas tal solución es manifiestamente insostenible." Idem dixerat in antiquiori *art. cit.* (ibid.) "El Decreto de Eugenio IV" 239.

******Actes de la Conférence des chefs et des représentants des Eglises orthodoxes aulocephales* . . . **[Schismatici] II (Moscou 1952) 242-296.**

Beever, H. [anglicanus], "Dr. Messenger and Anglican Orders," *Theology* XXXIII (1936) 138-146.

Boudinhon, A., *Etude théologique sur les ordinations anglicanes,* Paris 1895; *De la validité des ordinations anglicanes,* Paris 1895; "Nouvelles observations sur la question des ordres anglicans," *Revue anglo-romaine,* n. 31, 1896.

Brandi, S. M., *Roma e Cantorbery,* Roma 1897; *La condanna dette ordinazioni anglicane,* Roma 1897.

Boulgakov, A.-I. [schismaticus], *De la légitimité et de la validité de la hiérarchie anglicane, du point de vue de l'Eglise orthodoxe,* Kiew 1906.

Clark, F., *Anglican Orders and defect of intention,* London 1956. In pp. 203–210 refertur ampla bibliographia.

Dix, G. [anglicanus], *The question of Anglican Orders. Letters to a layman,* Westminster 1944.

Estcourt, E. E., *The question of Anglican Ordinations discussed,* London 1873.

Gasparri, P., *De la valeur des ordinations anglicanes,* Paris 1895.

Jaggar, J. B., "Two early ordination prayers. An answer to Dr. Brightman and Canori Lacey," *Gregorianum* VIII (1927) 453-458.

Lebourlier, J., "A propos des ordinations anglicanes," *Mélanges de science religieuse* XII (1955) 201-208.

Lewis, G. F. [anglicanus], *The papacy and anglican orders,* Toronto 1956.

Marchal, L., "Ordinations anglicanes," *Dictionnaire de théologie catholique* XI-2 (Paris 1932) 1154-1193.

Messenger, E., "The Lutheran source of the Anglican Ordinal," *The clergy review* VII (1934) 106-120, 196–206. *The Lutheran origin of the Anglican Ordinal,* London 1934; *The Reformation, the Mass and the Priesthood. A documentary history with reference to Anglican Orders,* 2 voll., London 1936-1937.

***Ordines anglicani. Expositio historica et theologica* [redacta a J. Moyes, F. A. Gasquet, D. Fleming], a. 1896.**

Puller, F. W. [anglicanus], *The Butt "Apostólicas curae" and the Edwardian Ordinal,* London 1896.

Renwart, L., "Ordinations anglicanes et intention du ministre," *Nouvelle revue théologique* LXXIX (1957) 1029-1053.

***Responsio Archiepiscoporum Angliae ad Litteras Apostólicas Leonis Papae XIII de Ordinationibus Anglicanis,* London 1897. Haec responsio, emissa a F. Temple, archiep. Canterbury, et W. D. MacLagan, archiep. York, publicata est eodem anno etiam in anglica versione.**

Smith, S. F., "Ordinations anglicanes," *Dictionnaire apologétique de la foi catholique* III (Paris 1926) 1162-1228.

Sokolov, V. [schismaticus], *Hierarchia ecclesiae anglicanae episcopalis* [russice], Sergiev Posad 1897.

Stephenson, A. A., *Anglican orders,* London 1956.

Wenger, A., "L'église orthodoxe et les ordinations anglicanes," *Nouvelle revue théologique* LXXVI (1954) 44-55.

et quorum retinueris retenta sunt. Sis fidelis dispensator verbi Dei et sanctorum sacramentorum eius"; quoad episcopum: *"Accipe Spiritum Sanctum et memento ut resuscites gratiam Dei qtiae est in te per impositionem manuum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed spiritum virtutis et dilectionis et sobrietatis"* Ut patet, ex una parte Cranmer formam catholicam suppressit ut expungeret omnem conceptum veri ac sacrificalis sacerdotii, et ex alia parte, vellens novam formam extrahere ex ipsa Scriptura, non potuit proximiores textus invenire quam binas illas pericopas ioanneam et paulinam. A. 1552 porrectio vasorum in ordinatione presbyterali expuncta est.

Cum novo huic ordinationis ritui Puritani imputarent quod esset superstitiosus nec Scripturae concordans, Catholici vero obicerent quod in eo non invenirentur omnia requisita ad validam ordinationem, *Articuhis xxxvi* (inter 39 articulos fidei anglicanae, concinnatos a. 1563, sedente Cantuarii Matthaeo Parker ac regnante regina Elisabetha) auctoritatem Ordinalis solemniter sancivit, his verbis: "Libellus de consecratione Archiepiscoporum et Episcoporum, et de ordinatione Presbyterorum et Diaconorum editus nuper temporibus Eduardi VI et auctoritate Parlamenti illis ipsis temporibus confirmatus, omnia ad eiusmodi consecrationem et ordinationem necessaria continet, et nihil habet, quod ex se sit, aut superstitiosum, aut impium; itaque quicumque iuxta ritus illius libri consecrati aut ordinati sunt, ab anno secundo praedicti regis Eduardi, usque ad hoc tempus, aut in posterum iuxta eosdem ritus consecrabuntur, aut ordinabuntur, rite atque ordine, atque legitime statuimus esse et fore consecratos et ordinatos."

Nihilominus, *post integrum saeculum, a. 1662,* ob Presbyterianorumreclamationes de paritate episcoporum et presbyterorum, quas fundabant in identitate formae ordinationis ("Accipe Spiritum S."), in nova editione Ordinalis, priori formulae ordinationis addita est mentio officii episcopalis et presbyteralis, ita ut sonaret: *"Accipe Spiritum Sanctum in officium et opus sacerdotis in Ecclesia Dei per impositionem manuum nostrarum tibi commissum; quorum remiseris peccata . . ."* et *"Accipe Spiritum Sanctum in officium et opus episcopi in Ecclesia Dei, et memento ut resuscites . . "*; ex quo appartet, ut notat Leo XIII, "Anglicanos vidisse ipsos, primam eam formam fuisse mancam nec idoneam rei" *(Denz.* 1964). Hic ritus essentialiter immutatus mansit usque ad hodiernum diem.

Praefatum Ordinale, a Maria regina catholica (1553-1558) suppressum, Elisabetha (1558-1605) in pristinum vigorem restituit atque *Matthaeum Parker* a. 1559 ad episcopatum cantuariensem nominavit,[40] qui ordinationes iuxta Ordinale perficere coepit, ita ut, pedetemptim extinctis catholicis episcopis et quotquot ab eis ordinati fuerant, tota quae successit usque ad hodiernum diem anglicana hierarchia ab illo ritu procedit.

Hinc orta est quaestio de validitate anglicanarum ordinationum et de existentia sacerdotalis ac divinae hierarchiae apud Anglicanos. Invaliditatem significarunt inde ab initio RR.PP. *lulius III* a. 1554 et *Paulus IV* a. 1555, ac signantius subinde *Clemens XI* a. 1704 in casu cuiusdam Clementis Gordon, eduardiano ritu ordinati, quem S. Pontifex absolute reordinari iussit; quae quidem sententia, ut notat Leo XIII in sua encyclica, non hanc tantum particularem ordinationem sed omnes anglicanas ordinationes respiciebat, ut vel ex eo patet quod quoties deinceps in re simili decernendum fuit, toties idem Clementis XI communicatum sit decretum. In postremis autem elapsi saeculi annis, instantius et acutius de hac quaestione disputatum est tam ex parte Anglicanorum, qui aegre ferebant se divina hierarchia privatos incusari, quam ex parte catholicorum quorum plures, privatis consessibus cum Anglicanis unitati ecclesiarum adlaborantes, favorabili

[40]Olim a catholicis dubium motum est de ipso facto consecrationis Parker; hodie tale dubium seponitur. Restat tamen quod Parker consecratus fuit iuxta ritum Ordinalis, et quidem a Barlow (tanquam principali consecratore), de cuius ordinatione sive episcopali charactere dubium motum est.

aliqua S. Pontificis in hac re declaratione, faciliorem reconciliationis viam anglicanae ecclesiae exoptabant.

Leo XIII, Epist. "Apostolicae curae," 13 sept. 1896, post maturum examen praefatis votis correspondens, *ordinationes anglicanas ex duplici capite defectus formae et defectus intentionis invalidas declaravit* (declaratione quidem involvente infallibilitatem circa "factum dogmaticum"). Ratio *defectus formae* exprimitur a S. Pontifice verbis supra citatis (p. 738); utraque nempe originalis forma eduardiana, exprimens solam dationem Spiritus S. nec ullatenus propriam potestatem sacerdotalem, est de se insufficiens ad determinandam materiam impositionis manuum (de se quidem indeterminatam) ad proprium sensum sacramentalem vel collativum potestatis[41]; nec refert quod, posteriori tempore, originali illi formae addita sint verba exprimentia generaliter officium presbyterale et episcopale, nam ex una parte illa verba ex intentione dicentis, seu ecclesiae anglicanae, habent solum indeterminatum sensum, de se abstractivum, de facto etiam exclusivum propriae ac sacrificalis potestatis, et ex alia parte, quidquid sit de obiectiva verborum aptitudine ad hanc potestatem exprimendam,[42] ea nonnisi post integrum saeculum addita fuerunt, eo scilicet tempore, quo vera hierarchia iam extincta erat nec ulla supererat potestas ordinandi in ecclesia anglicana. Ratio *defectus intentionis,* qui quidem sufficeret, etiam si aliqua forma valida semper adhibita fuisset, patet ex eo quod Anglicani nec verum sacramentum, nec verum sacrificium, nec verum sacerdotium admittunt, et ex harum quidem negationum praeconceptu et intentione catholicum ritum repudiarunt novumque ritum confecerunt.

Hinc S. Pontifex suam declarationem sic concludit: "Itaque omnibus Pontificum decessorum in hac ipsa causa decretis usquequaque assentientes, eaque plenissime confirmantes ac veluti renovantes auctoritate Nostra, motu proprio, certa scientia pronuntiamus et declaramus, ordinationes ritu Anglicano actas, irritas prorsus fuisse et esse omninoque nullas" *(Denz.* 1966).

SS.RR. CONGREGATIONES (S. Officii, SS. Rituum, Concilii, Prop. Fidei) plures anteacta aetate decisiones et responsione ediderunt *de reparandis defectibus in ordinatione occurrentibus.*[43]

Quamvis non omnino et in omnibus tales decisiones inter se concordent, tamen generalis ac praecipua praxis, in illis involuta, ad hanc

[41] **Ad initium quidem ordinationis recitatur oratio "Omnipotens Deus," in qua consecrator exorat Deum "ut servum suum ad ministerium episcopatus vocatum doctrinae suae veritate instruat, vitae innocentiae adornet, eamque largiatur gratiam, ut semper ad Evangelium promulgandum paratus sit," sed, quamvis haec verba fortasse sufficere possent in aliquo catholico ritu, tamen ex intentione dicentis in ritu anglicano manent indeterminata nec ullatenus supremi sacerdotii declarativa. Unde ait Leo XIII: "Neque rei' proficit quidquam advocasse praefationis precem 'Omnipotens Deus*: cum ea pariter deminuta sit verbis quae summum sacerdotium declarent" *{Denz.* 1965).**

"Non multo magis determinata sunt verba formarum in Constitutione Pii XII: "Da [ei] presbyterii dignitatem," "Comple in sacerdote tuo ministerii tui summam."

[43] **Praecipuae sunt: 5. *C. Rituum,* 16 iun. 1837; 22 maii 1841; S. *C. Prop. Fide,* 6 aug. 1840; S. *C. Concilii,* 11 febr. 1708; 3 oct. 1711; S. *C. S. Officii,* 27 maii 1840; 19 aug. 1851; 4 mart. 1874; 20 ian. 1875; 16 sept. 1877; 20 ian. 1886; 22 ian. 1890; 7 sept. 1892; 17 mart. 1897; 9 dec. 1897; 26 ian. 1898; 6 iuL 1898; 11 ian. 1899; 19 iul. 1899; 17 ian. 1900; 4 iul. 1900; 22 aug. 1900; 28 nov. 1900; 7 maii 1902; 28 ian. 1937. Decisiones S. Officii invenies in *Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide,* vol. 2, Romae: Ex Typographia Polyglotta S. C. de Propaganda Fide, 1907. Facilius haec et alia documenta, tum chronologice tum logice disposita et quoad essentialia citata invenies apud F.-X. Hecht, "De reparandis defectibus in collatione ordinum occurrentibus," *Periodica de re morali, canonica, liturgica* XXIII (1934) 73*-lll*. Cf. etiam F. M. Cappello, *Tractatus canonico-tnoralis de sacramentis,* IV: *De sacra ordinatione* (ed. 3, Taurini 1951) 149-151, 155-158, 167-169.**

reducitur[44]: Si defectus, praecipue omissionis, fuit in impositione manuum aut traditione instrumentorum, tota ordinatio saltem sub conditione iteratur.[40] Si vero defectus fuit in aliis caeremoniis iisque principalioribus, ut omissio unctionis vel ultimae manuum impositionis in ordinatione presbyteri, ordinatio non iteratur, sed tantum omissus ritus suppletur. Si tandem defectus fuit in ceteris secundariis caeremoniis, uti omissio extensionis manus episcopi post ipsam impositionem manuum, impositionis manuum per praesentes presbyteros, impositionis vestium, aliarum orationum, nihil supplendum est. Quod attinet tamen ad traditionem instrumentorum, *duplex discrimen observatur;* primum est quod in ordinatione diaconi, ob defectum in traditione libri eiusque formulae, non tota ordinatio dicebatur iteranda (sicut ob defectum porrectionis calicis et patenae in ordinatione presbyteri), sed solus omissus ritus supplendus[46]; secundo, quoad ipsam ordinationem presbyteri, theologi saltem ita praxim S. Sedis communius interpretabantur ut dicerent, ob defectum traditionis instrumentorum totam ordinationem iterandam esse sub conditione (vel saltem sub conditione), in casu vero defectus impositionis manuum absolutam iterationem praedicarent.[47]

Pontificia Commissio, quae initio huius saeculi praeparationi Codicis I.C. adlaborabat, in animo habuit ut sequens canon Codici insereretur, qui praefatae S. Sedis praxim ac mentem colligeret: "§ 1. Si unicus sit ritus essentialis sacrae ordinationis et hic praetermissus fuit aut modo dubio positus, integra ordinatio iteretur absolute vel sub conditione. § 2. Item, si plures ritus sint certe vel probabiliter essentiales, et omnes fuerint praetermissi vel modo dubio positi. § 3. Si vero plures ritus sint certe vel probabiliter essentiales, et unus tantum fuerit praetermissus vel modo dubio positus, solus ritus defectuosus repetendus est vel absolute vel sub conditione, si exinde ordinatio evadit certe valida; secus, integra ordinatio repetenda absolute vel sub conditione." Cum de huius canonis obiecto et forma exortae fuerint dissensiones inter Commissionis membra, aliqui consultores sequentem breviorem canonem proposuerunt: "Si in sacra ordinatione quid essentiale omissum fuerit vel modo dubio positum, integra ordinatio iteretur absolute vel sub conditione." Ceterum, alii ipsi inser-

[44] Cf. Hecht et Cappello, *loc. dt.*

[40] In pluribus decisionibus iubetur totius ordinationis iteratio etiam ratione defectus partialis, uti omissionis tactus physici in impositione manuum, vel defectus vini in calice aut hostiae super patenam.

[46] Cf. S. C. Rituum, 16 iun. 1837.

[47] Quoad defectus reparandos in ordinatione episcopali, non habentur tot ac tam peculiares decisiones SS. Congregationum; theologi vero simili modo iudicant, mutatis mutandis, ac de ordinatione presbyterali et diaconali. Cf. Cappello, *op. cit.* 167-169.

tioni canonis simpliciter obstiterunt, ita ut tandem, voto unanimi, totum negotium concidit.[48]

Has igitur decisiones *quidam theologi hinc inde invocarunt in confirmationem suae opinionis* de manuum impositione aut instrumentorum traditione ut essentiali ritu ordinationis[40]; alii vero, ut ipse Card. Van Rossum[50], tales decisiones, utpote mere practicas, omnino seponendas dixerunt. Veritas autem in medio inveniri videtur. Quamvis enim ex illis, utpote regulis practicis, nihil determinate pro una sententia ad exclusionem alterius deduci possit, tamen, cum tandem aliquando et ipsae fundentur in speculativo iudicio praesumptionis sive probabilitatis (nec tantum merae possibilitatis) de essentiali ratione illarum saltem caeremoniarum, ob quarum defectum ordinatio dicitur iteranda, aut saltem complenda, recte pro probabilitate utriusque praefatae sententiae inde confirmatio deducitur.[51] Ratio enim quare, ob defectum impositionis manuum vel traditionis instrumentorum, ordinatio iteranda praecipitur, est quia, stante controversia theologorum, certum est in illis duabus ritibus, saltem simul sumptis, et probabiliter in alterutro, essentiam sacramenti inveniri; et ratio quare quaedam caeremoniae, ut unctio et ultima impositio manuum, dicantur supplendae, quamvis non iterata integra ordinatione, est quia, ob ulteriores theologorum disputationes, aliqua adhuc superest, utut infirma, probabilitas, quod et ipsa aliquatenus concurrant ad essentiam

"C. F. Hürth, *Constitutio Apostólica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus, episcopatus* (Extractum ex "Periodica de re morali, canonica, litúrgica" XXXVII [1948] 1-56, Romae 1948) 9 sq.

***In Codice* nonnisi tres canones ad rem nostram indirecte referuntur, qui tamen a quaestione de essentiali ritu prorsus abstrahunt. *Can.* 1002: "In quovis conferendo ordine, minister proprios ritus in Pontificali Romano aliisve ritualibus libris ab Ecclesia probatis descriptos adamussim servet, quos nulla ratione licet praeterire vel invertere"; *can.* 1004: "Si quis, ritu orientali ad aliquos ordines iam promotus, a Sede Apostólica indultum obtinuerit superiores ordines suscipiendi ritu latino, debet prius ritu latino recipere ordines quos ritu orientali non receperit"; *can.* 1007: "Quoties ordinatio iteranda sit vel aliquis ritus supplendus, sive absolute sive sub conditione, id fieri potest etiam extra tempora ac secreto."**

40 Ita Diekamp, relatis duobus responsis SS. Congregationum S. Officii, 20 ian. 1875, et SS. Rituum, 16 iun. 1837, de reiteranda integra ordinatione diaconi ob defectum in impositione manuum et mere supplendo omisso ritu traditionis libri evangeliorum, ait: "Ex quibus decisionibus manifeste apparet, solam manuum impositionem esse materiam essentialem ideoque ad validitatem ordinis requisitam, porrectionem instrumentorum e contra non esse essentialem et solum securitatis causa esse exercendam" *(Theologiae dogmaticae manuale* [ed. A. Hoffmann, ed. 2, Parisiis 1946] 419sq.).

" *Op. cit.* (supra, in p. 738) 8.

"Ut patet fortior confirmatio provenit sententiae de sacramental! ratione impositionis manuum quam sententiae de sacramentalitate traditionis instrumentorum, si dicatur iuxta praxim Ecclesiae et iudicium doctorum, ordinatio integra absolute iteranda fuisse in casu defectus impositionis manuum, sub conditione vero ob defectum traditionis calicis et patenae, et quoad diaconum, ob defectum traditionis libri, non fuisse iteranda integra ordinatio sed solum hic ritus supplendus.

vel saltem ad integritatem sacramenti. Ceterum, quamvis ratione novae Constitutionis Pii XII praefatam controversiam pro futuro saltem dirimentis, etiam praxis RR. Congregationum necessario mutatur ac simplicior evadit, praeterita tamen praxis, fundata in ea controversia, quae adhuc manet quod attinet ad tempus praeteritum, eundem confirmativum valorem retinet.

PIUS XII, Constitutio Apostolica, de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus, "Sacramentum Ordinis," 30 nov. 1947:52

"Brinkmann, B., "Die Apostolische Konstitution Pius XII. 'Sacramentum Ordinis' vorn 30. Nov. 1947," *Theologische Quartalschrift* CXXX (1950) 311-336; "Enthält die Apostolische Konstitution 'Sacramentum Ordinis/ Pius XII eine Kathedralentscheidung?," *ibid.* CXXXVI (1956) 314-324.

Brinktrine, J., "Die dogmatische Bedeutung der Apostolischen Konstitution 'De sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus' vom 30. November 1947," *Theologie und Glaube* (1949) 257-265.

Carpino, F., "Annotationes ad Constitutionem Apostolicam 'Sacramentum Ordinis,'" *Apollinaris* XXII (1949) 5-14.

Corrà, S., "Solenni decisioni di Pio XII intorno al sacramento dell'Ordine," *Studia Patavina* I (1954) 341-369; "Forma sacramentale e parole essenziali del sacramento dell'Ordine," *ibid.* IV (1957) 154-158.

Crosignani, J., "Constitutio Apostolica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus," *Divus Thomas* (Piacenza) XXV (1948) 157-166.

Damen, e., "In Constitutionem Apostolicam 'Sacramentum Ordinis' a Pio XII latam d. 28 ian. 1948. Analysis et commentarium," *Euntes docete* I (1948) 104-111.

Delchard, A., "Constitution Apostolique 'Sacramentum Ordinis' du 30 novembre, sur les ordres sacrés du diaconat, prêtrise et épiscopat. Texte et commentaire," *Nouvelle revue théologique* LXX (1948) 519-529.

Delor, P., "La Constitution 'Sacramentum Ordinis,'" *Revue diocésaine de Tournai* IX (1954) 522-529.

Fortmann, J. H. M., "Constitutio Apostolica 'Sacramentum Ordinis' de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus," *Nederlandse katholieke Stemmen XLIN* (1948) 136-139.

Franquesa, A. M., "Antecedentes de la Constitución Apostólica 'Sacramentum Ordinis,'" *Revista española de derecho canònico* III (1948) 1117-1179.

Gonzalez Rivas, S., "La materia del sacramento del Orden," *Revista española de derecho canónico* III (1948) 610-634.

Hürth, F., "Contenuto e significato della Costituzione Apostolica sopra gli ordini sacri," *La civiltà cattolica,* a. 99 (1948) II 614–628; *Constitutio Apostolica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus, episcopatus. Textus et commentarius cum appendice,* Romae 1948 [Excerptum cx *Periodica de re morali, canonica, liturgica* XXXVII (1948) 1-56].

Iorio, T. A., "Materia e forma dell'Ordine Sacro secondo la Costituzione Apostolica di Pio XII 'Sacramentum Ordinis,'" *Miscelánea Comillas XV* (1951) 139-150.

Kuppens, M., "Le constitutif essentiel des ordres sacrés d'après la Constitution de S. S. Pie XII," *Revise ecclésiastique de Liège XXXV* (1948) 160-171, 229-247.

Lacchello, G., "La Costituzione Apostolica 'Sacramentum Ordinis,'" *La scuola cattolica* LXXVII (1949) 121-130.

McCarthy, J., "Some problems connected with thè recent Apostolic Constitution on Sacred Orders," *The Irish ecclesiastical record* LXX (1948) 1099-1104.

Michel, A., "Matière et forme du diaconat, du sacerdoce et de l'épiscopat. 'Constitutio Apostolica.' Commentaire théologique," *L'ami du clergé* LVIII (1948) 337-346; "Questions de science ecclésiastique," *ibid.* LIX (1949) 380-383.

Montagne, G., "Apostolic Constitution on Sacred Orders," *The Irish ecclesiastical record* LXX (1948) 441-446.

Pujolras, H., "Constitutio Apostolica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus et episcopatus. Adnotationes," *Commentarium pro religiosis et missionariis* XXVII (1948) 4-11.

"Pius episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

"1. Sacramentum Ordinis a Christo Domino institutum, quo traditur spiritualis potestas et confertur gratia ad rite obeunda munia ecclesiastica, unum esse idemque pro universa Ecclesia, catholica fides profitetur; nam sicut Dominus Noster Jésus Christus Ecclesiae non dedit nisi unum idemque sub Principe Apostolorum regimen, unam eandemque fidem, unum idemque sacrificium, ita non dedit nisi unum eundemque thesaurum signorum efficacium gratiae, id est Sacramentorum. Neque his a Christo Domino institutis Sacramentis Ecclesia saeculorum cursu alia Sacramenta substituit vel substituere potuit, cum, ut Concilium Tridentinum docet, (Cone. Trid., Sess. VII, can. 1, *De Sacram, in genere)* septem Novae Legis Sacramenta sint omnia a lesu Christo Domino Nostro instituta et Ecclesiae nulla competat potestas in 'substantiam Sacramentorum/ id est in ea quae, testibus divinae revelationis fontibus, ipse Christus Dominus in signo sacramentali servanda statuit.

u2. Quod autem ad Sacramentum Ordinis de quo agimus spectat, factum est ut, non obstante eius unitate et identitate, quam nemo unquam e catholicis in dubium revocare potuit, tamen, aetatis progressu, pro temporum et locorum diversitate, illi conficiendo ritus varii adiicerentur; quod profecto ratio fuit cur theologi inquirere coeperint, quinam ex illis in ipsius Sacramenti Ordinis collatione pertineant ad essentiam, quinam non pertineant: itemque causam praebuit dubiis et anxietatibus in casibus particularibus, ac propterea iterum iterumque ab Apostólica Sede humiliter expostulatum fuit, ut tandem quid in Sacrorum Ordinum collatione ad validitatem requiratur, suprema Ecclesia auctoritate decerneretur.

"3. Constat autem inter omnes Sacramenta Novae Legis, utpote signa sensibilia atque gratiae invisibilis efficientia, debere gratiam et significare quam efficiunt et efficere quam significant. lamvero effectus, qui Sacra Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinatione produci ideoque significari debent, potestas scilicet et gratia, in omnibus Ecclesiae universalis diversorum temporum et regionum ritibus sufficienter significati inveniuntur manuum impositione et verbis eam determinantibus. Insuper nemo est qui ignoret Ecclesiam Romanam semper validas habuisse Ordinationes graeco ritu collatas absque instrumentorum traditione, ita ut in ipso Concilio Florentino, in

Sagúes, J., "Las opiniones teológicas sobre la esencia del sacramento del Orden y la Constitución 'Sacramentum Ordinis,'" *Estudios eclesiásticos* XXIII (1949) 343-354.
Tremblay, R., "Problèmes du sacerdoce et de l'Ordre," *Angelicum* XXXV (1958) 194-197.

quo Graecorum cum Ecclesia Romana unio peracta est, minime Graecis impositum sit, ut ritum Ordinationis mutarent vel illi instrumentorum traditionem insererent: immo voluit Ecclesia ut in ipsa Urbe Graeci secundum proprium ritum ordinarentur. Quibus colligitur, etiam secundum mentem ipsius Concilii Florentini, traditionem instrumentorum non ex ipsius Domini Nostri lesu Christi voluntate ad substantiam et ad validitatem huius Sacramenti requiri. Quod si ex Ecclesiae voluntate et praescripto eadem aliquando fuerit necessaria ad valorem quoque, omnes norunt Ecclesiam quod statuit etiam mutare et abrogare valere.

"4. Quae cum ita sint, divino lumine invocato, suprema Nostra Apostolica Auctoritate et certa scientia declaramus et, quatenus opus sit, decernimus et disponimus: Sacrorum Ordinum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus materiam eamque unam esse manuum impositionem; formam vero itemque unam esse verba applicationem huius materiae determinantia, quibus univoce significantur effectus sacramentales, scilicet potestas Ordinis et gratia Spiritus Sancti, quaeque ab Ecclesia qua talia accipiuntur et usurpantur. Hinc consequitur ut declaremus, sicut revera ad omnem controversiam auferendam et ad conscientiarum anxietatibus viam praecludendam, Apostolica Nostra Auctoritate declaramus, et, si unquam aliter legitime dispositum fuerit, statuimus instrumentorum traditionem saltem in posterum non esse necessariam ad Sacrorum Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus Ordinum validitatem.

"5. De materia autem et forma in uniuscuiusque Ordinis collatione, eadem suprema Nostra Apostolica Auctoritate, quae sequuntur decernimus et constituimus: In Ordinatione Diaconali materia est Episcopi manus impositio quae in ritu istius Ordinationis una occurrit. Forma autem constat verbis 'Praefationis' quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: *'Emitte in eum, quaesumus, Domine, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii tui fideliter exsequendi septiformis gratiae tuae munere roboretur?* In Ordinatione Presbyterali materia est Episcopi prima manuum impositio quae silentio fit, non autem eiusdem impositionis per manus dexterae extensionem continuatio, nec ultima cui coniunguntur verba: 'Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata, etc.' Forma autem constat verbis 'Praefationis' quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: *'Da, quaesumus, omnipotens Pater, in hunc famulum tuum Presbyterii dignitatem; innova in visceribus eius spiritum sanctitatis, ut acceptum a Te, Deus, secundi meriti munus obtineat censuramque morum exemplo suae conversationis insinuet?* Denique in Ordinatione seu

Consecratione Episcopali materia est manuum impositio quae ab Episcopo consecratore fit. Forma autem constat verbis 'Praefationis' quorum haec sunt essentialia ideoque ad valorem requisita: *'Comple in Sacerdote tuo ministerii tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructum coelestis unguenti rore sanctifica'* Omnia autem haec fiant sicut per Apostolicam Nostram Constitutionem 'Episcopalis Consecrationis' diei trigesimi novembris anni MCMXLIV statutum est.

"6. Ne vero dubitandi praebeatur occasio, praecipimus ut impositio manuum in quolibet Ordine conferendo caput Ordinandi physice tangendo fiat, quamvis etiam tactus moralis ad Sacramentum valide conficiendum sufficiat.

"Tandem quae supra de materia et forma declaravimus ac statuimus, nequaquam ita intelligere fas sit ut vel paulum negligere vel praetermittere liceat ceteros 'Pontificalis Romani' ritus constitutos; quin immo iubemus ut omnia data praescripta ipsius 'Pontificalis Romani' sancte serventur et perficiantur.

"Huius Nostrae Constitutionis dispositiones vim retroactivam non habent; quod si dubium aliquod contingat, illud huic Apostolicae Sedi erit subiiciendum.

"Haec edicimus, declaramus et decernimus, quibuslibet non obstantibus, etiam speciali mentione dignis, proindeque volumus et iubemus ut eadem in 'Pontificali Romano' quadam ratione evidentia fiant. Nulli igitur homini liceat hanc Constitutionem a Nobis latam infringere vel eidem temerario ausu contraire.

"Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die trigesimo novembris, in festo S. Andreae Apostoli, anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo, Pontificatus Nostri nono" *(AAS* XL [1948] 5-7).

Huius momentosi documenti, quo prima vice materia et forma sacramenti Ordinis decretorie ac definitive ab Ecclesia exhibetur, plura a theologis immediate post eius promulgationem commentaria exarata sunt, inter quae praecipue notabile est quod edidit F. Hiirth, "Actis praeparatoriis huius Constitutionis, speciali cum facultate inspectis, et obtenta speciali facultate quaedam publicandi."[53] Potiusquam singulos numeros textus examinare, quod alii praestiterunt, utilius ad scopum nostrum erit synthetice proponere huius documenti *circumstantias, sensum* et *dogmaticum valorem,* attenta tum ipsius littera tum varia nec omnino concordi theologorum interpretatione.

"Hurth, *Constitutio Apostolica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus, episcopatus. Textus et commentarius cum appendice* (Romae 1948) 9.

1. *Circumstantiae documenti.*

Scopus non est directe doctrinalis sed practicus, quamvis ipsa doctrina indirecte involvatur et attingatur. Intenditur nempe tum dirimere modo practico et quoad tempus praesens saecularem controversiam theologorum de materia et forma sacramenti Ordinis, tum ac praecipue finem imponere dubiis et anxietatibus de validitate particularium ordinationum. Id explicite indicatur in nn. 2, 4, 6.

Momentum documenti, tum practicum tum, quamvis indirecte, speculativum, facile intelligitur, cum clauserit praecipuam fontem dubiorum et anxietatum, alleviaverit ipsum onus SS. Congregationum in dirimendis tot casibus dubiae ordinationis, coarctaverit intra angustiores saltem limites ipsam doctrinalem controversiam theologorum, ut ex dicendis patebit.

Originem Constitutionis respiciunt discussiones et vota emissa iam ante quadraginta annos a Commissione adlaborante confectioni Codicis I.C. Cum propositus canon de modo reparandi defectus in ordinatione totale naufragium fecerit, ut dictum est supra (p. 744), Commissio expressit votum ut S. Officium finem tandem imponeret diversitati opinionum de essentia Ordinis; praeses Commissionis, futurus Cardinalis Gasparri, suggessit ut S. Officium facili ac expedito modo quaestionem solveret, declarando antiquum ritum impositionis manuum esse materiam sacramenti, cum tali declarationi contendentes theologi acquiescere possent, aliis quidem eam interpretantibus ut meram declarationem et aliis ut novam constitutionem (cf. infra, p. 762); sed, cum huiusmodi suggestio non omnibus membris Commissionis placuerit, relatae sunt ad S. Pontificem Pium X quatuor quaestiones circa hanc materiam, quarum tertia ac magis directa inquirebat: "Quomodo potest solvi haec controversia, determinando partes essentiales episcopatus, presbyteratus et aliorum ordinum tum maiorum tum minorum?" Has quaestiones Papa examinandas remisit ad S. Officium. Post quadraginta tandem annos res decisa est, nec per merum S. Officii decretum, sed per solemnem ipsius S. Pontificis Constitutionem.[54]

Divisio Constitutionis simplex ac clara est. Sex numeri, quibus constat, colligi possunt in duas partes, alteram praeambulam ac veluti status quaestionis expositoriam (nn. 1-3) et alteram dispositivam sive decretoriam (nn. 4-6). *Prima pars* tribus numeris constat; n. 1: praeponitur veritas de unitate et identitate sacramenti Ordinis, fundata in ipsa institutione Christi seu in substantia sacramenti, quam, iuxta Tridentinum, Ecclesia mutare non potest; n. 2: illi unitati ac

[54] Cf. *ibid.* 9-11.

identitati opponitur historicum factum varietatis rituum pro diversis ecclesiis et temporibus, unde exurgunt doctrinales controversiae inter theologos et consequentia practica dubia et anxietates; n. 3: adicitur duplex certum factum tum sufficientis expressionis proprii effectus Ordinis in ritu impositionis manuum, universaliter et constanter adhibito in ecclesiis, tum agnitae validitatis graecarum ordinationum, in quibus sola manuum impositio absque instrumentorum traditione adhibetur; ex quo duplici facto colligitur traditionem instrumentorum non necessario et ex ipsa institutione Christi requiri ad valorem sacramenti. *Altera ac dispositiva pars* tribus pariter numeris constat; n. 4: materia et forma diaconatus, presbyteratus et episcopatus consideratur in communi, et declaratur, aut statuitur, consistere in sola impositione manuum et forma verborum eam determinante, nullatenus vero in traditione instrumentorum; n. 5: eadem materia et forma consideratur particulariter in singulis ordinibus, et assignantur ipsa verba, prolata intra longam praefationem trium ordinum, quae pro essentialibus habenda sunt, cumque in ordinatione presbyterali, eaque sola, habeatur plus quam una manuum impositio, declaratur sola prima impositio esse materia sacramenti; n. 6: adduntur quatuor statuta complementaria ac secundaria, tria de ritibus non essentialibus et unum de tempore quo nova Constitutio vim habere incipit, scilicet declaratur tactum physicum in manuum impositione non requiri ad valorem sed ad solam liceitatem, ceteros ritus iuxta ordinem Pontificalis servandos esse, hanc Constitutionem non habere vim retroactivam adeoque dubia de praeteritis ordinationibus solvenda esse iuxta praecedentem praxim SS. Congregationum, dubia vero de novis ordinationibus referenda esse ad S. Sedem, ut iuxta novam Constitutionem resolvantur.

2. *Sensus documenti.*

Duo proponuntur: directe factum, indirecte doctrina.

Factum declaratum vel constitutum (cf. infra, pp. 761 sq.) est determinata materia et forma trium ordinationum, scilicet manuum impositio et forma verborum.

Materia est sola manuum impositio, ita ut "instrumentorum traditio saltem in posterum non sit necessaria ad sacrorum diaconatus, presbyteratus et episcopatus ordinum validitatem" (n. 4). Instrumentorum autem traditio intelligitur quoad diaconatum porrectio libri evangeliorum, quoad presbyteratum vero porrectio calicis cum vino et patenae cum hostia, quoad episcopatum impositio libri evangeliorum aperti super caput (cui quidam addebant traditio eiusdem libri clausi ad finem consecrationis).

In ordinatione diaconi, materia est ipsa manus impositio quae, ut notat Constitutio (n. 5), unica in hoc ritu occurrit. Agitur autem de unius tantum manus impositione, quamvis, agens de materia ordinationis generice, Constitutio loquatur de impositione manuum in plurali; ceterum, etiam in duabus aliis ordinationibus impositio ambarum manuum videtur requiri ad solam liceitatem, quia usus unius vel duarum manuum non inducit essentiale discrimen in sacramentalem ritus significationem. Cum *in ordinatione presbyteri* duae vel tres habeantur manuum impositiones, Constitutio explicite declarat: "In ordinatione presbyteri materia est episcopi prima manuum impositio quae silentio fit, non autem eiusdem impositionis per manus dexterae extensionem continuatio, nec ultima cui coniunguntur verba: 'Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata, etc? " Hinc pro praesenti finis imponitur controversiae theologorum de secunda et tertia manuum impositione et aequivalenter declaratur tota essentia sacramenti consistere in prima impositione et in hac tota potestas et gratia sacramenti conferri, quidquid sit de absoluta possibilitate dividendi praefatos effectus, ita nempe ut gratia detur per unum ritum et potestas per alium, ac iterum potestas consecrandi per unum ritum et potestas absolvendi per alium. *In ordinatione seu consecratione episcopi,* materia est unica impositio manuum quae in hoc ritu occurrit. Cum tamen, iuxta praxim Ecclesiae, in hac ordinatione plures episcopi tanquam conconsecratores adhibeantur (licet unus ad validitatem sufficiat), Constitutio explicite iubet ut serventur statuta praecedentis Constitutionis "Episcopalis consecrationis," 30 nov. 1944, iuxta quam ceteri quoque episcopi, tanquam veri conconsecratores, debent pariter una cum principali consecratore ponere materiam et formam, manuum scilicet impositionem et verba essentialia, seu debent non tantum utraque manu caput ordinandi tangere dicentes "Accipe Spiritum S.," sed etiam, "facta opportuno tempore mentis intentione conferendi episcopalem consecrationem, orationem quoque 'Propitiare' recitare cum integra sequenti Praefatione; itemque universo ritu perdurante ea omnia submissa voce legere quae consecrator legit vel canit, exceptis tamen precibus ad pontificalium indumentorum benedictionem praescriptis, quae in ipso consecrationis ritu sunt imponenda" *(AAS* XXXVI [1944] 137); unde geminae Constitutiones mutuo sese complent.

Forma pro tribus ordinationibus singillatim ac determinate proponitur, verbis quae in Praefatione uniuscuiusque ordinationis occurrunt. Certum est ordinationem essentialiter perfici eiusque effectum totum conferri tantummodo cum illa determinata verba proferuntur,

etsi in eadem praefatione vel in aliis caeremoniis alia verba occurrant, quae eundem effectum aeque vel etiam aptius exprimant, quaeque proinde absolute esse vel assumi possent ut formula sacramentalis. In particulari, sacramental! valore destituuntur tum verba "Accipe postestatem offerre sacrificium . . " in ordinatione presbyteri ad traditionem instrumentorum, tum formula "Accipe Spiritum S." in triplici ordinatione, quae quidem in ordinatione tum diaconali tum episcopali coniungitur ipsi essentiali manuum impositioni. Ceterum, patet non omnia et singula materialia verba praefatarum essentialium formularum esse essentialia, sed tantum istarum sensum ac formalem structuram, substantialiter non immutatam; quod quidem determinandum est, cum maiori vel minori certitudine aut probabilitate, ad tramitem eorum quae dicuntur de formulis ceterorum sacramentorum, uti Baptismi, Eucharistiae et Poenitentiae.[55] Cum aliquod tempus intercedat inter impositionem manuum et prolationem formae (ut maxime patet in ordinatione presbyterali, in qua, ut Constitutio explicite declarat, subsequens extensio manus, qua ea impositio veluti continuata intelligitur, non est de essentia sacramenti), sequitur necessitatem simultatis physicae excludi et sufficientia simultatis moralis sanciri in Constitutione, quae propterea non utitur consueta doctorum expressione: formam constitui "verbis applicationem materiae sive impositionem manuum concomitantibus" sed "verbis eam [i.e. manuum impositionem] determinantibus" (n. 3) et "verbis applicationem huius materiae determinantibus" (n. 4); quod quidem légitimât tum consonantia aliorum sacramentorum (excepta Eucharistia), tum ipsa ratio unius continuati ritus in ordinatione et ipse sensus totius Praefationis consecratoriae, qui manifestat quo fine ipsa praevia manuum impositio facta fuerit.

Quod attinet ad secundaria facta sive complementaria statuta, *primum* ac gravius est declaratio non necessitatis *tactus physici* in impositione manuum ad valorem ordinationis, de qua quidem maior controversia ac dubium olim vertebatur[56]; igitur physicus tactus requiritur ad liceitatem, sed ad validitatem sufficit tactus moralis, qualis habetur in extensione manuum super caput, nec aliunde rationi ipsius physici tactus obstat quod ordinator manus chirothecis obtectas aut ordinandus caput falsis capillis coopertum habeat. Cum statuta Constitutionis, qua talia, respiciant solum ritum latinum, haec de-

[80] Idem proportionaliter dicendum est de forma sacramental! in ritu orientali, de quo tamen nondum a theologis, et multo minus ab Ecclesiae magisterio, soluta est quaestio de ipsa formula litúrgica, in quanam scilicet ex variis adhibitis orationibus, et in quanam parte huius vel illius orationis, verba essentialia contineantur (cf. supra, p. 621).

*** Cf. Hürth, *op. cit.* 33-36.**

claratio de non necessitate tactus physici non respicit ritum orientalem, de quo proinde quaestio controversa manet in statu quo ante, cum aliunde certum sit talem tactum non pertinere ad substantiam sacramenti seu ad Christi institutionem, ut constat ex ipso hoc negativo Ecclesiae statuto.

Secundum statutum est quod non licet quemlibet ex *non essentialibus ritibus,* in Pontificali relatis et hucusque adhibitis, praetermittere. Constitutio nihil dicit de supplendis his ritibus, ubi omissi fuerint; hinc Iorio[57] simpliciter ait eos supplendos esse, Crosignani[68] ait recurrendum esse in singulis casibus ad S. Sedem quae verisimiliter praescribet suppletionem, iuxta anteriorem praxim de ordinatione et iuxta similem praxim adhibitam quoad Baptismum et Extremam Unctionem (Codex I. C., cann. 759 sq., 947), Hiirth[69] tantum ait "recurrendum esse in singulis casibus et expectandum, quid S. Sedes responsura sit." Ut patet, non amplius agetur de iteratione integrae ordinationis absolute aut sub conditione, ut in anteriori praxi (cf. supra, p. 743 sq.), nec ipsa suppletio ullatenus fundabitur in praesumptione probabilitatis, utut minimae, de necessitate huiusmodi ritus ad valorem vel integritatem sacramenti, sed in sola convenientia complendi ritum Ecclesiae eiusque accessoriam sacramenti significationem, sicut in supplendo ritu Baptismi solemnis. Suprarelatus autem (p. 745) can. 1007 Codicis I. C. de supplendis defectibus ordinationis adhuc suum integrum sensum retinet, etsi ex parte practicum momentum amiserit.

Tertium statutum est de *non retroactiva vi* novarum dispositionum. Ut patet, id respicit ipsum factum constitutum aut declaratum, sive principale (impositionem manuum et formulam verborum) sive secundarium (tactum physicum, traditionem instrumentorum, aliosque ritus accidentales), non vero doctrinam prolatam aut implicatam quae, qua talis, eo necessario sensu vim habet retroactivam, quo est secundum se immutabilis. Exinde sequitur casus dubios de ordinationibus habitis ante Constitutionem, solvendos esse iuxta praxim et normas antea vigentes. Cum autem Constitutio nihil dicat de tempore quo novae dispositiones vim suam exserere incipiant, res decidenda est ex generalibus canonibus de tempore quo incipiunt leges S. Sedis obligare, scilicet "expletis tribus mensibus a die qui Actorum [Apostolicae Sedis] numero appositus est," in quo documentum editur (can. 9) et de computatione diei et mensis (cann. 32, § 1; 34, § 3, nn. 1-2); unde cum Constitutio, lata quidem 30 nov. 1947, edita fuerit in numero *AAS* diei 28 ian. 1948, vim suam exserit a media nocte

n *Art. cit.* (supra, in p. 746) 150.
" *Art. cit.* (supra, in p. 746) 165.
****Op. cit.* 38.**

diei 28 apr. 1948 (inter 27 et 28 aprilis). Ceterum, ipsa Constitutio addit: "Quod si dubium aliquod contingat, illud huic Apostolicae Sedi.erit subiiciendum." Quod quidem valet tum de rariori dubio utrum aliqua ordinatio sit iudicanda iuxta antiquam regulam an iuxta novam Constitutionem, tum ac praecipue de dubiis quae possint occurrere in novis ipsis ordinationibus, nam Constitutio non prorsus omnem dubii occasionem auferre potuit et quaedam dubia iam explicite indicantur a quibusdam commentatoribus.[60]

Quartum statutum iubet ut novae dispositiones "in Pontificali Romano quadam ratione evidentia fiant." Modus autem non specificatur. S. C. *Rituum* huic iussioni obviam venit per Decretum de "variationibus in rubricis Pontificalis Romani," 20 febr. 1950 *(AAS* XLII [1950] 448-445). Hae sunt praecipuae variationes: in rubricis generalibus ante collationem ordinum delentur verba: "Moneat ordinandos, quod instrumenta, in quorum traditione character imprimitur, tangant"; tres formae ordinationum diaconalis, presbyteralis et episcopalis, ponuntur typis crassioribus; ante formam diaconatus et presbyteratus ponitur rubrica: "Dicit verba formae sacramentalis," ante formam vero episcopatus omittitur in rubrica verbum "sacramentalis" et ponitur: "Dicit verba formae consecrationis episcopalis" (cuius ratio videtur esse controversia theologorum de sacramentalitate episcopatus, ut distincti a presbyteratu); post manuum impositionem eiusque formam et ante traditionem instrumentorum, diaconus et presbyter non amplius vocantur ordinandi, ut in prioribus rubricis, sed ordinati; in consecratione episcopali ubicumque habebantur verba "episcopi assistentes" nunc ponuntur "episcopi conconsecratores," qui ceteroquin etiam simpliciter vocantur consecratores.

Doctrina directe vel indirecte proposita.

De formula "substantia sacramenti,"

Papa, loquens de his quae quomodolibet requiruntur ad necessitatem sive valorem sacramenti, tres expressiones adhibet: "substantia sacramenti" (bis, nn. 1 et 3), "essentia sacramenti" (n. 2: "quinam [ritus] pertineant ad essentiam"), "valor vel validitas sacramenti" (n. 2: "quid ad validitatem requiratur"; n. 3: "necessaria ad valorem"; n. 4: "necessaria ad validitatem"; n. 6: "ad sacramentum valide conficiendum"). Prioris expressionis hanc tradit definitionem sive explicationem: "Substantia sacramentorum, id est ea quae, testibus divinae revelationis fontibus, *ipse Christus Dominus in signo sacramentali servanda statuit"* (n. 1); praeterea, hunc sensum tribuit

MCf. praecipue S. Corrà, "Solenni decisioni di Pio XII intorno al sacramento dell'Ordine," *Studia patavina* I (1954) 355-362.

illi expressioni, prout habetur in ipsa doctrina tridentina, aiens: "Ut Concilium Tridentinum docet, septem novae legis sacramenta sunt omnia a lesu Christo Domino Nostro instituta et Ecclesiae nulla competit potestas in 'substantiam sacramentorum/ id est in ea quae. . ." Exinde tamen non sequitur non amplius posse argui ex *noto effato tridentino* "salva illorum substantia" ad probandum Ecclesiae non competere potestatem in ea quae pertinent ad valorem sacramentorum, nominatim in determinationem materiae et formae, et ex hac parte sententia de sic dicta genérica institutione aliquorum sacramentorum per Christum non posse amplius vulnerari; nam Constitutio abstrahit a quaestione utrum necne Christus instituerit determinatam materiam et formam sacramentorum et utrum necne id in formula illa tridentina exprimatur.01

In secundo loco (n. 3), in quo eadem expressio recurrit, verba Constitutionis sunt minus perspicua; ait enim: "Quibus colligitur, etiam secundum mentem ipsius Concilii Florentini, traditionem instrumentorum non ex ipsius Domini Nostri lesu Christi voluntate ad substantiam et ad validitatem huius sacramenti requiri." Ex quibus tamen nequit inferri aliquid posse ad substantiam sacramenti pertinere quod non sit ex voluntate Christi sed ex voluntate Ecclesiae, cum substantia sacramenti iam clare prius definita fuerit per id quod ex voluntate Christi ad sacramentum pertinet; unde verba "ex ipsius D.N.I.C. voluntate" intelligenda sunt pleonastice relate ad "substantiam," tanquam idem significantia, ita ut sensus sit: "Traditio instrumentorum non ex voluntate Christi requiritur ad validitatem sacramenti, seu non pertinet ad eius substantiam"; propterea in sequentibus verbis, quibus ea assertio completur, vox substantiae omittitur: "Quod si ex Ecclesiae voluntate et praescripto eadem aliquando fuerit necessaria ad valorem quoque, omnes norunt Ecclesiam quod statuit etiam mutare et abrogare valere."

Apud theologos *substantia sacramenti* accipi solet pro *substantia ipsius ritus sacramentatis,* prout componitur ex determinata materia et forma, adeoque identificatur cum essentia sacramenti, imo a quibusdam (etsi minus recte) identificatur cum his quae requiruntur

"Apte notat Gonzales Rivas: "Atendiendo al sentido obvio dei contexto . . . creemos que . . . [en el texto de Trento] la sustancia de los sacramentos, no sólo significa aquello que Jesucristo, al decir de la Constitución Apostólica [de Pió XII], determinó acerca del signo sacramental, sino que pasa adelante, señalando en concreto la materia y forma esenciales del mismo sacramento, y cuanto afecta a la validez del mismo. . . La Constitución Apostólica, con toda prudencia, ha dado un sentido minimo, que nadie puede negar y en el que todos convienen, a la sustancia de los sacramentos. Pero creemos que la expresión, en el Concilio de Trento de donde está tomada, tiene un alcance mayor, designando los ritos esenciales de cada sacramento, y arguyendo, por lo tanto, una institución especifica por parte de Nuestro Señor Jesucristo" ("La materia del sacramento del Orden," *Revista española de derecho canónico* III [1948] 621 sq.; cf. 632, 633).

ad valorem sacramenti, dum Constitutio inter tres hos aspectus distinguit, ut supra dictum est. Inde quaeri potest: utrum substantia sacramenti prout intelligitur a theologis omnino coincidat de facto cum substantia sacramenti prout accipitur in Constitutione, seu utrum quidquid in ritu sacramentali pertinet ad materiam et formam sit a Christo institutum; affirmative respondent defensores institutionis specificae, negative vero defensores institutionis genericae. Constitutio autem ab hac quaestione perfecte abstrahit nec uni aut alteri sententiae favet. Potest tamen dici *genericam institutionem* eo negativo sensu confortari quod a Papa non reputatur impossibilis aut certe non existens, cum impossibilium aut certe non existentium ratio haberi non soleat in Ecclesiae documentis, Papa vero ter de ea hypothetice loquatur, imo, hypothetice supposita illius existentia, constitutive aliquid decernat: ita in verbis nuper citatis ait quod traditio instrumentorum non est ex institutione Christi et, in hypothesi quod sit ex institutione Ecclesiae necessaria ad valorem sacramenti, potest ad Ecclesia abrogari, et immediate post addit: "Declaramus et, quatenus opus sit [i.e. in hypothesi quod, ratione solius genericae Christi institutionis et subsequentis determinationis Ecclesiae, impositio manuum antea non fuerit sola materia sacramenti], decernimus et disponimus: sacrorum ordinum diaconatus, presbyteratus et episcopatus materiam eamque unam esse manuum impositionem. . . Et si unquam aliter legitime dispositum fuerit [ratione nempe genericae institutionis], statuimus instrumentorum traditionem saltem in posterum non esse necessariam ad sacrorum diaconatus, presbyteratus et episcopatus ordinum validitatem" (n. 4).

De impositione manuum.

Papa testatur impositionem manuum semper adhibitam fuisse in ritibus diversorum temporum ac regionum et in ea sufficienter significari proprium effectum ordinationis (n. 3), sed non dicit nec ex eius verbis sequitur, *ut quidam putare videntur,* manuum impositionem semper de facto etiam in Ecclesia latina pertinuisse ad essentialem ritum ordinationis, et multo minus eam fuisse solum essentialem ritum, ad exclusionem traditionis instrumentorum, et multo adhuc minus eam esse de substantia sacramenti seu ritum ab ipso Christo institutum. Papa unice probare vult traditionem instrumentorum non pertinere ad substantiam sacramenti, seu non esse ab ipso Christo institutam, idque dupliciter probat: primo, quia haec traditio non fuit necessaria ad significandum effectum sacramentalem, cum ad hoc suffecerit impositio manuum, prout adhibita est in omnibus Ecclesiae diversorum temporum ac regionum ritibus; secundo, quia

de facto in ritu graeco sola manuum impositio constanter adhibita fuit. Ex hoc autem quod dicat traditionem instrumentorum non fuisse necessariam, non sequitur eam de facto non fuisse additam ab Ecclesia in ritu latino, imo ipse Papa id tanquam possibilem hypothesim contemplatur, addens: "Quod si ex Ecclesiae voluntate et praescripto eadem [traditio] aliquando fuerit necessaria ad valorem quoque, omnes norunt Ecclesiam quod statuit etiam mutare et abrogare valere." Ceterum, ut dictum est supra (p. 757), Papa iterum ac graviori modo ad possibilitatem huiusmodi facti attendit, dum emittit ipsam suam practicam decisionem, in qua non simpliciter declarat solam manuum impositionem esse materiam ordinationis, sed declarat et, si necesse est (i.e. si antea non ita fuerit), decernit, solam manuum impositionem ad exclusionem traditionis instrumentorum esse materiam ordinationis.

Unde inepte quidam auctores vident in hac Constitutione confirmatam sententiam, iuxta quam sola manuum impositio sit secundum se ac proinde iugiter fuerit materia ordinationis. Ita *Crosignani* scribit: "Effectus Sacrae Ordinationis . . . impositione manuum . . . sufficienter significati inveniuntur [iuxta Constitutionem]. Ergo nullum sacramentalis significationis complementum requiritur, sed ratio propria sacramentalis, sacram potestatem et gratiam significans et hac ipsa de causa conferens, soli impositioni manuum verbisque illam determinantibus inest, omnesque alii ritus ad essentiam ac validitatem Sacramenti non pertinent."[*] *Franquesa:* "Aunque . . . prevalece desde dos siglos la opinión hoy consagrada por la Constitución Apostólica, no han faltado hasta el último momento autores graves que han sentido lo contrario. . . Evidentemente que la controversia sobre este asunto queda abierta antes y después de la Constitución, pero también parece bastante claro, leyendo detenidamente la Constitución a la luz de la historia, que la primera opinión se puede beneficiar muchísimo más de ella que la segunda... Aunque para el tiempo pasado puedan continuar las disputas, nadie dejará de ver que es poco remunerador seguir disputando sobre las tinieblas en plena luz. . . La presente Constitución es ... el triunfo del espíritu tradicional e histórico-critico sobre el puramente racional. La sanción solemne y definitiva de unas largas, silenciosas y, a menudo, incomprendidas, pero fecundísimas investigaciones historicas, llevadas a cabo con un entrañable amor a la tradición, por un Mabillon, Menardo, Marténe, Morin, Muratori, Renaudot, Goar, Assemani, etc. ... La historia es realmente la maestra de la vida, la ignorancia de la cual no solamente puede acarrear errores científicos,

* *Art. dt.* (supra, in p. 746) 160.

sino, como en el presente caso, aun errores teológicos."[63] *Gonzalez Rivas* minus assertive: 'Tara nosotros es evidente que el tenor de la Constitución Apostólica en el fondo favorece a la persuasión de que la sola imposición de manos fue siempre, para todas las Iglesias, el único rito esencial de la ordenación. Mas esto, aunque creemos adivinarlo, nunca se dice expressamente."[64] *Michel:* "La thèse positive de Van Rossum reçoit néammoins de l'acte de Pie XII une éclatante confirmation. En ce qui concerne l'avenir, en effet, le pape entend faire cesser toute controverse et toute incertitude; l'opinion préconisée rédemptoriste devient doctrine officielle et certaine de l'Eglise."[65]

Ex hoc quod Papa assumat, declarando aut constituendo, impositionem manuum esse solam materiam ordinationis, eius favor dirigitur *ad ipsum ritum impositionis manuum, non vero ad opinionem* quae sustinet hunc ritum esse a Christo institutum aut semper fuisse solam materiam ordinationis. Nam ex una parte ab his Papa abstrahit, ut supra dictum est, et ex alia parte etiam patroni contrariae sententiae de essentialitate traditionis instrumentorum communiter fatentur Papam posse hunc ritum abrogare eique solam manuum impositionem substituere, idque factum esse per Constitutionem Pii XII, ut addunt hodierni illius defensores. Unicus igitur favor, qui ex decisione Pii XII deduci potest, respicit directe non ipsam praefatam opinionem sed eius obiectum, quatenus scilicet Papa, loco assumendi, pro obiecto suae decisionis circa materiam Ordinis, traditionem instrumentorum aut impositionem manuum simul cum ea traditione, solam elegit impositionem manuum, quod certe non absque peculiari ratione, fundata praecipue in probabilioritate argumenti historici, factum est.

De traditione instrumentorum.

De hac caeremonia Papa tria declarat: primo nempe, eam non esse de substantia sacramenti seu non esse institutam ab ipso Christo; secundo, eam nec esse secundum se necessariam ad significationem proprii effectus ordinationis adeoque ad constituendam essentiam aut validitatem ordinationis, sed ad hoc sufficere impositionem manuum (n. 3); tertio, nunc de facto eam non pertinere ad essentiam sive valorem ordinationis, quidquid sit de praeterito, seu etiam si olim fortasse pertinuerit (n. 4).

Unde quod attinet ad praesens tempus controversia theologorum concidit; quod vero attinet ad praeteritum, et consequenter etiam quoad rem secundum seipsam, tota controversia in eodem statu et

a *Art. cit.* (supra, p. 746) 1169, 1173, 1175, 1178 sq.
^*Art. cit.* (supra, in p. 746) 626.
" "Matière et forme du diaconat, du sacerdoce et de l'épiscopat," *L'ami du clergé* LVIII (1948) 342.

cum eodem robore manet. Unicum punctum novum quod ex hac Constitutione resultat et iuxta quod oportet rimare aliquam inter praecedentes opiniones, est quod traditio instrumentorum non est instituta a Christo in ritu ordinationis, ut resultat tum ex ipsa explicita declaratione Papae tum ex ipso facto quod nunc ipsa non pertinet ad talem ritum. Unde sententiae quae dicunt eam olim ad hunc ritum pertinuisse, debent necessario etiam asserere id factum esse ex voluntate Ecclesiae habentis potestatem determinandi materiam et formam vel conditiones valoris sacramenti, quod ceteroquin communius dicebant patroni illarum sententiarum; sola igitur manet ab hac controversia exclusa opinio illorum doctorum, praecipue antiquorum, qui videntur ad ipsam originem divinam revocare traditionem instrumentorum tanquam essentialem ritum ordinationis, sive totaliter sive etiam partialiter.

De Cone. Florentino.

Papa directe in quaestionem adducit Cone. Florentinum, ut approbans ordinationes Graecorum in quibus nulla habetur traditio instrumentorum, et indirecte quoque sese refert ad ipsum Decretum pro Armenis, non quidem ut quidquam decernat de proprio sensu sive recta interpretatione huius Decreti (ac ideo hanc etiam theologbrum controversiam intactam relinquens) sed ut solvat duas rationes, a quibusdam theologis inde petitas ad probandam necessitatem traditionis instrumentorum. Una ratio, eaque interna, est: Concilium voluisse per traditionem instrumentorum afferre necessarium complementum propriae significationi effectus ordinationis, adeoque eam esse secundum se necessariam; cui respondet Papa praefatam significationem sufficienter contineri in ritu impositionis manuum, adhibito in variis ecclesiis et unice adhibito in ordinationibus graecis quas ipsum Concilium probavit, adeoque Concilium non intendisse apponere aliquod necessarium complementum ordinationi. Altera ratio, eaque externa seu ex ipsa Concilii auctoritate deducta, est: Concilium de facto declarasse traditionem instrumentorum esse necessariam ad valorem; cui Papa respondet mentem Concilii non fuisse traditionem instrumentorum esse necessariam ex ipsa institutione Christi, secus ordinationes graecas non probasset, quod si intenderit eam suo iure necessariam declarare pro latino ritu, huiusmodi necessitatem totam pendere ex voluntate et potestate Ecclesiae, quae proinde id quod olim constituit, quandocumque mutare iterum vel abrogare potest.*

*** Exinde exculsa manet sententia aliquorum, a Van Rossum non reprobata, qui, admissa huiusmodi potestate Ecclesiae, negarunt tamen eam esse permanentem, quatenus nempe semel exercita, illico exhauriatur nec amplius exerceri queat. Cf. infra, p. 763, in textu Van Rossum.**

De sacramentalitate episcopatus.

Ut iam in art. 5 (pp. *238-244)* fusius explicatum est, ex inclusione episcopatus in hac Constitutione non necessario deduci potest ipsius sacramentalitas, prout est distinctus ordo a presbyteratu, contra id quod confidenter putant aliqui theologi, illius sacramentalitatis defensores.

De sacramentalitate subdiaconatus et ordinum minorum.

Pariter, ut dictum est in art. 6 (pp. 422 sq.), ex exclusione subdiaconatus et ordinum minorum ab hac Constitutione, nihil deduci potest in favorem sententiae de eorum non sacramentalitate, ut e converso putant quidam theologi.

3. *Indoles et dogmaticus volor documenti.*

Hoc documentum, in sua principali ac resolutiva parte, *valde peculiarem indolem* ostendit. Est enim, ut ita dicatur, anceps in doctrina, *biceps in solutione; absolutum in declarando, hypotheticum in constituendo:* absolute nempe declarat impositionem manuum esse in hoc praesenti tempore solam materiam ordinationis, et huic absolutae declarationi talem vim confert, ut in casu quo res a parte rei non ita iam se habeat, talis illico evadat. Haec decretoria forma bis proponitur, seu quoad utrumque positivum et negativum obiectum declarationis: "Declaramus et, quatenus opus sit, decernimus et disponimus . . . materiam eamque unam esse manuum impositionem"; "Declaramus, et, si unquam aliter legitime dispositum fuerit, statuimus instrumentorum traditionem saltem in posterum non esse necessariam ad . . . validitatem" (n. 4; cf. n. *3,* in fine, et n. 5, initio). Vis itaque mere declarativa, vel constitutiva, documenti, relinquitur et alligatur conditioni rerum, de qua Papa iudicare non vult sed in sua incertitudine relinquere, ita ut illis theologis, qui tenent iam antea unicam materiam fuisse manuum impositionem, documentum sit mere declarativum, ceteris vero etiam constitutivum.®7

Nolens igitur S. Pontifex resolvere doctrinalem ipsam controversiam theologorum, ob immaturum statum ipsius quaestionis, et nihilominus sollicite quaerens practicam solutionem dubiorum et anxietatum inde exurgentium, prudenter simul ac fortiter mediam viam arripuit qua, eludendo doctrinam, directe ad ipsum factum pervenit, declarando, aut iuxta casum constituendo, quae sit determinata nec amplius con-

«De facto ita documentum interpretantur Baisi: "Non est definitio, qua aliquid declaretur, sed decretum, quo aliquid constituitur" *(Inst. theol.* IV 612) et Journet: "Rien n'empêchait l'Eglise de revaloriser le rite de l'imposition des mains. Ce sera l'oeuvre de Pie XII par la Constitution apostolique du 30 novembre 1947" *(loc. cit.* [supra, in P· *712]).*

trovertibilis materia ordinationis. Si quis autem quaerat, *qua jretus potestate* S. Pontifex velit legitime declarare aut hypothetice constituere tale factum, dicendum est id pertinere ad copulatam duplicem potestatem, tum nempe *magisterii,* seu declarandi ius divinum in casibus etiam particularibus et concretis, qualis est praesens casus de materia sacramenti divinitus instituti ab bonum Ecclesiae et salutem animarum, tum etiam *regiminis stricte pontificalis ac liturgici,* seu regulandi cultum Ecclesiae; nec id necessario implicat potestatem Ecclesiae in determinandam materiam et formam sacramentorum, sed ab ea abstrahit, *cum proprium obiectum declarationis sit ipsum jactum, ut tale et ut verum, quomodocumque et undecumque proveniat,* quamvis aliunde nequeat esse nisi aut ex ipsa Christi institutione aut ex exercitio praefatae potestatis. Ecclesiae in materiam et formam sacramentorum.

Ad huius Decreti indolis intelligentiam nonnihil iuvat recolere quae olim quaedam auctoritates putaverint de aptitudine et convenientia huiusmodi declarationis. Ut notatum est supra (p. 750), simile Decretum sive declarationem primitus suggessit ipse Card. *Gasparri,* praeses Commissionis pontificiae de praeparando Codice I. C., his fere verbis: "Est factum historicum, de quo controversia nulla esse potest, Ecclesiam occidentalem per multa saecula unico ritu impositionis manus et orationis sacramentum Ordinis contulisse. Hoc posito, ad dicendum hodiernos ritus diversos esse ab antiquis, asserendum necessario est: 1) Ecclesiam habere potestatem mutandi substantialem ritum Sacramenti; 2) Ecclesiam hac sua potestate usam esse. Sunt qui hanc potestatem Ecclesiae omnino negent, affirmentque nostra aetate non aliter quam praeterlapsis saeculis sacram ordinis potestatem conferri sola manus impositione et oratione. Sunt qui affirment hanc Ecclesiae potestatem. Hi tamen omnes necessaria consequentia admittere debent, Ecclesiam etiam nunc posse quod aliquando potuit, hoc est etiam nunc mutare posse substantialia Sacramenti. Hinc concludendum si nunc Ecclesia *declarat et statuit* ritus essentiales sacrae Ordinationis eosdem esse ac quos primis saeculis adhibuit, quaestio tota cum omnium satisfactione soluta esset. Nam huiusmodi decretum aliis mera esset *declaratio (Declarat),* aliis vero esset vera *constitutio (Statuit),* seu restitutio rerum in statu quo ante."[68]

Huiusmodi suggestio ac ratiocinatio non omnibus praefatae Commissionis membris placuit. Posteriori autem tempore *Van Rossum* in suo noto opere de sacramento Ordinis, eam explicite impugnavit

"Apud Van Rossum, *De essentia sacramenti Ordinis* (ed. 2, Romae [1931]) 6sq. Idem refert Hiirth, *op. cit.* (supra, in p. 749) 10 sq.

ut infructuosam et seponendam, addens talem declarationem non decere modo agendi Ecclesiae ac fore alienam a via regia quam ipsa sequitur in gravibus quaestionibus finiendis. Ad rem ipse: "Ingeniosa profecto quaestionis solutio! At vero infructuosa et omnino seponenda. Primum quidem gratis asseritur factum illud historicum extra omnem prorsus controversiam esse, uti etiam ex tractatu patebit. Deinde non desunt auctores, qui etsi admittant Christum dedisse Ecclesiae potestatem in essentialia Sacramentorum, eam tamen omnino negent esse permanentem, sed iuri communi congruenter asserunt eam delegatam potestatem a Christo Ecclesiae factam, semel exercitam, esse exhaustam et iterum exerceri non posse. Insuper hoc agendi modo Ecclesia viam regiam desereret, quae ipsam decet, quamque semper in gravibus finiendis quaestionibus tenuit, atque obliqua quadam et ut ita dixerim subdola porta quaestionem effugeret magis quam finiret. Demum (et hoc solum sufficeret ad monstrandum propositam solutionem nullatenus admitti posse), si Ecclesia decretum conderet quo non solum *declararet,* verum etiam *statueret,* ritum essentialem sacrae Ordinationis in sola manuum impositione et adiuncta oratione esse positum, implicite decerneret, *se hoc revera statuere posse,* ideoque potestatem habere in essentialia Sacramentorum. Hoc autem, ut infra fusius ostendetur, nequaquam admitti potest et contradicere videtur Concilio Tridentino dicenti Ecclesiam posse quidem circa Sacramenta statuere, sed *salva eorum substantia (Sess.* 21, cap. 2)."[60]

Rei ipsius eventus clare ostendit praefatam Card. Gasparri suggestionem post quadraginta fere annos plus quam desideratam realitatem obtinuisse, cum nedum mera exoptata S. Officii declaratio, sed ipsius S. Pontificis solemnis resolutio secuta fuerit. Pariter praefatus dissensus necnon tota theologorum controversia de materia Ordinis, luculenter ostendit quanto zelo in bonum animarum, quanta etiam fortitudine inter dissensus et difficultates, quanta prudentia in vitanda doctrinali ipsa decisione, quanta denique apostolica supremaque potestate S. Pontifex in sua practica et infallibili resolutione processerit.

De dogmatico valore documenti non uno prosus modo interpretes loquuntur. Duo certa sunt: ipsum nempe esse decisivum actum supremae apostolicae auctoritatis, cui contraire temerarium esset, ut exprimitur in ipsa Constitutione (n. 4: "Suprema Nostra Apostolica Auctoritate et certa scientia declaramus et, quatenus opus sit, decernimus et disponimus"; n. 6: "Nulli igitur homini liceat hanc Constitutionem a Nobis latam infringere vel eidem temerario ausu contraire"), ipsumque nihilominus non respicere directe aliquam doctrinam sed

[60] *Ibid.* 1 sq.

aliquod factum. Quaestio autem esse potest utrum agatur de documento *injallibili.*

Quidam hoc simpliciter affirmant, eo quod, aiunt, documentum verificet conditionem a Cone. Vaticano requisitam ad infallibilitatem.[70] Addunt tamen ipsum non esse infallibile eo praeciso modo quo est infallibilis aliqua definitio pure doctrinalis; unde esset infallibilis declaratio de requisitis ad validitatem ordinationis.

Ita *McCarthy:* "It seems . . . that the decisions of the Constitution fulfil all the conditions for an infallible pronouncement [required by the Vatican Council]. . . Yet, by reason of the partially disciplinary nature of the decisions, we cannot predicate infallibility of them precisely as we should of a purely doctrinal definition. . . The Constitution contains an infallible pronouncement regarding the present requirements of matter and form for valid ordination to the Diaconate, Presbyterate and Episcopate."[71]

Michel: "Sans contredit, cette Constitution est un acte du magistère extraordinaire, le pape parlant ici *ex cathedra,* donc avec la garantie de l'infaillibilité. D'après la définition du concile du Vatican, quatre conditions sont requises pour *Vex cathedra* [Exponit notas conditiones]. . . Mais s'agit-il d'une vérité définie de foi divine et catholique?—Nullement. L'objet du magistère infaillible est double: objet primaire et objet secondaire. Ressortissent à l'objet primaire toutes les vérités religieuses formellement révélées par Dieu (soit explicitement soit implicitement). Ressortissent à l'objet secondaire les vérités ou les faits qui sont en rapport étroit avec les vérités révélées, mais ne sont pas contenus dans la Révélation. . . La vérité définie par Pie XII ressortit de toute évidence, par ce qu'elle affirme directement, à l'objet secondaire du magistère infaillible."[72]

Hervé, citatis verbis Cone. Vaticani, sic prosequitur: "Atqui Pius XII, in Const. Apost. 'Sacramentum Ordinis/ ut omnino, videtur, loquitur ut Pastor et Doctor Supremus, et vere definit doctrinam de fide vel moribus (doctrinam de essentia sacramenti Ordinis, quae intime connectitur cum aliis veritatibus), ab universa Ecclesia tenendam. Ergo." Propterea, immediate ante affirmat doctrinam de impositione manuum ut sola materia sacramenti, definitam in ea Constitutione, esse "de fide ecclesiastica."[78]

T0Sess. 4, c. 4: "Romanus Pontifex, cum ex cathedra loquitur, id est, cum omnium Christianorum pastoris et doctoris munere fungens pro suprema sua Apostolica auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit . . . infallibilitate pollet" *(Denz.* 1839). *n Art. cit.* (supra, in p. 746) 1100 sq.

72 "Matière et forme du diaconat, du sacerdoce et de l'épiscopat. 'Constitutio Apostolica.' Commentaire théologique," *L'ami du clergé* LVII (1948) 343. Cf. "Questions de science ecclésiastique," *ibid.* LIX (1949) 380-383, ubi respondet obiectionibus sibi factis.

***n Manuale theologiae dogmaticae* IV (Parisiis 1951) 428,**

Mors: "S. Pontifex in edenda ista constitutione, utens suprema sua auctoritate iurisdictionis, simul usus est (licet implicite) suprema sua auctoritate doctrinali; eum in tali casu infallibilem esse, est saltem theologice certum. Thesis ipsa tenenda est de fide ecclesiastica."[74]

Corrà: "Chi ... si rifiutasse di ritenere che il rito necessario e sufficiente per la validità riguardo alle stesse Ordinazioni posteriori alla 'Sacramentum Ordinis' sia la sola imposizione delle mani con la forma corrispondente non negherebbe una verità che sia presentata come rivelata dalla suprema autorità della Chiesa nel presente documento, ma una verità che, secondo un'opinione solidamente probabile, è solo connessa colla rivelazione. L'oggetto delle solenne decisioni del Papa è dunque di fede ecclesiastica: per alcuni senza la possibilità di diventare dogma, per altri con la possibilità di progresso fino a diventare forse un giorno verità divina e cattolica."[75]

Alii vero, ut Hurth™ *Baisi,*™ *Damen, Lercher-Umberg*™ *et Congar*™ *dicunt hoc documentum non esse definitionem ex cathedra nec esse in se et directe infallibile,* quia nec agit de aliqua doctrina sed de aliquo facto, adeoque non verificat conditionem a Conc. Vaticano requisitam ad infallibilitatem, nec est actus supremae potestatis magisterii sed regiminis sive imperii; in ipso tamen indirecte involvi infallibilitatem, quemadmodum haec etiam involvitur in legibus disciplinaribus universalibus.

Quam sententiam aptius ac clarius exprimit *Damen,* scribens: "Ne tamen inde deduxeris hic haberi definitionem ex cathedra, quae ex Conc. Vaticano, sess. iv, cap. 4, habetur quando 'S. Pontifex omnium Christianorum pastoris et doctoris munere fungens pro suprema sua Apostolica Auctoritate doctrinam de fide vel moribus ab universa Ecclesia tenendam definit.' Summus enim Pontifex in hac Const. nullam doctrinam ab universa Ecclesia tenendam definit, ne quidem quando declarat impositionem manuum esse materiam unicam et formam esse verba determinantia. Nam praeterquam quod S. Pontifex non dicit se definire, sed tantum declarat quodque huic declarationi si opus sit, suppletur per novam aliquam dispositionem, ipsa illa declaratio in se iam non est in sensu stricto doctrinalis, id est de aliqua doctrina tenenda, sed practica seu de facto aliquo ideoque procedens non ex suprema potestate magisterii sed regiminis. Ita, salvo meliori iudicio et attenta mente Constitutionis non solvendi

™ *Theologia dogmatica* VI (Bonis Auris, Argentina [1951]) 214.
n *Art. cit.* (supra, in p. 755) 354.
w *Art. cit.* (supra, in p. 746) ex *La civiltà cattolica* 623.
n *Instit. theol.* IV 612.
n *Jnstit. theol.* IV-2 2 293.
79 Apud Michel, *art. dt.* ex *L'ami du clergé* LIX (1949) 382,

controversias pro praeterito. Notetur [tamen] . . . dicta non impedire quominus haec Constitutio modo negativo et positivo infallibilitate gaudeat hoc sensu quod nihil continere possit contra fidem vel mores atque doctrinae de fide vel moribus sit consentanea; eodem modo quo id tradunt theologi de legibus disciplinaribus universalibus in genere et de Codice luris Canonici in specie."[80]

Salvis rationibus utriusque interpretationis, nobis videtur verior solutio consistere in medio, et rectum iudicium de dogmatico valore Decreti rimandum esse iuxta ipsam peculiarem indolem ipsius. Ut enim diximus supra (p. 761 sq.) et omnes passim fatentur interpretes, hoc documentum est veluti biceps in sua decisione: declarativum nempe et simul constitutivum, et quidem absolutum in declarando et hypotheticum in constituendo. Sub utraque igitur ratione, sed diverso modo, ei infallibilitas competit. Prout quippe est *constitutivum,* non est directe infallibile sed *infdllibilitatem tantummodo indirecte involvit,* quia sic non docet sed facit, nec importat exercitium potestatis magisterii sed regiminis, quamvis non simplicis regiminis seu iurisdictionis (quemadmodum in legibus disciplinaribus universalibus) sed regiminis stricte pontificalis sive liturgici (quemadmodum cum Papa constituit simplicem presbyterum extraordinarium ministrum Confirmationis et Ordinis sacramentalis, modo alibi explicato[81]). Et hoc sensu recte ratiocinantur patroni secundae interpretationis. Prout vero illud documentum est *declarativum,* ac pro tanto sub primaria et absoluta consideratione (nam absolute est declarativum, nec nisi hypothetice constitutivum), est *directe infallibile,* quia importat exercitium potestatis magisterii declarantis aliquam veritatem, quamvis non aliquam doctrinam (puta, in casu, ipsam doctrinam de essentia sacramenti Ordinis de qua disputant theologi), quae est primarium obiectum infallibilitatis, sed aliquod factum dogmaticum, intime connexum cum doctrina fidei et secum ferens declarationem iuris divini in casibus particularibus, seu factum verarum conditionum validitatis sacramenti divinitus instituti ac divinitus operantis, quod quidem pertinet ad secundarium obiectum infallibilitatis.

Distinguunt enim theologi duplex obiectum infallibilitatis: alterum primarium, seu doctrinam fidei et morum, circa quod est de fide, in Cone. Vaticano definita, decisionem S. Pontificis esse infallibilem, quodque, semel definitum, est credendum fide divina; et alterum secundarium, seu res connexas cum doctrina fidei et morum uti sunt facta dogmatica, circa quod theologice certum est S. Pontificem esse infallibilem, iuxta commune iudicium theologorum, etsi hi dividantur

[80] *Art. cit.* (supra, in p. 746) 108.
[81] Cf. supra, pp. 253 sq., 305 sq., 311-313; cf. etiam 269, 277.

in quaestione utrum tale obiectum, semel ab Ecclesia infallibiliter definitum, sit credendum ipsa fide divina, an sola fide ecclesiastica, fundata nempe non in ipsa auctoritate Dei revelantis sed in auctoritate Ecclesiae infallibiliter definientis. Salvo igitur meliori iudicio, Constitutio Pii XII de sacramento Ordinis, simpliciter ac totaliter spectata, videtur esse *magisterialis ac infallibilis definitio de facto dogmatico,* seu de actuali ac valida materia et forma sacrae ordinationis. Ceterum non est hic confundendum "factum dogmaticum" cum mero aliquo facto, prout intelligitur in sermone vulgari et prout esset v.g. aliqua historica ac particularis ordinatio, quam Papa validam declararet, nam Constitutio Pii XII proponit hanc ipsam, utut concretam ac circumscriptam, veritatem: materiam sacrae ordinationis esse de facto in tempore praesenti solam manuum impositionem (quomodocumque et undecumque id proveniat, sive ex ipsa Christi institutione sive, secus, ex ipsa potestate Pontificis nunc constituentis).

Quoad assignationem *notae theologicae* huic propositioni Constitutionis Pii XII "Sacrorum ordinum diaconatus, presbyteratus, et episcopatus materia eaque una est manuum impositio, etc." discrepant doctores, tum ob praefatum dissidium circa infallibilem characterem documenti, tum ob intestinam ipsam difficultatem assignandi notas theologicas generaliter. Minimum quidem, quod dicitur ab omnibus, est id esse *certum,* adeoque contrarium esse saltem *temerarium;* quod quidem explicite ait ipsa Constitutio ("Nulli liceat huic Constitutioni temerario ausu contraire"; quod dicitur generaliter de omnibus declarationibus ibi contentis, etiam minus doctrinalibus). En quaedam notae, ordine descendenti dispositae: Proxima fidei (Ott); de fide ecclesiastica (Michel, Hervé, Mors, Corrà); doctrina catholica (Solà), quae nota a theologis intelligi solet ut fortior quam theologice certa et paulo debilior quam proxima fidei; theologice certa (Baisi); practice certissima (Lercher-Umberg); prorsus certa (Dander); certa (Cappello). Congruentius dicatur eam propositionem esse *theologice certam;* nam ex una parte de indole et de ipsa existentia fidei ecclesiasticae disputatur inter theologos et ex alia parte communiter ut saltem theologice certum admittitur Ecclesiam esse infallibilem in connexis cum revelatis et in hoc ipso praesenti casu declarationis validae materiae ordinationis. Quae quidem ipsa necessaria connexio validitatis materiae ordinationis cum revelata ac definita veritate sacramenti Ordinis, fundat eo ipso theologicam certitudinem in praefata propositione. Utrum autem ex ipsa infallibili indole papalis declarationis fortior nota sequatur (ut doctrina catholica, vel proxima fidei, vel fidei ecclesiasticae), probabile quidem est, sed disputabile. Ex quibus sequitur quod qui eam propositionem negaret, non esset haereticus,

sed et valde temerarius, et certe erroneus, et probabiliter tum adversarius doctrinae catholicae tum proximus haeresi.

IV. SENTENTIAE THEOLOGORUM.

Controversia theologorum circa materiam et formam sacramenti Ordinis *fere unice respexit duas inter caeremonias ordinationis,* scilicet impositionem manuum et traditionem instrumentorum.

Quaedam autem assertiones aliquorum theologorum, sive saec. 12–13, sive tardioris aetatis ante Cone. Trid., quae *videntur proponere unctionem inter essentiales ritus ordinationis,* vix in seriam considerationem et tanquam determinatae sententiae accipi possunt, tum quia ex ipso contextu satis ambiguae evadunt, tum quia aliquae prolatae sunt in antiquiori prorsus aetate, antequam de hac re determinate disputari coeperit, aliae vero saec. 16, fervente controversia cum prioribus Protestantibus contra quos oportebat convenientiam et utilitatem ipsius ritus unctionis peculiariter vindicare. Nequit tamen negari quosdam auctores aliquam idearum confusionem in hac re manifestare.

URBANUS II, Epist. ad Anselmum arch. mediolanensem (circa a. 1090) praescribit ut presbyteri et episcopi, ab excommunicatis ordinati, subiciantur iterum omnibus caeremoniis ordinationis, excepta unctione: "Discretioni nostrae videtur, quatenus secundum praecepti nostri tenorem, quando secundum Ecclesiae vestrae morem sacros daturus quibuslibet alios ordines, benedicere coeperis, eos quos tua duxerit solertia reconciliandos, inter benedicendum et manus imponendum facias interesse, quibus caetera omnia consecrationis instrumenta praeter unctionis [unctionem?] explebis, et sic ad sancta mysteria reconciliabis" (Apud Ivonem Camotensem, *Decretum,* pars 6, cap. 407, *ML* 161. 532). In quibus ambiguis verbis quidam dicunt supponi unctionem esse essentialem ritum ordinationis.[82]

IVO CARNOTENSIS (f 1116), praeter citationem praefati Decreti Urbani II, haec de suo profert: "Unguntur praeterea manus presbyteris et episcopis, ut cognoscant se in virtute sancti Spiritus hoc sacramento gratiam consecrandi accipere. . . Accipiunt [episcopi] . . . unctione [capitis] claves regni coelorum" *(Serm.* 3, *ML* 162. 526). Ea verba de unctione manuum presbyteri assumunt posterius *Hugo a S. Victore* et *Petrus Lombardus* (citati supra, in p. 685 sq.).

HILDEBERTUS A LAVARDINO (f circa 1133), episc. cenomanensis: "Honor igitur ingens, honor sacerdotii. Sed grave periculum honoris istius. Quippe gradus iste, gradus causalis [forte: casualis] est, nisi illustretur meritis dignitas unctionis. . . Ex unctione sortitur persona potestatem consecrandi substantias consecrandas. Sortitur efficaciam benedicendi substantias benedicendas" *(Serm.* 97, *ML* 171. 789).[83]

GRATIANUS (faute 1160; suum Decretum scripsit circa 1140): "Quaeritur de iis, qui ab haereticis ordinati sunt, si ad unitatem catholicae matris ecclesiae redierint, utrum in eodem ordine iterum valeant ordinari? Semel enim consecratus (ut ait B. Gregorius) iterum consecrari non debet. Item sacramenta, quae ab haereticis in forma Ecclesiae ministrantur (sicut Augustinus testatur), reiterari non debent, ne non homini, sed sacramento videatur iniuria fieri. Sed illud

"Ita Saltet: "On voit tout de suite la gravité de ces mesures. Elles supposent que le rite essentiel de la prêtrise et de l'épiscopat est l'onction. . . Fait curieux, la théorie d'Urbain II et de Gratien semble avoir échappé aux historiens de la liturgie et des sacrements" *{Les réordinations* [éd. 2, Paris 1907] 233 sq.).

"Plerique tamen ex Sermonibus, sub Hildeberti nomine editis, non sunt authentici. Plures a criticis tribuuntur *Gaufredo Babioni,* eiusdem quidem aetatis (saec. 12).

Gregorii de his intelligitur, qui consecrationem sacerdotalem vel episcopalem acceperunt, qui aut per manus impositionem quum ad Ecclesiam redeunt, effectum suae unctionis accipiunt, aut ab eius administratione perpetuo cessare iubentur. Similiter illud Augustini de eadem mystica unctione et de sacramento baptismatis intelligitur. Sunt autem in Ecclesia alii ordines, qui sine sacramentali unctione, sola episcopi benedictione, cum quadam vasorum vel indumentorum distributione praestantur, ut sunt levitae et caeteri infra eos constituti. Hi quamvis ad haereticis ordinentur, tamen ad ecclesiam redeuntes in eodem ordine (si alias digni fuerint) ab Ecclesia ordinentur, nec fiet in eis reiteratio muneris, quum ab haereticis nihil doceatur eis fuisse collatum" *(Decretum,* pars *2,* causa 1, c. 23, *ML* 187. 579).

MAGISTER SIMON (scribens inter 1145 et 1160): "Sicut autem in reliquis sacramentis quaedam ad vim, quaedam ad reverenciam sacramenti sunt, sic in hoc sacramento esse credendum est. Pro diversitate vero graduum diversa sunt, quae ad vim sacramenti huius sunt necessaria. Verbi gratia, in sacerdote manuum inunctio et alia, sine quibus sacerdos esse non potest" *(Tractatus de sacramentis,* § De sacris ordinibus),[84]

HONORIUS AUGUSTODUNENSIS (furca 1150): "Huius [i.e. presbyteri] manus unguntur oleo, ut sint mundae ad offerendum Deo hostias" *(Sacramentarium,* c. 24, *ML* 172. 760).

BANDINUS (circa medium saec. 12): "Istis [i.e. presbyteris] cum ordinantur episcopus manus inungit, quo gratiam consecrationis accipiunt" *(Sententiae,* l. 4^ dist. 23, *ML* 192. 1104).

STEPHANUS AUGUSTODUNENSIS (f circa 1186): "Propterea oleo sancto manus inunguntur, per quod gratia sancti Spiritus eis oblata significatur" *(De sacramento' altaris,* c. 8, *ML 112.* 1281). Cf. reliquam partem textus, citatam in p. 686).

SICARDUS CREMONENSIS (f 1215): "Stola igitur et casula, oleum calixque patena simul, et haec verba ['Accipe potestatem . . .'] sunt huius sacramenti substantia; caetera praecedentia et subsequentia sunt solemnitatis" *(Mitrale,* l. 2, c. 2, *ML* 213. 66). Cf. reliquam partem textus, citatam in p. 686. Ut patet Sicardus ipsas vestes, non minus quam unctionem, videtur ad essentialem ritum referre.

GUILELMUS DURANDUS (f 1296) adhuc circa finem saec. 13 repetit sententiam Sicardi, scribens: "Sane ei qui in prexbyterum ordinatur, traduntur sub certis verbis stola et casula, calix cum patena, et etiam inungitur, quae res et verba sunt de huiusmodi sacramenti substantia. Caetera vero praecedentia et sequentia de solemnitate sunt" *(Rationale divinorum officiorum,* l. 2, c. 10, n. 14).

Eadem confusio et ambiguitas adhuc persistit *apud aliquos theologos saec. 16* immediate ante Cone. Trid., dum conantur contra Protestantes defendere convenientiam ritus unctionis in ordinatione.[85] Ita *A. Pighius:* "Quodsi tantum valuit illa sacra unctio in umbra veteri [i.e. in A.T.], numquid in ipso corpore ac veritate Christianae ecclesiae, ex ipsius Christi institutione, per apostolicam traditionem et ministerium, per divini nominis invocationem sanctificatum a pontificibus nostris, sacrum chrisma vanum erit et omni effectu vacuum?"[86] Card. *S. Hosius:* "Signum seu elementum huius sacramenti, sive quis materiam vocari malit, est in sacerdotibus unctio, sive manuum impositio, in reliquis attactus,

[84] **Apud H. Weiswetler, *Maître .Simon et son groupe De sacramentis. Textes inédits* ("Spicilegium sacrum lovaniense," fasc. 17, Louvain 1937) 69.**

[85] **Cf. Giovanni Battista da Farnese, *Il sacramento delVOrdine nel periodo precedente la sessione xxiii di Trento [1515-15621* (Roma 1946) 265-276.**

[86] ***Hierarchiae ecclesiasticae assertio* (Coloniae 1551), f. 89b.**

eorum quae tangenda sunt. . . Signum autem elementum visibile sive quis materiam dicere malit, est manuum impositio. Neque tamen ea sola, praecedit enim illa benedictio, et inunctio, sequitur autem calicis porrectio. Nam per benedictionem ordinandus divinis officiis mancipatur, per unctionem ad Christi corpus tangendum idoneus redditur, per calicis porrectionem officii ministeriique sui admonetur, per impositionem vero manuum, omnis ei gratiae plenitudo confertur, accedente verbo, quod profertur ab Episcopo ordinante, quae est forma huius sacramenti."[87] *F. Nausea:* "Est proin elementum huius sacramenti [quod ad ordines maiores attinet] impositio manuum et unctio, quorum neutrum sua caret scriptura et significatione."[88]

Etiam *inter theologos tridentinos* unus vel alius tantopere dignitatem ritus unctionis extollit, ut eum et apostolicae originis et omnino necessarium praedicaverit, etsi non explicite dixerit eum ad ipsam essentiam sacramenti pertinere (quod ceteroquin alii explicite negarunt). Ita *Hadrianus Venetus:* "Est enim in ecclesia sacerdotium visibile et externum. Nam ubi datur sacerdotium per impositionem manuum et unctio [forte: unctionem], ibi est verum sacerdotium."[89] *Christophorus Castellanus:* "Unctio enim utilis est. . . Quae unctio in ecclesia Dei devenit ab apostolis, cum ubique servetur, et eius non sit initium. . . Impositio etiam manus necessaria est."[90] *Adamans Florentinus:* "Tria enim genera sunt cerimoniarum in hoc sacramento, unctio, porrectio vasium et impositio manuum; quarum porrectio vasis uti materia necessaria est. Non igitur materia est impositio manus. . . Unctio necessaria est, quia maximam conformitatem habet cum eius significato, ut lacob lapidem inunxit in titulum; non est igitur spernenda. . . Impositio etiam manus inutilis non est, licet in nullo sacramento ea necessaria sit."[91]

Ceterum, non desunt *inter ipsos modernos theologos* qui ritum unctionis, una cum traditione instrumentorum, essentialem dixerint, etsi in sola episcopali ordinatione (praecipue autem loquuntur de unctione capitis); ita *LApicier, Van Noort-Verhaart Lahitton, Denis* et *Gigon*[92]

Ante Constitutionem Pii XII a. 1947, declarantem pro tempore futuro solam manuum impositionem esse materiam diaconatus, presbyteratus et episcopatus, *plures circumferebantur sententiae* de essentiali materia duorum praecipue priorum ordinum, i.e. diaconatus et presbyteratus (nam in episcopatu sola occurrit manuum impositio nec ulla proprie dicta traditio instrumentorum exhibetur et aliunde plures theologi, praecipue antiquiores, episcopatum non considerabant ut ordinem proprie dictum aut ut ordinem sacramentalem), quae quidem ad *tres praecipuas* reducebantur: unam nempe proponentem solam manuum impositionem (in casu quidem presbyteratus, primam ex duabus), aliam defendentem solam instrumentorum traditionem,

[87] *Confessio catholicae fidei Christianae,* cc. 50 et 53 (Viennae 1560), ff. 123a, 132b.
[88] *Cathechismus catholicus,* c. 76 (Coloniae 1543), f. 60a.
[89] Apud A. Theiner, *Acta genuina ss. oecumenici Concilii Tridentini* (Zagabriae in Croatia [1874]) II 141.
[90] *Ibid.* 149.
[91] *Ibid.* 150.
[92] Van Rossum, *op. cit.* (supra, in p. 762) 51 sq., ex saeculo elapso refert *Dieringer* (-f- 1876) reponentem essentialem materiam ipsius ordinationis presbyteralis tum in traditione instrumentorum, tum in unctione manuum, tum etiam in traditione vestium. Ut dictum est supra (p. 769), vestium traditionem inter essentiales ritus ordinationis proposuerunt saec. 13 Sicardus Cremonensis et Guilelmus Durandus.

et tertiam vario modo copulantem utrumque ritum, quae iterum quoad casum presbyteratus dividebatur in tres sententias, prout traditio instrumentorum copulabatur vel primae manuum impositioni,[93] vel secundae (seu quae fit in fine Missae), vel utrique simul. Quamvis autem praefata Constitutio controversiam non diremerit nec ullam ex huiusmodi sententiis totaliter expulserit, ratione tamen supradictae declarationis circa tempus futurum, aliquem limitem illi imposuit et statum ipsum quaestionis aliquomodo reformavit, quatenus nempe ex una parte nequeat amplius disputari nisi de materia quae fuerit essentialis in tempore praeterito, aut fortasse quae talis sit iugiter secundum ipsam Christi institutionem, et ex alia parte nequeat traditio instrumentorum amplius considerari ut materia, etiam partialis, quae sit ipsius Christi institutionis, ac pro tanto manet partialiter exclusa, aut coarctata, opinio eorum qui simul docebant hunc ritum esse tum essentialem tum divinae institutionis, ut notatum est supra (p. 760).

Quapropter utilius erit ad *novum hunc statum quaestionis* controversiam theologorum aptare, exponendo scilicet quid dicant aut olim sentierint varii doctores quoad *duo sequentia puncta, adhuc disputabilia:* 1. Utrum impositio manuum, quae nunc sola est materia ordinationis, semper talis fuerit; 2. utrum talis fuerit ex ipsa institutione Christi, ita proinde ut Ecclesia non possit eam mutare, ac consequenter semper talis erit.

QUOAD PRIMAM QUAESTIONEM duplex datur sententia, quae ulterius in sex fracta est.[94]

Sententia affirmativa, quae est PRIMA SENTENTIA inter sex post Van Rossum enumerari solitas, docet solam manuum impositionem iugiter fuisse materiam ordinationis, et quidem in ordinatione presbyterali solam primam manuum impositionem, adeoque nonnisi ut accidentalem caeremoniam habitam fuisse tum secundam manuum impositionem in ordinatione presbyteri tum instrumentorum traditionem in ordinatione tam presbyteri quam diaconi.

Haec sententia paucos et incertos defensores habuit saec. 13-16, certius ac increscens suffragium obtinuit saec. 17-18, praecipue ob positiva studia Arcudii, Goar, Menardi, Petavii, Morini, Martene,

[93] Huic sententiae verbaliter accedebat peculiaris paucorum sententia quae docebat materiam ordinationis consistere in utroque ritu non copulative, ut communiter intelligebatur, sed *disiunctive,* seu non proprie in utroque sed in *alterutro,* ita ut sive manuum impositio sive traditio instrumentorum ex se sola sufficeret ad validam ordinationem, iuxta usus diversarum ecclesiarum. Et hoc modo cum Van Rossum *sex sententiae* in haec quaestione numerari solebant.

[94] Auctores, per varias sententias infra distributos aliosque plures (exceptis modernioribus), invenies relatos apud Van Rossum, *De essentia sacramenti Ordinis* (ed. 2, Romae [1931]) 12-68. Praecipuorum illorum doctrinam fusius exponit Tymczak, *Quaestiones disputatae de Ordine* (Presmiliae 1936) 124-239.

decisive tandem praevaluit saec. 19-20. Van Rossum, ex 420 circiter auctores inter saec. 13 et saec. 20 (usque ad a. 1930 circiter) quos directe examinavit, refert 146 pro hac sententia, ceteris distributis inter quinque discrepantes opiniones quae simul componunt ac dividunt sententiam negativam, de qua infra; quoad saec. 19-20 pro ea refert 76 theologos, pro contraria vero (omnibus opinionibus simul sumptis) nonnisi 24, atque confidenter concludit: "Vix ullus superest qui hanc sententiam [de manuum impositione ut sola materia ordinationis] non sequatur: 'Recentiores,' ita merito Chr. Pesch, 'vix non omnes hanc sententiam amplectuntur.' "[95]

Tabula synaptica auctorum, quos recenset Van Rossum, quibus ad calcem aliquos recentiores addimus:

	sent. 1	sent. 2	sent. 3	sent. 4	sent. 5	sent. 6	
saec. 13	5	3	0	0	0	0	
saec. 14	1	5	4	0	0	0	
saec. 15	2	7	4	0	0	0	
saec. 16	10	23	9	0	0	0	
saec. 17	13	34	74	0	2	5	
saec. 18	39	17	49	6	4	4	
saec. 19	40	1	3	4	3	0	
saec. 20	36	4	1	7	0	1	
summa Van Rossum	146	94	144.	17	9	10	420
	+17	+10		+11	+2	+1	
summa	163	104	144	28	11	11	461

Attamen, notandum est ex una parte numerum patronorum utriusque sententiae, et peculiariter alterius, non leviter crevisse post editionem operis Van Rossum, et ex alia parte plures auctores, praecipue inter antiquiores (saec. 13-16), quos ipse simpliciter citat pro hac prima sententia (refert 5 auctores ex saec. 13; 3 ex saec. 14-15; 10 ex saec. 16), nominatim saec. 13 Bonaventura et Petrus de Tarentasia, et saec. 16 Hosius et Petrus Soto, fluctuanter aut ambigue loqui,[96] ita ut dici possit haec sententia nonnisi saec. 17, occasione tum positivorum studiorum tum ac peculiariter controversiae de ordi-

[95] *Ibid.* 68.

[96] Partialem hunc defectum classificationis auctorum, allatae a Van Rossum, indigitant *De Guibert, D'Alès, G. B. da Farnese,* et Lennerz qui scribit: "Multos theologos cum suis sententiis refert card. Van Rossum. . . , qui tamen cum aliqua cautela adhibendus est." Ambiguitatem theologorum saec. 16 fuse ostendit G. B. da Farnese, *Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessione xxiii di Trento 11515-1562}* (Roma 1946) 226-265; suum dissensum a iudicio Van Rossum resumit in pp. 263-265.

natione Graecorum, suum proprium characterem ac pro tanto suam originem, tanquam determinatum saltem systema, obtinuisse.

Ad rem *DE GUIBERT:* "A ce consensus récent [pour l'opinion selon laquelle la matière de l'ordination presbytérale est seulement la première imposition des mains] on peut opposer un consensus semblable, et même plus complet, pour l'opinion adverse, du xiiie au xvie siècle. En effet, à nous en tenir simplement à la longue liste d'auteurs classés par le cardinal van Rossum on peut constater que jusqu'à la Réforme les théologiens qui depuis le xiiie siècle se sont posé la question classique: *in quo actu imprimitur character {ordinis)?* sont tous d'accord à regarder la tradition des instruments comme Pacte qui imprime le caractère, donc comme Pacte essentiel du sacrement; et ceux qui y ajoutent l'imposition des mains . . . entendent la seconde imposition, celle qui a lieu à la fin de la messe.

"Le savant cardinal ne peut citer comme exception que sept auteurs qui dans ces trois siècles auraient comme lui fait de la première imposition la cérémonie essentielle. En fait, parmi eux, quatre ne traitent pas la question ex professo et ne parlent d'imposition des mains qu'en passant, sans que de leur texte on puisse tirer une position précise: ce sont *Guillaume d'Auvergne Guillaume d'Auxerre, Jean Bacon* et *Thomas de Walden;* le texte du cinquième, *Hugues de Strasbourg,* ne m'ayant pas été accessible, restent les deux principaux: 5. *Bonaventure* (in IV, d. xxiv, p. ii, a. 1, q. 4) et *Pierre de Tarentaise* O.P. (Innocent V, in IV, d. xxiv, q. v, a. 3) ; eux affirment explicitement que le caractère sacerdotal est conféré par l'imposition des mains: mais comment l'entendent-ils?

"5. *Bonaventure* pose d'abord un principe: 'In illo signo inprimitur character in quolibet ordine in quo principalis potestas quam respicit ordo significatur tradi ordinato. Ad hanc autem significandam duo concurrunt exterius scilicet traditio alicuius instrumenti et expressio verbi. . .' Ce principe est appliqué aux ordres mineurs et aux sous-diaconat, puis pour le diaconat et la prêtrise il ajoute: 'Quoniam datur ibi nobilis potestas et excellens, fit manus impositio, non tantum instrumenti traditio, quoniam manus est organum organorum in quo scilicet principalius residet potestas operandi. Unde sic ordinabant in primitiva Ecclesia ubi non nisi hi duo ordines explicite erant.' On voit très bien la pensée du saint: il admet le même principe général que saint Thomas, mais plus frappé que lui par le fait qu'autrefois on ordonnait avec la seule imposition des mains il invoque le principe aristotélicien de la main 'organum organorum' et fait de cette imposition une tradition d'instrument. De quelle imposition parle-t-il? Le principe invoqué peu après pourrait faire plutôt penser à la seconde: il ajoute en effet: 'Illud principale instrumentum quod episcopus tradit cum prolatione verbi: Accipe potestatem. . .' *Pierre de Tarentaise* se rapproche encore plus dans ses principes de l'exposé de saint Thomas. . . In IV, D. 24, q. 3, a. 3: Tn sacramentorum collatione per aliqua quae ibi fiunt suscipiens praeparatur et disponitur, ut per benedictionem, unctionem, manuum impositionem et vestium concessionem; per unicum vero actum character imprimitur, sc. per instrumenti traditionem . . .' [cf. S. Thomam, *Suppi.,* q. 37, a. 5, fere idem dicentem] Les principes sont identiques: mais saint Thomas conclut: 'Et quia principalis actus sacerdotis est consecrare Corpus et Sanguinem Christi, ideo in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata, character sacerdotalis imprimitur'; et Pierre de Tarentaise au contraire, 'quia manus est organum organorum et organum consecrationis et ministrationis sacramentorum,' conclut que le diaconat et la prêtrise sont conférés dans l'imposition des mains.

"*De sacram. Ordinis,* c. 2, nonnisi haec transeunter dicit: "Manifestum per se est, ordinari nihil aliud esse, quam ad divini cultus ministerium pontificali benedictione sanctificari: ergo ordinem necesse est nihil aliud esse quam sanctificationem seu sanctitatem huiusmodi pontificali ministerio impressam?'

"On voit par là que la conception générale du caractère sacramentel imprimé par tradition d'instrument était admise même de ceux qui paraissent s'en écarter, et ne s'en écartent en fait pour la prêtrise que par une vue subtile et artificielle que personne n'a songé à reprendre de nos jours. *Même au xvi0 siècle* les controversistes cités par le cardinal s'occupent plus de répondre aux difficultés protestantes que d'essayer une nouvelle construction scolastique destinée à remplacer la conception commune à leurs devanciers: au début du xviie siècle encore *Becanus [De sacramentis,* c. 26, q. 4] met le rite essentiel non pas dans la première, mais dans la deuxième imposition des mains. En réalité c'est la controverse sur les ordinations grecques avec les travaux d'Arcudius, de Morin et des grands liturgistes du xviie siècle qui ont amené la formation du système aujourd'hui si commun."98

BONAVENTURAE propria sententia ad hanc reducitur: Tota essentia sacramenti consistit in traditione instrumentorum. Duplex autem datur instrumentum, imum proprie dictum seu separatum et aliud improprie dictum seu coniunctum, scilicet ipsa manus quae est organum organorum. In quolibet ordine datur primum instrumentum; in ordinibus superioribus, presbyteratus nempe et diaconatus, datur etiam explicite secundum instrumentum, seu impositio manuum; in ordinibus inferioribus datur explicite solum primum instrumentum et implicite sive aequivalenter etiam secundum, quatenus ipsa traditio instrumenti continet necessario extensionem manus. Unde opinio Bonaventurae, quod attinet ad presbyteratum et diaconatum, reduncenda est non ad praesentem primam sententiam sed potius ad secundam vel ad quartam sententiam, de quibus infra.

Ad rem ipse: "Quoniam igitur in Ordine imprimitur character, qui est signaculum ad aliquam potestatem spiritualem, hoc pro generali regula habendum est quod in illo signo exteriori imprimitur character in quolibet Ordine in quo principalis potestas, quam respicit Ordo, significatur tradi ordinato. Ad hanc autem significandam duo concurrunt exterius, scilicet traditio alicuius instrumenti et expressio verbi. . . Et *haec in quolibet ordine reperiuntur* secundum quod reperitur et characteris impressio. Sed quoniam characteres sunt diversi, habentes maiorem dignitatem vel minorem secundum gradus potestatum, ideo tam signa quam verba diversificantur, maxime in ordinibus sacris et in minoribus.

"In ordinibus enim sacris, quoniam datur ibi nobilis potestas et excellens, fit *manus impositio,* non tantum instrumenti traditio, *quoniam manus est organum organorum,* in quo scilicet principalius residet potestas operandi. Unde sic ordinabant in Ecclesia primitiva, ubi non nisi isti duo ordines explicite erant. Sed in ordinibus minoribus fit traditio alicuius instrumenti, ut clavis vel libri vel exorcismi etc.; et si plura instrumenta tradantur uni, illud pro principali habendum est quod episcopus tradit cum prolatione verbi: Accipe potestatem. . . Ad illud vero quod objicitur de manuum impositione, quod non reperitur in omnibus, ratio iam dicta est; reperitur tamen aliquid simile, quia *collatio alicuius instrumenti, in quo est protensio manus,* et sic significatio collationis potestatis. . . Ad illud quod objicitur de libri vel vasis traditione [quod nempe ordines sine ipsis conferri possent, ut in primitiva ecclesia], dicendum quod sicut omne instrumentum vel armatura in virtute manus est, sic etiam per impositionem manuum, ubi deessent talia, possent significari; unde . . . in impositione manuum in ecclesia primitiva ceteri ordines implicabantur, qui postmodum processu temporis explicati sunt sive expliciti et quantum ad verbum et quantum ad signum et quantum ad personas."99

Ceterum Bonaventura hanc sententiam mutuavit ex suo magistro Alexandro Halensi scribente: "Si vero quaeratur in quo opere conferatur haec potestas dicimus quod in diversis Ordinibus in diversis operibus. Nam in minoribus Ordinibus in traditione

""Chronique de théologie," *Revue pratique d*apologétique* XIX (1914) 220-223.

*** *In 4 Sent.,* dist. 24, p. 2, a. 1, q. 4, corp. et ad 1 et 3, *Opera theologica selecta* IV (ed. minor, Ad Claras Aquas 1949) 616 sq.**

instrumenti pertinentis ad potestatem. Similiter etiam in Ordine subdiaconatus accidit, nam primitus erat Ordo non sacer, et in hoc habuit convenientiam aliquam cum aliis minoribus Ordinibus. Ordo vero diaconatus et presbyteratus *impositione manuum confertur.* . . Ad id vero quod quaeritur de similitudine in hoc sacramento, respondemus quod similitudo est in traditione aut impositione manus. Traditio enim instrumenti significat collationem potestatis ad opus per instrumentum. . . Impositio vero manus significat collationem potestatis magis spiritualis; nam in hoc quod imponitur manus, significatur conferri potestas: manus enim ad potestatem et opus pertinet. Causa autem huius est, quia *manus est organum organorum:* alia enim organa per eam rectificantur, sicut lingua est organum organorum in ostendendo. Cum ergo concurrunt haec duo opera linguae et manus, recte designatur conferri potestas" *{Glossa in quatitor libros Sententiarum,* ed. Quaracchi, IV 424 sq.).

Inter multos auctores, pro hac sententia citatos a Van Rossum, praecipue notandi sunt: *Quoad saec. 17:* Arcudius, Menardus, Petavius, Goar, Morinus *(De sacr. ordin.,* p. 3, exerc. 7, cc. 1, 2, 5). *Quoad saec. 18:* Witasse, Habert, Natalis Alexander, Tournely, Martene *(De antiquis Eccl. ritibus,* l. 1, c. 8, a. 9, nn. 11, 16, 18), Chardon, S. Alphonsus. *Quoad saec. 19:* Liebermann, Kenrick, Schouppe, Perrone, Franzelin, De Augustinis, Palmieri, Mulier, Oswald, D'Annibale, Sasse, Wernz, Gasparri, Lehmkuhl, Genicot, Schanz. *Quoad saec. 20:* Einig, Gihr, Pesch, Many, Straub, Pohle, Quera, Tepe, Tixeront, D'Ales (ambigue loquitur; cf. in pp. 709, 714-718), Minges, Diekamp, Huarte, Otten, Sanda, Van Rossum; quibus addendi sunt inter recentiores (qui nempe post secundam editionem operis Van Rossum scripserunt): Lercher, Perrella, De Clercq (ambigue loquitur), Michel, Larnicol, Bellacasa, Daffara, Hiirth-Abellan, Piolanti, Gonzalez Rivas, Franquesa, Sola, Cappello, Lennerz, Dander, Herve (in ultima ed. a. 1951), Gy.[1]

Horum *praecipua ratio* est argumentum historicum, de quo dicetur in Conci. 1; praecipua vero contra ipsos *difficultas* est doctrina Decreti pro Armenis, cui vario modo satisfacere conantur, ut ostensum est supra (pp. 698 sqq.).

Sint pauca recentiora testimonia:

PESCH: "Prima sententia docet solam manuum impositionem esse materiam essentialem sacramenti. . . Recentes theologi vix non omnes hanc sententiam amplectuntur . . . [Eam] non ut probabilem, sed ut *moraliter certam* defendimus."[2]

***Sive quoad hos auctores sive quoad alios in sequentibus sententiis adducendos, omittimus generatim referentias, tum quia agitur de notis operibus vel manualibus, tum quia praecipui loci indigitati sunt in bibliographia ad initium articuli (pp. 610-614) et praecipuae citationes occurrent in ipso decursu explicationis uniuscuiusque sententiae, necnon inferius ubi de secunda quaestione (p. 799sq.). Ceterum, qui cupiat singulorum auctorum referentias, sufficienter eas indicatas inveniet in opere Van Rossum.**

[2] *Praelectiones dogmaticae* (ed. 3, Friburgi Br. 1909) VII 309. Haec exaggerata assertio, excusabilis in Pesch scribente initio saeculi, inepte repetierunt plures posteriores, ut *Tanquerey, Otten* et *Bellacasa.* Moderatius et verius loquuntur alii, ut Sol A scribens: "Quod attinet ad controversiam historicam, quatenus affirmamus manuum impositionem esse materiam essentialem ordinis, est thesis prorsus certa, quatenus excludit traditionem instrumentorum ceterosque ritus, est saltem probabilior" *{De Ordine et Matrimonio,* n. 36).

infra, p. 794). *Saec. 15:* Capreolus *(In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1, a. 3, § 1, ad 3 arg. Scoti, ubi mere repetit textum S. Thomae; § 2, ad 5 arg. Durandi, ubi mere repetit Petrum de Palude[9]), Tostatus, S. Antoninus, Biel *(Suppi, in 4 Sent.,* dist. 24, q. 1, a. I).[10] *Saec. 16:* Prierias, Caietanus (Opusc., t. 1, tr. 26), Maior, Victoria, Dom. Soto qui ait hanc sententiam tenere "doctorum coetum" atque "esse opinionem communem, a qua non est temere recedendum,"[11] Tapper,

'De sacramentis non iterandis/ cap. 1, — verum est, quando illud quod fuit omissum, non erat essentiale et principale in sacramento, sed vel erat pure sacramentale (sicut catechismus omissus debet dici solus, et non aliud, quia est pure sacramentale); vel quando erat essentiale, sed non principale [intellige: pertinens ad substantiam tanquam pars integrans, ac ita necessaria] (sicut si manus impositio est omissa in diacono vel sacerdote, quod essentiale est, sed non principale, illud solum supplendum est). Sed si nec character impressus fuisset, omne illius characteris sacramentale repetendum esse: sicut si sacerdoti non fuisset traditus calix, omne pure sacramentale ad ordinem sacerdotii repetendum esset cum illo, vel saltem posset repeti" *{Defensiones theologicae D. Thomae Aquinatis* VI [Turonibus 1906] 474).

9Loc. cit.

10 Mens Biel non tam clara est quin possit intelligi etiam in sensu tertiae sententiae, et ad mentem Scoti cui in pluribus adhaerere solet. Cf. G. B. da Farnese, *op. cit.* (supra, in p. 772) 205, in nota; 207, in nota.

***In 4 Sent.,* dist. 24, a. 4: "Eodem puncto, quo infunditur gratia, imprimitur character, et quo imprimitur character, infunditur gratia, nisi obex opponatur. Momentum autem illud est, quando sacramentum perficitur: perficitur autem quando materia et forma applicantur: videlicet, ubi episcopus calicem tradens et hostiam, ait, Accipe postestatem consecrandi etc. Quapropter illo momento uti ait S. Thomas distinctio[ne] praesenti quaest. 2. artic. 3. et doctorum coetus, uterque subsequitur effectus. . . Argumentum autem nec parum molestum contra hanc conclusionem est, quod apparet *impositionem manuum cum illis verbis, Accipe potestatem remittendi peccata,* ad formam, tamquam eius partem pertinere [ut patet tum ex duplici potestate sacerdotis, consecrandi et absolvendi, tum ex distincto tempore quo Christus has potestates contulit apostolis, tum quia tempore apostolico ordinatio fiebat sola manuum impositione, tum ex dictis ipsius S. Thomae] . . . *Quin etiam nec S. Thomas loco proxime citato sententiam suam satis declarat.* Arguit enim, quod non imprimitur character usque ad manuum impositionem: propterea quod tunc dedit Christus apostolis sacerdotalem potestatem cum dixit, Accipite Spiritum sanctum etc. Et respondet nihil aliud quam quod Christus dedit illam potestatem quantum ad principalem actum, scilicet, consecrandi in coena, et quantum ad secundarium, videlicet remittendi peccata. loan. Et inferius distine, proxima quaest. 1. art. 1. ad primum argumentum, ait, quod in impositione manuum non datur character sacerdotalis ordinis, sed gratia, qua ad exequendum ordinem sint idonei.**

"At vero his non obstantibus respondetur sacramentum perfici in traditione calicis et hostiae cum forma tradendi potestatem consecrandi, atque adeo et illic charactere sacerdotem insigniri et gratia donari. Primum, quia *haec est opinio communis, a qua non est temere recedendum.* Secundo, quia Florentina Synodus has duntaxat esse decernit materiam et formam, nulla alius formae mentione facta. Idemque hic prorsus S. Thomas docet. . . Dicens [autem] . . . quod Christus in coena tradidit potestatem sacerdotalem quoad principalem actum, [S. Thomas] sensit quod tunc qui ordinatur, simpliciter fit sacerdos atque adeo utramque potestatem suscipit. Nam . . . Christus per potestatis excellentiam potuit illas facultates divisim tradere, quod re vera eius ministris episcopis non est concessum. *Quod autem D. Thomas ait, prius characterem imprimi et postmodum gratiam conferri, intelligere non valeo.* Neque suspicor, quod in Summa si hucusque pervenisset, illud affirmasset: nam gratia non infunditur sacramentalis nisi dum applicatur materia et forma sacramenti, ubi character imprimitur. Praesertim quod tam est necessaria ad id idonee consecrandum, quam ad digne absolvendum" *{In quartum [quem vocant] Sententiarum* [Venetiis 1575] II 17 sq.).

Martinus Ledesma, Navarrus, Angles, Sà.[12] *Saec. 17:* Valentia, Nugnus, Petrus Ledesma, Gravina, Thomasius, Labat, Fagnanus, Gonet, Capisucchius. *Saec. 18:* Grossi, Wigandt, Renz, Fichier, Saettler, aliique, secundi subsellii theologi, quos refert Van Rossum. *Saec. 19:* Zurla *{Enchiridion dogm. de sacram.,* Suppi., q. 34), quo relato, Van Rossum ait: "Saeculo . . . decimo nono eam [sententiam] plane derelictam inveni. Unus, quem reperi ei adhuc assentire, obscuri nominis est auctor Placidus Zurla, Camald." Quoad *saec. 20,* Van Rossum usque ad a. 1930 refert tantum quatuor auctores, tanquam resuscitantes hanc sententiam, scilicet Galtier, SJ. (supra cit., p. 711), Hugon, O.P. (supra cit., pp. 706 sq., 711), Metz *(Nederlandsche katholieke Stemmen,* mart. 1930) et anonymum quendam in *L'ami du clergé* 1915, p. 173.

Ex quo Van Rossum testimonio, alii pergunt referre Galtier et Hugon tamquam solos defensores huius opinionis, dum reapse *alii non pauci suffragium suum illi recenter addiderunt,* confisi praecipue restauratione dogmatici valoris Decreti pro Armenis, quam conficere conati sunt De Guibert, Galtier et ipse Van Rossum (cf. supra, p. 702 sq.); ita Lépicier, O.S.M. (a. 1928), Permeile, O.P. (a. 1930), Michaël Bâuerle a Neukirch, O.M.C. (a. 1930), Gerlaud, O.P. (a. 1930), Lahitton (a. 1932), Gibeault (a. 1934), Ferland, P.S.S. (a. 1940), Lercher-Umberg, SJ. (a. 1949; tantum ut probabile), Baisi (a. 1949), Journet (a. 1953).

JOURNET et *GERLAUD* citavimus supra, pp. 711 sq., 713 sq.

PÉRINELLE: "Saint Thomas savait évidemment que le seul rite indiqué pour les ordinations dans les Actes des Apôtres et les Epîtres de saint Paul est l'imposition des mains. Il n'hésite cependant pas à regarder la porrection des instruments comme le seul rite conférant le caractère sacramentel dans l'Eglise latine de son temps. On ne voit pas qu'il trouve la moindre difficulté à ce changement, dont il ne prend même pas la peine de parler. Pour lui l'institution du sacrement par le Christ laisse à l'Eglise cette liberté. . . Une fois admise, en principe, cette liberté de l'Eglise, peut-on réellement regarder comme une objection décisive contre le changement la date tardive (10e-!2e siècle) et la manière progressive, par expansion de coutumes locales, dont la tradition des instruments s'est introduite? Il ne le semble pas. . . Cette liberté ne peut-elle pas s'expliquer sans trop de peine? Des rites matériellement différents, mais également significatifs de la collation du pouvoir spirituel, demeurent formellement (c'est-à-dire comme signes et donc sacramentellement) identiques, en vertu de leur synonymie. Pourquoi retirer à la théorie de la matière et de la forme la soupplesse que lui laissait saint Thomas?"[13]

"Quoad theologos qui viguerunt in periodo immediate praecedente sess. 23 Conc. Trid.» G. B. da Farnese fatetur: "Tale concezione si trova ben chiara e definita presso molti teologi di questo periodo. Anzi, a differenza di altre opinioni che enunciano qualche altro rito, questa, che considera la 'sola traditio instrumentorum' come la sola cerimonia essenziale dell'ordinazione, è la più facilmente individuabile e la più chiaramente espressa" *(op. cit.* [supra, in p. 772] 198).

u "La doctrine de saint Thomas sur le sacrement de l'Ordre," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XIX (1930) 249 sq.

ROSSUM, unus ex validissimis defensoribus huius sententiae, sic totius dissertationis conclusionem effert: "Quum itaque Ecclesia universa tam Orientalis quam Occidentalis ab initio ad nostra usque tempora semper Sacramentum Ordinis manus impositione ac oratione administraverit, cum S. Augustino dicere licet: 'Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum sed semper retentum est, nonnisi auctoritate apostolica traditum rectissime creditur' [De bapt. 4. 24] et concludere proinde fas est: in hac sola manus impositione et oratione signum sacramentale Ordinis, *a Christo institutum* et apostolica auctoritate traditum, *certissime inveniri;* reliqua vero omnia Ecclesiae auctoritate ad solam maiorem solemnitatem esse introducta."[3]

LENNERZ: "Sola impositio manuum cum invocatione Spiritus sancti est et semper erat ritus essentialis ordinationis sacerdotalis. . . Impositionem manuum cum invocatione Spiritus Sancti nunc esse ritum essentialem ex Constitutione Apostolica 'Sacramentum Ordinis' constat. . . Solum ostendendum est eam semper fuisse et permansisse ritum essentialem. Sola impositio manuum cum invocatione Spiritus sancti ab initio per multa saecula ritus essentialis erat in universa ecclesia, idemque ritus solus sine dubio adhuc essentialis permansit apud multos orientales. Idem autem ritus etiam in ecclesia latina essentialiter eodem semper modo adhibetur in collatione ordinum. Ergo dicendum est, eundem hunc ritum in ecclesia quoque latina permansisse essentialem. Nam ut iure assumi possit, huic ritui, qui in tota ecclesia ex temporibus Apostolorum idem semper perduravit, significationem gratiae sacramentalis et efficaciam ex opere operato, quam antea habuit, in parte aliqua ecclesiae ablatam esse, cum in alia parte ecclesiae eam retinuerit, solidae et cogentes omnino rationes requiruntur; atqui ex supra dictis apparet, tales rationes non exsistere; ergo dicendum est eundem hunc ritum solum in tota ecclesia permansisse essentialem, qualis ab initio erat."[4]

Sententia negativa docet non solam manuum impositionem olim (ante Constitutionem Pii XII) fuisse materiam ordinationis sed etiam, vel solam, traditionem instrumentorum.[6] Haec sententia, in tali generalitate sive amplitudine, est longe antiquior ac communior; fere enim sola, uti certa ac determinata doctrina, extitit saec. 13-15 et longe praevaluit saec. 16-18; subinde vero, saec. 19-20, rapide declinavit, locum caedens priori sententiae (Van Rossum refert pro illa tantummodo 24 theologos usque ad a. 1930, contra 76 defensores alterius), quin tamen ullatenus perierit, ut quibusdam visum est, cum e contrario ultimis hisce annis subitaneum incrementum cognovit. Caeterum, istius sententiae momentum potius superficiale ac effimerum apparet, cum eius unitas sit mere negativa ac sumatur ex mera oppositione ad

[3] ***De essentia sacramenti Ordinis disquisitio historico-theologica* (ed. 2, Romae [1931]) 222.**

[4] ***De sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 125, 137. Eadem omnino scripserat in prima editione, a. 1947, dempta, ut patet, allusione ad Constitutionem Pii XII quae nondum prodierat.**

[6] **Id intelligitur praeprimis et communiter de ordinatione presbyterali; generatim, explicite vel implicite, id auctores intelligunt pariformiter de ordinatione diaconali; plures vero abstrahunt ab ordinatione episcopali vel quia supponunt in ea non haberi proprie traditionem instrumentorum ac ideo materiam non posse esse nisi ipsam manuum impositionem, vel quia reputant eam non esse sacramentalem; quidam tamen considerant tamquam traditionem instrumenti in ordinatione episcopali impositionem libri evangeliorum, cui coniungunt etiam unctionem, praecipue capitis (ita, inter alios, *L^picier, Van Noort-Verhaar, Lahitton, Denis, Gigon).***

priorem opinionem, dum reipsa positive dividatur in *quinque sententias* omnino ad invicem discrepantes.

Communis ac *pracipua ratio* huius sententiae est doctrina Decreti pro Armenis, quam ceteroquin alii aliter interpretantur, ut expositum est supra (pp. 698 sq.); communis pariter contra ipsam *difficultas* est argumentum historicum, quod est ipsa praecipua ratio contrariae sententiae quodque generaliter auctores solvunt per recursum ad genericam divinam institutionem huius sacramenti et potestatem Ecclesiae mutandi vel determinandi specificam eius materiam. Praeterea, particulares quaedam rationes adduntur a patronis variarum sententiarum, in quas haec opinio dispescitur.

SECUNDA SENTENTIA igitur, e regione opposita primae de qua supra, *docet solam instrumentorum traditionem fuisse materiam ordinationis.*

Haec sententia plures numeravit defensores usque ad saec. 18, praecipuorum theologorum suffragium obtinuit ac caeteris praevaluit usque ad Cone. Trid., decisivum influxum habuit in redactionem Decreti pro Armenis, Catechismi Cone. Trid. et Pontificalis Romani; subinde vero, saec. 17—18, suum primatum amittere coepit, donec saec. 19—20 nonnisi exiguum retinuit defensorum numerum, qui tamen utimis hisce annis aliquod incrementum cognovit. Van Rossum pro ea refert, usque ad a. 1930, 94 defensores, quibus addendi sunt plures posteriores (cf. tabulam synopticam, supra, p. 772).

Ut omittamus plures illius *praecursores saec. 12,* qui potius confuse et ambigue loquuntur, ut Ivonem Carnotensem, Hugonem a S. Victore, Petrum Lombardum, Anonymum *Tractatus de septem Ecclesiae sacramentis,* Stephanum Augustodunensem, Pseudo-Hugonem a S. Victore, Sicardum Cremonensem et Innocentium III (supra relatos, pp. 685-687), eam cum maiori vel minori claritate et asseverantia inter alios proposuerunt: *Saec. 13:* Gilbertus Tornacensis *(Tract. de officio episcopi,* c. 33), Albertus M. *(In 4 Sent.,* dist. 24, a. 386), S. Thomas (de cuius sententia, quae a pluribus in dubium revocatur, confer infra, pp. 783-793) et Richardus de Mediavilla *(In 4 Sent,,* dist. 24, q. 3).[7] *Saec. 14:* Franciscus Mayron, Artesanus, Durandus a S. Porciano *(In 4 Sent.,* dist. 24, q. 3), Petrus de Palude[8] (cf. tamen

[6] **"Materia est illa quae sunt enumerata [i.e. claves, candelabra, liber, calix] et ab episcopis porriguntur ordinatis. . . [Nam] sacramentum hoc habet pro materia in quo ostenditur per similitudinem eius actus et effectus: horum autem ordinum actus ostenduntur in instrumentis quae porriguntur eis ab episcopo."**

[7] **Ut dictum est supra, pp. 773-775, etiam *Bonaventura* et *Petrus de Tarentasia,* quoad essentiale principium suae doctrinae, ad hanc sententiam reduci possunt.**

[8] **Apud Capreolum, *In 4 Sent.,* dist. 24, q. 1, a. 3, § 2, ad 5 arg. Durandi: "Quod autem dicitur, quod debet caute suppleri quod fuit omissum, et nihil est iterandum,**

LAHITTON: "Propositio — Materia et forma presbyteratus necessaria et sufficiens est nunc porrectio instrumentorum sacrificii, cum verbis correspondentibus: 'accipe potestatem. . Idem proportionaliter dicendum de diaconatu et caeteris ordinibus [inferioribus]. . . Inquantum affirmativa, propositio non alios habet adversarios quam illos qui solam manuum impositionem uti materiam necessariam habent. Sed eam propugnamus in sensu exclusivo, quatenus, iuxta nos, manuum impositio quae in ordinatione sive presbyteri sive diaconi invenitur, consideranda est ut quid extra essentiam sacramenti existens, et ad meram solemnitatem necessarium."[14]

GIBEAULT: "Après les preuves apportées et la réfutation des objections, je me crois autorisé à conclure ainsi mon étude: Tunique matière de la prêtrise est la tradition des instruments et la seule forme, les paroles qui la soulignent, à savoir, Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, Missasque celebrare tam pro vivis quam pro defunctis. In nomine Domini."[15]

FERLAND: "In Ecclesia Latina, essentia sacramenti Ordinis adaequate reponitur in instrumentorum traditione tanquam materia et in verbis concomitantibus tanquam forma."[16]

LERCHER-UMBERG: "Non sine ratione multi theologi ante Const. Ap. Pii XII docuerunt, instrumentorum traditionem certo vel probabiliter ad Ordinationis valorem saltem per aliquod tempus, necessariam fuisse; nam: Mag. Eccl. id docuisse videbatur: Eugenius IV, ad Armenos, sequendo doctrinam S. Thomae, solam commemorat instrumentorum traditionem ut Ordinis signum sacramentale; et quamvis hoc non definiverit, tamen, quamdiu non constat a) Ecclesiam non posse ad sacramentorum substantiam adiicere condiciones valoris vel b) Christum Ordinis sacramentum non in genere tantum sed in specie instituisse, probabile mansit assertum. — Praeterea Pontificale Rom. in rubricis de Ordinibus conferendis hoc habuit: Pontifex 'moneat ordinandos, quod instrumenta, in quorum traditione character imprimitur, tangant'. . . Eodem modo quo instrumentorum porrectio, verba quoque concomitantia a Pontificali praescripta (substantialiter non mutata) ad valorem requisita fuisse per se patet."[17] Haec verba, quatenus sese referunt ad Decretum pro Armenis, ut proponens solam instrumentorum traditionem tanquam signum sacramentale, approbant probabilitatem huius sententiae, quatenus vero loquuntur de ea traditione tanquam conditione valoris, ita supponendo impositionem manuum tanquam ipsam essentialem materiam, accedunt ad quartam sententiam de qua infra. Cf. dicenda de sententia ipsius Umberg, infra, pp. 796, 811.

BAISI: "Haec ratio [scilicet argumentum historicum pro impositione manuum ut sola materia ordinationis], ut verum fatear, non plane convincit. Si namque verum est in Ecclesia per multa saecula ritum impositionis manuum fuisse essentialem, pariter verum est Ecclesiam item per plura saecula idem retinuisse de traditione instrumentorum. Neque verum videtur impositionem manuum in Ecclesia Latina essentialiter semper eodem modo adhibitam fuisse in collatione ordinum. Et ad hoc probandum adsunt solidae et cogentes rationes: Doctrina plurimorum Scholasticorum, et in specie S. Thomae; Pontificale Romanum; Decretum ad Armenos; Catechismus Cone. Trid.; praxis Ecclesiae imperantis reiterationem ordinationis propter defectum in traditione instrumentorum. Videtur igitur concludendum traditionem instrumentorum probabilius pertinuisse ad essentiam sacrae ordinationis. Rationes vero quae militant pro essentialitate

[14] *Theologiae dogmaticae theses* **IV (Paris 1932) 253.**

[15] **"La matière et la forme de la prêtrise dans l'Eglise latine,"** ***Revue de l'Université d'Ottawa*** **IV (1934) 125* sq.**

[16] ***De sacramentis in spedali. De Novissimis*** **(Montréal 1940) 438.**

[17] ***Institutiones theologiae dogmaticae*** **IV-2/2 (Oeniponte 1949) 299.**

traditionis instrumentorum non adsunt, e contra, saltem eodem modo, pro manuum impositione; quapropter iterum probabilius concludendum videtur ante praefatam Constitutionem [Pii XII] hanc manuum impositionem non fuisse essentialem."[18]

Lépicier et Bduerle a Neukirch curiosam hanc explicationem (iam a *Bonaventura* indicatam [cf. supra, p. 774] et ab *Arcudio* et *Silvestre Mauro* repetitam) eidem sententiae addunt, qua putant eam conciliare cum prima sententia (alio tamen prorsus modo ac patroni quartae sententiae, de qua infra): Materia sacramenti consistit essentialiter ac totaliter in ipsa instrumentorum traditione, sed haec ipsa *traditio necessario involvit in se ac determinat aliquam manuum impositionem sive extensionem* (tanquam differentia specifica determinans genus); unde materia sacramenti est tum traditio instrumentorum tum impositio manuum, *non tamen prima illa impositio manuum quae ab aliis invocatur,* sed ea quae necessario involvitur in ipsa traditione instrumentorum. Hoc eodem modo explicant etiam *ritum ordinationis graecae,* ita ut nullum inveniant discrimen a ritu latino.

LÉPICIER: "Porrectio, et datio, et traditio huiusmodi fieri nequeunt sine aliqua manus impositione, quemadmodum unctioni cum sacro chrismate impositio manus coniungitur, ut in tractatu de Confirmatione docuimus. At manet haud spernenda difficultas de instrumentorum porrectione, quam aiunt penes ecclesias orientales non haberi. . . Ad quod solvendum, advertere debemus, quod quidem penes auctores communiter praetermissum cernimus, duplicem distingui debere instrumentorum usum in ordinum collatione: nempe, *alium traditivum, alium vero exhibitivum,* quae quidem distinctio ex sola nominum varietate sat aperte innotescit. Nimirum prior usus in hoc consistit, quod ordinator episcopus vasa sacra tradat ab ordinando tangenda, et quidem contactu physico; altera vero, in hoc quod vasa illa eidem exhibeat vel indigitet, aut clericum ordinandum utcumque ad illa, utpote physice praesentia, referat. Et quidem utraque illa instrumentorum traditio, seu porrectio, aut datio, aliquam habet secum necessario coniunctam manuum impositionem, ut diximus, unde in hoc quod dicitur materia sacrae ordinationis consistere in porrectione, datione aut traditione instrumentorum, non excluditur, quin potius, aperte includitur etiam impositio manuum. . .

"Longe a vero abludunt auctores illi, et multi sunt, qui affirmant penes orientales ecclesias, nullam nunc instrumentorum porrectioni vel usui locum esse, aut etiam penes Ecclesiam latinam, prioribus saeculis, talem porrectionem penitus defuisse. Enimvero viguit revera et etiamnum viget, penes Orientales, etsi modo ab hodierno Latinorum more paulisper diverso, aliquis instrumentorum usus, tanquam completivus materiae huius sacramenti, in collatione scilicet presbyteratus et diaconatus, licet non actu traditionis, sicut penes Latinos, consistens, sed actu exhibitionis, porrectionis aut praesentationis, coniuncto cum impositione manuum aut manus episcopi. Nimirum, penes aliquem ritum orientalem, puta Coptorum, hoc in usu habetur, ut episcopus, dum manum dextram ordinando imponit, sinistram super altare extensam teneat, ubi sunt patena cum hostia, et calix cum vino, quasi per posteriorem hunc actum, impositio manus dextrae ad propriam significationem et consequenter efficientiam pertrahi velit. Penes alium ritum, vero, ut puta, lacobitarum, episcopus, cum iam oblata consecravit, ambas manus prius super hostiam et calicem sic consecrata extendit; dein, sic extensas defert super caput ordinandi, quasi significare intendat, se huic illammet potestatem supra corpus et sanguinem Domini conferre, quam ipse modo exercuit. Porro, similia, attente rem consideranti in singulis liturgiis Orientalium, uno aliove modo expressa, recurrunt: et idem, ut censemus, dici debet de ritu olim penes Latinos, scilicet ante saeculum nonum aut decimum, vigente...

"Materia sacrae ordinationis non est sola manuum impositio, nec prima [i.e. impositio initialis sine verbis], nec secunda [i.e. continuata extensio manuum

[18] *Institutiones theologiae scholasticae* IV (Milano 1949) 611.

cum verbis praefationis]. . . *At vero est, praeter has, alia impositio manuum, quam communiter auctores praetermittere videntur, quae quidem instrumentorum traditioni coniungitur; et hanc dicimus esse proprie materiam sacrae ordinationis.* Quod quidem clarius apparebit, si consideretur relatio instrumentorum ad impositionem manuum. Nimirum, instrumentorum usus vel traditio, in sacra ordinatione conferenda, huc ordinatur, ut manus impositionem, ad specialem effectum huius sacramenti proprium, qui est character et gratia sacerdotalis, significandum et causandum determinet, cum notum sit, sacramenta novae Legis idipsum causare quod significant. Secus enim illa manuum impositio indifferenter se haberet ad significandam collationem gratiae, cum et in confirmatione, imo in oratione, pariter adhibeatur. Nimirum, deficiente hoc instrumentorum adiuncto, sive in expressa traditione, sive saltem in praesentiali exhibitione, dicenda foret manus impositio minus determinata ad specialem effectum producendum; unde, ut aliquid determinate significet, ad praedicta instrumenta referri quodammodo indiget."[10]

BÄUERLE A NEUKIRCH: "Difficultas [quae afferri solet, scilicet] Non probatur, quod Christus Ecclesiae potestatem fecerit mutandi materiam; in nostra positione iam evanescit, quia Ecclesia Latina nullam materiae et formae mutationem essentialem fecit. Nam manuum impositio fit in Confirmatione, in collatione Diaconatus, Presbyteratus et Episcopatus, immo apud Graecos etiam in collatione Hypodiaconatus et Lectoratus. Impositio manuum est ergo genus proximum in signo externo horum Ordinum. Necesse ergo erat differentiam specificam huius signi externi ab Ecclesiae initio determinare. Atqui in Ecclesia Graeca haec differentia specifica huius signi est tactus altaris cum manibus et cum capite a parte ordinandi.[20] S. Thomas ait: 'Potestatis collatio fit per hoc quod datur eis aliquid quod ad proprium actum [id est hic actus consecrationis] pertinet.' Atqui altare pertinet ad Sacerdotium ut tale, iuxta Epistolam ad Hebraeos 13. 10. . . In Ecclesia Latina haec differentia specifica signi externi quoad collationem Presbyteratus adest in calicis cum vino et patenae cum pane per propriam manum Episcopi porrectionem. . . *In traditione seu porrectione calicis cum vino et patenae cum pane de manu Episcopi eo ipso data est manuum impositio cum tactu corporali ex parte Episcopi, non quidem stiper caput, sed super manus ordinandi.* Et in hoc actu traditionis instrumentorum cum tactu corporali ex parte Episcopi fit vera applicatio seu prolatio formae sacramentalis. Et hoc est signum significans et conferens characterem sacerdotalem. . .

"In Ordinatione iuxta ritum Romanum materia proxima constat ex traditione calicis de manu Episcopi, et ex impositione manuum in hac traditione eo ipso data a parte Episcopi, et ex tactu corporali eo ipso cum traditione calicis dato. Et hoc signum expresse significat sacerdotii traditionem de manu Episcopi et ex potestate eius iuxta formam sacramentalem: 'Accipe potestatem, etc.' In Ordinatione autem iuxta ritum Graecum materia proxima constat ex tactu altaris a parte ordinandi, et ex impositione manus super caput ordinandi a parte Episcopi. In illo ritu Graeco duplici ex ratione impositio manus super caput ordinandi est necessaria: a) quia impossibilis est traditio facere seu porrectio altaris de manibus Episcopi, nam altare est fixum; b) quia tactus corporalis a parte Episcopi est, necessarius illo tempore, cum forma applicetur."[21]

Rationes huius sententiae sunt sequentes:[22]

*** *Tractatus de sacramento Extremae Unctionis et de sacramento Ordinis* (Romae 1928) 219-221, 225-226.**

30 Cf. ampliorem explicationem huius ritus quam ex hoc auctore retulimus supra, in p. 621.

31 "Concordia trium sententiarum de materia ct forma in Ordine Presbyteratus," Estudis franciscans XLII (1930) 442-444.

33 De usu horum argumentorum apud theologos praetridcntinos saec. 16, confer G. B. da Farnese, *op. cit.* (supra, in p. 772) 198-220.

1. Aptîtudo solius traditionis instrumentorum ad expresse significandam propriam potestatem Ordinis. Hanc fere solam rationem afferebant antiquiores, praecipue ante Cone. Florentinum. Ita S. *Thomas:* "Potestatis collatio fit per hoc quod datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet. Et quia principalis actus sacerdotis est consecrare corpus et sanguinem Christi, ideo in ipsa datione calicis, sub forma verborum determinata, character sacerdotalis imprimitur" *{Suppi.,* q. 37, a. 5); idem principium sic expressius formulabat *Richardus a Mediavilla* (ceteroquin post suum confratrem *Bonaventuram*[22]). "Hoc pro generali regula habendum est, quod in susceptione illius exterioris signi imprimitur character in quolibet ordine, in quo signo principalis potestas, quam respicit ille ordo, significatur expressius" *{In 4 Sent.,* dist. 24, a. 4, q. 3).

2. Exemplum Christi, qui in ultima Coena apostolos ordinavit porrigendo panem et calicem *{Fr. Mayron, Gonet).*

3. Paritas presbyteralis ac diaconalis ordinationis cum inferioribus ordinationibus, quae etiam sunt sacramentales iuxta Cone. Flor, et Trid. et in quibus sola habetur traditio instrumentorum *{Galtier,* ad mentem[24]).

4. Consensus theologorum per plura saecula et auctoritas S. Thomae *{Dom. Soto,* supra cit., et alii praecipue inter thomistas).

5. Documenta Ecclesiae, scilicet Decretum pro Armenis, Catechismus Cone. Trid., Pontificale Romanum, praxis reiterandi ordinationem ob defectum in traditione instrumentorum (Haec est praecipua ratio, quam urgent moderniores, ut *Galtier, Hugon, Lépicier, Lahitton, Gibeault, Ferland, Lercher-Umberg, Baisi).*[26]

De sententia S. Thomae.

Defensores huius sententiae communiter reclamant pro se patrocinium S. Thomae, si partialiter excipiatur unus vel alter qui, ut ipse Dom. Soto, fatetur nonnullam ambiguitatem haberi in doctrina Angelici; inter patronos vero aliarum sententiarum plures, praecipue ex thomistis, dicunt S. Thomam etiam impositionem manuum habere ut essentialem materiam, quatenus, etsi clare doceat characterem imprimi per solam traditionem instrumentorum, tamen ipsi impositioni manuum (vel primae, vel secundae, vel utrique) tribuit effectum

[23] **Cf. supra, p. 774.**

[24] **"Les deux conciles . . . considèrent comme sacrements, des ordinations où n'intervient à aucun titre l'imposition des mains et où l'on ne saurait assigner d'autre matière sacramentelle que la tradition des instruments" ("L'imposition des mains," *Dictionnaire de théologie catholique* VII-2 [Paris 1923] 1418).**

[26] **Duas ultimas rationes peculiariter evolvit *Tymczak,* patronus tamen quartae sententiae (cf. infra, p. 796 sq.).**

gratiae ordinationis.[20] *Tota igitur difficultas vel ambiguitas provenit ex quibusdam textibus, in quibus impositioni manuum videtur attribui sacramentalitas efficacia gratiae.*

Dabimus ac singillatim exponemus praecipuos locos S. Doctoris, ex quorum subinde comparatione eius mentem colligere conabimur.

In Opusculo *De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis* (relato in Decreto pro Armenis) nulla habetur allusio ad impositionem manuum; materia ordinationis dicitur traditio instrumentorum, vel magis determinate ipsum instrumentum, quod nunc diceretur materia remota ("Materia autem huius sacramenti est illud materiale, per cuius traditionem confertur ordo"); effectus dicitur esse "augmentum gratiae ad hoc quod aliquis sit idoneus minister Christi." Antea, loquens de sacramentis in communi, S. Doctor ait: "Commune quidem est omnibus sacramentis quod conferant gratiam. . . Commune etiam est omnibus, quod sacramentum consistit in verbis et rebus corporalibus. . . Res sacramentorum sanctificantur et vim sanctificandi habent per verba quae in his proferuntur. . . Verba quibus sanctificantur sacramenta, dicuntur sacramentorum formae; res autem sanctificatae dicuntur sacramentorum materia."

Ex quibus sequitur quod in sacramento Ordinis instrumentum est materia, quae sanctificatur per formam et vim sanctificandi consequitur, ac ideo ipsam gratiam sacramentalem producit qua quis fit idoneus ad exercendam eam ministerii potestatem quae per traditionem proprii eius instrumenti confertur. Unde uterque effectus potestatis et gratiae eidem instrumenti traditioni tribuitur, nec ullus relinquitur locus aliae materiae, seu impositioni manuum, quae ceteroquin ne minimam quidem allusionem meretur in toto textu.

Suppi., q. 34, a. 5, agens directe de materia Ordinis, seu quaerens utrum hoc sacramentum habeat materiam, eamque assignans, nequidem verbum facit de impositione manuum sed solum inducit instrumenta eorumque traditionem. *Ob. 1:* "In rebus materialibus quae hic adhibentur, sicut sunt claves et candelabra et huiusmodi. . ." *Ob. 3:* "Ut a quibusdam dicitur, contactus dictorum materialium ab eo qui suscipit sacramentum, non est de necessitate sacramenti, sed solum porrectio." Haec autem instrumenta dicit esse materiam sacramenti eisque attribuit propriam eius efficaciam, seu impressionem cha-

pita inter alios *Gotti, Billuart, Lottini, Merkelbach, Zubizarreta, Gigon.* Peregrine autem Tymczak sibi persuadet S. Thomam habere quidem impositionem manuum ut essentialem partem ordinationis, non ita tamen ut ei tribuat effectum gratiae, sed tantum rationem tum signi gratiae, conferendae in momento quo fit traditio instrumentorum, tum essentialis praeparationis ad hanc ipsam traditionem cum qua coalescit in unum totalem ac essentialem ritum *(Quaestiones disputatae de Ordine* [Presmiliae 1936] 128 sq.).

racteris: *Sed contra et corp.:* "Omne sacramentum consistit in rebus et verbis. Sed res in quolibet sacramento sunt materia ipsius. Ergo et res quae in hoc sacramento adhibentur [scilicet praefata instrumenta], sunt materia huius sacramenti. . . Materia in sacramentis exterius adhibita significat virtutem in sacramentis agentem ex extrínseco omnino advenire. Unde, cum effectus proprius huius sacramenti, scilicet character, non percipiatur ex aliqua operatione ipsius qui ad sacramentum accedit, sicut erat in poenitentia, sed omnino ex extrínseco adveniat, competit ei materiam habere." Item, *ad 3:* "Quia ... potestas ordinis non accipitur a materia sed a ministro, ideo porrectio materiae magis est de essentia sacramenti quam tactus [i.e. materiae seu instrumenti]. Tamen ipsa verba formae videntur ostendere quod tactus materiae sit de essentia sacramenti, quia dicitur, Accipe hoc vel illud."

Opponit *Merkelbach:* "Traditionem solam esse essentialem aliqui putaverunt, quia S. Thomas numquam impositionem manuum vocat materiam. Sed exinde nihil concludi potest, quia secundum terminologiam suae aetatis sola res exterior dicebatur materia: usus ipsius (v.g. ablutio aquae) nondum vocabatur, sicut nunc solet fieri, materia, scii, proxima; hinc actus poenitentis dicuntur quasi materia sacramenti Poenitentiae."[27] Attamen, quaestio hic non est de verbis, sed de rebus. Ratio quare deducitur pro S. Thoma impositionem manuum non pertinere ad essentiam sacramenti, non est praecise quia eam non vocat materiam, sed quia, agens de essentialibus partibus sacramenti Ordinis, solam refert traditionem instrumentorum. Ceterum, S. Doctor non alias agnoscit essentiales partes in quolibet sacramento quam id quod vocat materiam et formam vel res et verba, ut constat tum ex ipso textu proxime citato ("Omne sacramentum consistit in rebus et verbis. Sed res in quolibet sacramento sunt materia ipsius"), tum ex dictis alibi ac frequenter, et peculiariter ubi de ipso sacramento Poenitentiae, in quo actus poenitentis, qui nullam continent rem aliquam exteriorem et purae sunt actiones, vocantur etiam simpliciter materia sacramenti (3 p., q. 90, a. 2: "Quodlibet sacramentum distinguitur in materiam et formam, sicut in partes essentiae. . . Actus poenitentis . . . sunt materia huius sacramenti").[28]

Suppi., q. 37, a. 5, quaerens in qua caeremonia character sacerdotalis imprimatur, S. Doctor in medium adducit *quatuor praecipuas caeremonias, scilicet benedictionem, manus impositionem, unctionem et traditionem instrumentorum,* et ait per tres priores conferri aliquem effectum praeparatorium ad collationem potestatis, nempe per bene-

[27] *Summa theologiae moralis* III (ed. 3, [Brugis] 1939) 696.
[28] Cf. tractatum *De Poenitentia* I 182-184.

dictionem fieri mancipationem ad divinum cultum, per impositionem manuum dari plenitudinem gratiae et per unctionem fieri consecrationem ad tractandum sacramentum; nonnisi vero per traditionem instrumentorum conferri potestatem seu imprimi characterem.

"Dicendum quod . . . eiusdem est formam aliquam inducere et materiam de proximo praeparare ad formam. Unde episcopus in collatione ordinum duo facit; praeparat enim ordinandos ad ordinis susceptionem et ordinis potestatem tradit. Praeparat quidem et instruendo eos de proprio officio et aliquid circa eos operando ut idonei sint potestatem accipiendi. Quae quidem operatio in tribus consistit, scilicet benedictione, manus impositione et unctione. Per benedictionem divinis obsequiis mancipantur. Et ideo benedictio omnibus datur. Sed *per manus impositionem datur plenitudo gratiae, per quam ad magna officia sunt idonei.* Et ideo solis diaconibus et sacerdotibus fit manus impositio, quia eis competit dispensatio sacramentorum, quamvis uni sicut principali, alteri sicut ministro. Sed unctione ad aliquod sacramentum tractandum consecrantur. Et ideo unctio solis sacerdotibus fit, qui propriis manibus corpus Christi tangunt; sicut etiam calix inungitur, qui tenet sanguinem, et patena, quae continet corpus. Sed potestatis collatio fit per hoc quod datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet. Et quia principalis actus sacerdotis est consecrare corpus et sanguinem Christi, ideo in ipsa datione calicis, sub forma verborum determinata, character sacerdotalis imprimitur."

Quamvis in hoc textu dicatur impositio manuum conferre gratiam, certum est eam non exhiberi nec ut materiam sacramenti nec quomodolibet ut pertinentem ad essentiam sacramenti, nam *reponitur inter ea quae "praeparant ad Ordinis susceptionem," adeoque quae praecedunt sacramentum,* cum, iuxta principia antea a S. Doctore statuta (q. 34, a. 2, c. et ad 2; a. 3, ad 1; a. 4; a. 5), sacramentum Ordinis et signum materiale collativum potestatis aequipolleant et susceptio Ordinis sive potestatis sit non minus nec magis quam ipsum sacramentum. Unde ea collatio gratiae per impositionem manuum non est sacramentalis et collatio ipsius gratiae sacramentalis fit posterius per alium ritum, qui, quamvis a S. Doctore explicite hic non dicatur, est ipsa traditio instrumentorum per quam confertur ipsa potestas. Idque aliunde confirmatur ex hoc quod, si ea collatio gratiae per impositionem manuum esset sacramentalis, *ipsa praecederet collationem characteris,* quod est contra principium S. Thomae de charactere (et generatim de re-et-sacramento) ut dispositione ad gratiam vel ut forma exigente gratiam; in eodem quippe *Commentario super Sent. (ex* quo ea verba desumpta sunt), dist. 1, q. 1, a. 4, q. 1, S. Doctor ait: "Inquantum sunt instrumenta divinae misericordiae iustificantis,

[sacramenta] pertingunt instrumentaliter ad aliquem effectum in ipsa anima, quod primo correspondet sacramentis, sicut est character, vel aliquid huiusmodi. Ad ultimum autem effectum, qui est gratia, non pertingunt etiam instrumentaliter, nisi dispositive, inquantum hoc ad quod instrumentaliter effective pertingunt, est dispositio, quae est necessitas, quantum in se est, ad gratiae susceptionem." Ex quibus sequitur iuxta S. Thomam impositionem manuum conferre gratiam, non ut sacramentum, sed ut quoddam sacramentale praeparatorium ad sacramentum, sicut proprium effectum operantur etiam duo alii praeparatorii ritus benedictionis et unctionis inter quos S. Doctor collocat manuum impositionem. Unde inepte *plures theologi ad hunc textum praecipue provocant* ad ostendendam manuum impositionem, iuxta S. Thomam, pertinere ad essentiam sacramenti.

Suppi., q. 37, a. 5, ob 2 et ad 2, S. Doctor sibi obicit: "Dominus dedit discipulis sacerdotalem potestatem quando dixit: 'Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata,' etc. *Io.* 20. 22. Sed Spiritus datur per manus impositionem. Ergo in ipsa manus impositione imprimitur character ordinis." Respondet autem: "Dicendum quod Dominus discipulis dedit potestatem sacerdotalem quantum ad principalem actum, ante passionem in Coena, quando dixit: 'Accipite et manducate.' Unde subiunxit: 'Hoc facite in meam commemorationem.' Sed *post resurrectionem dedit eis potestatem* sacerdotalem quantum ad actum secundarium, qui est ligare et solvere."

Ex hoc quod S. Doctor dicat Christum divisim dedisse apostolis duas potestates, non sequitur id intelligere fieri etiam ab episcopo in ordinatione, quatenus nempe conferat characterem cum potestate consecrandi in traditione instrumentorum et potestatem absolvendi in secunda manuum impositione, ita ut haec pertineat ad essentiam vel integritatem sacramenti, ut *quidam patroni tertiae sententiae* (cf. infra, p. 793) ea verba interpretantur. Nam, ex una parte iuxta principia S. Thomae Christus per potestatem excellentiae potuit id facere nec concedere suis ministris sive episcopis, et ex alia parte, ipsum silentium S. Doctoris de ea caeremonia, ubi sermo de ea connaturaliter expectaretur, ostendit eum aut nondum cognovisse aut prorsus accidentalem existimasse ritum qui nonnisi ea ipsa aetate introduci coeperat in praxim aliquarum ecclesiarum (cf. supra, pp. 687-689).

Suppi., q. 38, a. 1, ob. 1 et ad 1, S. Doctor sibi obicit: "Manus impositio ad consecrationem aliquid facit. Sed sacerdotibus qui ordinantur non solum episcopus manus imponit, sed etiam sacerdotes adstantes. Ergo non solus episcopus confert ordinis sacramentum." Respondet: "Dicendum quod in impositione manuum non datur cha-

racter sacerdotalis ordinis, ut ex dictis patet, sed *gratia secundum quam ad exequendum ordinem sint idonei.* Et quia indigent amplissima gratia, ideo sacerdotes manus cum episcopo imponunt eis qui in sacerdotes promoventur; sed diaconis solus episcopus."

Sensus responsionis est quod sacerdotes adstantes, quamvis exhibeant impositionem manuum, non conferunt tamen sacramentum, quia impositio manuum dat gratiam sed non characterem. Ex quo amplius confirmatur quod diximus supra, scilicet eam gratiae collationem per manuum impositionem non esse pro S. Thoma sacramentalem, sed aliquod sacraméntale Ecclesiae, ac ideo pariformiter et ad eundem finem adhibetur tam ab episcopo, qui sacramentum confert, quam a ceteris ministris qui sacramentum conferre nequeunt.

C. Gent. 4. 74: "Oportuit . . . quod haec spiritualis potestas sub quibusdam sensibilibus signis hominibus traderetur. Huiusmodi autem sunt certae formae verborum et determinati actus, *utputa impositio manuum, inunctio, et porrectio libri vel calicis,* aut alicuius huiusmodi quod ad executionem spiritualis pertinet potestatis. Quandocumque autem aliquid spirituale sub signo corporali traditur, hoc dicitur sacramentum. Manifestum est igitur quod in collatione spiritualis potestatis quoddam sacramentum peragitur, quod dicitur Ordinis sacramentum. Ad divinam autem liberalitatem pertinet ut cui confertur potestas ad aliquid operandum, conferantur etiam ea sine quibus huiusmodi operatio convenienter exerceri non potest. Administratio autem sacramentorum, ad quae ordinatur spiritualis potestas, convenienter non fit nisi aliquis ad hoc a divina gratia adiuvetur. Et ideo in hoc sacramento confertur gratia, sicut et in aliis sacramentis."

Hic iterum, sicut in *Suppi.,* q. 37, a. 5, S. Doctor simul refert impositionem manuum, unctionem et traditionem instrumentorum, sed tantum *ut possibilem materiam Ordinis (et quidem ut possibilem causam ipsius spiritualis potestatis),* non determinando quinam ex tribus illis ritibus sit de facto essentialis materia, quod quidem praestat in priori loco. Pariter hic refert alterum effectum sacramenti, seu gratiam, quem iterum facit dependentem a primo effectu seu a spirituali potestate. Unde nihil inde in favorem essentialitatis impositionis manuum deduci potest.

5 *p., q. 78, a. 1,* agens de variis formis sacramentorum, S. Doctor unice refert quoad Ordinem verba concomitantia traditionem instrumentorum: "Formae aliorum sacramentorum [praeter Eucharistiam] proferuntur ex persona ministri, sive per modum exercentis actum, sicut cum dicitur: 'Ego te baptizo/ vel 'Ego te confirmo'; sive per

modum imperantis, sicut in sacramento ordinis dicitur: 'Accipe potestatem.' "

3 p., q. 84, a. 4, quaerens utrum impositio manuum requiratur in sacramento Poenitentiae, scribit: "Respondeo. Dicendum quod *impositio manuum in sacramentis Ecclesiae fit ad designandum aliquem copiosum gratiae effectum,* quo illi quibus manus imponuntur, quodammodo per quandam similitudinem continuantur ministris, in quibus copia gratiae esse debet. Et ideo manus impositio fit in in sacramento confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritus Sancti, et *in sacramento ordinis, in quo confertur quaedam excellentia potestatis* in divinis mysteriis; unde et II ad *Tim,* 1. 6 dicitur: 'Resuscites gratiam Dei quae est in te per impositionem manuum mearum.' Sacramentum autem poenitentiae non ordinatur ad consequendam aliquam excellentiam gratiae, sed ad remotionem peccatorum. Et ideo ad hoc sacramentum non requiritur manuum impositio, sicut etiam nec ad baptismum, in quo tamen fit plenior remissio peccatorum." *Ibid., ad 1,* circa textum *Mare.* 16. 18: "Super aegros manus imponent, et bene habebunt" observat: *'Illa manus impositio non est sacramentatis,* sed ordinatur ad miracula perficienda."

Ex his nequit deduci impositionem manuum pertinere ad essentiam ordinationis, secus sequeretur per eam conferri ipsam potestatem ("Manus impositio fit in sacramento ordinis, in quo confertur quaedam excellentia potestatis"), quod quidem S. Doctor explicite ac insistenter negat in superioribus locis *Suppi.,* q. 34, a. 5; q. 37, a. 5; q. 38, a. 1, nec quidquam rationabiliter suadet ipsum in Summa mutasse suam sententiam. Nec id concludi potest ex assimilatione cum Confirmatione in qua impositio manuum est de essentia sacramenti; nam assimilatio non necessario fit sub hoc ipso respectu, sed tantum in hoc quod in utroque sacramento convenit fieri impositionem manuum ad designandam peculiarem abundantiam spiritualis effectus, sive ea impositio sit de essentia sacramenti, sicut in Confirmatione, sive fortasse merum aliquod sacramentale, ut in ordinatione; unde ipse S. Thomas, *Suppi.,* q. 37, a. 5, ad 1, instituit oppositionem inter haec duo sacramenta quoad ipsum ritum impositionis manuum, inquiens hanc in Confirmatione imprimere ipsum characterem, non vero in ordinatione: "In confirmatione non datur officium operandi super aliquam materiam exteriorem. Et ideo character ibi non imprimitur in aliqua exhibitione alicuius rei [seu in traditione alicuius instrumenti], sed in sola manus impositione et unctione. Sed in ordine sacerdotali aliter est." Nec pariter id concludi potest ex eo quod S. Thomas, in praefata responsione ad 1, impositionem manuum tum Confirmationis

tum Ordinis, implicite vocat sacramentalem per oppositionem ad eam quae exhibetur in sanatione infirmorum, nam iterum vox "sacramentalis" ibi accipitur large pro ritu qui adhibetur in administratione sacramenti, sive sit essentialis ac constitutivus, ut in Confirmatione, sive accidentalis ac praeparatorius, ut in ordinatione.

In Hebr., c. 6, lect. 1: "Ideo dicit: 'Impositionis quoque manuum.' Haec autem est duplex. Una est miracula faciens, sicut quando Christus per manus impositionem curabat infirmos . . . , et haec non est sacramentalis. Alia est *sacramentalis,* et haec est duplex. Una *in sacramento ordinis.* 'Manus cito nemini imposueris.' Alia est in sacramento confirmationis."

Hic textus est parallelus praecedenti, ac ideo eodem modo explicatur.

In 1 Tim. 5. 22: " 'Manus cito nemini imposueris,' agit de promotione. . . Non debet . . . cito promovere, id est, ordinare de facili ad sacros ordines."

Hic agitur directe de ordinatione tempore apostolico, quam S. Doctor bene sciebat factam fuisse per manuum impositionem et quam non necessario sequitur servandam fuisse in posterioribus Ecclesiae ordinationibus, cum, iuxta doctrinam S. Thomae, apostoli potuerint, ex speciali Christi dispensatione aut Spiritus S. revelatione, diversis ritibus sacramenta ministrare, ut asserit peculiariter de Baptismo collato in nomine Iesu absque formula trinitaria (cf. infra, p. 803).

2-2, q. 184, a. 5: "Adhibetur [in ordinatione episcopali] . . . quaedam solemnitas consecrationis . . . , secundum illud 2 *Tim.* 1. 6: 'Resuscites gratiam Dei quae est in te per impositionem manuum mearum,' quod Glossa exponit de 'gratia episcopali.' " *In 1 Tim. 4. 14:* "Et ideo ordinandis in episcopos imponuntur manus. . . Et haec impositio significat collationem gratiae." *In 2 Tim. 1. 6:* "Et ideo dicit: 'Ut resuscites gratiam' sopitam. . . Et addit: 'Quae est in te per impositionem manuum mearum,' a quo scilicet erat ordinatus episcopus. In qua manus impositione data est ei gratia Spiritus Sancti."

Hi tres textus respiciunt solam ordinationem episcopalem, quam S. Doctor docet non esse sacramentalem sed potius aliquod sacramentale, a Christo quidem institutum, ut ostensum est supra (p. 145 sq.); unde non sunt ad rem, vel potius confirmant quod dictum est supra, scilicet etiam in sacramentali ordinatione diaconi et presbyteri impositionem manuum esse aliquod sacramentale, ab ipsa quidem Ecclesia ad rei solemnitatem adhibitum.

Concludendo igitur de sententia S. Thomae:

1. Certum est traditionem instrumentorum esse essentialem materiam sacramenti. Id explicite et data opera pluries docetur (Opusc. *De art. fidei et Eccl. sacram.; Suppi.,* q. 34, a. 5; q. 37, a. 5) nec in ullo textu aliqua ambiguitas circa hoc invenitur.

2. Certum pariter est characterem imprimi in ipsa ac sola instrumentorum traditione, nec ullatenus in manuum impositione (cf. eosdem textus, et *Suppi.,* q. 38, a. 1, ad 1). Textus autem 3 p., q. 84, a. 4, nequit accipi in eo sensu quod collatio potestatis fit per ipsam impositionem manuum, sed tantum quod per eam significatur, secus id contradiceret constanti doctrinae S. Thomae, nisi absque sufficienti fundamento dicatur ipse suam mentem mutasse cum posterius scripsit Summam Theologicam.

3. Tamen bis *{Suppi.,* q. 37, a. 5; q. 38, a. 1, ad 1) in eodem contextu affirmatur impositio manuum conferre gratiam in ordinatione.

4. Inde provenit, ac concedenda est, aliqua ambiguitas vel difficultas[28] quoad quaestionem an manuum impositio pertineat essentialiter ad sacramentum, in hoc saltem sensu quod causet ipsam gratiam sacramentalem, etsi non characterem. Et hoc quidem prima fronte videtur S. Thomas tripliciter implicare: primo nempe, manuum impositionem appellando sacramentalem (3 p., q. 84, a. 4, ad 1; *In Hebr.,* c. 6, lect. 1); secundo, eam comparando impositioni manuum quae fit in Confirmatione (3 p., q. 84, a. 4; *In Hebr.,* c. 6, lect. 1); tertio, ac praecipue, dicendo explicite quod impositio manuum confert gratiam quae ad officia explenda reddit idoneum ministrum *{Suppi.,* q. 37, a. 5; q. 38, a. 1, ad 1). *Attamen:*

Primo, vox "sacramentalis" ibi intelligi potest in sensu latiori pro omni quod quomodolibet pertinet ad sacramentum vel fit in administratione sacramenti "ad designandum . . . effectum" sacramenti, sive illum etiam producat sive non, ita ut impositio manuum in Confirmatione sit pars sacramenti, producens eius effectum, in ordinatione vero non sit pars sacramenti, sed aliquod praevium sacramentale, significans tantum nec producens ipsum effectum sacramenti; quod confirmatur ex hoc quod in 3 p., q. 84. a. 4, impositio manuum refertur immediate non ad gratiam sed ad ipsum effectum potestatis, quem alibi constanter S. Thomas dicit produci non per impositionem manuum sed per traditionem instrumentorum.

Secundo, nec magis probat praefata comparatio ordinationis cum Confirmatione; in utroque scilicet sacramento habetur manuum impo-

[28] Hanc apte indigitat, sed resolvere non attentat, A. Teixidor, "De causalitate sacramentorum. Nota circa difficultatem assequendi hac in re mentem Doctoris Angelici," *Gregorianum* VIII (1927) 76-100.

sitio, significans effectum sacramenti, sed non necessario in utroque ea manuum impositio producit ipsum effectum estque essentialis pars sacramenti, sed in sola Confirmatione, ut scimus aliunde.

Tertio, ex hoc quod in ordinatione dicatur manuum impositio producere gratiam, non necessario sequitur eam producere ipsam gratiam sacramentalem ac esse partem ipsius sacramenti, nam potest producere aliquam gratiam praeviam, ad modum alicuius sacramentalis, praeparatorii ad sacramentum. Imo quod ita res sit intelligenda, sequitur tum ex ipso contextu tum ex principiis S. Thomae. Et imprimis, in *Suppi.,* q. 37, a. 5, impositio manuum reponitur inter ea quae "praeparant ordinandos ad ordinis susceptionem," ut sunt instructio, benedictio et unctio, iamvero ipsa ratio ritus praeparatorii ad Ordinis susceptionem et a fortiori ipsa assimilatio cum caeremoniis evidenter non essentialibus, qualis est ipsa unctio, ostendit impositionem manuum non pertinere ad essentiam Ordinis. Praeterea, in *Suppi.,* q. 38, a. 1, ad 1, significatur gratia conferri per impositionem manuum tum episcopi tum adstantium presbyterorum, quorum tamen ritus est manifeste non essentialis, ut sequitur ex tota littera articuli, in quo S. Doctor statuit solum episcopum esse ministrum ordinationis. Tandem, dicere quod impositio manuum confert ipsam ac solam gratiam sacramentalem, antequam character seu potestas conferatur per distinctum ritum traditionis instrumentorum, adversatur duplici principio S. Thomae, quod scilicet sacramentum Ordinis essentialiter et adaequate consistit in ipsa collatione sacrae potestatis *{Suppi.,* q. 34, a. 2, c. et ad 2; a. 3, ad 1; aa. 4-5) et quod character in genere est dispositio ad gratiam et forma exigitiva illius, seu praevium res-et-sacramentum, quo mediante ipsa gratia inducitur *{In 4 Sent.,* dist. 1, q. 1, a. 4, q. 1, et alibi frequenter).[30]

5. Unde non alia conveniens explicatio textuum S. Thomae afferri posse videtur, quam ut dicatur iuxta ipsum impositionem manuum nullatenus pertinere ad essentiam sacramenti, sed esse aliquod praevium sacramentale, ex una parte significans excellentiam potestatis per sacramentum conferendam (3 p., q. 84, a. 4) et ex alia parte etiam conferens aliquam gratiam praeviam ad ipsam gratiam sacramentalem, quae confertur subinde per sacramentum seu per ipsam traditionem instrumentorum, solam sacramenti materiam, eo modo quo idem S. Doctor aliquem effectum praesacramentalem tribuit praeviae ac caeremoniali orationi "Miseratur" et "Indulgentia" in ad-

[30] **Inepte Teixidor, *ibid.* 83-95 aliter interpretatur verba S. Thomae quae hoc principium implicant.**

ministratione Poenitentiae[81] et quo gratiae efficaciam tribuit aliis sacramentalibus, ut consecrationi regum et monialium.[82]

Ceterum, attentis tum ipso momento quod impositio manuum obtinet in biblicis ordinationibus, tum ipsa ambigua sententia quorundam doctorum eiusdem aetatis, nominatim Bonaventurae et Petri de Tarentasia, qui propterea conati sunt duplicem ritum traditionis instrumentorum et impositionis manuum ad unum eundemque ritum fictitio quodam modo reducere (cf. supra, p. 773 sq.), conici potest sententiam de essentialitate solius traditionis instrumentorum, quam S. Thomas tum in primo suo opere Commentarii in Sententias tum in posteriori Opusculo de Ecclesiae sacramentis explicite proposuit,, non tam firmiter fortasse in eius mente consedisse, quin ipsi ritui impositionis manuum maximum quoque momentum tribuere eumque quam intime cum sacramento connectere conatus fuerit, concessa ex una parte peculiari efficacitate in ipsam gratiam necessariam ad idoneum exercitium potestatis et attributo ex alia parte ipso nomine sacramentalis impositionis manuum (ut constat praecipue ex tardiori opere Summae Theologicae), ita ut, potius quidem divinando quam asserendo, non prorsus improbabiliter quis dicere possit eum suam sententiam fortasse aliquatenus reformaturum, si ad praesentem quaestionem de sacramento Ordinis in sua Summa Theologica pervenisset.

TERTIA SENTENTIA mediam quamdam positionem inter utramque priorem assumere conatur, vel potius aliquam mitigationem secundae sententiae affert, *docens materiam ordinationis (presbyteralis, ut patet) consistere sive ac principaliter in traditione instrumentorum, sive ac veluti extensive in impositione manuum, non tamen prima, ut sustinet prima sententia, sed secunda, quae nempe fit in fine missae ordinationis.* Distinguens enim ac veluti separans duas sacerdotales potestates, aliam in corpus Christi verum per consecrationem et aliam in corpus mysticum per absolutionem a peccatis, docet

n3p., q. 84, a. 3, ad 1: "In sacramentali absolutione non sufficeret dicere: 'Misereatur tui omnipotens Deus,' vel: 'Absolutionem et remissionem tribuat tibi Deus,' quia per haec verba sacerdos absolutionem non significat fieri, sed petit ut fiat. Praemittitur tamen etiam in sacramentali absolutione talis oratio, ne impediatur effectus sacramenti ex parte poenitentis, cuius actus materialiter quodammodo se habent in hoc sacramento." f "*In 4 Sent.,* dist. 2, q. 1, ad 9: "Ad quamlibet eminentiam status datur aliqua sanctificatio, cum sit ibi necessarium speciale auxilium gratiae: sicut in consecratione regum et monachorum et monialium. Et ideo sunt actiones hierarchicae et propter hoc Dionysius de eis determinat. Non tamen habent rationem sacramenti; sed solum illa eminentia per quam homo efficitur sacrorum dispensator." Dist. 38, q. 1, a. 5, ad 2: "In consecratione virginum, sicut et in unctione regum, et in aliis huiusmodi benedictionibus, gratia datur, nisi sit impedimentum ex parte suscipientis; sed tamen huiusmodi sacramenta non dicuntur, quia non sunt instituta ad curationem morbi peccati, sicut alia sacramenta." Cf. dicta superius (p. 145 sq.) in quaestione de mente S. Thomae circa non sacramentalem indolem episcopatus.

primam conferri per traditionem instrumentorum cum verbis "Accipe potestatem offerre sacrificium," alteram per secundam impositionem manuum cum verbis "Accipe Spiritum S.: quorum remiseris peccata."

Haec, quae est antiquissima post secundam sententiam ac veluti istius extensio ac *primum eius compromissum,* magnum olim suffragium obtinuit, ita ut numeraverit 144 defensores inter 420 theologos quos refert Van Rossum; apicem suae fortunae obtinuit saec. 17 et 18, cum numeravit respective 74 et 49 patronos; subinde vero rapide declinavit, ita ut saec. 19 paucissimos defensores, saec. 20 tandem fere nullum habuerit et hodie prorsus extincta dicenda sit.

* Praecipui patroni sunt: *Saec. 14:* Scotus (+ 1308), qui hanc sententiam clare ut probabilem proponit quique in uno loco (in opere Parisiensi) manifestat se referre aliorum opinionem ("Ut dicit alia opinio"[33]) ita ut probabile sit eam vulgari coepisse iam in ultima parte saec. 13, quum ipse ritus secundae impositionis manuum, hic illicque iam adhiberi coeptus, introductus fuit in praecipuum Pontificale Guilelmi Durandi (inter 1293 et 1295),[34] loannes Andrea, Thomas de Argentina et fortasse Petrus de Palude.[35] *Saec. 15:* Antonius de Butrio et I. Gerson. *Saec. 16:* Catharinus, Medina, Toletus. *Saec. 17:* Vasquez (Disp. 239, cc. 3-5), Bellarminus *(De sacram. Ordinis,* l. 1, c. 9), Lessius, Tanner, Coninck, loannes a S. Thoma *(Compendium totius doctrinae Christianae,* pars 1, c. 11), Hallier *(De sacris elect. et ordin.,* p. 2, sect. 2, c. 2, a. 1, §§ 10 et 14), Salmanticenses morales *(De sacram.,* tr. 8, c. 3, punct. 5), Busembaum, Mastrius *(In 4 Sent.,* disp. 4, q. 3, a. 2), Silvester Maurus. *Saec. 18:* Frassen *(Scotus academicus,* De Ordine, disp. 1, a. 2, § 7),

"De Guibert, cit. supra, p. 773, conicit hanc opinionem praeformatam esse apud Bonaventuram; sed ut notatum est supra, p. 774, totus contextus suadet hunc doctorem loqui de prima manuum impositione ac ideo reducendus est ad quartam sententiam, de qua infra.

[84] Cf. supra, p. 687. *In 4 Sent.* [Opus Oxoniense], dist. 24, q. unica, Scotus scribit: "Si quaeras quae verba, vel quae forma? Respondeo, illa quam episcopi habent in suis libris episcopalibus. Sed in sacerdotio videtur probabile, quod ibi sint duae formae partiales, in quarum altera confertur potestas conficiendi Eucharistiam; in reliqua potestas absolvendi in poenitentia. Et istis coniunguntur duae materiae, hoc est, duo signa visibilia propria: formae primae traditio calicis et patenae cum hostia: 'Accipe potestatem celebrandi,' etc. secundae formae, impositio manus episcopi super caput: 'Accipe Spiritum sanctum,' ut sic episcopus concorditer agat summo Episcopo Christo, qui, ut dictum est prius, contulit potestatem apostolis tam conficiendi quam absolvendi" *(Opera omnia* XIX [Parisiis 1894] 76 sq.). In Opere Parisiensi *(ibid.* XXIV 355) Scotus minus clare ac decisive loquitur, ac tantum refert hanc sententiam tanquam unam ex duabus doctorum opinionibus ("Ut dicit alia opinio").

[93] Nihilominus hunc doctorem retulimus in prima sententia (p. 777), tum quia non constat de qua manuum impositione loquatur, tum quia hanc ipsam videtur habere non ut partem proprie essentialem sed integralem ordinationis, in qua nempe character non confertur. Ceterum, Capreolus ipse repetit verba Paludani, adeoque uterque in eadem sententia esse censeri debent.

Henno, Lacroix, Catalanus, Roncaglia, Billuart,[36] Wirceburgenses, Merlin. *Saec. 19:* Van Rossum nonnisi tres auctores refert, scilicet Moullet, Haehnlein, Haine doctor lovaniensis *{De Ordine,* p. 2, q. 24; *Theol. sacram.,* c. 4, dub. 4). *Saec. 20:* solus Lottini, O.P. *{Instit. dogm. spec.,* p. 3, c. 65, nn. 660 sq.; *Summa theol,* pars 3, c. 73).

Rationes huius sententiae, quoad primam eius partem de traditione instrumentorum, sunt, ut patet, eaedem quas affert secunda sententia (supra, p. 783), quoad secundam vero partem de ultima impositione manuum: 1. Presbyteratus implicat duas distinctas potestates, quas proinde convenit duplici distincto ritu conferri. 2. Exemplum Christi qui dedit duplicem illam potestatem distincto actu ac distincto tempore *{Scotus, Vasquez, Bellarminus, Billuart,* aliique). 3. Cone. Trid., sess. 23, can. 4, significat per verba "Accipe Spiritum S." in ordinatione dari Spiritum S. adeoque effectum sacramenti *{Bellarminus, Billuart).* 4. Ratio historica (quae est ipsum argumentum primae sententiae), quae ostendit impositionem manuum inde a tempore apostolico semper adhibitam fuisse in ordinatione *{Bellarminus, Billuart)·* ceterum, quum presbyter accipiat potestatem consecrandi per traditionem instrumentorum, ut supponitur ex priori parte, ea manuum impositio nequit esse prima, sed debet esse ultima, seu quae sequitur traditionem instrumentorum, secus presbyter iam esset sacerdos vel aliquam potestatem sacerdotalem acciperet antequam haberet praecipuam ac constitutivam potestatem consecrandi et offerendi sacrificium.

QUARTA SENTENTIA, quae potius quam media inter primam et secundam, dicenda est concilians seu ambiens utramque, *docet sive primam manuum impositionem sive traditionem instrumentorum esse essentialem materiam ordinationis presbyteralis* (idem proportionaliter asserit de ordinatione diaconali, in qua nonnisi una habetur manuum impositio). Et hoc est *ultimum effugium,* ad quod recurrit antiqua illa ac generalis sententia de essentialitate traditionis instrumentorum (nam quinta et sexta sententia, infra referendae, nonnisi ex ista, quam vario modo includunt, suam probabilitatem emendicare valent). Cum enim ex positivis studiis satis manifeste patuerit vix posse ab essentia sacramenti impositionem manuum excludi nec aliunde ad scopum sufficere ultimam manuum impositionem, utpote longe recentioris originis, non alia supererat via nisi eligendi primam ipsam manuum

"*Tractatus de sacramento Ordinis,* diss. 2, a. 1: "Dico 1. Materia et forma essentialis presbyteratus apud Latinos est calicis cum vino et patenae cum pane traditio, cum his verbis: 'Accipe potestatem/ etc. et impositio manuum cum his verbis: 'Accipe Spiritum sanctum/ etc. ita ut sint duae materiae et duae formae partiales, ex quibus una totalis constituitur" *{Cursus theologicus X* [Parisiis 1904] 40sq.).

impositionem eamque coniungendi traditioni instrumentorum in unum totalem ac essentialem ritum ordinationis.

Inde enata est, vix circa initium saec. 18, haec nova sententia, pro qua Van Rossum numerat tantum sex patronos quoad *saec. 18,* scilicet *Collationes Andegavenses* (redactas a M. Babin), Liberium a lesu, Augustinum a Conegliano, L. Berti *{De theol. discipl.,* l. 36, c. 12), A. Marconi, Gazzaniga (inclinantem); quatuor quoad *saec. 19:* I. Segna, A. Togni, Dieringer, Bonal; septem quoad *saec. 20:* Tanquerey (ed. 1929), M. Rath, Billot,[37] Noldin, Heinrich-Gutberlet, De Guibert (cf. supra, pp. 708, 712 sq.), Van Noort-Verhaar.

His tamen *plures alii recentiores* accesserunt, commoti tum auctoritate Billot, tum historica inquisitione de dogmatico valore Decreti pro Armenis, instituta a De Guibert et corroborata a patrocinio Galtier et ipsius Van Rossum (cf. supra, pp. 702-718); ita Anonymus in *La civiltà cattolica* (cf. supra, pp. 708-714), Del Val, Hervé (ed. 1936), Tymczak (cf. supra, pp. 709-714), Merkelbach (cf. infra, p. 798), Zubizarreta, Goupil, Denis, Abârzuza, Campo, Lercher-Umberg (probabiliter; cf. supra, p. 780).

Ceterum, non prorsus eodem modo hanc sententiam proponunt eius patroni. *Duplex quippe observatur discrimen.* Primum in eo est quod quidam pauci (praecipue Billot, quem sequuntur Zubizarreta et Abârzuza) solam ipsam impositionem manuum absque ulla forma verborum assumunt, ita ut habeatur *duplex materia* (scilicet impositio manuum, completa sive determinata per traditionem instrumentorum) *et unica forma,* consistens adaequate in verbis concomitantibus traditionem instrumentorum ("Accipe potestatem offerre sacrificium . . ."); quamplures vero assumunt impositionem manuum

"Ad materiam ordinationis presbyteralis pertinet impositio manuum episcopi. . . Impositio manuum essentialis illa est quae prima omnium occurrit, quando scilicet episcopus nihil dicens ponit duas manus super singulos ordinandos. . . [Contra hoc] obiectio est quod praefatus ritus in silentio peragitur sine ulla verborum forma; ergo . . . non est sacramenti constitutivus, quia iuxta pervulgatum axioma, accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. . . Respondetur, rationem allatam nihil aliud ostendere nisi quod impositio manuum non potest nunc esse adaequata ordinationis presbyteralis materia, sed inadaequata tantum.

"Sine difficultate enim intelligitur, 'Ecclesiam latinam retinuisse utique priscum illum ritum ab apostolis introductum, ordinandi sacerdotem per manus impositionem; illam tamen materiam magis explicitam reddidisse adiungendo traditionem instrumentorum, ita ut ex manus impositione et traditione panis et vini fiat una integra materia magis explicita, cum forma quae tunc profertur explicante potestatem ad sacrificandum' [Lugo, De sacramentis in genere, disp. 2, sect. 5, n. 98]. Nam in manus impositione symbolice significatur traductio potestatis ab ordinatore in ordinandum: quae quidem symbolica significatio in porrectione instrumentorum et materiae sacrificii magis expressa redditur per ordinem ad proprium traducendae potestatis actum, et ideo forma tunc adiungitur, ut accedente verbo ad elementum, completum fiat sacramentum. . . [Unde] materia essentialis presbyteratus completur per porrectionem instrumentorum, et . . . forma consistit adaequate in verbis eam concomitantibus" *{De Ecclesiae sacramentis* II [ed. 7, Romae 1930] 291, 293 sq., 295; cf. alia verba quae citavimus supra, in p. 700sq).

simul cum sua forma verborum, ita ut habeatur *duplex materia et duplex forma.* Alterum discrimen in eo est quod quidam videntur eandem utrique materiae rationem tribuere, considerantes duos illos ritus tanquam *partiales materias* mere cumulative coalescentes in unam (Noldin, Tanquerey, Hervé, Merkelbach), alii e converso diversam rationem et habitudinem illis ritibus attribuunt, ita nempe ut *unus sit determinatio ac veluti specifica differentia alterius* in ratione significationis, quatenus collatio potestatis, significata per impositionem manuum, expressius significatur per traditionem instrumentorum, vel quatenus impositio manuum exprimit quod confertur potestas, traditio vero instrumentorum exprimit qualis potestas conferatur (Billot, Van Noort-Verhaar, Anonymus in *La civiltà cattolica,* Tymczak).

Rationes huius sententiae sunt, ut patet, eaedem copulatae rationes primae et secundae sententiae quibus ipsa coalescit, praecipue vero ex una parte argumentum historicum quoad impositionem manuum et argumentum dogmaticum ex Decreto pro Armenis quoad traditionem instrumentorum.[88]

QUINTA SENTENTIA colligit in unum positiva elementa omnium praecedentium opinionum earumque varias explicationes et argumenta, ita afferens *latissimum compromissum,* quod prima fronte videtur multis satisfacere posse sed quod reapse nonnisi paucissimis theologis satisfecit. *Docet nempe essentialem materiam ordinationis presbyteralis esse tum primam impositionem manuum, tum traditionem instrumentorum, tum secundam impositionem manuum* (ut patet nequit esse quaestionem de ordinatione diaconali in hac sententia prout distinguitur a praecedenti, cum diacono nonnisi una manuum impositio adhibeatur).

Haec sententia, nata saec. 17 paulo ante praecedentem sententiam, peregrinam ac solivagam faciem retinuit per tria saecula, non obstante patrocinio duorum primi subsellii theologorum, Lugo scilicet et Gotti, ac fere totaliter saec. 20 extincta dici potest. Van Rossum pro ea affert novem tantum patronos, duos nempe quoad *saec. 17:* Lugo (+ 1660; *De sacr. in genere,* disp. 2, sect. 5, nn. 90 et 98, partialiter cit. supra, p. 796, in nota; cf. infra, p. 816) et Martinonum; quatuor quoad *saec. 18:* Simmonet, Gotti *(Theol. dogm.,* de sacr. Ordinis, q. 6, dub. 2, § 1), *Theologia Pictaviensis,* Amort; tres quoad *saec. 19: Theologia Tolosana,* Egger *(Enchir. theol. dogm.,* tr. 12, c. 2, a. 2, n. 649), Dalponte *(Compend. theol. dogm.,* tr. 12, c. 2, § 1016).

38 Cf. expositionem ac defensionem rationum huius sententiae apud Tymczak, *Quaestiones disputatae de Ordine* (Prcsmiliae 1936) 318-341.

Probabiliter quoad saec. 19 addendus est A. Ballerini[-Palmieri] (quamvis Van Rossum hunc referat inter patronos primae sententiae)[39] et certius modernus theologus A.-C. Gigon, O.P.[40]

SEXTA SENTENTIA, satis peregrina, conatur per aliam viam difficultatem solvere et primam cum secunda sententia conciliare, dissociando, potiusquam copulando, duos praecipuos ritus de quorum essentialitate disputatur. *Docet nempe materiam ordinationis consistere in utroque ritu impositionis manuum et traditionis instrumentorum, non tamen copulative, ut vult quarta sententia, sed disiunctive,* ita nempe ut sive impositio manuum sive traditio instrumentorum sit per se solam sufficiens ad validitatem ordinationis, pro diverso ritu probato in unaquaque ecclesia, ut in latina et orientali.

Originem habuit haec opinio saec. 17, rarosque obtinuit defensores tum eodem *saec. 17, ex* quo Van Rossum exhibet quinque nomina: Fr. Amicum (t 1651; *Cursus theolog.,* tom. 7, de sacr. in gen., disp. 2, sect. 4; tom. 8, disp. 22, sect. 5), Dianam, Cotonium, Esparza, Farvacques; tum *saec. 18, ex* quo Van Rossum quatuor refert auctores:

" "Theoretice itaque re spectata, nobis probabilius est, in ordinatione presbyteri ritum essentialem contineri in impositione manuum et verbis cum ea coniunctis atque ita, ut ad hunc ritum tum ea impositio manuum spectet quae tertio loco fit tum ea verba spectent, quibus collata potestas offerendi et potestas absolvendi disserte significatur: primam vero impositionem manuum, quae ceteroquin cum secunda satis continuatur, unius impositionis partem esse integralem: exhibitionem tandem et tactum instrumentorum ritum esse ab Ecclesia additum, ut symbolo quodam potestas tradita repraesentaretur" *{Opus theologicum morale N* [ed. 2, Prati 1893] 719). Quamvis dicatur traditio instrumentorum esse addita ab Ecclesia, tamen de mente auctoris videtur esse eam de facto ingredi essentialem ritum ordinationis, cum ad hunc manifeste referat formam concomitantem traditionem instrumentorum. Certum saltem est pro Ballerini ad ritum ordinationis pertinere tum primam et secundam impositionem manuum tum verba quae comitantur traditionem instrumentorum.

40 Sic suam sententiam exprimit: "In Ecclessia latina, temporibus concilii Florentini vigentis, ipsa potestas consecrandi Eucharistiam seu character proprius presbyteratus datus est unice per calicis cum vino et patenae cum pane porrectionem, concomitante forma: 'Accipe potestatem offerendi sacrificium? . . Etiam prima impositio et extensio manuum cum oratione ordinantis videntur pertinere ad ritum sacramentalem presbyteratus, quia causant ex opere operato aliquod augmentum gratiae sanctificantis. . . Ultima impositio manuum episcopi super caput cuiuslibet ordinati cum forma: 'Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris . . . ? causat ex opere operato augmentum gratiae sanctificantis et specialem determinationem potestatis sacerdotalis in foro interno exercendam. . . Reassumendo praedicta dicendum est quod in ordinatione presbyteratus causantur ex opere operato: 1° idoneitas ordinandi per impositionem manuum et orationem; 2° impressio characteris per traditionem instrumentorum et formulam: 'Accipe potestatem offerendi . . ? 3° maior determinatio characteris et augmentum gratiae sacerdotalis per ultimam impositionem manuum et formam: 'Accipe Spiritum Sanctum; quorum remiseris. . ? " *{De sacramento Ordinis* [Friburgi Helv. 1945] 84, 88, 90).

Haec opinio intelligi etiam posset in eo sensu quod prima impositio manuum et traditio instrumentorum sint pars essentialis, *secunda vero manuum impositio sit tantum Pars integralis* ordinationis, habens suum complementarem effectum, sicut satisfactio in sacramento Poenitentiae. Quo sensu, haec opinio reponenda esset in praecedenti sententiae, sicut opinio *Merkelbach,* qui explicite ait: "Ultima impositio manuum certo non est de essentia. . . Potest tamen dici quod pertinet ad integritatem, quatenus potestas sacerdotalis ita extenderetur ad corpus Christi mysticum, sed id demonstrari stricte non potest" *{Summa theol. moral.,* n. 719; cf. 720).

Veranum, Clericatum, Matthaeuccium, Hieronymum a S. Augustino. Ex recentiori aetate vix duo citantur auctores, scilicet Schembri, O.S.A. (apud Van Rossum) et Nerney (apud Larnicol).

Rationes huius sententiae sunt: 1. discrimen inter ritum latinum et ritum orientalem utrumque validum; 2. discrimen in ipso ritu latino inter praxim priorum saeculorum et praxim posteriorum, quam testatur Decretum pro Armenis; 3. dissidium sententiarum theologorum, quod, stante validitate argumentorum quae pro unaquaque afferuntur, nequit sanari nisi admissa praefata disiunctione.

QUOAD SECUNDAM QUAESTIONEM, superius indicatam (p. 771), scilicet: *utrum impositio manuum sit sola materia ordinationis ex ipsius Christi institutione,* ita ut Ecclesia non possit eam immutare aut ei aliam materiam addere ac ideo necessario talis semper fuerit et erit, iterum in *duas sententias* dividuntur auctores, ita tamen ut aliqui pauci ex defensoribus affirmativae sententiae in prima quaestione, qui nempe dicunt solat manuum impositionem semper fuisse ritum ordinationis, hic transeant ad negativam, dicentes nihilominus hunc ritum non fuisse ab ipso Christo institutum et ab Ecclesia mutari posse.

Affirmant igitur Christum impositionem manuum tanquam unicam materiam instituisse, communiter ii qui dicunt solum hunc ritum inde a tempore apostolico tanquam essentialem adhibitum esse in Ecclesia; idque independenter ab abstracta ac generali quaestione de generica institutione aliquorum sacramentorum per Christum et de consequenti potestate Ecclesiae in specificam eorum determinationem; nam qui hanc potestatem admittunt (uti *Lennerz),* ab ea eximunt sacramentum Ordinis quod supponunt specifice a Christo institutum, innixi quidem solo historico argumento; qui vero eam negant (uti *Van Rossum)* ex hoc ipso desumunt novum ac theologicum argumentum ad eandem conclusionem radicitus firmandam.

Negant vero Christum instituisse impositionem manuum tanquam unicam materiam ordinationis: Primo, omnes defensores negativae sententiae in prima quaestione, iuxta quinque formas sive sententias in quas eam subdividimus, quatenus omnes proponunt traditionem instrumentorum ut ordinationis materiam, totalem aut partialem. Scinduntur vero in quaestione de origine ipsius traditionis instrumentorum, quibusdam eam repetentibus ab ipso Christo (quae quidem sententia, plurium antiquorum, non amplius sustineri queit, post Constitutionem Pii XII), aliis vero a mera determinatione Ecclesiae, cui competat potestas determinandi ritum nonnisi generice a Christo institutum. Secundo, id etiam negant quidam pauci inter defensores affirmativae sententiae in prima quaestione (ut *Michel, Hervé, Cappello),* quorum

proinde totalis doctrina est quod ex una parte impositio manuum est unicus ritus semper de facto ac immutabiliter servatus in ordinatione inde a tempore apostólico et ex altera parte ipse nihilominus non est necessarius ex ipsius Christi institutione. Quae quidem opinio, non tam clare prolata sed ex variis illorum auctorum affirmationibus resultans, non aliam quam sequentem admittit logicam explanationem: Christus ipse Ordinem instituit generice tantum, non specificando ritum in eo adhibendum hancque specificationem reliquens Ecclesiae; apostoli autem inde ab initio elegerunt ritum impositionis manuum, non tanquam aliquid ipsis a Christo suggestum ac necessario servandum, sed ut aliquid suo tempore apud ipsos ludaeos usitatum et aliunde conveniens significationi sacramenti a Christo instituti; Ecclesia subinde eundem apostolicum morem religiose servavit nec unquam de facto mutavit, quamvis mutandi aut determinandi potestatem haberet.

Ut patet, utrique affirmanti et neganti sententiae subiacet aut saltem intime commiscetur FUNDAMENTALIS AC PROPRIE THEOLOGICA QUAESTIO DE GENERICA AUT SPECIFICA INSTITUTIONE SACRAMENTORUM PER CHRISTUM, quam, utut iam in tractatu *De sacramentis in genere* (pp. 404-419) sufficienter a nobis ventilatam, oportet iterum ad praesentem quaestionem coarctare, tum quia praecipue occasione huius controversiae de materia Ordinis olim ipsa enata ac evoluta est, tum quia nihilominus quidam recentiores patroni genericae institutionis eam huic sacramento applicare iam nolunt, tum quia inter eos qui ad illam recurrunt, satis diversae ac peregrinae quaedam explicationes et amplificationes circumferuntur.[41]

[41] **De hac quaestione, sive generice inspecta sive quod attinet directe ad nostram materiam de Ordine, praeter particularem bibliographiam allatam in tractatu *De Extrema Unctione* I 199, confer:**

Alès, A. d', "L'essence du sacrement de l'Ordre," *Recherches de science religieuse* IX (1919) 131–136; "Ordination," *Dictionnaire apologétique de la foi catholique* III (éd. 4, Paris 1926) 1154–1158; "Salva illorum substantia," *Ephemerides theologicae lovanienses* I (1924) 497-504; *De baptismo et Confirmatione* (Paris 1927) 42-48; "Bulletin de théologie historique. IV. Théologie sacramentaire," *Recherches de science religieuse* XXII (1932) 598-601.

Baets, M. de, "Quelle question le Concile de Trente a entendu trancher touchant l'institution des sacrements par le Christ," *Revue thomiste* XIV (1906) 31-47.

Bouëssé, H., *Le Sauveur du monde,* IV: *L'économie sacramentaire* (Chambéry-Leyssc [1951]) 58-75.

Campo, P., "Teoría teológica sobre el sacramento del Orden," *Boletín eclesiástico* (Manila) XXII (1948) 555-566.

Cavallera, F., "Le décret du Concile de Trente sur les sacrements en général," *Bulletin de littérature ecclésiastique* VI (1914) 407-417.

Crosignani, J., "Doctrina de externa potestatis Ordinis collatione tanquam materia sacramenti Ordinis," *Divus Thomas* (Piacenza) XXV (1948) 355-358.

Dondaine, H., " 'Substantia' sacramenti," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XXIX (1940) 328-330.

Giovanni Battista da Farnese, *Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sessione xxiii di Trento [1515-1562]* (Roma 1946) 189-280.

PRIMA SENTENTIA: de specifica institutione Ordinis.[42]

Christus instituit determinate ipsum ritum sacramentalem, seu materiam et jormam, quae de facto componunt sacramentum Ordinis seu ipsum totum quod in hoc sacramento significat et operatur. Hoc sensu *substantia sacramenti* (seu id quod est ab ipso Christo institutum) coincidit omnino cum *substantia ritus sacramentalis* (seu cum concreta materia et forma).[43]

Tres autem opiniones proponuntur, quod attinet ad qualitatem ritus quem Christus instituit.

Gutberlet, C., "Der sakramentale Ritus der Priesterweihe," *Zeitschrift für katholische Theologie XXV* (1901) 621-634.

Harent, S., "La part de l'Eglise dans la détermination du rite sacramentel," *Etudes* LXXIII (1897) 315-336.

Hugueny, E., *Critique et catholique* II-2 (Paris 1924) 140-155.

Hürth, F., *Constitutio Apostólica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus, episcopatus* (Roma 1948) 45-56.

Lennerz, H., "Salva illorum substantia," *Gregorianum* III (1922) 385-419, 524-557; *De sacramentis novae legis in genere* (ed. 2, Romae 1939) 53-55, 291-300; *De sacramento Confirmationis* (ed. 2, Romae 1949) 85-87; *De Sacramento Ordinis* (ed. 2, Romae 1953) 132 sq., 137.

Lercher, L., *Institutiones theologiae dogmaticae* IV-2 1 (ed. 3, retractata a F. Dander, Oeniponte 1948) 70-73.

Michel, A., "Ordre. Ordination," *Dictionnaire de théologie catholique* XI–2 (Paris 1932) 1330-1333; "Sacrements," *ibid.* XIV-1 (1939) 567-577; "Matière et forme du diaconat, du presbytérat et de l'épiscopat," *L'ami du clergé* LVIII (1948) 344-^346.

Perrella, G. M., "Il decreto di Eugenio IV 'pro Armenis' relativo al Sacramento dell'Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XXXIX (1936) 456-469, 481-482; "H potere della Chiesa circa i sacramenti," *Palestra dei clero* XVII (1938) 289-298.

Poyer, A., "A propos du 'Salva illorum substantia,'" *Divus Thomas* (Piacenza) XXX (1953) 39-65; "Nouveaux propos sur le 'Salva illorum substantia,'" *ibid.* xxxi (1954) 3-24.

Quera, M., "Observaciones a una 'teoría teológica sobre el sacramento del Orden,*'" *Estudios eclesiásticos* XXIII (1949) 331-341.

Rett, F., *Zur Frage über Materie, Form und Spender der Sakramente und die Gewalt der Kirche darüber* ("Weidenauer Studien," 1911) 271 sqq.

Schmid, F., "Die Gewalt der Kirche bezüglich der Sakramente," *Zeitschrift für katholische Theologie* XXXII (1908) 43-54, 254-288.

Sola, G., "Instituyó Jesucristo en especie todos los sacramentos?," *Reseña eclesiástica* XVIII (1926) 522-525.

Späcil, T. *Doctrina theologiae Orientis separati de Sacra Infirmorum Unctione* (Romae 1931) 146-155.

Tymczak, A., *Quaestiones disputatae de Ordine* (Presmiliae 1936) 342-375; "Quaestiones disputatae de Ordine," *Divus Thomas* (Piacenza) XL (1937) 552-561.

Umberg, J. B., "Zur Gewalt der Kirche über die Sakramente," *Der Katholik* (1915) II 25-45; "Die Bedeutung des tridentinischen 'Salva illorum substantia,'" *Zeitschrift für katholische Theologie* XLVIII (1924) 161-195; *Systema sacramentarium* (Oeniponte 1930) 28-42.

Van Rossum, G. M., *De essentia sacramenti* Ordinis (ed. 2, Romae [1931] 209-220; cf. 6-8, 30, 31, 37.

43 Sedulo attende auctores non eodem modo iudicare de quaestione specificae institutionis in communi et ut applicata sacramento Ordinis, nam quidam eam institutionem admittunt de quibusdam sacramentis et negant de Ordine.

u Hac minus apta distinctione, qua sacramentum veluti scinditur in duas partes (cf. infra, p. 848), in exponendis variis sententiis utimur, tum quia nunc est in satis currenti usu apud theologos, tum quia practice et absque ulteriori ac difficiliori explicatione exhibet ipsum generale discrimen inter varias sententias.

PRIMA OPINIO tenet Christum instituisse traditionem instrumentorum (solam, vel una cum manuum impositione). Hanc opinionem, quae, ut supra iam monuimus, nequit amplius sustineri post Constitutionem Pii XII, defenderunt plures inter eos quos supra numeravimus in quinque sententiis de essentialitate traditionis instrumentorum, nominatim *Dominicus Soto, Banez, Vasquez, Bellarminus*[44] *Toletus, Henriquez, Estius, Nugnus, Lessius, Tanner, Gravina, Ioannes a S. Thoma*[45] *Hurtadus, Liberius a Iesu, Silvester Maurus, Fagnanus,* et inter modernos, *Lépicier* et *Bduerle a Neukirch.* Eadem videtur fuisse sententia antiquiorum, nominatim S. *Thomae* (cf. infra), *Bonaventurae* et *Richardi a Mediavilla,* etsi ipsi quaestionem ex professo non proponant.

Duplex autem his auctoribus occurrit difficultas. Prima est quod in ecclesia graeca non sit ritus traditionis instrumentorum sicut in ecclesia latina, ex quo haberentur duo diversa sacramenta in Ecclesia. Cui alii aliter respondent: 1. Graeci errant nec conferunt sacramentum (ita pauci). 2. Deus dispensavit ecclesiam graecam ab usu instrumentorum vel, si placet, duplicem materiam pro duplici ecclesia instituit (Hurtadus). 3. Graeci revera adhibent traditionem instru-

**[44] Inepte a quibusdam Bellarminus citatur inter defensores institutionis genericae. Agens enim de sacramentis in communi explicite statuit: "Res certae et determinatae ab ipso Deo in sacramentis esse debent. . . Non solum res, sed etiam verba in sacramentis novae legis a Deo determinata sunt, ut non liceat quidquam immutare." Agens de Ordine, scribit: "Credibile autem est, Dominum instituisse *istas omnes materias Ordinum,* non quidem in particulari, sed generatim, *monendo apostolos, ut Ordines conferrent per caeremonias instrumentorum,* quibus significaretur eorum potestas," ubi non agitur de institutione sacramenti in genere, sed institutione instrumenti in genere, seu de institutione alicuius indeterminati instrumenti, ita ut accidentale sit nec ad valorem sacramenti pertinens quod Ecclesia adhibeat hoc vel illud instrumentum, puta calicem, patenam, librum evangeliorum, vel alias particulares res *{De sacramentis in genere,* l. 1, c. 21; *De sacramento Ordinis,* c. 9, *Opera omnia* III [Mediolani 1859] 59 sq., *772).*

[45] **"Quidam moderni, ut *Michel* et *Journet* (cf. infra, p. 819sq.), videntur sese ponere sub patrocinio nominis Ioannis a S. Thoma, cum recurrunt ad eius doctrinam de essentia sacramenti composita ex significatione et signo, ut confirment vel explicent propriam suam opinionem de generica tantum institutione sacramenti Ordinis. Non tamen attendunt hunc doctorem, non obstante ea doctrina, quae vera est, docere specificam institutionem omnium sacramentorum absque distinctione, asserens eorum materiam esse ab ipso Deo determinatam: "Quod autem a Deo determinata sit materia sacramentorum, satis ostenditur ratione S. Thomae. . . Nomine materiae non intelligimus quascumque caeremonias ac ritus ad sacramentum concurrentes, *quae vocantur etiam sacramentalia (haec enim Ecclesiae auctoritate varie mutari possunt)* sed nomine materiae intelligimus id, quod ad significandum sacramentaliter imponitur, et suscipit in se significationem sacramentalem, quae ex instituto divino ei provenit" *(In 3p.,* disp. 22. a. 5, n. 8, *Cursus theologicus* IX [Parisiis 1886] 64sq.).**

Nec refert quod ibidem addat "non oportere, quod in omnibus sacramentis materia sit determinata in ultima specie, aut in individuo quasi physice, sed sufficit in aliquibus quod quasi generice sit determinata materia secundum physicam considerationem, licet specifice tantum sacramentalem," nam ibi manifeste distinguit inter speciem physicam et speciem sacramentalem et docet omnia sacramenta habere *materiam specifice institutam quoad speciem sacramentalem* quae non coincidit cum specie physica. Unde inepte A. Poyer refert Ioannem a S. Thoma inter patronos institutionis genericae ("A propos du 'salva illorum substantia," *Divus Thomas* [Piacenza] XXX [1953] 61-63).

mentorum, et quidem eandem quam latini (Fagnanus, qui mere a priori statuit id deberi necessario supponi, attento Decreto pro Armenis et nunquam reprobato ritu Graecorum). 4. Graeci habent traditionem instrumentorum sed alio et aequivalenti modo, quatenus manus et caput ordinandi applicantur altari quod est quoddam instrumentum, aut super quod instrumenta sunt posita (Gravina, Liberius a lesu, et inter modernos, Lepicier et Bäuerle, supra citati, pp. 621, 781) vel quatenus ipsa impositio manuum est quaedam traditio instrumenti, cum manus sit praecipuum instrumentum et organum organorum (Bonaventura, Silvester Maurus, Lepicier, Bäuerle, cit. in pp. 774 sq., 781 sq.).

Secunda difficultas est quod tempore apostolico, et in ecclesia ipsa latina per plura saecula, sola .manuum impositio adhibita est, ex quo haberentur duo diversa sacramenta sese succedentia in eadem ecclesia. Cui respondent: 1. De facto inde ab initio, etiam tempore apostolico, semper viguit traditio instrumentorum, etsi explicite non commemoretur (Dom. Soto, Valentia, Henriquez, Estius) et, quamvis nondum esset scriptus liber evangeliorum, probabiliter in ordinatione diaconi dabatur ei aliqua charta in qua quaedam evangelica mysteria scripta erant (Dom. Soto, Henriquez, Tanner). 2. Pro primitiva Ecclesia Christus dispensavit ab usu instrumentorum, ita ut per solam manuum impositionem ordinatio permitteretur (Richardus a Mediavilla, Vasquez, Hurtadus, Nugnus, Fagnanus).

De mente S. Thomae.

Quidam, praecipue inter thomistas, frustraneo ac inconsulto zelo, conantur reducere mentem S. Doctoris ad opinionem de generica institutione Ordinis.[46] S. Doctor enim non semel sed iterato, cum loquitur tum de sacramentis in genere tum de singulis, ritum ipsum sacramentalem, materiam nempe et formam, ad ipsius Christi institutionem refert, addens quod nonnisi ex speciali ipsius Christi dispensatione aut Spiritus S. revelatione potuerint apostoli vel Ecclesia ab instituto ritu recedere, ut ipse putat de facto contigisse tempore apostolico quoad formam Baptismi, quem apostoli ad tempus in nomine Domini, pro nomine Trinitatis, administrarunt. Exinde explicatur quare S. Doctor nullam difficultatem invenerit contra suam

"Ita Perinelle, cit. supra, p. 779, et Tymczak scribens: "Textus S. Thomae, qui pro specifica institutione sacramentorum a Christo citantur, non probant Ecclesiam non habere potestatem determinandi materias quorundam sacramentorum. Etenim S. Thomas institutionem Christi opponit institutioni mere humanae singularis ministri, non vero institutionem Christi opponit determinationi Ecclesiae ex Christi mandato, quod 'Ecclesia habet ex familiari Apostolorum traditione' " ("Quaestiones disputatae de Ordine," *Divus Thomas* [Piacenza] XL [1937] 555). luxta S. Thomam, id quod Ecclesia novit ex familiari apostolorum traditione non est ius determinandi materiam sacramentorum, sed ipsam materiam illorum, quae non fuerit in Scripturis litteris consignata.

thesim de traditione instrumentorum, ut sola materia Ordinis, ex eo quod tempore apostolico Ordo per solam manuum impositionem conferretur[47]; exinde pariter intelligitur quare Bonaventura, Thomae coaetaneus, ea ratione minus contentus, recurrerit ad ingeniosam illam sed longe quaesitam explicationem, iuxta quam ipsa impositio manuum est quaedam traditio instrumenti, sive manus quae est organum organorum.[48]

Agens de ipsa *institutione sacramentorum in genere,* S. Doctor sibi obicit, *3 p., q. 64, a. 2, ob. 1:* "Ea . . . quae sunt divinitus instituta, traduntur nobis in sacra Scriptura. Sed quaedam aguntur in sacramentis de quibus nulla fit mentio in sacra Scriptura, puta de chrismate quo homines confirmantur, et de oleo quo sacerdotes inunguntur, et multis aliis tam verbis quam factis, quibus utimur in sacramentis. Non ergo sacramenta sunt solum ex institutione divina." Respondet autem, *ad 1:* "Dicendum quod illa quae aguntur in sacramentis per homines [i.e. per Ecclesiam] instituta, non sunt de necessitate sacramenti, sed ad quandam solemnitatem, quae adhibetur sacramentis ad excitandam devotionem et reverentiam in his qui sacramenta suscipiunt. *Ea vero quae sunt de necessitate sacramenti, ab ipso Christo instituta sunt,* qui est Deus et homo. Et licet non sint omnia tradita in Scripturis, habet tamen ea Ecclesia ex familiari apostolorum traditione, sicut Apostolus dicit, 1 *Cor.* 11. 34: 'Cetera cum venero disponam.' " Hanc ultimam assertionem S. Doctor repetit in 3 p., q. 72, a. 4, ad 1, et *Suppi.,* q. 29, a. 7, ad 1, mox cit.

Ibid., ob. 2 et ad 2, ostendit ea quae sunt de necessitate sacramenti se intelligere ipsas res sensibiles, quibus ritus sacramentalis constat. Obicit: "Sacramenta sunt quaedam signa. Res autem sensibiles naturaliter quaedam significant. Nec potest dici quod Deus quibusdam significationibus delectetur, et non aliis, quia ipse omnia quae fecit approbat. . . Non ergo videtur quod sacramenta indigeant esse ex institutione divina." Respondet: "Dicendum quod res sensibiles aptitudinem quandam habent ad significandum spirituales effectus ex sui natura, sed ista aptitudo determinatur ad specialem significationem

[47] Cf. quod obicit Pertnelle, supra, p. 779.

[48] Cf. supra, p. 774. Inepte autem quis obiceret textum *Suppi.,* q. 37, a. 2, ad 2, ubi S. Thomas ait Ecclesiam per varios ordines inferiores explicite tradidisse id quod implicite habebat in uno ordine diaconatus; nam ex una parte ibi non agitur de eadem quaestione, sed potius de ipsa institutione illorum ordinum, et ex alia parte illa assertio non uno modo exponi potest, nec ceteroquin ex illa deducitur mediata institutio aut non sacramentalitas illorum ordinum, ut dictum est supra (p. 386 sq.). Ceterum, frustraneum est unum vel aliud ambiguum dictum S. Doctoris in medium afferre, ubi sunt aliunde clara ac directa testimonia de aliqua re; id enim esset velle clara per obscura interpretari.

ex institutione divina. . . *Praeelegit tamen Deus quasdam res aliis ad significationes sacramentales,* non quia ad eas contrahatur eius effectus, sed ut sit convenientior significatio."

Agens *de rebus,* quibus sacramentum in genere componitur, quasque passim vocat materiam, S. Doctor iterum asserit eas nonnisi a Deo determinari debere. *3 p., q. 60, a. 5, c. et ad 1:* "Non pertinet... ad aliquem determinare quod est in potestate alterius, sed solum id quod est in sua potestate. Quia ergo sanctificatio hominis est in potestate Dei sanctificantis, non pertinet ad hominem suo iudicio assumere res quibus sanctificetur, sed *hoc debet esse ex divina institutione determinatum.* Et ideo in sacramentis novae legis, quibus homines sanctificantur . . . , oportet uti rebus ex divina institutione determinatis. . . Etsi idem potest per diversa signa significari, determinare tamen quo signo sit utendum ad significandum, pertinet ad significantem. Deus autem est qui nobis significat spiritualia per res sensibiles in sacramentis, et per verba similitudinaria in Scripturis. Et ideo sicut iudicio Spiritus Sancti determinatum est quibus similitudinibus in certis Scripturae locis res spirituales significentur, ita etiam *debet esse divina institutione determinatum quae res ad significandum assumantur in hoc vel in illo sacramento."* A fortiori idem valet de determinatione formae verborum, in qua potissime significatio sacramenti consistit; idque resultat ex tota littera aa. 7-8, atque explicite significatur in textibus mox citandis.

Agens de *Baptismo,* S. Doctor admittit ex speciali Dei dispensatione fieri posse ut apostoli, vel etiam Ecclesia, utantur alio ritu, sed eam dispensationem nullatenus intelligit de aliqua potestate, illis permanenter communicata, qua pro suo arbitrio uti possint, sed tantum de particulari actu divino intimante vel permittente mutationem; unde totum hoc reducitur ad divinam potestatem, ex una parte stabiliter instituentem et ex alia parte ad actum vel tempus dispensantem. Ceterum S. Doctor, quod attinet ad Ecclesiam, loquitur de mera possibilitate huiusmodi divinae concessionis, quam de facto admittit pro apostolis quoad formam Baptismi. *3 p., q. 66, a. 6, c. et ad 1:* "Sacramenta habent efficaciam ab institutione Christi. Et ideo si praetermittatur aliquid eorum quae Christus instituit circa aliquod sacramentum, efficacia caret, nisi *ex speciali dispensatione* eius qui virtutem suam sacramentis non alligavit. Christus autem instituit sacramentum baptismi dari cum invocatione Trinitatis. Et ideo quidquid desit ad plenam invocationem Trinitatis, tollit integritatem baptismi. . . *Ex speciali [autem] Christi revelatione* apostoli in primitiva ecclesia

in nomine Domini baptizabant, ut nomen Christi, quod erat odiosum ludaeis et gentilibus, honorabile redderetur, per hoc quod ad eius invocationem Spiritus Sanctus dabatur in Baptismo."

Idem repetit, et quidem in universaliori sensu et praecisiori ratione, *In 4 Sent., dist. 3, q. 1, a. 2, sol. 2 et ad 3:* "Quia *sacramenta* efficaciam habent ex institutione divina et principalius est in sacramentis forma quam etiam materia, ideo *sicut* nulli licet mutare sacramentum vel aliquod novum instituere, *ita* nulli licet mutare formam sacramenti quantum ad id quod est de essentia formae [i.e. sensum verborum, non sonum] *absque speciali consilio Spiritus Sancti,* qui virtutem suam illis verbis non alligavit, et si mutatur, nihil agitur, et praeter hoc culpa incurritur. Si autem aliquid pertinet ad formam *ex determinatione Ecclesiae,* si illud mutatur, nihilominus est sacramentum, sed culpa incurritur. . . Forma quam Dominus tradidit, non fuit ab apostolis [baptizantibus in nomine Domini] mutata quantum ad intellectum, quia in Christi nomine tota Trinitas intelligitur . . . , sed solum quantum ad vocem. . . *Nec hoc ipsum potuissent, nisi ex familiari consilio Spiritus Sancti . . . ; et hoc etiam Ecclesia nunc posset, si speciale praeceptum a Spiritu Sancto haberet, non autem propria auctoritate"*

Agens de *Confirmatione,* S. Doctor significat illius materiam et formam fuisse ab ipso Christo determinatam, etsi hoc non fuerit in Scriptura consignatum. *3 p., q. 72, a. 4, ob. 1,* sibi obicit: "Usus . . . sacramentorum a Christo et ab apostolis derivatur. Sed neque Christus *hanc formam ["Signo te signo crucis . . ."] instituit,* nec apostoli ea usi leguntur. Ergo haec non est conveniens forma huius sacramenti." Respondet, *ad 1:* "Sicut supra [a. 2, ad 1] dictum est, per ministerium apostolorum quandoque dabatur effectus huius sacramenti, scilicet plenitudo Spiritus Sancti, quibusdam visibilibus signis miraculose a Deo effectis, qui potest effectum sacramenti sine sacramento conferre. Et tunc non erat necessaria nec materia nec forma huius sacramenti. Quandoque autem tamquam ministri sacramentorum hoc sacramentum praebebant. Et tunc *sicut materia, ita et forma ex mandato Christi* utebantur. Multa enim servabant apostoli in sacramentorum collatione quae in Scripturis communiter propositis non sunt tradita. . . Unde et Apostolus dicit, loquens de celebratione Eucharistiae, 1 *Cor.* 11. 24: 'Cetera cum venero disponam.'"

Agens de *Eucharistia,* S. Doctor manifeste docet tum materiam tum formam esse ab ipso Christo determinatam: 3 p., q. 74, aa. 3 et 5; q. 78, aa. 1-3; cf. q. 60, a. 7, Sed contra.

Agens de *Poenitentia,* refert formam absolutionis (imo generaliter

cuiuslibet sacramenti), qualiter observatur ab Ecclesia, ad ipsius Christi institutionem. *3 p., q. 84, a, 3, ob. 1,* sibi obicit: "Formae . . . sacramentorum *ex institutione Christi* et Ecclesiae usu habentur. Sed Christus non legitur hanc formam ["Ego te absolvo"] instituisse. Ergo haec non est forma huius sacramenti." Respondet, *ad 1:* "Ista forma assumitur ex ipsis verbis Christi quibus Petro dixit: 'Quodcumque solveris super terram' etc. Et tali forma Ecclesia utitur in sacramentali absolutione."

Agens de *Extrema Unctione,* idem repetit adhuc magis explicite de forma omnium sacramentorum, dicens ceteras formas, non minus quam formam Baptismi et Eucharistiae (cf. 3 p., q. 60, a. 7, Sed contra), fuisse a Christo traditas apostolis. *Suppi., q. 29, a. 7, ob. 1,* sibi obicit: "Cum . . . efficacia sacramentorum sit ab institutione et item a forma, *oportet quod forma tradatur ab ipso qui sacramentum instituit.* Sed forma huius sacramenti non invenitur tradita neque a Christo neque ab apostolis. Ergo hoc sacramentum non habet aliquam formam." Respondet, *ad 1:* "Sacra Scriptura omnibus communiter proponitur. Et ideo forma baptismi, qui ab omnibus dari potest, debet in sacra Scriptura exprimi. Et similiter forma Eucharistiae, quae exprimit sacramenti illius fidem, quae est de necessitate salutis. Sed *formae aliorum sacramentorum* non inveniuntur in Scriptura traditae, sed Ecclesia ex traditione apostolorum habet, qui *a Domino acceperunt,* ut dicit Apostolus, 1 *Cor.* 11. 23: 'Ego accepi a Domino quod et tradidi vobis.' "

Agens de *Ordine,* S. Doctor supponit ritum ordinationis ab ipso Christo determinari debuisse, quatenus non contradicit huiusmodi suppositioni, ex qua procedit sequens obiectio, *Suppi., q. 37, a. 5, ob. 2:* "Dominus dedit discipulis sacerdotalem potestatem quando dixit: 'Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata,' etc., *Io.* 20. 22. Sed Spiritus datur per manus impositionem. Ergo in ipsa manus impositione imprimitur character Ordinis." Respondet, *ad 2:* "Dominus discipulis dedit potestatem sacerdotalem quantum ad principalem actum, ante passionem in Coena, quando dixit: 'Accipite et manducate.' Unde subiunxit: 'Hoc facite in meam commemorationem.' Sed post resurrectionem dedit eis potestatem sacerdotalem quantum ad actum secundarium, qui est ligare et solvere." Sensus obiectionis est: ibi imprimitur character, ubi ponitur essentialis ritus a Christo indicatus sive institutus; atqui hic est impositio manuum, nam ex una parte Christus dedit apostolis sacerdotalem potestatem cum dixit: "Accipite Spiritum S." et ex alia parte haec verba implicant impositionem manuum, cum Spiritus S. soleat dari per impositionem ma-

nuum; ergo character imprimitur in impositione manuum. S. Doctor respondet concedendo maiorem et negando minorem, in cuius probatione distinguit inter principalem actum potestatis, quae data est in Coena sub verbis "Hoc facite in meam commemorationem," et secundarium actum ad quem referuntur verba "Accipite Spiritum S."[40]

Quoad *Matrimonii* materiam et formam a Christo determinandam, nihil S. Doctor peculiariter dicere debuit, cum haec duo in contractu, a Christo immediate elevato ad rationem sacramenti, ex ipsa natura contractus suam determinationem accipiant.

SECUNDA OPINIO tenet Christum instituisse impositionem manuum eamque solam, tanquam ritum sacramenti. Ita omnes fere patroni primae sententiae allati in superiori prima quaestione (p. 771 sq.), qui nempe dicunt solam manuum impositionem semper de facto fuisse materiam ordinationis. Ex hoc enim historico facto et ex ipsa apostolica origine ritus, connaturaliter ac logice ducuntur ad eius quoque divinam institutionem affirmandam, quamvis aliunde unus vel alter (ut Larnicol et Lennerz) ex eodem historico argumento, supposita mutatione ritus, neget divinam originem materiae alius sacramenti, nominatim Confirmationis, ut notatum est supra (p. 799). Inter supradictos auctores notandi sunt quoad moderniorem aetatem: *Franzelin, De Augustinis, Palmieri, Gasparri, Sasse, Many, Pesch, Straub, Tixeront, D|AUs* (probabiliter; cf. supra, p. 709), *Diekamp, Otten, Huarte, Van Rossum, Tanquerey, Lercher, Quera, Perrella, Larnicol, Carpino, Daffara, Piolanti, Gonzales Rivas, Bozzola, Lennerz, Gy, Ott.*

VAN ROSSUM, ad initium suae inquisitionis scribit: "Nullus certo inficias ibit in antecessum tuto statui posse . . . [hanc regulam]: Si invenitur ritus, quo inde ab initio sacra Ordinis potestas collata est, qui in omnibus totius orbis terrarum ecclesiis servatus atque per omnia sibi succedentia saecula ubique constanter adhibitus neque unquam praetermissus aut immutatus est, is utique necessario agnoscendus est ritus essentialis ab Ecclesiae Fundatore ipsi traditus ad sacramentum Ordinis conferendum." In fine vero concludit: "Quum itaque Ecclesia universa tam Orientalis quam Occidentalis ab initio ad nostra usque tempora semper Sacramentum Ordinis manus impositione ac oratione administraverit . . . concludere . . . fas est: In hac sola manus impositione et oratione signum sacramentale Ordinis, a Christo institutum et apostolica auctoritae traditum, certissime inveniri."[60]

Generaliter etiam statuit Ecclesiam nullam habere potestatem mutandi aut determinandi essentialem ritum cuiuslibet sacramenti, ex quo eadem conclusio quoad sacramentum Ordinis funditus confirmatur.[61]

LENNERZ mens ex duplici hoc principio, ab ipso expresso, colligi potest: 1. generica institutio alicuius sacramenti per Christum, et consequens potestas

**** Dictum est supra, p. 804, ex *Suppi.,* q. 37, a. 2, ad 2, nihil inferri posse in favorem genericae institutionis ritus ordinationis.**

[60] *Op. cit.* (supra, in p. 801) 69, 222.

[61] *Ibid.* 209-220; cf. 7, 31, 37.

Ecclesiae determinandi materiam a Christo institutam, secundum se possibilis est, de facto autem admittenda vel excludenda est prout historice constat, vel secus, Ecclesiam induxisse mutationes in materiam a Christo institutam, nam Ecclesia in praxi sacramentali errare non potest; 2. si historice constat nullam adfuisse mutationem in essentiali ritu alicuius sacramenti ipsumque a tempore apostolico immutatum perseverasse, ille ritus legitime dicitur esse divinae institutionis. lamvero, quoad ritum ordinationis constat nullam unquam ab Ecclesia factam esse essentialem mutationem, unde originis divinae ille ritus dicendus est (aliter ac ritus Confirmationis, qui essentialem mutationem passus est).

"Ecclesia ... in praxi validae administrationis sacramentorum et in usu potestatis circa ritum sacramentorum errare non potest; mutationes ergo ab Ecclesia factae manent intra limites a Christo determinatos. Hinc ex maiore vel minore mutabilitate ritus concludi potest, intra quos limites Christus immutabiliter determinaverit; et haec est aliqua via cognoscendi, utrum ritus huius vel illius sacramenti in genere vel in specie a Christo sit determinatus."[52]

"Principalis ergo quaestio [quoad ritum Ordinis] est: Habenturne argumenta solida affirmandi, ecclesiam pro aliqua parte ecclesiae ritum essentialem ordinationis sacramentalis mutavisse."[53] Ostendit singillatim talia argumenta non existere, atque concludit: "Ergo dicendum est . . . hunc ritum [impositionis manuum] solum in tota ecclesia permansisse essentialem, qualis ab initio erat."[54] Ipsum autem habere hunc ritum ut divinae institutionis, sequitur tum ex praecitato principio, tum ex sequenti assertione indolis generalis, quam profert in quaestione de divina institutione sacerdotalis differentiae inter episcopatum et presbyteratum: "Qui admittit hanc differentiam iam tempore apostolorum extitisse ... iure censetur hanc differentiam habuisse iuris divini."[55]

PERRELLA sic refert ac iudicat legitimam aliquam, sed non necessariam, mitigationem specificae institutionis, allatam a *Pesch:* "Si può ammettere a titolo d'ipotesi, che il 'signum' di qualche sacramento sia stato determinato dagli Apostoli. È l'ipotesi del Pesch, il quale cosi si esprime: 'Christus etiam tum dicendus est immediate sacramenta instituisse, si e.g. apostolis dixit: "Volo ut baptizatis ritu sensibili Spiritum Sanctum detis, et ut futuris ministris evangeli! ritu sensibili potestatem conferatis; qui vero sint hi ritus, docebo vos per Spiritum Sanctum quem mittam vobis." Nam sive quis per se sive per nuntium aliquid instituit, immediate instituit. Ergo quamdiu apostoli vixerunt et revelationes a Spiritu Sancto acceperunt, potuit fieri determinatio essentialis materiae et formae sacramentorum. Sed revelatione catholica cum morte apostolorum finita hoc modo determinatio materiae non iam fieri potuit.'[55]" Come ipotesi nessuna difficoltà ad ammettere questo principio della determinazione del 'signum sacramentale' per mezzo degli Apostoli in forza d'una rivelazione dello Spirito Santo, dopo l'Ascensione del Signore. Quanto al fatto però preferisco pensare che il Signore abbia Egli stesso date tali istruzioni agli Apostoli (per quanto non registrate nel Vangelo) e che noi troviamo dedotte in pratica negli altri scritti neotestamentari, cioè l'imposizione delle mani per conferire l'ordine e la cresima. . . Ad una ipotesi simile [però] dobbiamo ricorrere per provare la sacramentalità del

[n] ***De sacramentis novae legis in genere*** **(ed. 2, Romae 1939) 300.**

[*] ***De sacramento Ordinis*** **(ed. 2, Romae 1953) 133.**

[*] ***Ibid.*** **137; cf. integrum textum, citatum supra, p. 776.**

[''] ***Ibid.*** **94 sq. Quoad ritum Confirmationis ex eodem principio contrariam conclusionem de generica institutione eruit: "Ergo nihil remanere videtur, nisi dicere, Christum hoc sacramentum instituisse 'in genere,' et ecclesiae reliquisse potestatem ritum sacramentalem ulterius determinandi. Haec sententia correspondet omnibus factis"** ***{De sacramento Confirmationis*** **[ed. 2, Romae 1949] 87).**

[''']■ ***praelectiones dogmaticae*** **(ed. 4, Friburgi Br. 1904) VI 96.**

diaconato. Per quanto giusta, dunque, l'ípotesi del Pesch, mi pare che in pratica non occorra ricorrervi."[56]

PIOLANTI: "Concludendo asserimus unam et essentialem materiam sacramenti ordinis esse manuum impositionem. . . Quae quidem materia, utpote quae antiquitatem et universalitatem absolutam sibi vindicat, divinitus instituta censenda est, quando Christus per quadraginta dies locutus est cum Apostolis de regno Dei."[57]

GONZALEZ RIVAS: "Nuestro parecer es . . . que debe tenerse por más probable, como más conforme con las fuentes y con el sentir de lost teólogos, que Jesucristo instituyó el sacramento del orden en su forma especifica, y que la Iglesia no tiene poder para cambiarla o modificarla, de manera que afecte a la validez del sacramento, ya que esto constituye la sustancia del sacramento, intangible por la Iglesia. De aquí se desprende el que pensemos que la imposición de manos es de origin divino."[58]

GY: "L'imposition des mains est actuellement le seul geste indispensable de l'ordination; il en a toujours fait partie. Des théologiens se sont cependant demandé si l'Eglise aurait le pouvoir de le supprimer et de le remplacer par une autre 'matière.' C'est bien douteux, car l'imposition des mains, pratiquée déjà par les Apôtres, est à travers la Bible le rite par lequel se transmet tout pouvoir spirituel; en même temps elle évoque l'intervention de la puissance divine, de la main de Yahvé. Rien ne prouve non plus que l'Eglise latine ait jamais intégré d'autres gestes complémentaires à la 'matière' du sacrement."[50]

OTT: "Le plus grand nombre des théologiens estiment que le Christ a institué le sacrement de l'ordre 'in specie,' et qu'il a établi l'imposition des mains et la prière qui la précise, comme la substance immuable du sacrement de l'ordre, si bien que dans le passé aussi, l'imposition des mains a toujours été l'unique matière du sacrement."[60]

TERTIA OPINIO tenet quidem cum praecedenti Christum instituisse impositionem manuum et hanc esse unicam materiam ordinationis specifice a Christo institutam, ita nempe ut Ecclesia non possit eam immutare aut intrinsece determinare, sed tamen emollit hanc rigidam Christi institutionem, addens *Ecclesiam posse apponere huic materiae sive ritui ordinationis aliquam conditionem volaris,* a qua nempe pendeat ipsius validitas, ac de facto sub hac ratione probabiliter apposuisse instrumentorum traditionem. Exinde sequitur: 1. Ecclesiam nequaquam tangere ipsam essentiam sacramenti, quae est totaliter ac specifice ab ipso Christo instituta, sed tamen influere in eius validitatem; 2. conditionem, appositam ab Ecclesia, nullatenus ingredi ipsum compositum sacraméntale, ne quidem ut aliquid determinans, nec proinde ullatenus induere rationem signi et causae sacramentalis aut in se habere aliquam causativam virtutem qua influat in effectum sacramenti; 3. *substantiam sacramenti* (seu id quod est a Christo

" "H Decreto di Eugenio IV 'pro Armenis' relativo al sacramento delTOrdine," *Divus Thomas* (Piacenza) XXXIX (1936) 459 sq.; cf. 468 sq.

"*De sacramentis* (ed. 3, [Taurini 1951]) 421.

****Art. cit.* (supra, in p. 756) 633; cf. alia eiusdem verba, citata supra, in pp. 756, 759.**

""L'Ordre," *Initiation théologique* IV (Paris 1954) 719sq.

"*Précis de théologie dogmatique* (traduit par M. Grandclaudon, Paris [1955]) 625. Titulus originalis operis germanici est *Grundriss der Dogmatik,* Freiburg i. Br. 1954.

institutum) coincidere quidem cum substantia ritus sacramentalis (seu cum materia et forma sacramenti), sed non coincidere cum valore sacramenti (seu cum elementis validitatis eius).

Hanc explicationem, iam indicatam ab uno vel altero antiquiori theologo, ut *Ph. Gamacheo* (f 1625),[81] et *I. Cabassutio* (t 1685),[82] recenter assumpsit ac determinavit *I. B. Umberg,* eam extendens ad omnia sacramenta, praeter Eucharistiam. Notabile tamen suffragium apud alios auctores non obtinuit, non obstante sua ingeniositate ac speciositate, qua videtur in unum colligere rationes et commoda utriusque oppositae sententiae de generica et de specifica sacramentorum institutione, atque veluti pontem inter utramque constituere.

Ad rem *UMBERG:* "Sacramentorum materiae et formae a S. Scriptura indicatae in Ecclesiae usu semper specifice eaedem permanserunt. (Historice certum videtur.) . . . [Ita] in Ordine manus impositio in S. Scriptura 1 Tim. 4. 14; 5. 22; 2 Tim. 1. 6 nominata semper in usu fuit cum designatione muneris, ad cuius collationem manus imponebatur. . . Materiae et formae in S. Scriptura indicatae ab ipso Christo Domino in sua specie determinatae sunt. (Videtur esse scientifice certum.) . . . Ad aliquorum sacramentorum materias formasque a Christo determinatas Ecclesia quaedam elementa ad valorem necessaria addidisse videtur. . . Quoad Ordinem [v.g.] ab initio non fuit in usu traditio instrumentorum, quae nunc probabiliter ad valorem requiritur. . . Cum fundata esse videatur opinio, *sacramentorum 'substantiam et 'valorem non esse conceptu et re idem, additamenta ecclesiastica melius dicuntur esse 'conditiones 'valoris, quam de 'substantia sacramentorum. . .*

"Sacramentum ex notione sua est actio Christi iuridica et symbolica, quae in actu primo hoc valet, ut, si transeat in actum secundum, effectus gignat supematurales. In sacramento ergo, dum conficitur, duo signa sunt distinguenda — semper enim prius est esse quam agere— : actus primus, quo fit valens ad causandum, et actus secundus, quo revera causat. Qui duo actus tempore non sunt simul, si conditio valoris substantiae positionem subsequitur, uti (probabiliter) fit in Ordine. Sane quidem, si sacramentum de conceptu suo esset supematuralis effectus productio actualis et non tantum signum efficax (= producere valens) effectus producendi, conditio valoris ei repugnaret. . . [At] sacramentum de se seu in actu primo est signum efficax valens (= validum), non autem necessario effectum sanctificationis in actu secundo producens. 'Sacramentum validum' sine addito comprehendit actum primum et secundum, ideoque sacramentum in actu secundo (ob conditionem ecclesiasticam omissam) non producens effectum est 'invalidum,' quamquam validum est in actu primo."[63]

SECUNDA SENTENTIA: de generica institutione Ordinis.

Christus instituit ritum qtiorundam sacramentorum, nominatim Ordinis, tantummodo indeterminate ac veluti generice, reliquens Ec-

n *Summa theologica,* de sacr. Ordinis, cap. 4sq.

• *Notitia ecclesiastica* ---» ad saec. 4, disp. et app. ad Cone. Carth. IV, n. 8 sq.

"*Systema sacramentartum* (Ocniponte 1930) 33-41. Ad eundam sensum Umberg reformavit textum *Lercher,* ut notatum est supra, pp. 779, 780. De eadem quaestione ipse disseruit in duobus praecedentibus articulis: "Zur Gewalt der Kirche über die Sakramente," *Der Katholik* (1915) II 25-45; "Die Bedeutung des tridentinischen 'salva illorum substantia,' " *Zeitschrift für katholische Theologie* XLVIII (1924) 161-195.

clesiae potestatem illum determinandi sub ea specifica ratione sub qua evadit proprium ac perfectum sacramentum, seu signum practicum causans supernaturalem effectum. Ita *substantia sacramenti* (seu id quod Christus instituit) non coincidit nec cum valore sacramenti (seu cum elementis validitatis eius) nec cum substantia ritus sacramentalis (seu cum materia et forma), sed coincidit cum aliquo generico ac indeterminato elemento, ulterius determinabili in ipsa ratione sacramenti.

Ita maior pars illorum theologorum postridentinorum, qui in priori quaestione de qualitate ritus ordinationis dicunt hunc consistere, totaliter vel partialiter, in instrumentorum traditione, quosque ibidem distribuimus in quinque sententias. His accedunt etiam quidam pauci ex illis qui e converso docent ritum fuisse, iugiter et inde a tempore apostolico, solam manuum impositionem, quorum mens quomodo exponenda sit, supra declaravimus (p. 799). Ceterum, et ista sententia in *tres opiniones* dispescitur, prout sacramentale illud elementum, quod dicitur a Christo institutum, proponitur ut magis ac magis indeterminatum et prout consequenter Ecclesiae potestas in illius determinationem magis ac magis ampliatur.

PRIMA OPINIO docet Christum instituisse ipsam manuum impositionem, ita tamen ut haec possit per potestatem Ecclesiae, non quidem abrogari, sed ulterius determinari in sua ratione sacramentalis significationis,^ ut de facto accidit in posteriori aevo per additionem traditionis instrumentorum, qua expressius indicatur collatio potestatis, generaliter significata per manuum impositionem (cf. supra, p. 797). Ita praecipue *Ballerini[-Pcimieri]* (cf. supra, p. 714), *Billot* (incerte et ambigue), *Gutberlet,*™ *Fr. Schmid*™ *De Guibert* (cf. supra, p. 713; nisi quis velit eum trahere ad sensum sequentis opinionis), *De Smet,*™ Anonymus in *La civiltà cattolica* (cf. supra, pp. 708, 714), *Tymczak.*

BILLOT (supra cit., in p. 796), sua faciens verba *Lugonis,* huic opinioni accedere videtur; alibi tamen aliam explicationem affert, qua propius accedit ad secundam opinionem, mox referendam (cf. infra, p. 817). Eius mens videtur haec esse: Christus nullum determinatum ritum instituit, sed tantum voluit ut aliquis quicumque aptus ritus adhiberetur; apostoli subinde elegerunt determinate impositionem manuum; tandem Ecclesia hunc apostolicum ritum retinuit et per traditionem instrumentorum amplius determinavit. Eadem est mens *Lugonis,* quem refert Billot (cf. infra, p. 816), et *Van Noort-Verhaar,* qui sequitur Billot.

"Propterea haec sententia a quibusdam vocatur *sententia media,* vel sententia de institutione *in forma specifica mutabili.*

➖"Der sakramentale Ritus der Priesterweihe," *Zeitschrift für katholische Theologie XXV* (1901) 626-634. Eius sententiam explicant et impugnant Pesch, *Praei, dogm.* VI, n. 223, et Straub, *De Ecclesia Christi* (Oenipotent 1912), n. 1049.

*** "Die Gewalt der Kirche bezüglich der Sakramente," *Zeitschrift für katholische Theologie XXXII* (1908) 43-54, 254-288.**

¶ *De sacramentis in genere, de Baptismo et Confirmatione* (ed. 2, Brugis 1926), n. 71 sq.

, *TYMCZAK* autem peculiarem explicationem huic opinioni addit. Conatur nempe ostendere quomodo in huiusmodi determinatione impositionis manuum per traditionem instrumentorum *non habeatur mutatio substantialis sed accidentatis* (quamvis ipse additus ritus evadat essentiale elementum sacramenti); nam, ait, huiusmodi mutatio consistit mere *in proponendo explicite id quod iam implicite continetur in impositione manuum,* seu in enucleanda propria significatione impositionis manuum per traditionem instrumentorum, *quemadmodum definitio ventatis dogmaticae* fit per meram accidentalem mutationem, seu per explicitam propositionem eius quod in veritate revelata implicite continetur. Sicut igitur Ecclesia explicitat veritatem a Christo revelatam, ita determinat ritum a Christo institutum, absque essentiali mutatione sed per meram explicitationem eius quod, in veritate revelata aut in ritu instituto, implicite iam continetur; in utroque casu, mutatio quidem intervenit, sed accidentalis, evolutio fit, sed ab intrinseco. *Nec ceteroquin Ecclesia indiget aliqua peculiari sive extraordinaria potestate* ad praefatam ritus sacramentalis determinationem faciendam, nam eadem est potestas Ecclesiae in utrumque supradictum obiectum, seu sive in veritates revelatas definiendas sive in sacramentales ritus determinandos; haec autem nihil aliud est quam ipsa eadem ac ordinaria potestas a Christo Ecclesiae collata ad custodiendum ac explicandum depositum fidei, ad quod tam veritates revelatae quam ritus divinitus instituti pertinent.

Totam igitur vim huiusmodi explicationis eiusque discrimen ab aliis theoriis de genérica institutione, auctor reponit in praefato parallelismo sive analogia cum explicitatione veritatum revelatarum et correlativa Ecclesiae potestate. Scribit: "Nos praedictam determinationem specificam ab Ecclesia factam concipimus — servatis servandis — analogice ad explicitam propositionem veritatum revelatarum. . . Ideo premimus comparationem determinationis ritus cum definitione dogmatica, ut inde appareat specificam determinationem ex parte Ecclesiae non aequivalere additioni novae differentiae specificae nec institutioni novi signi sacramentalis nec denique aliquam extraordinariam potestatem exigere."

Si autem quaeritur *quomodo per traditionem instrumentorum fiat explicitam id quod continetur implicite in manuum impositione* et quid sit hoc ipsum quod implicite in ea continetur, auctor abit per obscurum aliquem ac intricatum circulum qui ad hunc redit: Per impositionem manuum, quae est *materia ex qua* sacramenti, significatur ac traditur potestas quae exercetur circa panem et vinum (et per metonymiam circa instrumenta ea continentia), quae proinde sunt *materia circa quam* eiusdem sacramenti. Ecclesia igitur, addendo instrumenta impositioni manuum, *assiimit ut materiam ex qua complementan id quod erat materia circa quam,* ita determinando significationem impositionis manuum, sive exhibendo explicite id quod iam implicite exhibebatur in manuum impositione prout ordinabatur ad conferendam potestatem, exercendam circa illa instrumenta. Ita dum impositio manuum antea per se solam explicite significabat tantum potestatem, implicite vero qualitatem potestatis, subinde per additionem instrumentorum significat etiam explicite hanc ipsam potestatem. "Hinc," inquit, "munus Ecclesiae in determinatione materiae et formae est mere explicativum analogice ac in definitione dogmatica: materiam, circa quam ex voluntate Christi potestas Ordinis exercetur, Ecclesia coniungit materiae, per quam confertur potestas. . . Sic impositio manuum cum traditione instrumentorum coalescit in unum symbolum sacraméntale efficax gratiae."[08]

• ***Quaestiones disputatae de Ordine*** **(Presmiliae 1936) 363 sq., 366; cf. totam paragraphum, pp. 36O-37S. Eandem doctrinam auctor iterum resumit in "Quaestiones disputatae de Ordine,"** ***Divus Thomas*** **(Piacenza) XL (1937) 552-561, eamque defendere conatur contra impugnationem allatam a G. M. Perrella, "Il decreto di Eugenio IV 'pro Armenis' relativo al sacramento dell'Ordine,"** ***ibid.*** **XXXIX (1936) 481-483.**

SECUNDA OPINIO, longe communior ac maioris momenti, docet Christum instituisse non ipsam manuum impositionem, utut ulterius ab Ecclesia determinabilem, sed tantum genericum aliquod ac indeterminatum elementum materiale, quod sit de se aptum ad exprimendum proprium effectum Ordinis, seu tradendam potestatem, quodque Ecclesia per acceptam a Christo potestatem subinde vario modo determinavit, ita ut consisteret in ipsa manuum impositione, vel in traditione instrumentorum, vel simul in utroque ritu, iuxta diversa tempora et loca.

Distinguentes scilicet in signo sacramentali *formam signi qua talis, seu significationem* (significationem, formam, elementum formale, partem formalem, elementum sacramentale, genus sacramenti, materiam metaphysicam, esse intentionale, iuxta varias expressiones), et *materiam signi, seu rem significantem* (signum, materiam, elementum materiale, partem materialem, elementum rituale, speciem sacramenti, essentiam physicam, esse physicum, iuxta varias expressiones), quae aliunde, ut notum est, iterum subdividitur in materiam[00] et formam, communiter sic dictas, seu in materiam et formam ritus, hi doctores dicunt Christum formam quidem sacramenti seu eius significationem instituisse determinate, ut scilicet sit signum sacerdotalis potestatis, materiam vero huiusmodi significationis, seu rem significantem, instituisse prorsus indeterminate, seu sub hac tantum generica ratione ut sit aliquod elementum materiale, compositum quidem ex duplici parte (materia et forma), de se aptum ad sustinendam praefatam formam signi, seu ad exprimendam praefatam determinatam significationem.

Haec opinio nequaquam nova est, quinimmo clare indicatur a pluribus antiquioribus inde a medio saec. 16,[70] ut *Ruardo Tapper* (t 1559),[71] *Petro Soto* (t 1563; minus decisive), *Coninck, Arcudio, Amico, Isamberto, Silvio, Diana, Gotti, Natali Alexandro,* et praecipue ac signantius *Lugo* (t 1660), *Gonet* (t 1681), *Salmanticensibus* (quorum tractatus de sacramentis in genere editus est a. 1665) et *Billuart* (+ 1757). Sed tamen cum maiori emphasi ac determinatione proposita et expolita est a modernioribus, notanter ab *Harent, Billot, D'Alès* (ambigue loquitur quoad hanc materiam de Ordine; cf. supra, p. 710)

*** *Lugo* et *Salmanticense* (cf. infra, in p. 816) distinguunt inter materiam formaliter sumptam (materiam signi) et materiam materialiter sumptam (materiam ritus). Eundem loquendi modum assumpsit unus vel alter modernus, ut *D'Alès.***

70 De statu et incremento huius opinionis tempore Cone. Trid. et sequenti saeculo (ab a. 1551 ad a. 1665) disserit A. Poyer, "A propos du 'Salva illorum substantia/" *Divus Thomas* (Piacenza) XXX (1953) 39–65; "Nouveaux propos sur le 'Salva illorum substantia/" *ibid.* XXXI (1954) 3-24. Quoad tempus immediate praecedens sess. 23 Cone. Trid., confer etiam G. B. da Farnese, *Il sacramento dell'Ordine nel periodo precedente la sess. xxiii di Trento [1515-1562]* (Roma 1946) 168-176.

71 De hoc auctore, cui tribuitur prima magis determinata expressio huius opinionis, peculiariter agit idem Poyer, *ibid.* 13-20.

et *Michel,*[72] quos plures alii secuti sunt, uti *Hugueny, Pourrai,*[73] *Van Noort-Verhaar, Gatiier* (cf. supra, p. 711), *Hugon, Spâcil* (qui ostendit etiam doctores schismaticos consentire), *Permeile* (cf. supra, p. 779), *Lahitton, Gerlaud* (cf. supra, p. 713), *Gibeault* (cf. ibidem), *Malvy, Zubizarreta, Ferland, Merkelbach, De Clercq, Gigon, Da Farnese, Abdrzuza, Baisi, Cappello, Hervé* (repetit et abbreviat ipsum Michel, infra cit., p. 818), *Bouëssé, Journet* (cit. supra, p. 711).[74]

TAPPER (proponens genericam institutionem tanquam probabilem hypothesim): "Nec solum in hoc sacramento [Confirmationis] determinandi potestatem usi sunt Apostoli, verum etiam in sacerdotio, diaconatu et baptismo. Sola namque manus impositione sacramentum ordinis olim conferebatur, nunc autem alia materia et alia forma sunt praescriptae, ex quibus consistit, ut unumquodque sacramentum haberet propriam materiam et propriam formam. . . *In sacramentis potissime spectatur significatio,* quae quanto est manifestior, tanto convenientius est signum sacramentale, et ubi eadem est significatio et effectus, idem est et sacramentum: quamvis res significantes sint aliae."[75]

"Factae sunt autem in forma et materia hae mutationes ex apostolica traditione et spiritus Christi suggestione. Sicut enim Apostolis sine expresso in scripturis iussu Christi, imponebant manus baptizatis ad spiritum sanctum accipiendum, eodemque ritu presbyteros ordinabant, ita eodem spiritu docente ritum quem nunc observat Ecclesia, maxime consentientem ritui quem servavit Christus, tradiderunt: *nisi forte dicatur hoc relictum fuisse Ecclesiae, qua forma, quave materia istud sacramentum conferretur, modo significatio, quae in sacramentis principaliter attenditur,* qua scilicet significetur quae potestas tradatur, servetur. Nam in sacramentis quorum materiam et formam Christus non determinavit, haec dispositioni et arbitrio reliquit familiae suae praefectis, cuius exemplum habemus in poenitentia et matrimonio, imo et forma baptismi, magnam admittit mutationem, *modo servetur eadem significatio.* Nam liberum Ecclesiae relictum est quod non est per Christum determinatum."[76]

PETRUS SOTO, quamvis indeciso modo in variis locis loquatur, ex sequentibus tamen verbis apparet inclinare in eandem opinionem vel eam tamquam probabilem hypothesim proponere: "Ubi de modo tradendi hanc potestatem ordinum non est certum aliquid institutum a Christo, potest Ecclesia constituere quibus vel

[72] Peculiariter etiam *Lennerz* eandem generalem theoriam expolivit, qui tamen, ut ostensum est supra (p. 808), eam renuit applicare ad materiam sacramenti Ordinis, invocavit vero quoad materiam Confirmationis.

[73] "Sacrement," *Dictionnaire apologétique de la foi catholique* IV (éd. 4, Paris 1928) 1071. Ut dictum est in art. 4, pp. 10-12, Pourrai in priori suo opere *La théologie sacramentaire* (éd. 2, Paris 1907) 283-286, ultra genericam institutionem procedens, defendit quandam implicitam tantum institutionem Christi, quae nonnisi in sensu alicuius mediatae institutionis convenienter explicari potest.

[74] Ut expositum est in art. 4, pp. 18-24, plures moderni, uti *Baisi, Congar, Gerlaud, Lennerz, Marchai, Bouëssé, Michel,* in quaestione de divina origine distinctionis episcopatus et presbyteratus, proponunt quandam genericam sive globalem institutionem sacerdotii per Christum, quod Ecclesia subinde per varios gradus diaconatus, presbyteratus et episcopatus determinaverit. Quae sententia, quamvis non necessario inferat genericam institutionem ipsius ritus quo sacerdotium conferatur, tamen aliquam connexionem aut cognationem cum ea habet, ac inde est quod aliqui ex illis doctoribus, ut Gerlaud, Baisi et Michel, ab una ad aliam genericam institutionem facile discurrant et utramque libenter amplectantur.

[75] *Explicatio articulorum venerandae facultatis sacrae theologiae generalis studii lovaniensis* . . . , art. 12 (Lovanii 1555-1557) II 230.

[76] *Ibid.,* art. 17, p. 435.

verbis, vel actibus, vel signis aliis in eiusmodi traditione utendum sit. Quod alia ratione non est opus probare; cum sit hoc a Christo commissum Ecclesiae. . . Addimus tamen istis, Ecclesiam debere uti in hac potestate modo tradendi sibi praefixo et suscepto ab antiquiore Ecclesia."[77]

LUGO: "Huic difficultati [de mutationibus et diversitatibus ritus ordinationis], omissis variis solutionibus, responderi potest, materiam et formam huius sacramenti eo modo, quo a Christo fuit instituta, non posse mutari. Christum tamen non determinasse in individuo *materiam et formam materialiter sumptas,* sed solum voluisse quod conferretur Ordo *per aliquod signum sensibile significativum potestatis, quae traditur, et per verba hoc ipsum exprimentia.* . . Qua [doctrina] supposita, facile conciliantur ritus utriusque Ecclesiae, utraque enim confert ordinationem per signum sensibile et verba, quae optime significant traditionem sacerdotii, quare utraque valide conficit et utraque servat *formaliter loquendo materiam et formam* a Christo institutam, licet materialiter utatur signis diversis. . . Respondent aliqui, impositionem manuum essentialiter requiri ex institutione Christi, dici tamen ritum ab apostolis introductum, non quia ipsi illum instituerint, sed quia ipsi primi illum in usum induxerint. Hic tamen sensus nimis est violentus; sic enim posset etiam dici ritus ab apostolis introductus baptizare in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, absolvere poenitentes a peccatis, et alii similes, qui tamen non ita appellantur, sed instituti a Christo."[78]

Statuta apostolorum, nec ipsius Christi, institutione impositionis manuum, Lugo paulo inferius[79] prosequitur, dicens Ecclesiam hunc apostolicum ritum retinuisse et subinde per traditionem instrumentorum magis determinasse. Cf. eius verba, supra citata in textu Billot (p. 796, in nota).

SALMANTICENSES: "Ad institutorem sacramentorum pertinet, quod determinet materiam et formam sacramentorum determinatione saltem formali: sed necessarium non est quod illa determinet determinatione materiali. . . Christus pro materia sacramenti Ordinis assignavit et determinavit signa manifestativa traditionis alicuius potestatis spiritualis, et in hac manifestatione consistit formalis determinatio materiae; sed Christus non assignavit aut determinavit, quod talis manifestatio aut repraesentatio fieret per haec determinata signa, v.g. determinate per traditionem calicis aut per impositionem manuum, quod pertinet ad determinationem *materiae materialiter* sumptae. Et inde provenit, quod quolibet ex illis modis vel apud Latinos vel apud Graecos usitatis, perficitur Ordinis sacramentum: quia utrobique salvatur eadem *materia formaliter* et in specie a Christo determinata; et diversitas illorum signorum in esse rei est materialis respectu materiae propriae sacramenti a Christo institutae."[80]

GONET: "Huic difficillimae obiectioni respondeo . . . [quod] licet . . . in Ecclesia Graeca sacerdotium et diaconatus per solam impositionem manuum cum verbis relatis conferantur, non sequitur tamen quod in Ecclesia Graeca non serventur ea quae sunt essentialia sacramento Ordinis, ex parte materiae et formae; quia nimirum Christus non determinavit in *specie* materiam et formam huius sacramenti, sed *generice* tantum instituit, ut loco materiae adhiberetur signum aliquod sensibile, significativum potestatis quae traditur, et loco formae adhiberentur verba eandem potestatem sufficienter exprimentia. Hoc autem reperitur in utraque Ecclesia Latina et Graeca."[81]

[77] ***Tractatus de institutione sacerdotum qui sub episcopis animarum curam gerunt,* lect. 4 (Antverpiae 1566), f. 257.**

[n] ***De sacramentis in genere,* disp. 2, sect. 5, n. 86, *Disputationes scholasticae et morales* III (Parisiis 1892) 288 sq.** [n] ***Ibid.,* n. 98, p. 293.**

[*] ***De sacramentis in communi,* disp. 6, dub. 1, n. 8, *Cursus theologicus* XVII (Parisiis 1881) 481. Alibi, Comm. in 3 p., q. 60, a. 5, nn. 3-5, et disp. 2, dub. 4, nn. 64-66, et disp. 3, dub. 3, n. 31, minus clare loquuntur ac varias solutiones proponunt.**

[n] ***De sacramento Ordinis,* disp. 2, a. 3, n. 62, *Clypeus* VI (Parisiis 1876) 741.**

BILLUART: "Materia essentialis sacramenti ordinis debet esse ubique et omni tempore eadem *formaliter, in ratione signi sensibilis, C[oncedo],* debet esse eadem *materialiter et in ratione rei, N[ega].* Dicimus itaque Christum non instituisse materiam huius sacramenti determinando *in specie* hanc vel illam rem esse materiam, sed determinando tantum *in genere* conferendum esse per aliquod signum sensibile quod foret significativum potestatis traditae; determinationem autem huius signi in specie, an esset talis vel talis res, an impositio manuum, an porrectio instrumentorum, an utraque simul, reliquisse Ecclesiae."[82]

HARENT: "La substance immuable du sacrement ne consiste pas précisément dans ces deux parties du rite que l'on est convenu d'appeler matière et forme, mais dans l'union *d'un symbolisme bien déterminé et d'une force surnaturelle avec ce double rite,* en tant qu'il est désigné par certaines conditions générales. C'est par ces conditions seulement, ce n'est point par les autres traits plus particuliers de sa physionomie, que ce double rite entre vraiment dans la substance du sacrement; et tant que les conditions fixées par Jésus-Christ sont respectées, la substance du sacrement, au sens le plus strict du mot, reste la même."[83]

BILLOT: "De variationibus in materiis et formis sacramentorum disputabitur suo loco. Intérim vero, quacumque hypothesi facta, facile solvitur proposita difficultas si quis animadvertat dari posse plura signa symbolica per se aeque idonea ad unam eamdemque significationem sacramentalem, et idoneitatem huiusmodi non provenire in eis ex positiva dispositione instituentis sacramentum, sed aliunde praesupponi. Sufficit ergo ut divina institutio cadat super constitutiva sacramenti *sub ratione generali cuiusdam signi symbolici aliunde apti ad certam quondam significationem sacramentalem,* (puta significationem traditionis potestatis sacrae), relicta intérim competenti auctoritati electione materiae et formae omnino in individuo. Et sic, cum uniformitate circa id quod divinae institutionis est, scilicet circa signum sacramentale *formaliter qua sacramentale,* poterit haberi quaedam diversitas mere materialis quoad elementa quibus constat."[84]

In nota addit: "Quod ut aliquo exemplo patefiat suppone nunc, Christum solummodo instituisse ut esset in Ecclesia ritus aliquis sacramentalis significans traditionem potestatis sacerdotis cum gratia respondente, non tamen determinando in individuo quis ille foret, sed committendo apostolis ut unum vel alterum caeremoniale signum, aliunde idoneum, assignarent. Finge insuper Petrum in Occidente assignasse traditionem instrumentorum sacrificii, Joannem vero in Oriente impositionem manuum, per quam derivatio potestatis ab uno in alium figuratur. Profecto in his rerum adiunctis, factum Petri vel Joannis fuisset mera conditio, qua posita, suum sortita esset effectum institutio divina, conferens id totum quod pertinet ad constitutionem signi sacramentalis, formaliter qua sacramentale est. Praeterea, unum idemque foret utrobique sacramentum a Deo institutum, sicut unum atque idem est sacramentum baptismi, sive celebretur in lingua latina, sive arabica; nam in casu *traditio instrumentorum et manuum impositio differrent inter se ut duo diversa idiomata linguae symbolicae,* non secus ac forma baptismi in latino et in hebraico, ut duo idiomata Unguae usualis."

Ubi agit de ipso sacramento Ordinis, Billot significat ipsam impositionem manuum esse originis apostolicae, eique Ecclesiam addidisse traditionem instrumentorum (cf. textum, in p. 796); quod quomodo concordet cum generali doctrina in his textibus proposita, dictum est supra, p. 812.

D'ALÈS citavimus eiusque *oscillantem et ambiguam positionem* explicuimus supra, pp. 709-711, 714-718.

" *De sacramento Ordinis,* diss. 2, a. 1, ob. 1, *Cursus theologiae* (Parisiis 1904) X 42.
«"La part de l'Eglise dans la détermination du rite sacramentel," *Etudes* LXXIII (1897) 320.
"De *Ecclesiae sacramentis* I (ed. 7, Romae 1931) 34sq.

MICHEL sequens ipsum D'Alès, per varios gressus, ut ipse fatetur, ad hodiernam suam positionem pervenit, *quae ceteroquin adhuc ambiguitate non caret,* eo quod sicut ipse D'Alès, ex una parte asserat, cum Van Rossum ac communiori modernorum sententia, solam manuum impositionem fuisse inde ab initio ac constanter essentialem materiam Ordinationis (ex quo connaturaliter sequi videtur specifica Christi institutio) et ex alia parte simul admittat aliquem modum genericae institutionis cum consequente Ecclesiae potestate in determinationem ritus sacramentalis. Ceterum, ratione insistentiae ac universalitatis qua, saltem in postremis eius scriptis, doctrinam de generica institutione exponit, hic auctor certius adhuc quam D'Alès logice collocari debet inter patronos genericae institutionis ipsius sacramenti Ordinis eiusque sententia explicari iuxta sensum supra assignatum (pp. 799 sq.).

In primo articulo circa materiam et formam sacramentorum, ambigue scribebat: "On ne doit pas s'étonner . . . que certaines des formules anciennes aient subi, an cours des siècles, des modifications, ou même que des additions aient été faites aux formules primitives. L'institution immédiate des sacrements, impliquant *l'institution immédiate de la forme et de la matière par le Christ,* laisse à l'Eglise un pouvoir suffisant pour introduire ces modifications ou ces additions lorsque le Christ n'a institué forme et matière *que sous la raison générale* de signes symboliques, sans en déterminer expressément les éléments individuels. Nous préférons laisser ici de côté cette question difficile et complexe, dont la discussion sera mieux à sa place à l'art. 'Sacrement.' "[85]

In secundo articulo de sacramento Ordinis,[86] cit. supra, in p. 709, ostendit se eligere, etsi cum aliqua incertitudine, sententiam Van Rossum de manuum impositione ut unica ac constanti materia ordinationis, sub beneficio tamen alicuius mitigationis vel explicationis, allatae a D'Alès, cuius verba refert et sua facit.

In tertio tandem articulo de sacramentis in genere,[87] firmiorem assumit positionem, quam iterum breviter repetit ac confirmat in suo commentario super Constitutionem Pii XII de sacramento Ordinis, in quo sincere agnoscit praefatam duorum priorum articulorum ambiguitatem sive oscillationem, scribens: "On voudra bien ne pas mettre en opposition l'explication formulée dans cet article avec certaines assertions de l'article *Matière et forme des sacrements,* tom. X, col. 342 (l'institution immédiate des sacrements implicant l'institution immediate de la forme et de la matière par le Christ). Il est permis au théologien *senior* de corriger les imperfections du théologien *junior.* L'article *Ordre* laisse encore transparaître des ésitations qu'on ne trouve plus à *Sacrements."*** Nihilominus etiam in his duobus ultimis locis numquam ipse explicite ac directe asserit non ipsum Christum sed apostolos, sua ipsorum auctoritate quam Christus reliquit Ecclesiae circa determinationem rituum sacramentalium, impositionem manuum introduxisse, quod quidem ut minimum necessario requiritur ad negandam specificam institutionem quodque ceteroquin sequitur ex toto ratiocinio auctoris; nonnisi in aliqua nota ultimi loci id transeunter ac modo polemico indicat, cum contra patronos specificae institutionis omnium sacramentorum observat: "Les partisants de cette opinion sont obligés d'admettre, sans en apporter la moindre preuve historique, que les apôtres ont utilisé le saint chrême pour la Confirmation et que, pour l'Ordre, l'imposition des mains leur a été indiqué par le Christ."[80]

[85] "Matière et forme dans les sacrements," *Dictionnaire de théologie catholique* X-1 (Paris 1928) 342.

[86] "Ordre. Ordination," *ibid.* XI-2 (1932) 1330.

[87] "Sacrements," *ibid.* XIV-1 (1939) 576 sq.

[80] "Matière et forme du diaconat, du sacerdoce et de l'épiscopat. 'Constitutio Apostolica.' Commentaire theologique," *L'ami du clergé* LVIII (1948) 345, in nota.

*** *Ibid.* 344, in nota.**

Ultima igitur sententia Michel ad hanc reducitur. luxta principia loannis a S. Thomas,[80] in omni sacramento distinguendum est inter eius *"esse intentionale,"* seu ipsam significationem, quae determinatur ab ipsa eius destinatione ad causandam aliquam particularem gratiam, *et esse sensibile,* quod requiritur ad hoc ut ea significatio ad suum finem et destinationem de facto deducatur, seu ad hoc ut sacramentum possit in se recipere influxum instrumentaient!, gratiae causativum et praefatae significationis ac destinationis realizativum. Primum elementum (esse intentionale) constituit proprie ipsum esse sacramenti, vel si placet, ipsam eius substantiam, ipsam eius formalem entitatem; secundum vero elementum (esse sensibile) est quid secundarium, quod de se non pertinet ad proprium esse sive substantiam sacramenti, nisi aliunde ab ipso Christo sit institutum ac determinatum. Christi igitur institutio respicit per se ac necessario primum elementum, seu ipsum esse intentionale, ipsam substantiam sacramenti (Christus nempe instituit ipsam significationem et ipsam destinationem ad causandam gratiam et indirecte sive consequenter aptitudinem elementi materialis ad sustinendam hanc significationem et suscipiendum influxum causativum) ; prorsus autem accidentale est quod alterum elementum, seu ipsum sensibile ac physicum elementum, utpote extra esse sacraméntale qua tale et extra substantiam sacramenti, sit institutum ab ipso Christo vel sit relictum potestati Ecclesiae quae possit illud constituere, ita determinando materialem ac sensibilem partem sacramenti, dummodo tamen in ea salvetur aptitudo ad sustinendum intentionale illud ac substantiale elementum a Christo necessario institutum.[81]

Quantum intelligimus, nullum nisi verbale discrimen est inter praecedentium doctorum explicationem et hanc quam auctor adducit ut elavem conciliationis, ut Peculiarem analysim conceptus sacramenti, ut sensum novum novamque orientationem explicationis illius e^ati "salva illorum substantia" ("H donne la clé de cette double conciliation," "On constate par cette analyse d'un concept sacramentel assez peu étudié jusqu' aujourd'hui, en quel sens nouveau pourrait être orientée l'explication du 'salva illorum substantia' "). Illud enim ipsum quod alii vocant elementum genericum vel elementum formale, hic vocatur elementum vel esse intentionale, at sub utraque appellatione idem prorsus proponitur, scilicet ipsa sacramentalis significatio; pariter id quod alii vocant elementum specificum vel elementum materiale, hic vocatur elementum vel esse sensibile, nec sub utra appellatione aliud quam res significans intelligitur.

Duplex fortasse novitas in hac nova praesentatione deprehendi potest quae nedum clarificativa, potius confusiva videtur. *Primo* nempe, intentionale illud elementum sacramenti, potiusquam ut genus aut forma (quae implicant conceptum partis) videtur considerari *ut aliquod totum ac per se stans,* quamvis in praxi non sit realizabile absque concursu vel subiecto elementi sensibilis; et pariter hoc elementum sensibile consideratur ut totum quoddam, alteri praebens meram conditionem sive substratum. *Secundo,* priori elemento attribuitur potius *significatio* (cum implicita quidem destinatione ad causalitatem), alteri vero tribuitur potius *actualis causalitas,* sive actualisatio causativae destinationis.

lamvero, prior modus solvit unitatem sive essentialem simplicitatem sacramenti, alter vero non satis servat adaequationem inter significationem et causalitatem sacramentalem, uterque proinde non satis congruit traditionalibus theologorum conceptibus. luxta hos scilicet (abstrahendo quidem ab ipsa determinata hylemorphistica conceptione sacramenti, quae invenitur in materiali elemento sacramenti), sacramentum est totum aliquod ac unum ens, coalescens ex omnibus quae ad eius significationem et causalitatem proprie concurrunt, ex significatione nempe et ipsa re significante in sua concreta realitate spectata, quarum neutra sine altera

[80] Cf. quae observavimus supra, p. 802, in nota.

[81] Recentius Michel hanc theoriam de genérica institutione extendit etiam ad distinctionem inter episcopatum et presbyteratum, ut ostensum supra, pp. 18, 22-24.

nec esse nec concipi sacramentaliter potest; et pariter duo conceptus significationis et causalitatis, ita sub diversa ratione integrant unum ac simplicem conceptum sacramenti ut pari passu et pari iure procedant, et ubi sit una sit altera, nec una ultra alteram extendatur. *Nequeunt igitur significatio et subiectum significor tionis ultra modum scindi aut separari,* ita ut prior dicatur substantia et ipsum proprium esse sacramenti, alterum vero aliquid extraneum ac mere necessarium requisitum sacramenti, cum ipsa significatio, sicut omnis relatio, non aliunde exurgat quam ex ipso eius subiecto, prout hoc afficitur proprio ac immediato fundamento ex quo praefata relatio significationis consurgit quodque in hoc casu est ipsa libera institutio, eligens elementum sensibile ad rationem subiecti relationis signi gratiae producendae.

En verba ipsius auctoris: "Le P. Lennerz, s'inspirant des actes du concile [de Trente] . . . montre . . . comment l'une ou l'autre explication [l'institution *in genere* ou l'institution *in specie']* se concilie avec la doctrine du concile. . . [Voici un] principe - - - qui donne la clé de cette double conciliation. Ou plutôt, il s'agit ici moins d'un principe que d'une considération théologique propre à résoudre les difficultés. . . Jean de Saint-Thomas enseigne que l'être propre des sacrements réside essentiellement dans la signification que leur confère la volonté du Christ, en les destinant à produire la grâce qu'ils signifient. Cette destination surnaturelle à produire le grâce attachée à la signification que leur confère la volonté du Christ, *voilà, à proprement parler, ce sur quoi porte l'institution du Christ.* . . Mais, pour produire en fait la grâce, comme instruments de la passion du Sauveur, l'être intentionnel qui constitue proprement l'être sacramentel ne suffit plus: le sacrement doit, sous ce rapport, renfermer un élément sensible capable de recevoir l'influence instrumentale nécessaire à la production de la grâce. . .

"Sous le premier aspect, nous avons l'essentiel du sacrement, conforme à l'institution qu'en a faite le Christ, parce que cette institution ne vise pas seulement à déterminer les signes de la grâce, mais à déterminer les signes productifs de la grâce et, en raison de l'élément materiel, doué de la causalité instrumentale nécessaire à cette production. . . Et ainsi nous pouvons conclure que l'élément sensible des sacrements qui reçoit l'influx instrumental pour produire la grâce, n'est pas, en dernière analyse, la raison quidditative et essentielle du sacrement; ce qui est essentiel dans le sacrement, en raison même de l'institution du Christ, c'est que le signe sacramentel, institué par Jésus, s'attache à un élément capable de recevoir cet influx et de produire la grâce. . .

"On constate, par cette analyse *d'un concept sacramentel assez peu étudié jusqu' aujourd'hui,* en quel sens nouveau pourrait être orientée l'explication du 'salva illorum substantia' et, partant, de l'institution immédiate des sacrements par le Christ. Cette institution immédiate porterait directement sur l'être intentionnel qui, au sens de Jean de Saint-Thomas, constitue l'élément formel du sacrement et, par voie de conséquence, sur l'aptitude de l'élément matériel (forme et matière) à signifier sacramentellement la grâce et à recevoir l'influence instrumentale de la passion du Sauveur pour produire cette grâce. Dans cette conception, la détermination matérielle, physique, pourrait-on dire, de l'élément sensible et réel du sacrement devient une question secondaire, n'entrant pas nécessairement, quand le Christ ne l'a pas faite lui-même, dans la 'substance' du sacrement."[92]

BOUËSSÉ recentius eandem essentialiter opinionem proposuit, quamvis *sub paulo diversa et aptiori, ut videtur, expressione,* in qua putat conciliari posse superficialiter discrepantes aliorum opiniones de institutione generica et institutione specifica. Totum autem ad hoc reducitur quod illud ipsum quod alii vocant et

[92] "Sacrements," *Dictionnaire de théologie catholique* XIV-1 (Paris 1939) 576sq. Idem repetit in praefato articulo in *L'ami du clergé* 345 sq.

concipiunt ut institutionem genericam, ipse concipit ut *institutionem specificam in esse tantum sacramentan,* non vero in esse ontologico. Doctrina autem sub hac expressione involuta, est omnino eadem vel vix differt ab ea quam tradunt alii auctores.

Ipsa immediata institutio alicuius sacramenti per Christum secum trahit ipsam specificam eius institutionem, seu ipsam determinationem signi sacramentalis, formaliter et specifice qua talis. Specifica autem ratio sacramenti qua talis est esse signi, seu significatio, non vero ontologica realitas signi, seu sensibilis res quae ad significandum assumitur. Unde eo ipso quod Christus sacramentum aliquod instituit, assignat immediate eius specificam significationem et simul consequenter etiam determinat ritum in suis verbis et rebus, non quidem in sua realitate ontologica sed sacramental! ac significativa, quatenus non quaecumque verba et res possint adhiberi in sacramento sed ea tantum quae correspondent (seu apta sunt) praefatae specificae significationi.

Unde nisi Christus aliquid peculiare statuerit circa ontologicam realitatem alicuius signi sacramentalis, nullus per se limes habetur in mutatione huiusmodi realitatis et quilibet ritus validus est, dummodo sit aptus ad eam significationem exprimendam. Nihilominus Ecclesia habet potestatem limitandi hanc nativam illimitationem, vario modo apponendo conditiones valori sacramenti. Quae quidem conditiones semel positae (ut ipsa electio determinatae materiae et formae, benedictio materiae, ut olei, delegatio presbyteri per episcopum), omnes in unum ritum coalescunt idemque sacramentum integrant, omnesque sacramentalem significationem exprimunt ac sub eadem specifica et formali ratione sacramenti conveniunt.

Ad rem ipse: "[Si] Notre-Seigneur a indiqué à ses Apôtres les fins spéciales propres à chacun des sept Sacrements . . . , de ce fait, il a institué immédiatement les signes symboliques *dans leur spécificité de signes symboliques,* quels que soient, au demeurant, les éléments matériels qui puissent au gré des circonstances concourir à leur constitution formelle ou essentielle, qui est de signifier et de symboliser telle grâce déterminée. Voilà pourquoi ^*nous jugeons inconciliables ces deux positions qui se rencontrent chez des théologiens modernes: 'le Christ a institué immédiatement les Sacrements9; 'il n'a déterminé que génériquement la matière et la forme de certains d'entre eux.'* Le signe, comme tout mouvement, comme toute action, est spécifié par son objet, par son terme ou sa fin. Si donc le Christ a indiqué lui-même la finalité immédiate, l'objet, le terme de tel sacrement, — et sans cette détermination, comment y aurait-il institution immédiate? — il a, du même coup, indiqué le sens du rit symbolique. . .

"Supposons . . . que Notre-Seigneur n'ait déterminé pour certains sacrements que la fin spéciale à chacun d'eux . . . , il ne restait plus, dès lors, au soin des apôtres, que le choix de la formule verbale et de la chose sensible servant de matière. Et encore, cela n'était-il dans leur dépendance qu'en une certaine mesure. Car *la détermination de la fin spéciale entraîne la détermination du rite.* . .Orienter le rite, c'est lui donner son sens; déterminer sa finalité, c'est déterminer les paroles du sacrement non certes dans leur matérialité sonore, mais dans le sens qu'elles doivent avoir en cette signification qui, seule, intéresse le Sacrement. De même, c'est déterminer la matière, non, sans doute, dans sa *réalité ontologique* . . . mais dans sa *fonction sacramentaire* de matière à symbole. . . Or, cette formalité de matière sacramentaire est immuable. . . Au contraire, à moins d'une détermination ultérieure, atteignant la réalité ontologique dans *son espèce extra-sacramentaire,* ce qu'on pourra nommer sa réalité brute, la chose sensible pourra varier. H suffira qu'elle ait par nature ou par acquisition, c'est-à-dire par l'estime des hommes, telle aptitude symbolique en conformité avec le sens sacramentel. . .

"La conclusion logique est inéluctable. A moins que le Christ n'en ait disposé autrement, aucune limite dans les mutations de la matière ontologique des

Sacrements n'est assignable, dès là qu'est sauf le symbolisme matériel adapté aux paroles. . . On aurait tort de se croire autorisé pour autant à penser que l'Eglise ne peut en aucune manière restreindre, en ce domaine, sous peine d'invalidité, la liberté de ses ministres. Denuée de pouvoir sur la substance des sacrements, incapable de retirer à ses ministres un pouvoir d'ordre, de soi inamissibile, elle est habilitée par son divin Fondateur à lier et à délier, à étendre et à restreindre le pouvoir de régir et de juger et par là déterminer des conditions essentielles à l'administration efficace des sacrements qui engagent ces pouvoirs. . .

"Les explications qui précèdent, ne prétendent pas être exclusives, une autre se présente à l'esprit, non pour s'y substituer mais pour les compléter. Le sacrement est, avant tout . . . une action symbolique, un geste qui signifie la grâce. . . [Si l'on suppose par exemple] que Notre-Seigneur n'a pas déterminé la matière du rite de confirmation, mais seulement sa finalité . . . [et] a laissé aux Apôtres, puis à l'Eglise le soin de figurer, par un geste choisi, l'action sanctificatrice propre à ce sacrement . . . [on peut dire que] *la bénédiction de la matière ou la délégation du prêtre par Vévêque intégreraient le geste au point de faire partie de ses éléments analytiques matériels:* la même signification spécifique et formelle étant assurée par l'imposition des mains et des paroles appropriées ou par la chrismation avec tous les éléments destinés à sa signification, y compris la bénédiction épiscopale. . . Ainsi des conditions qui ne sont pas, de soi, de la substance du symbole, qui théoriquement lui demeurent étrangères, peuvent décider pour leur part de l'efficacité ou non de certains sacrements. Et ceci parce que les moyens de sanctifications et de symbolisation pratique où elles s'intégrent, *dépendent ministériellement du pouvoir ecclésiastique,* au point que l'Eglise ne veut, par volonté simplement traditionnelle (l'Orient) ou décret positif (l'Occident), faire ce qu'a institué le Sauveur que lorsque se trouvent réalisées telles déterminations précises introduites par l'usage ou arrêtées par la suprême autorité du Pontife Romain.

"Ainsi, se concilieraient, au fond, des explications théologiques qui ne seraient que superficiellement et incidemment divergentes, comme celle de l'institution immédiate spécifique de tous les sacrements par le Christ ou celle de l'institution immédiate générique, voire même l'hypothèse de l'institution médiate de certains sacrements; ainsi se concilieraient l'affirmation d'un pouvoir de l'Eglise sur la détermination de la matière et de la forme sacramentelle et la négation que l'Eglise puisse modifier la substance des sacrements."[93]

TERTIA OPINIO, omnino recens et satis peregrina, in ipsa generica ratione sacramenti a Christo instituta ulterius procedens, docet Christum non solum non instituisse impositionem manuum sed nec proprie ac directe ipsum genericum ac indeterminatum elementum materiale in ea contentum, ut sustinebat praecedens opinio, sed tantum instituisse id quod est proprium ac sacramentale in eo ipso materiali elemento, scilicet *ipsum actum collationis potestatis, qui per illud materiale elementum externe manifestatur;* modum autem huiusmodi externae collationis, utpote secundarium nec proprie sacramentalem, relictum esse potestati Ecclesiae.

Ad cuius intelligentiam notandum est hanc opinionem procedere *ex nova conceptione sacramenti Ordinis,* omnino diversa ab ea quam

[93] *Le Sauveur du inonde,* IV: *L'économie sacramentaire* (Chambéry-Leysse [1951] 58 sq., 68-75.

supponunt theologi in omnibus praecedentibus opinionibus ac sententiis. Hi enim supponunt hoc sacramentum componi ex significatione, tanquam formali elemento, et signo sensibili, tanquam materiali elemento (quod iterum componitur sic dictis materia et forma); in hac vero opinione sacramentum Ordinis componitur ex significatione, tanquam formali elemento, et ex ipso actu traditionis potestatis externe manifestato, tanquam materiali elemento, cui quidem materiali elemento essentiale est ut sit generice. aut quomodocumque externe manifestativum actus traditionis potestatis, accidentale vero est quod sit hoc vel illo modo manifestativum, puta per impositionem manuum aut per porrectionem instrumentorum.

Ad hanc autem conceptionem sacramenti Ordinis descendunt ex ipsa conceptione sacramenti in genere. Hoc nempe, prout est signum sensibile collativum gratiae, componitur ex duplici elemento, altero formali, scilicet ipsa significatione gratiae, et altero materiali, scilicet omni eo quod illi significationi subest eamque sustinet. Hoc modo ad formale elementum in signo sacramentali pertinet omne id, *quod et quatenus significat,* et ad materiale elementum spectat omne id, quod et quatenus est aliquid sensibile, abstrahendo a praefata significatione; ita ad formale elementum, adeoque ad formam sacramenti, pertinent ipsae res (puta aqua, oleum, panis, quae vocari solent materia in hylemorphistica conceptione sacramenti), quoad suam vim significativam, et e converso ad materiale elementum, adeoque ad materiam sacramenti, pertinent ipsa verba (quae vocari solent forma), quoad suam physicam entitatem; utraque proinde, tam verba quam res, quoad vim suam significativam pertinent ad formam et quoad physicam entitatem pertinent ad materiam. Inde etiam consequitur quod hoc ipsum materiale elementum dupliciter considerari potest: vel nempe generice (vel, si placet, formaliter), ut aliquid sustinens ac in se de facto realizans vim illam significativam (vel, si placet, formaliter ut subiectum significationis quae est forma sacramenti), vel specifice (vel, si placet, materialiter), prout est aliquid physicum, abstrahendo ab hoc quod de facto sustentat ac exprimat eam significationem.

Ad *substantiam igitur sacramenti,* seu ad id quod est necessario a Christo institutum et ab Ecclesia intangibile, pertinet tum formale elementum seu significatio, tum ipsum materiale elementum secundum suam genericam tantum rationem; specifica vero ratio materialis elementi est omnino accidentaria, cum eius mutatio non obstet significationi sacramentali quae potest aeque ac indifferenter fieri per multifarias res (res ipsas, verba, nutus, actiones), adeoque, nisi aliunde positive sciamus eam ab ipso Christo determinatam esse (ut

in Eucharistia), ipsa manet in potestate Ecclesiae, quae, eam instituendo aut determinando aut mutando, nequaquam substantialem innovationem inducit, quia non tangit substantiam sacramenti.

Et quidem hucusque nihil vere novum habetur in hac conceptione nec ipsa essentialiter discrepat a praecedentibus opinionibus, nisi fortasse in eo quod conetur totaliter expungere hylemorphisticum conceptum compositionis sacramenti nec velle attendere ad sacramentalem valorem ipsius compositionis duarum partium (rerum et verborum, quae hylemorphistice dicuntur materia et forma) in ipso elemento materiali. lam autem incipit *huius opinionis essentiale discrimen,* cum, distinguens sacramenta in duas classes, scilicet ex una parte, Bapt., Confirm., Euch. et Extr.-Unctionem, ét ex alia parte, Poenitentiam, Matrimonium et Ordinem, exaggerat sacraméntale discrimen inter utramque classem et insimul Ordinem parificat Matrimonio, exinde obtinens praefatam novam conceptionem, iuxta quam sacramentum Ordinis *non consistit essentialiter in externo signo collationis gratiae et potestatis {sicut v.g. Baptismus), sed in ipso actu collationis potestatis, qui a Deo assumitur tanquam signum collationis gratiae et characteris.*

In quatuor scilicet prioribus sacramentis, Deus assumit aliquod sensibile exteriusque elementum, quod nullum de se habet peculiarem valorem cuique sacramentalis significatio mere ab extrínseco accedit et affigitur, tanquam alicui substrato necessario ad existentiam et exercitium sacramentalitatis (significationis et causalitatis); ac ideo facile intelligitur non aliud quam ipsum hoc sensibile elementum esse concrete sacramentum. In tribus vero postremis sacramentis Deus assumit aliquos humanos actus (ceteroquin substantialiter interiores, utut exterius manifestatos), qui de se habent aliquem valorem et aliquam significationem atque possunt exerceri, independenter et abstrahendo ab ipsa eorum assumptione et incorporatione in aliquo sacramento, scilicet actum iudicialem, consensum contractualem matrimonialem et traditionem potestatis. Unde hi actus intimius et secundum se concurrunt ad constituendum sacramentum, nec sunt merum substratum, cui sacramentalis significatio mere ab extrínseco affigatur, sed *ipsi secundum se constituunt ipsum sacramentum seu sunt immediatum ac proprium subiectum sacramentalis significationis* (vel, si placet, sunt materiale elementum sacramenti, consideratum formaliter ut sustentans formam significationis, quod vocavimus genericam rationem sacramenti, ab ipso Christo necessario institutam), quamvis, utpote sociales actus, secum trahant ac exigant aliquam sui exteriorem manifestationem, quae ita, sub hoc tantum indeterminato

aspectu, pertinet necessario ad essentiam sacramenti, seu ad praefatam genericam rationem sacramenti.

Quapropter, sacramentum Matrimonii consistit non proprie in ipso signo exteriori quod manifestat consensum interiorem, sed in ipso interiori consensu ad extra tamen manifestato, et pariter sacramentum Ordinis consistit non proprie in ipso exteriori signo collationis potestatis, sed *in ipso actu collationis potestatis* qui per extrinsecum signum manifestatur, ita ut haec exterior manifestatio sit mera conditio ac merum vehiculum, ac pro tanto aliquid materiale, relate ad actum collationis potestatis in quo proprie sacramentum consistit. Deus scilicet assumpsit ad rationem sacramenti ipsum actum collationis potestatis, ut externe manifestatum, eique adnexuit significationem et collationem gratiae et characteris, ita ut, *potiusquam per sacramentum tradi potestatem, oporteat e converso dicere per traditionem potestatis conferri sacramentum,* seu sacramentum confici ac consistere in ipsa traditione potestatis. Et in hoc quidem residet *primum ac praecipuum discrimen* huius opinionis a praecedentibus opinionibus de generica institutione, imo a ceteris omnibus sententiis theologorum.

Exinde sequitur quod, sicut in ipso Matrimonio modus exprimendi consensum manet, ob ipsam naturam contractus, omnino materialis et indeterminatus, ita ut indifferenter fieri possit per verba, res aut nutus cuiuscumque generis, quin inde mutet substantia contractus sive sacramenti, ita etiam in Ordine externus modus traditionis potestatis, ob ipsam naturam traditionis potestatis, *est prorsus materialis et secundum se indeterminatus,* ita ut possit quomodolibet exerceri sive per traditionem instrumentorum sive per impositionem manuum sive per utrumque aut alium ritum, dummodo sit vere ac sufficienter expressivus traditionis potestatis; *nec aliquis determinatus ritus, cum de facto prae alio adhibetur, eo ipso ingreditur ipsam constitutionem sive substantiam sacramenti,* nisi sub ea generali ratione, qua est manifestativum traditionis potestatis et sub qua quidem non differt ab aliis ritibus. Et in hoc residet *secundum nec parvum discrimen* huius opinionis a praecedentibus opinionibus de generica institutione, propter quod quidam renuunt eam inter has numerare.

Inde etiam sequitur quod, cum Ecclesia instituit aliquem huiusmodi ritum, puta impositionem manuum, vel illum immutat aut determinat, puta per traditionem instrumentorum, nullatenus instituit aut immutat signum ipsum sacramentale vel tangit substantiam sacramenti a Christo institutam, nam haec semper eadem manet, quocumque determinato ritu involvatur, cum nihil aliud sit quam traditio potestatis exteriori quocumque modo manifestata. Nihilominus ex eadem ipsa

natura traditionis potestatis sequitur quod determinatus ritus ab Ecclesia adhibitus suscipit indolem conditionis ad valorem requisitae, cum ab Ecclesia pendeat num velit potestatem tradere ac ideo quibus modis velit eam tradere, quemadmodum a potestate Ecclesiae pendent conditiones valoris ipsius contractus matrimonialis.

Haec opinio, tanquam *aliquorum recentiorum theologorum* (quorum nomina tacentur), exposita invenitur in *Actis* praeparatoriis Constitutionis Pii XII de sacramento Ordinis, ut testatur *Hurth* qui ea documenta ex speciali licentia examinavit.[94] Fortasse sub ea innominata designatione indicantur aliqui ex illis theologis modernis (cf. supra, p. 815, in nota) qui aiunt ipsum sacerdotium nonnisi generice ac globaliter tantum institutum esse a Christo, Ecclesiam vero illud divisisse in varios ecclesiasticos gradus, quibus consequenter proprios ordinationis ritus assignavit. Quamvis enim ex illa generica institutione sacerdotii non necessario sequatur generica institutio ipsius ritus (nam potuit Christus instituere unicum ritum impositionis manuum pro globali illo sacerdotio, ita ut Ecclesia, dividendo quidem varios gradus, pariter dividere deberet illum ritum in tot manuum impositiones, iuxta unumquemque gradum), tamen nemo non videt aliquam esse cognationem inter utramque genericam institutionem, ut notatum est supra (p. 815, in nota). De facto illi innominati theologi, de quibus agitur in praefatis *Actis,* utramque opinionem coniungebant, ut testatur *Hurth* in sua illorum doctrinae expositione: "Christus Dominus (ut adhibeamus quorundam theologorum modum loquendi) secundum eorum sententiam instituit 'Ordinem' in sua quidditate et totalitate, quae totam potestatem ordinis contineat; suae Ecclesiae reliquit determinare 'ordinis' graduitatem, ita ut Ecclesia communicare potuerit vel totam potestatem vel aliquam solummodo eius partem. De modo quo Ecclesia hanc collationem peragat, iuxta

[94] "In *Actis* exposita invenitur quaedam de manuum impositione sententia quae ad profundius studium et ad pleniorem cognitionem impositionis manuum tanquam materiae sacrarum ordinationum inservire potest, et quam ideo hic per modum Appendicis adiungere bene visum est." Prosequitur Hurth eam per 12 paginas diffuse exponens, atque de eius valore, attenta praefata Constitutione, sic concludendo iudicat: "Haec theoria hodie nondum est sufficienter examinata et inter Theologos discussa; neque argumentis --- [ab ea] allatis redditur sufficienter certa. Ideo, saltem interim, *dici nequit theoria theoretice et practice tuta. Haec theoria ex altera parte cum iis, quae in nova Constitutione Apostolica sive 'declarantur' sive 'disponuntur' componi posse videtur.* Nam etiam supposita hac theoria, modus externus collationis potestatis Ordinis seu ritus essentiales, (quibus sacramentum Ordinis confertur, et sine quibus nulla valida collatio Ordinis peragi potest) sunt hodie unice: impositio manuum et verba eam determinantia ad potestatem et gratiam Ordinis univoce significandam" *(Constitutio Apostolica de sacris ordinibus diaconatus, presbyteratus, episcopatus. Textus et commentarius cum appendice* [Roma 1948] 45, 56). Eandem theoriam fere ad verbum ex Hurth desumit ac compendiatur J. Crosignani, "Doctrina de externa potestatis Ordinis collatione tanquam materia sacramenti Ordinis," *Divus Thomas* (Piacenza) XXV (1948) 355-358.

defensores huius opinionis ipse Chrístus nihil statuit. Ñeque tamen Ecclesia, statuendo vel mutando determinatum quendam modum externum collationis potestatis, instituit vel mutat substantiam signi sacramentalis; nam in quolibet modo externo, ab Ecclesia adhibito, continetur semper ídem, ab ipso Christo Domino electum signum sacraméntale, scil.: externa collatio signi sacramentalis."[105]

Quidquid sit, non difficile est invenire apud unum vel alterum auctorem, uti *M. Daffara, O.P.* (mox cit.), expressiones quae ad illam theoriam de propinquo accedunt, et recenter post ipsam Constitutionem Pii XII, eam in sua integritate explicite defendendam suscepit unus saltem, quem sciamus, theologus, scilicet *P. Campo,* C.M., in quadam ephemeride Universitatis Sancti Thomae in urbe Manila.

Ad rem *CAMPO:* "No voy a ofrecer ahora a los lectores un comentario a declaración tan importante [de la Constitución de Pió XII]... Quiero simplemente tomarla como ocasión para presentar a la consideración sobre todo de los peritos en la materia una explicación teológica que pudiera resultar oportuna e interesante ... Hace ya dos aúos, a los alumnos de Dogma de este Seminario ... di por primera vez la aludida explicación, como necessaria para entender algo satisfactoriamente unos textos del . . . Santo Doctor [S. Tomás] que después daré. Por otra parte, en la revista *Periódica de re morali canónica litúrgica* [art. Hürth] de marzo de este año veo que hay en Roma teólogos, cuyos nombres no se citan, que han echado también por el mismo camino, a quienes si el articulista no aprueba ciertamente, tampoco son serios los reparos que les pone, en mi sentir al menos. . .

"Solicita nuestra atención una división en los sacramentos en la que no se repara, y debería repararse. Considerando el *sensible compositum* se observa que hay dos tipos por decirlo asi de sacramentos: en unos este *compositum* no es más que el pretexto, a manera de decir, el asidero, y sostén de las formalidades sacramentales; un mínimo material de loción, de unción, de comida y bebida, salva la validez del bautismo, de la confirmación o de la extrema unción, y de la eucaristía, por quanto no se trata en estos sacramentos de lavar, ungir o nutrir la came.

"Por el contrario, en el otro tipo de sacramentos, además de no tratarse ya como aquí de una operación material, sino de unos actos interiores exteriorizados, se ve que estos tienen una realidad en si completa y acabada, con valor absoluto e independíente, tales en una palabra que podrían intentarse aún prescindiendo de servir o no de sujeto a un sacramento; el consentimiento matrimonial, y aún la absolución judicial del culpado confeso, no pueden en modo alguno decirse meros apoyos de las formalidades sacramentales. Además, en este segundo tipo, el tratarse de actos internos exteriorizados y no de una operación meramente material, hace que el *compositum sensibile,* por perfecto que sea en lo aparente, carezca, si no es en realidad manifestación del interior del hombre, de aquel fundamento remoto que hemos visto arriba ser necessario para darle consistencia suficiente a sostener la sacramentalidad. Más todavía. Como se trata de asuntos que tienen resonancias sociales por interesar a tercero, el valor del *compositum* no se logra si los actos internos no se encaman y significan en formas, fórmulas y formalidades determinadas por la pública autoridad y de sentido perfectamente conocido por los circunstantes.

"Que todo esto sea verdad por lo que hace al matrimonio, y aún a la penitencia, parece podrá admitirse sin mayor dificultad; que sea exacto también respecto al

n.Jbid. 50.

compositum del sacramento del orden, es lo que se pretende hacer ver aquí. . . Parece como que en el sacramento del Orden, el *compositum sensibile* — imposición de manos del ordenante sobre el ordenado con las palabras prescritas — no tiene valor sino como manifestación de algo interno, a saber, de la comunicación de potestad sagrada que interiormente intentan ordenante y ordenado, aquel dándola y este recibiéndola; de suerte que *la recepción misma de la sagrada potestad es lo que significa y causa la otra recepción de la gracia sacramental* necessaria para el acertado ejercicio de la susodicha potestad. En consecuencia, habría que añrmar que *el sacramento del orden no es más que la investidura de potestad litúrgica elevada por Cristo a la dignidad de sacramento,* ni más ni menos que el sacramento del matrimonio es el mismo contrato hecho signo y causa de gracia. . . Por eso, sin duda, cuando habla santo Tomás de estos dos sacramentos dice que principalmente consisten, el orden en la potestad litúrgica dicha, y el matrimonio en el vínculo conyugal; por lo cual ambas cosas, la potestad y el vinculo, entran respectivamente en la definición del sacramento del orden y en la del matrimonio, y hasta de ellas toman estos sacramentos el nombre. . . Ni empece en modo alguno a la explicación el que la potestad sagrada, o carácter sacramental, sea efecto de la ordinación; así es, realmente, ni más ni menos que en un matrimonio cristiano el vínculo es también efecto del sacramento, pues en realidad son una misma cosa la comunicación de la potestad y el sacramento; por más que, podríamos también mirar precisamente como efecto del sacramento la indelibilidad y perpetua firmeza del carácter. . .

"La explicación parece cobrar nuevo vigor al considerar cómo fueron apareciendo en la Iglesia las ordenaciones. Jesucristo, que, como sacerdote sumo y eterno, posee la plenitud y fuente de todo poder sacerdotal, fue comunicando a su Iglesia en la persona de los Apóstoles participación de esa sagrada potestad, hasta que se la dió toda. . . Por su parte, los Apóstoles, ejecutando la voluntad de Cristo de perpetuar su Iglesia en el mundo . . . fueron comunicando, por grados o plenamente, a otros hombres la potestad de Cristo recibida. . . Así fué como, imponiéndolo la necesidad, el único que hay sacramento del orden, fué dividiéndose hasta quedar en seis sacramentos parciales — los del simple ministerio hasta el diaconado en que todos ellos se comprenden —, uno total — el presbiterado —, y otro completivo — el episcopado —, sin que, ello no obstante, se multiplique específicamente el sacerdocio, al cual todos los demas se refieren. . .

"Cristo, así como determinó de modo preciso e inequívoco, aún en lo sensible, los elementos sacramentales de la eucaristía e del bautismo, así para el matrimonio y el orden, sacramentos sociales, los determinó de manera que en lo sensible es susceptible de suyo de ulteriores cambios, ya que puso por *compositum* de esos sacramentos el hecho del contrato matrimonial y el de la comunicación de poder sacerdotal respectivamente; cosas ambas que, esencialmente, por lo que hace a su externa legitimidad y valor social, penden de la intervención de la pública autoridad. . .

"No es pues extraño que, así como la Iglesia no puede tocar *salva illorum substantia,* ni la materia ni la forma de otros sacramentos, así, respecto del orden y del matrimonio, pueda determinar, *salva illorum substantia,* si la materia — hablando ya en concreto del orden — ha de ser sola la imposición de manos, y su forma ciertas palabras deprecativas, como acaba de disponerlo Pio XII para el diaconado, presbiterado y episcopado, o ha de ser también — ya que no sola — la tradición de instrumentos con las palabras imperativo-ejecutivas que la acompañan, como para todos los grados del sacramento del orden lo dispuso el decreto *ad Armenos* promulgado por Eugenio IV en 1439. La razón es que, en los demás sacramentos, lo constituido por la materia y forma es una operación puramente externa, mientras que en el orden y matrimonio, y aún en la penitencia, es la exterior manifestación de actos internos; y como en un acto interno ex-

teriorizado, lo más importante, lo formal y vital, es el acto interior significado, no el exterior que meramente le significa y completa, de ahí es que, al cambiar la Iglesia en el sacramento del orden la materia y la forma, como siempre queda idéntico lo significado por ellas, a saber, la entrega de poder litúrgico, en realidad no hay cambio sustancial, esencial o formal mucho mayor que el que hay en la materia de la eucaristía al cambiar el pan fermentado por el ácimo, o el vino dulce por el seco.

"En resolución. Parece ser, *salvo meliori,* que en el sacramento del orden, en cualquiera de sus grados, menores y mayores, el *sacramentum tantum* es la recepción por el ordenando de determinado grado de potestad sagrada entregada por el ordenante en la forma litúrgica prescrita por la Iglesia; el *res et sacramentum* es esa misma potestad ya indeleblemente recibida; y el *res tantum* es la gracia sacerdotal y espíritu eclesiástico correspondientes al grado de potestad sagrada recibido."[96]

DAFFARA, quamvis teneat specificam institutionem Ordinis ceterorumque sacramentorum, et materiam Ordinis esse solam manuum impositionem (cf. supra, pp. 775, 808), tamen tanquam probabilem, et menti S. Thomae conformiorem, addit sequentem explicationem quae praefatae theoriae non modice accedit:

"Res igitur omnino certa theologice non est. Ideo diximus in thesi 'probabilius' materiam Ordinis esse manus impositionem. Difficultates provenire videntur ex indole propria sacramenti Ordinis, qui, utpote sacramentum sociale, differt in suis constitutivis a sacramentis personalibus, quae ad sanctificationem individui per gratiam ordinantur, dum Ordo est ad bonum sociale, quod est Christus in Eucharistia. De eius materia et forma ideo (quae ceterum prae se ferunt nonnisi indeterminatum aliquid et analogum, valde diversum in diversis sacramentis) non videtur esse judicandum sicut de materia et forma aliorum sacramentorum. Non enim sacramentum Ordinis resultat ex applicatione materiae et formae, sicut cetera sacramenta; sed ista applicatio esset potius *medium visibile et conditio transmita tandae potestatis, in qua proprie, ut dictum est, consistit sacramentum Ordinis,* qui est essentialiter aliquid permanens, nempe ipse character caeremonia visibili collatus.

"Ordinatio non ordinatur ad causandam gratiam, nisi ex consequenti; sed directe et praecipue ad manifestandam transmissionem potestatis et eam permanenter conferendam. Unde determinatio earum facilius intelligitur esse penes ipsam Ecclesiam. Christus enim, a quo est omnis sacerdotalis potestas et circa corpus eius verum et circa corpus eius mysticum, nihil determinavit de modo communicandi potestatem, neque de gradu participationis eiusdem potestatis; sed hoc reliquit in facultate Ecclesiae. Quae ideo potuisset et posset aliter et aliter determinare in diversis locis et temporibus, sive circa materiam et formam transmittendae potestatis, sive circa eiusdem potestatis participationem. Potuit igitur Ecclesia processu temporis etiam novos instituere Ordines, in quibus potestas, quae summa est in sacerdotio diversimode dividitur. Isti Ordines censendi sunt ab Ecclesia orti, si considerantur limitatio potestatis et modus transmissionis; sed proprie essent dicendi ab ipso Christo sicut sacerdotium, si consideratur potestas collata, in qua proprie consistunt.

"Haec videntur propius accedere ad mentem S. Thomae et antiquiorum scholasticorum."[97]

[96] "Teoría teológica sobre el sacramento del orden," *Boletín eclesiástico* (Manila) XXII (1948) 555-565. Hunc articulum exposuit et impugnavit M. Quera, "Observaciones a una 'teoría teológica sobre el sacramento del Orden,'" *Estudios eclesiásticos* XXIII (1949) 331-341.

[97] *De sacramentis et novissimis* ([Taurini] 1944) 614.

CONCLUSIO

Conclusio 1. Materia Ordinis (seu triplicis ordinationis diaconatus, presbyteratus et episcopatus) est hodie sola manuum impositio, saltem de facto et donec Ecclesia aliter determinaverit.

Probatur haec conclusio (quae aliunde erueretur etiam ex duabus sequentibus conclusionibus) patet ex ipsa declaratione Ecclesiae in *Constitutione Pii XII,* cuius circumstantias, sensum et dogmaticum valorem explicuimus supra (pp. 746-768). Ut ostensum est ibidem (p. 767), conclusio ita est certa ut contraria sit saltem temeraria, imo dici debet, et a theologis passim dicitur, *theologice certa* et contraria erronea.

Hac conclusione et ea Constitutione excluditur relate ad tempus praesens (seu ut applicata hodiernae ordinationi) supradicta sententia negativa (pp. 776 sqq.) cum omnibus suis divisionibus, seu cum quinque opinionibus in quas subdivitur (2a, 3tt, 4a, 5a et 6a sententiis) et cum omnibus suis argumentis quatenus haec ducunt ad concludendum traditionem instrumentorum esse etiam nunc, totaliter aut partialiter, materiam vel quomodolibet necessarium requisitum ad validam ordinationem.

Peculiariter autem *excluduntur sequentes affirmationes,* quae tanquam argumenta vel explicationes, afferuntur in illis sententiis:

1. Traditionem instrumentorum esse divinae institutionis et hoc sensu pertinere ad substantiam sacramenti. Hoc directe et explicite excluditur ab ipsa Constitutione (cf. supra, p. 759; n. 3: "Traditionem instrumentorum non ex ipsius Domini Nostri lesu Christi voluntate ad substantiam et ad validitatem huius sacramenti requiri"). Inde etiam excluditur opinio eorum qui simul dicerent Ordinem esse specifice a Christo institutum et traditionem instrumentorum olim pertinuisse ad essentiam sacramenti (cf. supra, p. 801).

2. Traditionem instrumentorum esse necessariam ad sufficienter exprimendam significationem sacramentalem, nec ad id sufficere impositionem manuum. Hoc pariter directe excluditur ab eadem Constitutione (cf. supra, pp. 757, 759, n. 3: "Sufficienter significati inveniuntur manuum impositione"). In hoc radicali sensu excluditur, et quomodolibet robur suum amittit, praecipua ratio invocata ab antiquioribus in favorem traditionis instrumentorum (p. 783).

3. Decretum pro Armenis implicare utram vel utramque praecedentem assertionem. Hoc etiam excluditur a Constitutione (p. 760).

4. Ordinationes Graecorum fuisse invalidas, ut pauci dixerunt (p.

802) . Hoc excluditur a Constitutione (n. 3: "Ecclesiam Romanam semper validas habuisse ordinationes graeco ritu collatas absque instrumentorum traditione"[108]).

5. Ordinationes Graecorum habuisse vel habere proprie dictam aliquam traditionem instrumentorum. Hoc excluditur iisdem verbis Constitutionis. Inde ineptum ad rem ostenditur varium quorundam conamen inveniendi in graeco ritu aliquam traditionem instrumentorum, quatenus nempe ipsa manuum impositio sit quaedam traditio instrumenti, seu manus, vel quatenus manus et caput ordinandi applicantur altari, quod est instrumentum vel continet instrumenta (cf. supra, p. 803).

Conclusio 2. Probabilius materia Ordinis fuit semper sola manuum impositio, ita ut Ecclesia hunc apostolicum ritum nunquam mutaverit per substitutionem aut additionem alterius, nominatim traditionis instrumentorum.

Probatur.

Haec quaestio nequit, sive in sensu affirmativo sive in sensu negativo, directe dirimi ex ratione theologica, cum uterque ritus impositionis manuum et traditionis instrumentorum sit aptus qui eligatur in materiam sacramenti, utpote expressivus collationis potestatis; nec dirimi potest ex ratione dogmatica, seu ex doctrina Ecclesiae, cum ante Constitutionem Pii XII nulla extiterit directa declaratio circa huiusmodi quaestionem et documenta quae in medium afferri solent, uti Decretum pro Armenis a patronis traditionis instrumentorum et Cone. Trid. atque Encyclica Leonis XIII a patronis impositionis manuum, nonnisi per transennam rem attigerint nec talem verborum claritatem ostendant quae possit praebere sufficiens fundamentum convincentis argumenti pro una vel altera sententia, ut patet ex innumeris ac diuturnis interpretationibus quae de praecipuo illo Decreto Florentino circumferuntur. Unde haec quaestio potius ex *argumento historico* decidenda est, quippe quod exhibet elementa quaedam certa et ab omnibus admissa, et in quo ceteroquin integrari potest utraque theologica ipsa et dogmatica ratio, tanquam elementum interpretativum ipsius praxis Ecclesiae, quae argumento historico directe exhibetur.

" Romani Pontifices ordinationes graecas iugiter, occasione oblata, approbarunt: Leo X, *Breve* "Accepimus nuper," 18 maii 1521; Clemens VII, *Breve* "Provisionis," 26 mart. 1526; Clemens VIII, *Instructio* "Presbyteri graeci," 31 aug. 1595; Paulus V, *Breve* "In supremo apostolatus," 10 dec. 1615; Urbanus VIII, *Breve* "Universalis Ecclesiae," 23 nov. 1624; Benedictus XIV, *Bulla* "Etsi pastoralis," 26 maii 1742; *Constitutio* "Demandatum coelitus," 24 dec. 1743; Leo XIII, *Bulla* "Orientalium dignitas ecclesiarum." 30 nov. 1894; Benedictus XV, Codex I. C., a. 1918, can. 1004; Pius XII, *Constitutio* "Sacramentum Ordinis," 30 nov. 1947.

Porro ad historicam hanc praxim quod attinet, tria sunt de quorum veritate vix rationabiliter dubitari potest, quaeque, hodie saltem, absque dubitatione ab omnibus doctoribus admittuntur. *Primo* scilicet, tempore apostolico unicus et essentialis ritus ordinationis fuit manuum impositio (cf. supra, p. 628), quidquid ceteroquin sit de illius origine, utrum nempe apostoli illum acceperint ab ipso Christo an proprio consilio elegerint, sive sponte sive ex imitatione praxis rabbinicae (cf. in p. 627); nec quisquam hodie rationabilem iudicabit voluntariam opinionem Soti et Valentiae dicentium eo tempore adhibitam fuisse etiam instrumentorum traditionem, etsi in Scripturis non commemoretur (p. 803). *Secundo,* impositio manuum tanquam unicus essentialis ritus ordinationis perseveravit in ecclesia latina per plura saecula, saltem nempe usque ad saec. 10," et in ecclesia graeca usque ad hodiernum diem, ut fuse ostensum est supra (pp. 629 sqq.; cf. compendium totius periodi saec. 4-9, in pp. 662-672) atque luculenter apparet ex ipsa praxi liturgica (pp. 647-662). Quidam autem peculiares ritus qui paulatim in hac aetate manuum impositioni accesserunt, scilicet impositio libri evangeliorum super caput episcopi ordinandi (quae prima vice apparet in *Constit. Apost.* circa a. 400) et unctio in utraque ordinatione presbyterali et episcopali (quae nonnisi saec. 7-8, et quidem in solo ritu latino gallicano, certo adhiberi coepit) manifesta signa accidentalis cuiusdam caeremoniae prae se ferunt (pp. 668-672). Proprie dictam autem traditionem instrumentorum adhibitam fuisse in ritu graeco excludit ipsa Constitutio Pii XII nec nisi voluntarie et inepte quidam theologi conati sunt in eo ritu aliquam aequivalentem traditionem invenire, ut supra dictum est (p. 803). *Tertio,* nonnisi saec. 10 in quibusdam ecclesiis coepit introduci traditio instrumentorum nec nisi saec. 12 apparet stabiliter introducta in ipso ritu romano (pp. 679-687); non obstante autem huius caeremoniae introductione, ritus ipse impositionis manuum nullo modo expunctus aut immutatus est, sed eandem ritualem faciem easdemque formulas orationum servavit usque ad hodiernum diem (p. 674).

lamvero, ex his legitime conficitur sequens *praescriptionis argumentum.* Cum ritus impositionis manuum in ecclesia latina consideratus sit ut unicus essentialis ritus ordinationis usque saltem ad saec. 10, cumque subinde, non obstante introductione porrectionis instrumentorum, ipse in sua liturgica veste suisque propriis orationibus, sacramentalis effectus expressivis, immutatus iugiter perseveraverit, praesumendum est ipsum eandem exclusivam sacramentalitatis rati-

w Nimium pondus Van Rossum tribuit praefatorum antiquorum voluntariae opinioni cum scribit: "Gratis asseritur factum illud historicum extra omnem prorsus controversiam esse" (cf. supra/p. 762 sq.).

onem quam prius habebat iugiter servasse, nisi aliunde positivis ac cogentibus argumentis ostenderetur eam rationem aliquando amisisse eamque novo ritui traditionis instrumentorum totaliter aut partialiter abdicasse. lamvero, huiusmodi argumenta ab adversariis non afferuntur, quin e contrario plura adduci possint signa et rationes, quae inverisimilem saltem praefatam mutationem faciunt quaeque non leviter ipsum praescriptionis argumentum corroborant. Quo sensu non immerito hic quoque invocari possunt duo traditionalia illa principia: "Quod universa tenet Ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate apostólica traditum rectissime creditur" (Augustinus, *De bapt.* 4. 24, *ML* 43. 174); "In ipsa item catholica Ecclesia magnopere curandum est ut id teneamus quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est" (Vincentius Lirinensis, *Commonitorium,* c. 2, *ML* 50. 640).

Argumenta autem ab adversariis supra allegata (p. 783) nec certitudinem nec etiam maiorem aut aequalem probabilitatem factae mutationis sustentant.

Prima ratio, seu aptitudo traditionis instrumentorum ad significandos sacramentales effectus, si intelligatur in sensu exclusivo, quatenus nempe hic tantum ritus, non vero impositio manuum, sufficienter exhibeat huiusmodi sacramentalem significationem, falsa est ex iudicio ipsius Constitutionis Pii XII, ut patet tum ex explícito sensu formulae determinantis manuum impositionem quae exhibet utrumque effectum gratiae et potestatis (cf. supra, p. 667), tum ex eo quod secus sequeretur ordinationem invalide per tot saecula in Ecclesia administratam esse, antequam instrumentorum porrectio introduceretur. Si vero intelligitur in solo sensu perfectivo, quatenus nempe hic ritus expressius quam manuum impositio exhibeat sacramentalem significationem, ex una parte simpliciter vera non est, quia traditio instrumentorum exhibet solum effectum potestatis dum formula impositionis manuum exhibet utrumque effectum gratiae et potestatis (ita in ordine presbyterali formula "Accipe potestatem offerre sacrificium" exhibet, utut valde distincte, solam potestatem, et quidem solam principalem, dum formula "Da in hunc famulum tuum presbyterii dignitatem; innova in visceribus eius spiritum sanctitatis" exhibet effectum tum gratiae tum potestatis et hanc cum maiori quidem amplitudine, quamvis tacito praecipuo ipso munere offerendi), et ex alia parte, etiam si simpliciter vera esset, nihil ad rem nostram faceret, nam ex hoc quod Ecclesia addiderit traditionem instrumentorum ad maiorem expressionem significationis iam sufficienter contentae in impositione manuum, non sequitur eam addidisse tanquam ritum essentialem; multos enim ritus et orationes solet Ecclesia ad

eundem finem amplioris significationis addere sacramentis suis, qui tamen mere accidentales ac caeremoniales sunt.

Secunda ratio, deducta ex exemplo Christi in ultima Coena, est adhuc debilior. Nam imprimis non constat Christum ordinasse apostolos per aliquem particularem ritum; nec hunc, si adhibitus fuerit, constitisse in ea porrectione panis et vini consecrati; nec hanc porrectionem esse omnino eandem cum ritu ecclesiastico, in quo profertur panis et vinum nondum consecratum et dicitur formula "Accipe potestatem offerre sacrificium" quae non est omnino eadem cum verbis "Hoc facite in meam commemorationem." Ceterum, certum est Christum per eam porrectionem non intendisse constituere similem ritum traditionis instrumentorum tanquam materiam sacramenti; id enim explicite excluditur a Constitutione Pii XII (cf. supra, p. 830) et patet ex eo quod secus sequeretur tum ipsos apostolos, tum Ecclesiam post eos ac per plura saecula, Christi institutionem non intellexisse aliumque ritum impositionis manuum adhibuisse et ordinationes invalide administrasse. Unde studium imitandi exemplum Christi non probat factam esse essentialem mutationem in antiquo ritu ordinationis, seu Ecclesiam per traditionem instrumentorum intendisse priorem ritum impositionis manuum immutare aut per novum ritum determinare, etiam si huiusmodi mutationis introducendae potestatem habuisset.

Tertia ratio, deducta ex paritate ordinationum superiorum cum inferioribus in quibus sola habetur traditio instrumentorum, non probat hunc ritum introductum esse in superiores ordinationes tanquam essentialem. Nam imprimis, certum non est ordines inferiores esse sacramentum, imo contrarium probabilius est, attento ipso historico argumento. Secundo, non constat illum ritum introductum esse in superiores ordinationes in imitationem ordinum inferiorum, quamvis id non sit impossible. Tertio, quidquid sit, potest unus ritus, qui est essentialis in uno ordine aut in uno sacramento, esse accidentalis ac caeremonialis in alio, ut patet de unctione in Extrema Unctione et Ordine vel de benedictione elementi in Extrema Unctione (aut Confirmatione) et Baptismo.

Quarta ratio, seu consensus theologorum, praecipue antiquorum, et signanter S. Thomae, in admittenda essentialitate traditionis instrumentorum, nequit assumi ut signum tunc factae essentialis mutationis in ritu ordinationis per introductionem traditionis instrumentorum; nam huiusmodi consensus non est communis ac firmus, nec desunt aliunde diversae rationes quibus ipse ortus relativi illius consensus convenienter explicetur.

Et primo quidem, si attendamus *priores theologos* qui floruerunt eo ipso tempore quo ritus traditionis instrumentorum in variis ecclesiis, non exclusa romana, introducebatur (scilicet Ivonem Carnotensem, Hugonem Victorinum, Petrum Lombardum, Anonymum *De sacramentis,* Stephanum August., Pseudo-Hugonem Victorinum, Sicardum, Innocentium III, supra citatos, in pp. 685-687), nequit sermo esse de communi consensu in aliqua clara ac firma sententia. Nam aliqui valde ambigue loquuntur et potius dicere videntur per traditionem instrumentorum significari tantum, non autem conferri, potestatem aliunde acceptam (Hugo a S. Victore, Lombardus, Anonymus *De sacramentis,* Pseudo-Hugo a S. Victore, Innocentius III); alii quidem videntur collationem potestatis traditioni instrumentorum tribuere (Ivo Carnotensis, Stephanus August., Sicardus Cremonensis), sed simul eodem modo loquuntur et eandem efficacitatem tribuunt aliis caeremoniis, nominatim unctioni et impositioni vestium, imo Sicardus Cremonensis haec omnia vocat substantiam sacramenti ("Stola igitur et casula, oleum calixque patena simul, et haec verba ["Accipe potestatem offerre sacrificium"] sunt huius sacramenti substantia; cetera praecedentia et subsequentia sunt solemnitatis"). Unde haec ipsa ambigua et oscillans illorum doctorum existimatio de indole traditionis instrumentorum, potius ostendit hunc ritum nondum saltem evasisse essentialem, etiam si admittatur (quod infra refutabitur) aliquem ritum posse essentialem rationem pedetemptim assumere ex communi ipso usu et persuasione, independenter ab aliquo directo influxu ecclesiasticae auctoritatis.

Etiam *saec. 13-14,* cum scientifice ac systematice actum est de materia ordinationis, nec concors nec clara fuit theologorum sententia. Ambigua peculiariter est doctrina Bonaventurae, Petri de Tarentasia et Petri de Palude (cf. supra, pp. 772, 773, 777, 794); duo priores de facto docent in ordinatione presbyterali characterem seu potestatem conferri per ipsam manuum impositionem, quamvis hanc considerent ut quandam veram traditionem instrumenti, seu manus quae est organum organorum. Ipse S. Thomas, qui certe et clare docet essentialitatem traditionis instrumentorum, aliqua ambiguitate non caret quod attinet ad sacramentalitatem impositionis manuum. Si credamus tabulae synopticae, quam ex opere Van Rossum supra confecimus (p. 772), ante saec. 15, in quo emissum est Decretum pro Armenis, nonnisi duodecim auctores docuerunt essentialitatem traditionis instrumentorum contra sex auctores eam negantes, et ceterum ipsa haec classificatio incerta est, praecise ob indeterminatam expressionem sententiae apud plures ex illis.

Etiam quoad *saec. 15,* seu tempore Cone. Florentini ac deinceps

usque ad *saec. 18* inclusive, quamvis longe communior evaserit de essentialitate illius ritus sententia (aliunde subdivisa in quinque discrepantes opiniones), sermo esse nequit de communi consensu theologorum, ut constat ex praefata tabula synoptica, et multo minus de firma sententia (nam quidam sat confuse loquuntur, alii nonnisi ut probabiliorem suam sententiam proponunt). Ex quo deducitur neque in hac posteriori periodo sententiam theologorum assumi posse ut signum tunc saltem pedetemptim factae essentialis mutationis ritus ordinationis. Ceterum, *saec. 19-20* ea sententia tam rapide declinavit, ut, non obstantibus quinque suis ramificationibus, nonnisi 24 auctores contra 76 adversae sententiae defensores numeraverit, attenta saltem eadem tabula synoptica.

Ceterum, quaedam considerationes circa ortum, progressum et relativum occasum illius sententiae, non leviter infirmant vim praefati consensus, amplius ostendentes ipsum nullatenus assumi posse in ulla, utut antiquiori periodo, tamquam signum alicuius essentialis mutationis in ritu ordinationis. Priores quippe ac mediaevales doctores facile in hac re decipere potuit copulata causa *rudioris cognitionis* monumentorum antiquitatis et necessitas simul ac studium *doctrinalis systematizationis,* quam ipsi quidem excellenter praestiterunt, iacentes fundamenta systematicae theologiae. Inde in determinandis elementis sacramenti Ordinis, praecipue iuxta recta principia hylemorphisticae philosophiae, facile illis occurrit traditio instrumentorum eorumque mentem maxime allexit, quippe quae magis veluti ad oculos sacramentalem significationem exprimeret eaque indicativa ac potestativa formula gauderet ("Accipe potestatem") quae hylemorphisticam indolem sacramenti immediatius refert aliorumque sacramentorum indicativis formulis propinquius accedit ("Ego te baptizo," "Signo te signo crucis," "Ego te absolvo"). Ceterum, cum consideratio ipsius impositionis manuum vix posset a sacramentali ritu simpliciter secerni, ea sententia de essentialitate traditionis instrumentorum iam inde ab initio coacta est ad aliquod descendere compromissum, quo etiam alterius ritus uno vel alio modo aequa ratio haberetur; inde paulatim enatae sunt quatuor aliae opiniones, quarum commodam fragilitatem ostendit ipse modus quo impositio manuum sub sacramentali ritu revocatur; inconstanter enim discurritur modo ad primam antiquamque manuum impositionem, modo ad ultimam ac recentius introductam, modo ad utramque.

Recentiores autem ac postridentinos theologos, praesertim saec. 17-18, maxime commovisse videtur *Decretum Florentinum,* cuius doctrinalem valorem ac sensum absque sufficienti discussione susce-

perunt cuiusque apparentem discrepantiam a traditione antiquitatis et a constanti ritu Graecorum nonnisi leviter ac per facilem praesertim recursum ad potestatem Ecclesiae circa determinationem ritus sacramentorum, dissipare conati sunt. Cum vero saec. 18 positiva studia antiquitatis celerius ac solidius incrementum obtinuerint, ea sententia suis viribus deseri coepit et iam saec. 19 rapidissime declinavit, ita ut vix undecim, contra quadraginta adversae opinionis defensores, numerare potuerit, attenta supradicta tabula synoptica, nec novellus favor, quem ultimis hisce annis obtinuit, exanguem suam conditionem sensibiliter modificare valuit.

Quinta ac praecipua ratio, quae desumitur ex documentis et praxi posterioris Ecclesiae, signanter ex Decreto pro Armenis, et ex qua provenit praecipuum robur et probabilitas illius sententiae, sufficienter exagitata est superius in discussione illorum documentorum (pp. 693 sqq.). Satis erit sequentia recolere.

Catechismus Cone. Trid. non est proprie documentum doctrinalis ac decisivi magisterii Ecclesiae, sed secura quaedam ac generalis norma, ab Ecclesia approbata ac proposita, quae in pluribus sese accommodat communiori sententiae theologorum, quin de singularum propositionum veritate ipsius Ecclesiae iudicium proferre praesumat. Ceterum, ipsi defensores traditionis instrumentorum fateri debent Catechismum historicam veritatem non proferre cum affirmat Ecclesiam semper docuisse potestatem sacerdotalem conferri per verba "Accipe potestatem offerendi sacrificium," cum omnes fateantur hanc formulam, una cum ipso ritu traditionis instrumentorum, nonnisi serius (non ante saec. 10) introductam esse (pp. 736; cf. 722).

Pontificale Romanum, quoad ea quae referuntur in rubricis, non est documentum doctrinale sed mere directivum, ac proinde potuit, cum primo confectum est, ad communiorem et tutiorem sententiam eas rubricas rimare, quae ceteroquin usque ad hodiernum fere diem immutatae servatae sunt, quamvis ea sententia declinaverit et contraria opinio communissima evaserit, nec nisi a. 1950 reformatae sunt quando, ob Constitutionem Pii XII, ea ipsa sententia, quod attinet ad praesens tempus, omnem tum securitatis tum ipsius veritatis valorem amisit (pp. 737 sq.).

Praxis reiterandi ordinationem ob defectum in traditione instrumentorum, non aliud probat quam S. Sedem sententiam de essentialitate illius ritus non improbabilem reputasse et, stante theologorum controversia, tutiorem viam secutam esse. Ceterum, ex ea ipsa praxi maior potius confirmatio pro contraria sententia deduci potest, quatenus nempe ipsa ita intelligebatur ut, ob defectum traditionis libri

in ordinatione diaconi, non tota ordinatio iteranda esset, sed tantum hunc ritum supplendum, et ob defectum traditionis instrumentorum in ordinatione presbyteri, ordinatio potius conditionate iteranda esset, absolute vero ubi defectus concerneret impositionem manuum (pp. 743-746).

Restat *Decretum pro Armenis quod, fatentibus omnibus, seriam aliquam difficultatem* in hanc quaestionem inducit, ratione tum conciliaris ac quomodolibet doctrinalis indolis documenti, tum explicitae propositionis solius traditionis instrumentorum, tanquam materiae Ordinis.

Quamvis concedamus valorem difficultatis ac inde veram aliquam probabilitatem sententiae de essentialitate traditionis instrumentorum, negamus tamen hoc Decretum illi conferre moralem aliquam certitudinem, vel etiam ampliorem aut aequalem probabilitatem ei quam ex historico argumento, ipsam Ecclesiae manifestam ac continuatam praxim exhibente, provenit contrariae sententiae. Et ad nostrum praescriptionis argumentum directe attendendo, negamus doctrinam Decreti invocari posse ut signum, seu ut positivum ac cogens argumentum, quod ostendat mutationem in essentiali ritu ordinationis olim, paulo ante Cone. Florentinum, contigisse (nemo quippe adversariorum, saltem recentiorum, praefracte asseruit ipsum hoc Decretum mutationem induxisse), per substitutionem nempe vel additionem traditionis instrumentorum primitivo ritui impositionis manuum.

Ex diffusa enim expositione superius allata (pp. 698-722), constat iugiter acriterque inter doctores saltem per tria saecula disputatum esse tum de dogmatico valore tum de ipso sensu verborum illius Decreti, et quidem etiam ab ipsis defensoribus essentialitatis traditionis instrumentorum, ita ut maior pars istorum (patroni nempe quatuor sententiarum quae docent tum traditionem instrumentorum tum etiam impositionem manuum esse materiam ordinationis) cogatur alium illis verbis sensum assignare quam connaturaliter proferunt, scilicet solam traditionem instrumentorum, tacita manuum impositione, tanquam materiam ordinationis.1 Quis igitur rationabiliter tam discussum Decretum assumat ut cogens argumentum ac evidens signum factae mutationis in essentiali ritu ordinationis? Aliunde autem, ut ostensum est supra (pp. 722-728), tum generali indoli Decreti tum ipsis eius verbis, prout sonant spectatis, congruens est ea interpretatio qua dicatur Concilium non decisive sed potius expositive tantum

***Ex quo etiam apparet Decretum Florentinum inepte invocari a patronis quatuor illarum sententiarum, et contra ipsos retorqueri posse, quoniam illud Decretum non solum proponit traditionem instrumentorum ut materiam sacramenti, sed etiam solam eam traditionem proponit.**

locutum esse, legitime ac rationabiliter exhibens ipsam integramque materiam ordinationis, prout in communiori doctrina theologorum, patrocinio ipsius Angelici obsignata, circumferebatur. Cui interpretationi peculiare ac convincens robur ex ea provenit ratione, quod, si admittatur Decretum pro Armenis esse doctrinale ac decisivum, propriamque ipsius Ecclesiae doctrinam auctoritative ac determinate, utut non infallibiliter, proponere intendisse, vix rationabiliter explicari queat quomodo Ecclesia permittere potuerit ut in scholis subinde late doceretur sententia de manuum impositione ut unica sacramenti materia, donec tandem late contra florentinam ipsam decisionem praevaleret; id quippe nullatenus conveniret officio ecclesiastici magisterii nec ullatenus quadrat cum ipsa praxi Ecclesiae, quae dubia ipsa de doctrinalibus suis declarationibus zelanti ac tempestivo studio retundere solet.

Unde consentimus his verbis quae *D'Alès* (mitigatus ceteroquin et ex parte ambiguus patronus nostrae sententiae) profert in suo ultimo scripto de hac quaestione, recensens (a. 1932) secundam editionem operis Van Rossum: "L'ascendant de la solution préférée par l'Eminentissime auteur [i.e. de manuum impositione, sola materia ordinationis] s'affirme de plus en plus. Des cinq autres solutions, trois semblent mortes, ou peu s'en faut; deux seulement réagissent encore un peu; mais elles ne donneraient plus signe de vie sans le courage qu'elles puisent dans le Décret de Florence aux Arméniens. Et tout l'effort du cardinal tend à prouver que ce courage procède d'une illusion. L'argumentation de l'édition précédente nous avait paru décisive; l'argumentation renouvelée par la présente édition paraîtra plus décisive encore, à cause d'une expérience prolongée. Le siècle qui s'écoula entre le Concile de Florence et le Concile de Trente ne s'était guère occupé du décret aux Arméniens; les quatre siècles qui ont suivi le Concile de Trente, du moins les trois derniers, ont copieusement discuté ce décret, se refusant à y voir un acte proprement dit du magistère doctrinal. Et l'Eglise a laissé dire, elle laisse dire encore. Ce n'est pas ainsi qu'elle a coutume d'acceuillir les doutes soulevés quant aux actes de son magistère. Son silence est éloquent. Le cardinal détend donc une position très forte quand il se refuse à majorer la portée doctrinale des directives liturgiques données par ordre du pape Eugène IV aux Eglises d'Arménie."[2]

In discussione ceterorum documentorum Ecclesiae, scilicet *Cone. Trid.) Leonis XIII* et *Pii XII,* districte abstinuimus ab eis invocandis

[2] **"Bulletin de théologie historique. IV. Théologie sacramentaire,"** ***Recherches de science religieuse*** **XXII (1932) 599 sq.**

in favorem nostrae sententiae, uti facere solent alii eiusdem defensores (cf. pp. 730 sq., 738 sq., 758 sq.). Ceterum, si adversarii insistunt in invocando Decreto Florentino necnon Catechismo Cone. Trid. et Pontificali Romano in suum favorem, non renuimus pari iure ac more saltem polémico contra ipsos invocare praefata tria documenta, pro quanto, prima fronte, impositionem manuum tanquam unicam olim materiam ordinationis indigitare videantur. Ipse Pius XII, quamvis ab ipsa hac quaestione dirimenda omnino abstrahat, tamen indirectum aliquem favorem sententiae nostrae ostendisse dici potest, quatenus pro obiecto suae declarationis, vel decisionis, solam manuum impositionem elegit; quod certe non sine consilio factum est: stante enim ex una parte Decreto Florentino et ex alia parte argumento historico, evidentia istius, potiusquam auctoritas illius, actionem S. Pontificis direxit.

Ex dictis igitur patet nullam positivam ac cogentem rationem afferri posse ad demonstrandum factum essentialis mutationis in ritu ordinationis; quod quidem sufficit ad plenam vim *nostri argumenti ex praescriptione.* lam autem, *ad eius complementum et confirmationem,* addere possumus duas rationes quae, utut potius negativae, improbabilitatem factae mutationis magnopere suadent. Haec scilicet mutatio, cum respiciat ritum apostólico ipso aevo introductum et a quo essentialis ipsa Ecclesiae hierarchia et apostólica successio dependet, non potuit ab Ecclesia introduci nisi ex gravi aliqua urgentique ratione, nec potuit sine aliquo patenti ac graviori signo in actum deduci.

lamvero, non intelligitur praeprimis *quae potuerit esse ratio tantae mutationis inducendae.* Non quidem imitatio eius quod Christus gessit in ultima Coena, cum constituit apostolos sacerdotes; nam, praeterquam quod incerta ac minime fidelis fuisset huiusmodi imitatio, ut dictum est supra (p. 834), verius ac consultius Ecclesia intentionem Christi assecuta esset, imitando ipsos apostolos, illius intentionis immediati interpretes et exeeutores, qui per solam manuum impositionem ordinasse leguntur. Nec ratio esse potuit expressior significatio sacramentalis symbolismi, quam commendat veneratio sacramentorum et utilitas fidelium; nam, praeterquam quod, omnibus consideratis, magis expressiva est manuum impositio cum sua formula quam traditio instrumentorum, ut ostensum est supra (p. 833), eiusmodi fini Ecclesia convenienter obvenire poterat, addendo traditionem instrumentorum tanquam meram caeremoniam, quin tangeret ipsum essentialem ac traditionalem ritum, ut agere solet in omni liturgia sacramentan. Nec ratio esse potuit simplicior ac magis determinata

ratio ipsius ritus, qua validitas ordinationis certior ac securior redderetur; nam e converso traditio instrumentorum ritum ordinationis non leviter implicatiorem reddidit atque fontem increscentium dubiorum circa valorem sacramenti extitit; ita, olim satis erat calicem et patenam separatim ac successive tangere, subinde necesse fuit utrumque uno tactu contingere et quidem manibus alligatis; praeterea, quidam necessarium esse dixerunt ut etiam hostia super patenam tangeretur, quod aliunde quoad vinum convenienter fieri non poterat; hinc magna pars dubiorum, SS. Congregationibus propositorum (cf. supra, p. 744), ritum traditionis instrumentorum respexerunt, uti dubia de tactu instrumentorum, de tactu calicis nec patenae, de tactu calicis sine vino aut patenae sine hostia.

Praeterea, non intelligitur *modus quo tanta mutatio effecta fuerit.* Nam ex una parte, ipse ritus impositionis manuum immutatus perseveravit, saltem materialiter, in eodem nempe primo ac principali loco ordinationis, cum eodem praeciso gestu ac solemnitate, cum iisdem prorsus orationibus, sacramentalis effectus expressivis; dum, saltem si sacramentalem suam rationem amisisset, aliquo modo expungi aut reformari debuisset, ne in posterum evaderet maxime confusivus. Ex alia vero parte, novus ritus traditionis instrumentorum incerto quodam ac saltuario modo, sensim sine sensu, nullo praecipiente Pontifice, nullo decernente Concilio, in celebrationem ordinationis irrepsit et ex una ad aliam particularem ecclesiam per connaturalem propagationem migravit, non secus ac quaedam aliae caeremoniae quae, uti unctio manuum, pro manifeste accidentalibus habentur.

Iam age: si aliquando traditio instrumentorum sacramentalis ritus evasit, quandonam, et in qua ecclesia, et quo modo ac iure id factum est? Cum nullum generale decretum intervenerit nec nisi privata auctoritate ac pedetemptim ea praxis per varias ecclesias invaluerit, dicendum esset *privata auctoritate vel inconscio modo,* ritum sacramentalem mutatum esse, atque in una ecclesia pro aliquo tempore ritum fuisse solam manuum impositionem, in alia vero traditionem instrumentorum, et in eadem ecclesia ipsam traditionem instrumentorum, cum primo introduceretur, fuisse meram accidentalem caeremoniam ac subinde paulatim in incerto quodam ac indeterminato momento evasisse ritum essentialem. Quis rationabiliter credet essentiam huius praesertim sacramenti, quo generatur ecclesiastica hierarchia et salus animarum peculiariter promovetur, pendulam fuisse a privata auctoritate, imo a progressiva quadam fidelium persuasione, atque per aliquod tempus et per varia loca incerto ac indeterminato modo fluctuasse? Huiusmodi explicatio, ad quam aliqui inter adver-

sarios, uti *De Guibert* et *Gerlaud,* recurrere non verentur (ci. supra, pp. 712-714), dicenda est cum D'Alès absolute incogitabilis ("Ce système paraît absolument impensable"; cf. supra, pp. 716 sq.).

Praefati auctores confidenter invocant paritatem cum evolutione formularum dogmaticarum, quae sensim sine sensu ac veluti modo privato determinantur per communem sensum et aestimationem fidelium, antequam per interventum ecclesiasticae auctoritatis ac magisterii publice sanciantur. *De Guibert:* "Raisonner ainsi [i.e. ut nos nunc fecimus] n'est-ce pas oublier un peu comment se sont réalisés tous les progrès dogmatiques dans l'Eglise? Une définition dogmatique positive, comme celle de l'Immaculée Conception . . . , n'est en général que l'aboutissement d'un long travail opéré peu à peu, insensiblement, dans la pensée catholique. Un peu de même dans la question qi|i nous occupe: c'est l'usage qui peu à peu a introduit et généralisé un enrichissement du symbole sacramentel, c'est peu à peu que dans la pensée des chrétiens ce nouvel élément du rite a pris du relief, est passé au premier rang, a été regardé comme essentiel. . . Aucune difficulté à admettre cette part laissée à l'usage, à l'estimation commune du peuple fidèle pour déterminer sous le contrôle de l'autorité ecclésiastique la valeur des éléments matériels réalisant à un moment donné certains des symboles efficaces institués par le Christ." *Gerlaud:* "Cette adaptation de l'Eglise à son milieu n'est pas le travail d'un jour; avant d'être constatée, homologuée comme un fait, elle est d'abord vécue. . . Avant d'être un dogme défini, une vérité sort de l'ombre, s'affirme, s'impose à la foi avant l'intervention du Magistère ecclésiastique: ainsi l'Assomption de la Vierge. Attacher donc l'efficacité d'un rite sacramentel à un jugement explicite du Magistère de l'Eglise, s'enquérir de la date précise à laquelle commence cette efficacité, s'étonner de ce que deux rites soient simultanément usités au point que l'un doive quelque jour céder le pas à l'autre, serait oublier que l'Eglise est un corps vivant."

Quidam, ad roborandam praefatam paritatem inter evolutionem formulae dogmaticae et evolutionem sive mutationem ritus sacramentalis, allicienter sed fallaciter insistunt in hoc quod sacramentum, utpote essentialiter signum, considerari potest ut *quaedam lingua symbolica,* quae proinde potest assumere varias formas ac veluti varia idiomata symbolica, quin sensus ullatenus immutetur. Ita *Billot:* "In casu, traditio instrumentorum et manuum impositio differrent inter se ut duo diversa idiomata linguae symbolicae" (cit. supra, p. 817). *Gerlaud:* "Tout signe —excepté le signe naturel—est susceptible de modifications selon les exigences de celui à qui il s'adresse; deux

langages différents peuvent exprimer une même réalité. Puisque le sacrement est un langage, on conçoit qu'il subisse des mutations" (cit. supra, p. 713). *Hugueny* hoc pulchrum sed satis fallax affert exemplum, sese referens ad praefata verba Billot: "Cet élément [institué par Notre Seigneur] peut être, mais n'est pas nécessairement, forme et matière parfaitement déterminées. Le maître, qui a confié à son secrétaire la rédaction d'une lettre, lui en dicte parfois mot à mot certaines formules auxquelles il tient et qui appartiennent alors à la substance du message, parce que, sans elles, la lettre ne serait point ce que le maître a voulu qu'elle soit. D'autres fois, le maître livre simplement au serviteur la pensée que celui-ci doit exprimer aux mieux des personnes auxquelles il la transmettra. Cette pensée est alors toute la substance de la lettre, le secrétaire pourra choisir entre les quelques formules qui l'expriment exactement. Les sacrements sont des messages, messages de grâces, porteurs du bienfait divin qu'ils annoncent. Ils sont causes de l'effet surnaturel qu'il signifient. C'est donc leur signification qui est l'élément important."*

Attamen, praefata paritas inter progressum atque efformationem veritatis dogmaticae et constitutionem ritus sacramentalis, quae plurium mentem fallaciter allicit, prorsus abicienda est, ob *evidentem disparitatem inter duo ipsa obiecta, seu inter veritatem quae creditur et ritum qui operatur*. Veritas enim est obiectum cognitionis, ac inde facile intelligitur quomodo pedetemptim evolvi queat quoad cognitionem in mente fidelium sub influxu Spiritus S., antequam per interventum ecclesiastici magisterii solemniter firmetur et explicite proponatur; ritus vero est aliquid quod mere a parte rei existit et operatur, cuius existentia non a cognitione vel aestimatione sed a determinata institutione dependet, et cuius efficacitas nequit esse incerta aut indeterminata, sed certo ac necessario adest vel non adest, prout ipse ritus a parte rei determinate adest vel non adest. Potest quidem ipsa cognitio circa veritatem et efficacitatem sacramentalis ritus evolvi, sed tunc est merus casus formulae dogmaticae sese evolventis ac subinde a magisterio Ecclesiae definitae, nullatenus vero agitur de evolutione ipsius institutionis sive constitutionis ritus. Potest etiam, antequam sacramentalis ritus ab auctoritate ecclesiastica constituatur (in suppositione quod Ecclesia habeat huiusmodi potestatem), ita evolvi in consideratione fidelium ac tantum momentum et solemnitatem pedetemptim usurpare, ut inde ecclesiastica auctoritas moveatur ad illum veluti transformandum in essentialem ritum (cf. supra, p. 723); sed antequam huiusmodi interventus accedat, ritus

* ***Critique et catholique*** **II-2 (Paris 1924) 149.**

ille nec est nec operatur sacramentaliter, quidquid ceteroquin de ipso reputent fideles aut ipsi theologi. Potest tandem consensus fidelium et praecipue theologorum circa sacramentalitatem alicuius ritus, recentius introducti, esse signum quod ecclesiastica auctoritas illum ad sacramentalitatis dignitatem evexerit, sed non potest illi hanc rationem ac dignitatem conferre (quod quidem signum et consensum in nostra quaestione omnino deesse, ostendimus supra, pp. 834-837 sq.).

Conclusio 3. Probabilius materia Ordinis est, ex ipso iure divino, sola manuum impositio, ita ut hoc etiam sacramentum sit a Christo non tantum generice sed etiam specifice institutum, nec ideo Ecclesia ullam habeat potestatem illius materiam et formam immutandi aut per additionem alterius ritus determinandi.

Probatur 1. *Ex ipsa apostolicitate huius ritus,* vel, si placet, ex hoc ipso quod hic ritus semper fuerit unica materia ordinationis, ut ostensum est in praecedenti Conclusione.

Haec scilicet Conclusio videtur esse legitimum corollarium praecedentis, et, in subiecta materia, ex facto videtur legitimus transitus ad ius. Quamvis enim non omnia quae apostoli fecerunt, sint necessario de iure divino, quinimmo nec omnia quae ipse Christus circa ipsa sacramenta observavit (ut quod tradidit apostolis vinum et panem consecratum, cum eos sacerdotes instituit; quod in eos insufflavit et dixit: Accipite Spiritum S.; quod consecravit in azymo) dici possint a Christo instituta seu imperata, etiam si apostoli vel Ecclesia subinde eadem iuxta Christi exemplum retinuerunt, tamen legitime asseri potest quod *si aliquid, pertinens ad essentiam sacramenti (ac pro tanto ad fundamentalia elementa Ecclesiae, quae sunt fides et cultus), fuit ab apostolis determinate ac constanter observatum, hoc censendum est divinitus institutum,* vel quatenus fuerit a Christo directe apostolis indicatum, vel quatenus saltem fuerit ab apostolis electum sub directo impulsu aut revelatione Spiritus S., eo scilicet tempore quo adhuc vigebat publica revelatio et fundamenta Ecclesiae, a Christo iacta, complebantur. *Nisi hoc principium admittatur,* praecluditur via ad statuendam divinam originem multorum quae ut talia habentur, illa nemper regalis via quam constanter et Patres et posteriores theologi secuti sunt. lamvero, ex una parte ritus ipse, quo sacramentum in concreto conficitur, pertinet de facto ad essentiam sacramenti, cum in ipso sacramentalis significatio et operatio exerceatur, et ex alia parte apostoli determinate ac constanter manuum impositione, eaque sola, usi sunt in suis ordinationibus, prout referuntur in Scripturis. Ergo manuum impositio est divinitus instituta tanquam sola materia

ordinationis, seu materia Ordinis est, ex ipso iure divino, sola manuum impositio.

Cui conclusioni *duplex nec levis confirmatio* accedit. *Primo* nempe, ipsa praxis posterioris Ecclesiae, constanter et universaliter eundem ritum adhibentis (ut probatum est in Conci, praec.), satis suggestivum praebet signum divinae originis illius. *Secundo,* in quibusdam Traditionis testimoniis (relatis supra, p. 665) aequivalenter dicitur manuum impositio esse divinae institutionis, quatenus affirmatur vel significatur Christum ordinasse ipsos apostolos per manuum impositionem. Non est improbabile originem huius ritus in praxi apostolorum connecti cum illa elevatione manuum qua Christus, antequam coelos ascenderet, benedicens apostolis, contulit eis suam potestatem *(Luc.* 24. 50 sq. coli, cum *Mat.* 28. 18 sq.); quamvis enim presbyteralis saltem apostolorum ordinatio contigerit absque speciali ritu in ultima Coena, ea benedictio sive manuum impositio considerari potest ut plenaria quaedam ac finalis confirmatio iam collatae potestatis, ceu ultima caeremonia ordinationis apostolorum; unde non est improbabile quod apostoli subinde, memores finalis illius ac solemnis gestus Salvatoris profecturi et immediato Spiritus S. impulsu commoti, germanam manuum impositionem in ritum ordinationis adoptarunt. Ut dictum est in art. 3 (tom. 1, p. 601 sq.), Ambrosiaster et Isidorus Hisp. eam Christi finalem benedictionem accipere videntur ut impositionem manuum qua apostolis collata est ipsa episcopalis ordinatio.

Quod autem additur in Conclusione, scilicet sacramentum Ordinis esse *a Christo specifice institutum nec Ecclesiam posse illius materiam immutare aut determinare,* est merum ac necessarium corollarium determinationis ipsius materiae et formae per Christum; haec enim duo elementa constituunt speciem sacramenti, et Ecclesia, iuxta Tridentinum et Constitutionem Pii XII, nullam habet potestatem circa ea quae ab ipso Christo in sacramentis sunt constituta.

Probatur 2. *Ex ipsa immediata divina institutione huius sacramenti.*

Nisi manuum impositio, tanquam sola materia Ordinis, esset ex ipsius Christi institutione, Christus non posset proprie dici immediatus institutor huius sacramenti; nam hoc sacramentum de facto essentialiter constat ex ipsa manuum impositione, sine qua proinde de facto nec concipi nec institui potest. Unde ipsa immediata institutio huius, sicut ceteroquin cuiuslibet sacramenti, implicat necessario specificam eius institutionem per Christum atque excludit potestatem Ecclesiae in determinationem essentialis ritus, seu materiae et formae sacramenti.

Hoc argumentum, mox fusius explicandum, praetergreditur, ut patet,

angustiores limites nostrae Conclusionis ambitque generalem conclusionem de specifica institutione omnium sacramentorum per Christum et de consequenti exclusione cuiuslibet potestatis Ecclesiae in eorum materiam et formam. *Porro huiusmodi generalem conclusionem iam sufficienter statuimus in tractatu De sacramentis in genere* (pp. 408-419), *variis rationibus quas iterum approbamus quasque refricare non vacat,*[4] *nisi excipiatur haec ipsa ratio, deducta ex immediata Christi institutione, quam ibidem nonnisi levi digito indicavimus.*

Ad hanc igitur rationem intelligendam, cuius vis non parum recentiorum mentem torquere videtur, iuverit quaedam recolere circa naturam sive intimam structuram sacramenti in genere, iuxta ea

4 Duo tamen volumus per transennam observare. *Primum* est circa sensum expressionis *"substantia sacramenti,"* quam diximus, in doctrina tam S. Thomae quam Conc. Trid., significare ipsam materiam et formam, imo omne id quod ex parte ritus requiritur ad valorem sacramenti. Id concedunt duo auctores qui aliunde favent opinioni de generica institutione aliquorum sacramentorum. H. Dondaine quoad doctrinam S. Thomae ostendit "l'équivalence stricte, en vocabulaire thomiste, des expressions suivantes: substantia sacramenti . . . essentia sacramenti --- ea quae sunt de necessitate sacramenti" ("Substantia sacramenti," *Revue des sciences philosophiques et théologiques* XXIX [1940] 328-330). D'Alès saltem concedit substantiam sacramenti pro Conc. Trid. significare materiam et formam, easque concretas, quamvis neget eas significari secundum ultimam concretionem: "Quod ante Concilium Tridentinum et in ipso Concilio et post Concilium, accepta sit 'substantia' de ipsa materia et forma, facile conceditur. Quod materiam et formam oporteat intelligi concrete et physice, siquidem agitur de sacramento concreto, pariter conceditur. Quod autem uniuscuiusque sacramenti materia et forma a Christo aut, ex Christi auctoritate, ab Apostolis determinata sit non in genere tantum sed etiam in specie, hoc explicatione indiget" (Prosequitur verbis citatis supra, p. 717).

***Secundo,* ut notavimus in eodem tractatu *De sacr. in genere* (p. 413), haec sententia de generica institutione *latam aperuit viam,* qua post Ordinem et Confirmationem, fere omnia sacramenta paulatim intrarunt sub determinativa potestate Ecclesiae; ipsis quoque Baptismo et Eucharistiae, qui per longum tempus extra portam discrete expectarunt, furtivus tandem ingressus uno vel alio modo patuit. Quidam admiserunt Ecclesiam mutasse formam Baptismi; Umberg *(Systema sacramentarium,* p. 37) addidit Ecclesiam apposuisse benedictionem aquae ut conditionem valoris saltem Baptismi solemnis; Prümmer (cit. in tractatu *De Eucharistia* II 966) docuit consecrationem extra Missam factam, non esse validam quia ita sacerdos non ageret iuxta intentionem Ecclesiae; nunc autem Bouëssé proponit probabilitatem genericae institutionis Eucharistiae quoad materiam panis et vini, ita ut non sit certo invalida consecratio facta in pane non triticeo et vino non de vite, scribens: "A part les Sacrements de Mariage et de Pénitence où les matières sont déterminées par la nature même des actes phsychologiques qu'implique leur finalité immédiate, nous pouvons nous demander s'il est une seule matière sacramentaire qui ait été assignée par le Christ, autrement que dans son aptitude symbolique . . . Voici l'Eucharistie. . . Sommes-nous en droit de déclarer invalide la pratique actuelle des moines orthodoxes de Finlande, qui consacrent du vin de myrtille, boisson qu'en ce pays on nomme communément du 'vin.'? Je n'oserais pas le prétendre, comme je n'oserais pas soutenir purement et simplement qu'il soit impossible d''eucharistier' des pains à base d'autres légumes que le froment, en des régions où le froment n'est pas cultivé et où, du reste, un pain d'autre nature serait le 'pain' du pays" *(Le Sauveur du monde* IV [Chambéry-Leysse 1951] 59 sq.). Tandem D'Alès, postquam asseruerit materiam sacramenti materialiter consideratam importare necessario aliquam amplitudinem et ambigue id ostenderit quoad materiam Baptismi, universaliter statuit: "On pourrait imaginer des raffinements semblables pour l'essence de tous ls sacrements, sans en excepter l'Eucharistie" (cit. supra, p. 715).**

ceteroquin quae, sub una vel alia expressione, passim a theologis admittuntur.[6]

Sacramentum est essentialiter signum practicum gratiae, seu, proprius signum gratiae collatae. Hinc duplex elementum in sacramento, scilicet signum et signatum (gratia), ac ideo *prima compositio,* quae sola proprie dicenda est metaphysica compositio et essentia sacramenti, resultans nempe ex genere (signo; quod est veluti materia metaphysica) et differentia specifica (gratia collata; quae est veluti forma metaphysica), nam ex una parte metaphysica essentia cuiuscumque rei resultat ex genere et differentia specifica, et ex alia parte genus sacramenti est signum et eius specifica differentia nequit esse nisi gratia significata, cum omne signum specificetur a signato. Considerando nunc ipsum tantum signum, seu physicam essentiam sacramenti, invenimus *secundam compositionem,* resultantem ex ipsa ratione signi quae est quaedam relatio (forma signi ut signi) et eius subiecto (materia signi ut signi), nam omnis relatio nequit existere nisi in aliquo subiecto, ex quo ipsa consurgit mediante aliquo fundamento (naturali vel conventionali seu institutionali). Ulterius, considerando hoc ipsum subiectum, invenimus de facto in ipso *tertiam compositionem,* resultantem ex verbis (forma ritus) et rebus (materia ritus). *Hinc in sacramento triplex datur essentia, triplex materia et forma, triplex compositio:* una metaphysica et duplex physica: prima nempe est essentia et compositio metaphysica sacramenti ut sacramenti (signum, ut materia, et gratia significata, ut forma); secunda est essentia et compositio physica sacramenti ut sacramenti (subiectum relationis signi, ut materia, et ipsa relatio signi, ut forma); tertia est essentia et compositio physica sacramenti prout est sensibile elementum seu subiectum relationis signi sive significationis (res, ut materia, et verba, ut forma).

Cum autem prima ac metaphysica consideratio, utut propriissima ac formalissima, sit nimis subtilis quibusdam auribus modernis, utilius in praesenti quaestione seponatur, ne confusio generetur, ita ut maneat sola distinctio inter *essentiam {utique physicam) sacramenti qua talis,* quae componitur ex relatione signi seu significatione, tanquam forma, et subiecto illius significationis, tanquam materia, et *essentiam sensibilis elementi* seu praefati subiecti, quae componitur ex verbis, tanquam forma, et rebus, tanquam materia. Hos duos essentiales aspectus sacramenti alii aliter vocare solent, impropriis quibusdam

[6] **Confer quae diximus in tractatu *De sacramentis in genere* 33, 39 sq., 59, 68 sq., 103-105, 109 sq. Item confer Ioannem a S. Thoma, *In 3 p.,* q. 60, prolog. ante disp. 22; disp. 22, a. 1, nn. 11-16, 42-45; a. 6, nn. 12-17, 36-38, ed. Viv^s, vol. 9, pp. 2 sq., 7-9, 18 sq., 72 sq., 77.**

expressionibus quae non raro confusionem ingerunt; quidam enim distinguunt inter essentiam metaphysicam et essentiam physicam (quae quidem distinctio non est propria, cum utrobique agatur de physica compositione et essentia sacramenti); alii distinguunt inter elementum formale et elementum materiale sacramenti (quae distinctio aliquam confusionem ingerere potest, cum utrobique inveniatur elementum formale et elementum materiale, seu forma et materia); alii ac frequentiores distinguunt inter substantiam sacramenti et substantiam ritus sacramentalis (quae quidem est, practice saltem, aptior distinctio, quamvis aliqua confusiva improprietate non careat, quatenus pro essentia utitur substantia et pro sensibili elemento utitur ritu sacramentali, bis ita appellans conceptum sacramenti sub utroque membro ac implicite opponens sacramentum sacramento).[6]

Defensores igitur genericae institutionis sacramenti, saltem sub forma *secundae ac longe communioris opinionis* supra relatae (pp. 814 sq.), docent Christum instituisse sacramentum *sub priori tantum consideratione,* seu determinasse solam essentiam sacramenti qua talis (substantiam sacramenti, elementum formale sacramenti), seu assignasse tantum *significationem sacramenti et aliquod subtectum illius significationis,* sub hac generalitate ac indeterminatione (seu generica ratione). Aliis verbis: Christus constituit ut esset in Ecclesia aliquod sensibile elementum quo significetur et conferatur supernaturalis effectus, non determinando quale illud esse debeat (qualis speciei, qualis naturae, qualis indolis, etc.), sed hanc determinationem (seu specificationem) reliquendo potestati Ecclesiae, dummodo in ea salvetur illa generica ac essentialis ratio subiecti apti ad praefatam significationem.

lamvero, dicimus in huiusmodi generica sive indeterminata institutione non salvari rationem immediatae institutionis sacramenti, immo eam huic repugnare,[1] nec proinde dari medium inter institutionem

• Ceterum, haec distinctio scientifice loquendo inepta est, quatenus scindit unitatem sacramenti, ac si substantia ritus sacramentalis concipi possit ut quaedam realitas independenter a sua ordinatione ad ipsam formam significationis, cuius est veluti materia. Ad rem apte observat Poyer: "Le grand mérite de ces textes [de Jean de Saint Thomas; cf. praecipue *In 3 p.*, q. 60, disp. 22, a. 6, nn. 14 et 36], c'est, à notre avis, qu'ils sauvegardent pleinement, malgré la dualité foncière de composition, l'unité du sacrement. Nous lui savons gré d'avoir su éviter les dénominations qui, pour clarifier le débat, n'en tendent pas moins à introduire une dualité fâcheuse dans le sacrement; ainsi *la distinction moderne de la substance du sacrement et de la substance du rite sensible* qui semble donner à celui-ci une consistance indépendemment du rapport de signification qui, surajouté à un jeu d'éléments matériels, gestes et paroles, lui confère son entité de rite sacramentel et partant l'intègre en tant que tel dans la substance du sacrement" *(art. cit.* [supra, in p. 814] 63).

[7] Apte ait ipse Bouêssé (cuius nihilominus explicationem supra diximus reduci ad genericam institutionem): "Nous jugeons inconciliables ces deux positions qui se

mediatam et institutionem specificam, atque omnem institutionem immediatam esse necessario specificam et omnem sic dictam institutionem genericam, si institutio est, esse necessario mediatam. Quamvis enim sacramentum sit ens artefactum, atque duplicem (imo triplicem, ut diximus supra) compositionem involvat, tamen, sicut omne ens, suam propriamque unitatem habet, sine qua nec operari, nec esse, nec concipi, nec ideo institui, ullatenus potest. Qui igitur instituit unam tantum partem eorum quae sacramentum dicuntur, non instituit sacramentum, nec instituit sacramenti essentiam, quia, dempta una parte, sacramentum non est, et, subtracto aliquo quod est de essentia, essentia non est, in bona logica aristotelica et iuxta ipsum communem sensum.

Exinde patet fallacitas positionis adversariorum. Et primo quidem, dato nec concesso Christum potuisse instituere immediate sacramentum tantummodo generice, seu tum quoad eius significationem atque efficacitatem tum quoad genericum ac indeterminatum elementum sensibile: saltem ex hoc sequeretur Christum non posse simpliciter vocari immediatus institutor sacramenti, sed tantum partialiter aut, si placet, principaliter, quoniam sacramentum non est pars sed totum, non est aliquid genericum ac indeterminatum sed aliquid specificum ac determinatum, nec nisi in sua totalitate ac determinatione existere et institui queit; nec refert quod ea pars, a Christo instituta, dicatur principalis, formalis, substantialis sacramento, quoniam ipsa sola non est sacramentum.

At praeterea, ex hac eadem ratione sequitur Christum nec posse eo generico modo instituere sacramentum, quoniam non datur genus nisi in specie, nec elementum indeterminatum nisi in elemento ipso determinato, nec formale nisi in materiali, nec relatio significationis nisi in subiecto significante (ex quo, mediante fundamento, ipsa necessario oritur), nec quomodolibet pars nisi in toto; ea enim omnia, genus nempe, elementum indeterminatum, formale rei, relatio, pars, si secundum se sola sumuntur, sunt res quae concipiuntur, non vero res quae in natura existunt ac operantur, nec ideo possunt secundum se sola et immediate institui. Sicut igitur nemo sanae mentis dicet sacramentum operari secundum rationem tantum indeterminatam et genericam (nihil quippe est magis determinatum ac concretum quam operatio, quae tanquam actus secundus procedit ab ipsa natura, in suo specifico esse per suam formam complete constituta ac determinata), ita nemo rationabiliter dicere potest sacramentum esse, sive

rencontrent chez des théologiens modernes: (le Christ a institué immédiatement les sacrements'; 'il n'a déterminé que génériquement la matière et la forme de certains d'entre eux'" (cf. supra, p. 821).

institui, secundum genericam tantum ac indeterminatam rationem. Non potuit igitur Christus sacramentum tantummodo generice instituere, sed aut totaliter seu specifice aut nullo modo, vel, si placet, aut mediate aut immediate, et si immediate, nonnisi specifice, et inaniter quaeritur aliqua media institutio inter mediatam et immediatam.

Ne autem videamur in metaphysicis nebulis circumire, *fingamus quatuor practicas suppositiones* de modo quo Christus potuerit sacramentum generice, ut aiunt, sive indeterminate instituere.

Prima suppositio. Christus dixit apostolis, tanquam de praesenti: "Volo instituere aliquod sensibile elementum quod sit signum et causa sacrae potestatis; vobis autem do facultatem eligendi determinatum elementum, et ego illi huiusmodi significationem et efficacitatem adnectam." Apostoli illico tale signum elegerunt, puta impositionem manuum, et Christus tunc praesentialiter illi adnexuit eam significationem et efficacitatem. *In hoc casu, Christus instituit sacramentum Ordinis immediate et specifice.* Nam ea apostolis concessa facultas et ea actio qua ipsi elegerunt manuum impositionem, omnino praevie ac materialiter se habet ad ipsam institutionem; Christus nempe, antequam institueret sacramentum, petiit apostolorum designationem, qua obtenta, ipse immediate approbavit et assumpsit impositionem manuum ab illis designatam, ut materiam sacramenti, eique significationem et efficacitatem adiunxit, ita ut tunc primo inciperet esse sacramentum.

Ceterum, ad factum quod attinet, nemo dicet Christum reapse ita instituisse Ordinem aut quodlibet aliud sacramentum, cum vix conveniens ratio assignari possit quare concederet apostolis facultatem praefatae designationis quam poterat congruentius ipse praesentialiter facere.

Secunda suppositio. Christus dixit apostolis, tanquam de futuro: "Do vobis facultatem ut in futuro, post meum discessum et quando opportunum erit, eligatis aliquod determinatum elementum aptum ad significandam collationem sacrae potestatis, et ego tunc illi adnectam hanc significationem et efficacitatem." Apostoli subinde, quando coeperunt ecclesias organizare, elegerunt manuum impositionem, cui tunc, purificata conditione a Christo apposita et vi promissionis a Christo factae, accessit ea significatio et efficacitas, ita ut tunc sacramentum existere coeperit. *In hoc etiam casu, Christus instituit hoc sacramentum immediate ac specifice.* Nam, ante eam materiae electionem per apostolos, sacramentum nondum existebat, post eam vero incoepit esse per hoc quod ipse Christus tunc assumpsit impositionem manuum ab apostolis designatam eique adnexuit significationem et

efficacitatem, tunc primo ponens in esse sacramentum nondum existens (quomodo enim potuit illi materiae talis significatio et efficacitas accedere, nisi per hoc quod Christus eam designatam perspiciens, tunc eam assumpsit et ut sacramentum consideravit?). Unde *hic casus non differt essentialiter a praecedenti,* nisi per hoc quod, ratione liberae designationis materiae in futuro ab apostolis faciendae, ipsa existentia et ipsa institutio sacramenti, a Christo iam annuntiata ac promissa, per aliquod longius tempus suspenditur; unde apostoli influunt tantum in hoc quod sacramentum citius vel tardius instituatur et quod eius materia praevie ab eis designetur, non tamen influunt in ipsum sacramentum, tam quoad eius existentiam quam quoad eius essentiam, quia eorum actio est tota praevia ac mediata, cum sacramentum tunc incipiat existere et tunc habeat pro materia impositionem manuum, quum Christus hanc immediate assumit eique sacramentalem significationem et efficacitatem affigit.

Ceterum hic casus, in quo ipsa specifica institutio sacramenti fit pendula quoad suam existentiam ab actione apostolorum, tanquam irrealis habendus est, utpote non satis congruus dignitati Christi, qui censetur fundamenta Ecclesiae (ac ideo sacramenta) iecisse in periodo suae vitae mortalis, cum apostolos alloquebatur de regno Dei. A fortiori atque absolute reicienda est aliqua huiusmodi facultas, quae fuerit apostolis et Ecclesiae concessa non tantum pro prima designatione materiae sacramenti, sed in perpetuum, ita nempe ut materiam semel constitutam mutare aut determinare potuerint; nam exinde sequeretur existentiam ipsam sacramenti esse iugiter pendulam a potestate Ecclesiae et, mutata materia, Deum veluti ad nutum Ecclesiae abrogare institutum sacramentum et iterum sub alia veste ac specie illud instituere.

Tertia suppositio. Christus dixit apostolis, tamquam de praesenti: "Volo et instituo hic et nunc ut sit in Ecclesia sensibile elementum significativum et collativum sacrae potestatis; hoc autem elementum est quodcumque elementum de se aptum ad praefatam significationem." *In hoc pariter casu, Christus instituit sacramentum immediate ac specifice.* Nam illud elementum, quamvis sit indeterminatum, non est tale ad modum generis sed ad modum totius sive collectivitatis, actu implicantis omnia individua; dum enim Christus ea verba dicebat, per collectivum illud verbum "quodcumque elementum" actu designabat et elevabat ad rationem sacramenti omne elementum, aptum ad significandum, quod tunc existebat in rerum natura et in futuro existere debebat in rerum natura; unde non in aliquam genericam rationem, quae existere non potest, eius institutiva actio ferebatur, sed in rem existentem aut existere potentem. Ratio specificae insti-

tutionis in hoc casu ex eo potissime apparet quod, semel a Christo constituto sacramento in quocumque apto elemento, nulla ecclesiastica potestas facere potest ut aliquod particulare elementum (puta traditio instrumentorum vel impositio manuum) non possit valide adhiberi pro sacramento, sed, ad summum, officium Ecclesiae limitaretur ad declarandam aptitudinem vel ineptitudinem huius vel illius elementi ut adhibeatur pro materia sacramenti.

Hic casus etiam ut irrealis habendus est, cum, ob nimiam indeterminationem materiae, sacramentum facile exponeretur periculo nullitatis; ceterum, ex hoc ipso quod nunc sola materia valida sit impositio manuum, quamvis etiam traditio instrumentorum sit de se apta ad ferendam significationem sacramentalem, sequitur Christum non eo modo sacramentum instituisse.

Quarta suppositio. Christus dixit apostolis, tam de praesenti quam de futuro: "Volo et instituo hic et nunc ut sit in Ecclesia aliquod indeterminatum elementum, cui iam nunc adnecto significationem et efficacitatem sacrae potestatis, ita iam immediate instituens sacramentum quoad suam substantiam, seu tantum generice, seu quoad suum formale tantum elementum; vobis autem confero potestatem hoc sacramentum iam institutum determinandi quoad substantiam ritus, seu specifice, seu quoad suum materiale elementum." *In hoc casu, qui exprimit institutionem geneticam prout concipitur ab adversariis, ea verba nullum sensum habent,* quia significant Christum velle ponere in esse id quod in esse poni non potest, scilicet aliquod elementum indeterminatum, quod sit neque hoc neque illud, quod habeat significationem quam sustinere non potest et efficaciam quam exerere nequit, sicut si quis vellet ponere in esse puram genericam animalitatem, quae nondum habeat rationalitatem sed eam expectet in tempore futuro.

Quapropter, semel admisso quod Christus instituit aliquod sacramentum immediate, non amplius quaestio esse potest quid in eo Christus instituerit (utrum nempe eius genericam partem an etiam specificam, utrum eius formale elementum an etiam materiale, utrum instituerit generice an etiam specifice); *instituit enim ipsum sacramentum, nec plus nec minus,* adeoque instituit totum illud quod de facto sacramentum est, significationem scilicet et efficacitatem, necnon ritum ipsum secundum eam determinatam materiam et formam, in qua sacramentum est et operatur.[1] Unum tantum adhuc quaeri potest,

1 Perrella hanc patronorum genericae institutionis affirmationem refert: "Determinatio specifica ab Ecclesia facta non obstat quominus substantia sacramenti sit ab ipso Christo. Qui enim determinat elementum rei genericum, determinat rei substantiam. Ergo Christus, determinando saltem generice materiam sacramentorum, sufficienter ipsam

utrum scilicet ad validam confectionem vel susceptionem alicuius sacramenti, specifice a Christo instituti, possit Ecclesia requirere ac constituere aliquam conditionem sine qua non, puta ex parte ministri vel subiecti; quod quidem nonnisi ex ipsa peculiari natura huius vel illius individui sacramenti colligi potest, ut certo constat de Poenitentia et Matrimonio, nec est absolute improbabile de ipso Ordine, ut infra explicabitur (pp. 857-859).

Ex hucusque dictis, manet refutata secunda ac principalis opinio de generica institutione. Restat aliquid dicendum de prima et tertia opinione, quae vario modo videntur afferre aliquod compromissum inter genericam et specificam institutionem.

Prima igitur opinio docet Christum instituisse quidem ipsam manuum impositionem, ita tamen ut haec possit ab Ecclesia ulterius determinari in sua nativa significatione per alium ritum, puta per traditionem instrumentorum; propterea haec opinio a quibusdam vocatur sententia de *institutione specifica in forma mutabili* (cf. supra, pp. 812 sq.). lamvero, haec opinio, dum videtur ex una parte vitare inconveniens impossibilis institutionis alicuius elementi abstracti ac indeterminati, qualiter fingebatur in superiori illa opinione, eamque reponere in determinato ritu impositionis manuum, ex altera parte incidit in aliud ac gravius inconveniens, quod ea opinio facilius vitabat, scilicet in *aliquam mutationem factam ab Ecclesia in ipso ritu a Christo instituto,* quod quidem est contra minimum sensum qui assignari possit effato tridentino "Salva illorum substantia."

Nec valet opponere Ecclesiam nullatenus immutare sed omnino illaesam servare ipsam impositionem manuum eique tantummodo alium ritum addere, ceteroquin prioris ritus expressivum. Nam ita manum impositio, etsi non materialiter, laeditur tamen ac immutatur formaliter in sua ratione sacramentali, eo quod, dum antea per se solam

substantiam instituit?' Cui apte respondet: "All·affermazione: 'Qui determinat elementum rei genericum determinat rei substantiam' rispondo osservando che il *genus,* secondo i principi scolastici, non esaurisce tutta la nozione di *substantia,* ma occorre anche la differenza specifica; è questa anzi che determina il *genus* e constituisce con esso la *substantia.* Conseguentemente non comprendo quelTindeterminato *sufficienter:* qui si tratta di *esse* e non di *melius esse,* quindi *aut est, aut non est.* Cioè o Cristo ha istituito Lui quel dato sacramento e in tal caso gli ha dovuto dare il *genus* e la differenza specifica, o gli ha dato solo il *genus* e allora non gli ha dato l'wse, ossia non ha istituito il sacramento. Nessuno ha fatto mai l'ipotesi che Iddio avrebbe potuto creare l'uomo dandogli solo l'*animalitos;* ma tutti convengono che Iddio, volendo costituire l'ewe dell'uomo, gli ha dato insieme il genere (animalità) e la differenza specifica (razionalità). Si ascolti San Tommaso in proposito: 'Id quod commune est vel universale sine additione [specifica] esse non potest. . . Non enim animal potest esse absque rationali et irrationali differentia, quamvis sine his differentiis cogitetur; licet enim cogitetur universale absque additione [specifica], non tamen absque receptibilitate additionis est. Nam si animali nulla differentia addi posset genus non est' [C. *Gent.* 1. 26]" *(art. cit.* [supra, in p. 801] "Il decreto di Eugenio IV" 458).

sustinebat totam significationem et efficacitatem sacramenti, tanquam eius materia, postea per se solam id agere non potest, sed duplicem illam rationem cogitur communicare cum alio ritu ab Ecclesia introducto, sine cuius consortio non amplius esse aut operari queit. *Nec ideo iuvat dicere cum Gutberlet* per additionem novi ritus nullam induci mutationem sed eandem significationem mere explicari per plures ritus, ceteroquin in unum moraliter coalescentes. Nam, quomodolibet res concipiatur ac torqueatur, semel admissa insufficientia impositionis manuum a Christo institutae ob defectum novi ritus ab Ecclesia superadditi, ipso facto admittitur mutatio in materia a Christo instituta, quatenus, cum antea per se solam sufficiens esset, nunc per se solam et sine consortio alterius ritus non sufficit ad constituendum sacramentum. *Nec tandem valet cum Tymczak* voluntarie asserere per additionem novi ritus nullam fieri essentialem mutationem circa ritum impositionis manuum, sed tantum explicite proponi id quod iam implicite in illo exprimebatur, eo modo quo veritas dogmatica non mutatur cum explicite evolvitur ac determinatur. Nam, praeterquam quod ex una parte inepte asseritur paritas inter tam disparatas res quales sunt ritus, qui a parte rei operatur, et veritas, quae mente cogitatur (cf. supra, p. 843) et ex alia parte modus, quo traditio instrumentorum sive eius significatio implicite contineretur in ipsa manuum impositione et explicite subinde ei superimponeretur, tam subtili phantasiae lusu ab hoc auctore concipitur ut quod erat merum ac remotum obiectum impositionis manuum iam evadat ritus specificativus illius et quod erat materia circa quam iam vertatur in materiam ex qua (cf. supra, p. 813), iterum atque iterum iugiter manet quod, post additionem novi ritus per Ecclesiam, ipsa manuum impositio non amplius sufficit ad valorem sacramenti nec amplius constituit integram et essentialem materiam sacramenti, sed indiget consortio novi ritus, quo quidem ex institutione Christi non indigebat. Dicere autem cum illo doctore, in hoc nullam haberi essentialem mutationem, sed accidentalem, est ludere verbis, ac si valida et non valida materia accidentaliter differre dici queant.

Tertia opinio (cf. supra, pp. 822-829) tam captiosa est, ut quidam nesciant in quo genere sententiarum reponenda sit, utrum scilicet reducatur ad sententiam de generica institutione an ab ea distinguatur. Duo autem docet, quorum primum convenit cum generali principio institutionis genericae, alterum vero exhibet peculiare discrimen ab aliis opinionibus.

Primo scilicet, distinguens in sacramento elementum formale, quod est ipsa eius significatio, et elementum materiale seu id quod illi

significationi subest, et iterum subdistinguens, in hoc ipso materiali elemento, genericam eius rationem (seu esse subiectum praefatae significationis) et specificam rationem (seu physicam entitatem huius subiecti), docet Christum necessario instituisse in omni sacramento tum elementum formale, tum elementum materiale generice spectatum, non vero necessario elementum materiale specifice spectatum; ita in sacramento Ordinis, hoc ultimum elementum Christus non instituit sed reliquit Ecclesiae. Contra hoc igitur valet ratio, quam superius opposuimus secundae ac communiori opinioni de generica institutione (pp. 848-850).

Secundo, haec opinio docet quod illud ipsum elementum materiale secundum genericam rationem spectatum, quod pertinet proprie ad essentiam sacramenti tamquam subiectum significationis quodque proinde est proprie sacramentum seu signum gratiae, in hoc sacramento Ordinis (non secus ac in Poenitentia et Matrimonio) *non est ipse externus actus,* sed actus internus qui per externum manifestatur, ita ut sacramentum Ordinis consistat essentialiter non in ipso externo actu collationis potestatis, sed in ipsa collatione potestatis (cui directe Deus adnectit significationem collationis gratiae), quae exterius uno vel alio modo manifestatur. Concretus autem ac determinatus modus huius externae manifestationis est *accidentalis* sacramento, ac ideo indifferenter unus vel alius esse potest, nec cum de facto unus modus prae alio adhibetur, ipse ingreditur essentialem constitutionem sacramenti. Ratione huius ultimi asserti, videri potest in hac opinione *aliqua varietas institutionis specificae.*

Duo praecipua asserta huiusmodi explicationis dissonant a traditionali conceptione sacramenti, qualiter exhibetur etiam in documentis Ecclesiae. Primo enim, sacramentum essentialiter concipi ac definiri solet ut aliquid sensibile, ita ut externa eius ratio non sit mera quaedam conditio ac vehiculum eius quod est proprie sacramentum, sed ad ipsam essentiam sacramenti pertineat; ipsum Cone. Trid. hanc tradit sacramenti definitionem, ab Augustino depromptam et per continuatam doctorum traditionem transmissam: "Commune hoc est sanctissimae Eucharistiae cum ceteris sacramentis, symbolum esse rei sacrae et invisibilis gratiae formam visibilem" (sess. 13, cap. 3, *Denz.* 876). Secundo, concretus ipse ac determinatus modus, quo aliquod sacramentum conficitur, non est accidentalis sed pertinet ad essentiam sacramenti, imo constituit materiam et formam sacramenti; Cone. Trid., occasione ipsius sacramenti Poenitentiae (ad quod illa opinio, una cum Matrimonio, provocat), ait generaliter de sacramentis: "Materia et forma, quibus sacramenti essentia perficitur. . ." (sess. 14, cap. 2, *Denz.* 895).

Praeterea, vix intelligitur in ea explicatione quomodo significatio sacramentalis affigi possit immediate ipsi actui interno (nam signum est aliquid essentialiter externum); quomodo collatio potestatis possit esse sacramentum, cum aliunde sit effectus sacramenti seu res-et-sacramentum (nam collatio potestatis est idem re ac acceptio potestatis, et acceptio potestatis est idem re ac accepta potestas, et haec est idem concrete ac ipse character sacramentalis); quomodo in collatione potestatis actus externus sit mera conditio et vehiculum actus interni, cum potius efficiat unum quid cum isto, et collatio potestatis generaliter loquendo concipiatur essentialiter ut aliquis actus externus (interiori quidem informato) quo traditur ius sive potestas, quidquid sit de morali sive iuridica natura huius potestatis (aut de physica eius natura, cum agitur de supernaturali potestate characteris sacramentalis).

Unde ea explicatio pervertit conceptum sive definitionem sacramenti in genere; seponit traditionalem conceptum materiae et formae sacramenti; confundit in sacramento Ordinis ipsum sacramentum cum eius effectu seu cum re-et-sacramento. Nihil inde mirum si haec nova opinio cum aliqua suspicione a quibusdam theologis aspiciatur, quatenus, ut ait Hiirth, "dici nequeat theoria theoretice et practice tuta" (cf. supra, p. 826, in nota).

Ex dictis in hac et praecedenti Conclusione, signanti modo confirmata manet generalis sententia de specifica institutione omnium sacramentorum per Christum, quam defendimus in tractatu *De sacramentis in genere* (pp. 404—419); dicimus: signanti modo, quia in hac ipsa quaestione de materia Ordinis, quae praecipue originem dedit contrariae sententiae de generica institutione aliquorum sacramentorum, et ob ipsam evidentiam illius historici argumenti quod maxime invocatur, haec sententia a quibusdam ex validioribus eius patronis (ut Lennerz et D'Ales) hodie deseritur, qui tamen ad praecavendum eius naufragium mavunt fere unice genericae institutioni sacramenti Confirmationis tenaciter adhaerere.

Ceterum, admissa specifica sacramentorum institutione, negari non potest plures iugiter superesse difficultates et obscuritates circa modum quo huiusmodi institutio in ipsa praxi verificatur et applicatur, sive consideretur historica varietas rituum Ecclesiae sive etiam hodierna administratio, ita ut quomodocumque res spectentur, *manifesta signa appareant generalis alicuius potestatis Ecclesiae in his quae pertinent quomodolibet ad valorem sacramentorum*. Profecto, ut abstrahamus a disputabilibus, certum est Ecclesiam influere in valorem, sive Poenitentiae, per concessam vel denegatam iurisdictionem, sive Matrimonii,

per apposita vel remota impedimenta, sive Confirmationis, per concessam vel denegatam simplici presbytero facultatem administrandi; satis communiter etiam admittitur Ecclesiam influere in valorem Confirmationis et Extremae Unctionis, concedendo simplici presbytero facultatem benedicendi oleum ut validam materiam sacramenti. Quibus addi potest non improbabilis, utut problematica ac disputata, Ecclesiae potestas concedendi eidem simplici presbytero ut sit extraordinarius minister diaconatus et presbyteratus, necnon conferendi per saltum ordinem episcopatus, seu in unam cumulandi duplicem presbyteralem et episcopalem ordinationem.

Quaeri ergo potest quodnam sit discrimen inter hanc Ecclesiae liturgicam sive sacramentalem potestatem et eam quam nuper ei denegavinus relate ad specificam determinationem materiae et formae sacramentorum, et quare ex illa non possit a paritate vel saltem per quandam extensionem inferri et ista. Discrimen igitur est in hoc quod in omnibus praedictis casibus potestas Ecclesiae in valorem sacramenti exercetur directe non circa ipsum sacramentum, seu circa materiam et formam ut sunt actu partes sacramenti, sed indirecte et antecedenter circa ministrum vel subiectum sacramenti, ut patet discurrendo per singula; etiam casus cumulatae presbyteralis et episcopalis ordinationis reduci potest ad designationem validi subiecti cui dirigitur cumulata illa ordinatio, et ceteroquin in nostra sententia de non sacramentalitate episcopatus hic casus versatur potius extra suppositum, quoniam ageretur de cumulatione ritus non sacramentalis cum sacramentali ritu presbyteralis ordinationis. Quousque autem huiusmodi indirecta Ecclesiae potestas in validitatem sacramentorum extendatur, a priori definiri non potest, sed praeprimis colligendum est ex ipsa praxi Ecclesiae et secundarie potest aliquatenus conici ex propria indole huius vel illius sacramenti.

Et quidem, ut maneamus in nostra materia de sacramento Ordinis, quaeri posset utrum, salva specifica institutione sacramenti et consequente intangibilitate eius materiae et formae, *possit Ecclesia apponere valori sacramenti aliquas conditiones,* attenta peculiari eius natura prout est, sicut Matrimonium, eminenter sociale, et prout importat, sicut Poenitentia, communicationem alicuius potestatis; ita facilius solveretur tum quaestio de indole ritus traditionis instrumentorum, qui detruderetur ad rationem alicuius conditionis validitatis, appositae ab . Ecclesia, satisfaciendo exigentiis utriusque sententiae de illius essentialitate vel non essentialitate, tum etiam intricata quaestio de antiquis reordinationibus quatenus supponit Ecclesiam invalidasse priores ordinationes ab impiis ministris peractas.

Respondetur imprimis specificam institutionem sacramenti requirere ut Ecclesia non possit apponere conditiones valoris *ex parte ipsius ritus sacramentatis,* secus ea institutio frustraretur, et ut proinde, datis ex una parte materia et forma a Christo instituta et ex alia parte valido subiecto et ministro, sacramentum necessario existât et operetur; unde sub hac restrictione et ratione reicienda nobis videtur supra relata opinio *Umberg* (p. 811) de potestate Ecclesiae in valorem ritus sacramentalis. Secundo, cum Ecclesia nihilominus possit a priori apponere conditiones valoris *ex parte ministri vel subiecti,* ut manifeste constat de Poenitentia et Matrimonio, a priori et quantum est ex genérica ratione sacramenti non excluditur quominus id possit contingere etiam quoad Ordinem.

Videndum igitur est utrum id probet vel suadeat ipsa specifica indoles huius sacramenti. lamvero, id non necessario probat eius indoles sive socialis sive potestativa, prout haec comparatur cum eadem indole Matrimonii et Poenitentiae. Nam ratio quare Ecclesia in haec duo sacramenta indirectam illam habeat potestatem, non est proprie et immediate quia unum est sociale et aliud potestativum, sed quia ad dignitatem sacramenti Matrimonii elevatus est praevius ipse contractus naturalis qui secum trahit sub ratione sacramenti connaturales suas proprietates, quarum una est ut possit conditionibus publicae potestatis constringi, praecipue ex parte subiecti, et ad dignitatem sacramenti Poenitentiae elevatus est actus potestatis iudicialis (vel, si hoc non placet, dicatur Poenitentiae sacramentum constitutum esse ad modum causae iudicialis) quae, utpote iurisdictionalis, subiacet publicae potestati, tanquam eius fonti. In sacramento vero Ordinis nihil praevie existens elevatum est ad rationem sacramenti (quamvis enim in civili societate existât etiam investitura potestatis, non haec tamen ipsa investitura assumpta est in sacramentum, cum agatur de omnino diversa potestate) et pariter actus potestatis Ordinis ex una parte dici nequit esse sacramentum, sicut actus absolvendi, cum sit sacramenti effectus, et ex alia parte non est actus iurisdictionis, sicut actus absolutionis, sed est actus diversae indolis, seu ministerii.

Nihilominus, non improbabile est id suaderi posse ex ipsa peculiari indole potestativa quae competit sacramento Ordinis. Nam, quamvis potestas quae traditur per hoc sacramentum non sit iurisdictionis nec principalis, sed ministerii et instrumentalis, de facto tamen est *eminenter publica ac socialis, quatenus exercetur circa cultum et sacramenta,* quae ex parte saltem ministri (sin minus subiecti) sunt semper actiones publicae, ac proinde petunt connaturaliter subici ac regulari ab ipsa superiori auctoritate cui Christus credidit in Ecclesia omnem

potestatem, iuxta illud" "Quaecumque solveris. . . Quaecumque ligaveris." Praeterea, idipsum suaderi potest ex quadam peculiari ac profunda, utut aliquatenus obscura, sententia S. Thomae, iuxta quam sacramentum Ordinis consistit essentialiter in tradendo aliquam potestatem et ita quidem ut haec traditio fiat per quandam derivationem ab ipsa potestate ministri, "sicut potestas imperfecta [derivatur] a perfecta" et "simile ex simili," ita ut habeatur "quasi quaedam communicatio univoca" *(Suppi.,* q. 34, a. 5; a. 4, c. et ad 1) et "efficacia huius sacramenti principaliter resideat penes eum qui sacramentum dispensat" (a. 6). Si igitur minister in hoc sacramento non est, sicut in aliis sacramentis, merum instrumentum applicans materiam et formam (utut sub influxu divino, sacramentalizante per ipsum illa elementa), sed etiam immediatus veluti fons ex quo procedit Ordinis potestas, inde non improbabiliter suaderi potest quod ad *ctplenitudinem pontificalis potestatis99* sive ad altiorem liturgicam potestatem, qua S. Pontifex gaudet in regulatione sacramentorum (cf. supra, pp. 311-313), competat ut praefatae communicationi sacramentalis potestatis *aliquas valoris conditiones,* non quidem ex parte ipsius ritus sed potius ex parte ministri vel subiecti, apponere possit. Et in hunc mitigatum sensum convenire possunt, eique suffragium afferre, quaedam dicta patronorum institutionis genericae, ut Gigon, Bouesse, Campo (pp. 815, 820-822, 827-829) vel aliquorum patronorum institutionis specificae sacramenti Ordinis, qui videntur inter utramque sententiam velle navigare, ut D'Ales (pp. 709-711), Umberg (pp. 810 sq.) et Daffara (p. 829).

Quaenam autem et quomodo huiusmodi conditiones realizari possint (utrum v.g. traditio instrumentorum possit hoc modo intelligi ut valoris conditio) nobis non incumbit definire, cum magis divinando aut probabiliter suadendo, quam statuendo, locuti fuerimus.

INDEX BIBLICUS

(Numeris paginarum ordinariis indicatur simplex mentio, italicis vero explicita citatio, crassioribus tandem aliquid notabilius)

EXODUS
9. 6 466
18. 25-26 624
19.6 463, 465
23.22 463
29.21,29 *625*

LEVITICUS
7. 25 *625*
8.12 *625*

NUMERI
8.5 *625*
8.10-11 *624*
11.16,17 55
11.16,25 *624*
27.18-23 *624*
33.9 33

DEUTERONOMIUM
34.9 *624*

I REGUM
15.22 *549*

I ESDRAE
8.17 380

II ESDRAE
11.3 380

PSALMI
4.6 *557*
49.8,14, 23 *549*
49.14 *556*
50,18-19 *549*
50.19 *550,556,569*
140.2 *556*

PROVERBIA
11.14 *143*

ECCLESIASTICUS
35.4 556

ISAIAS
1.11,13,16 *549*
43.20-21 *463*
60.17 *38*
61.6 *463*

EZECHIEL
5.1 *373,314*

OSEE
6.6 *549*

MALACHIAS
1.11 *464,465*

II MACHABAEORUM
2.17 *463*

MATTHAEUS
10.1 32
10. 2-4 32
18.18 *35,*292
20. 25-27 *60*
26.61 467
28.18-19 35,845
28.19-20 32

MARCUS
3.14 32
3.15 32
3.16-19 32
4.1-2 32
6. 7-13 32
14.57-58 *467*
16.16 32
16.18 *789*

LUCAS
6.13 33
6.14-16 32
9.1 32
9.2 32
10.1 32,33
10.1,17 *33*
22.17-20 628
22.19 *292*
24.50-51 845

IOANNES
2.19 467
3.5 *464*
3.22-26 *32*
4. 23-24 *466 sq.*
6. 61,67 33
15.13 *560*
20.21-23 *35,* 292
20.22-23 638

ACTUS APOSTOLORUM

1.13	32
1.15,21	33
6.1-6	36,292, 730
6.6	628
8.14-17	97
11.30	36
13. 2–3	*627*
13.3	628
14.22	628
14.23	36,*629, 632*
15.2,4, 6, 22,23, 41	36
16.4	36
20.17	*41*
20.17, 28	36
20. 28	54, 55,*97*
21.18	36

AD ROMANOS

6.12-13	557
6.13	557
12.1	*466,557,569*
12.7	8
15.16	*556*

I AD CORINTHIOS

1.11-13	*60*
3.9-17	466
3.16-17	557
6.15,19	557
6.19	466
11.14	*374*
11.24	*292*
11.24-25	628
12.28	8
12. 28-30	*60 sq.*
15. 5-7	33
15.6	33

II AD CORINTHIOS

1.21	*587*
61.16	466

AD EPHESIOS

2.19-20	466

AD PHILIPPENSES

1.1	36,42,43,54
2.17	466,*556,557,560,592*
3.3	466
4.18	466, 556

I AD TIMOTHEUM

3.1	58
3.2	36,*37*,42
3.5,17	*37*
3.8	42,43
3.8-13	730
4.14	36,42, 54,244-246, 628, 629, 691, 790
5.17	*97*
5.17,19	36
5.22	36, *628,629,* 790

II AD TIMOTHEUM

1.6	*145*,244–246,*790*
1.6-7	234, 628, 629, 727, 730 sq., *789*
4.6	*560*

AD TITUM

1.1,5	42,43
1.5	36, 54,*628*
1.5-6	54
1.7	36

AD HEBRAEOS

3.17	55
5.1	*548*
7.27	*143*
10.19-25	*466*
13.15	*557*
13.16	*556*

JACOBI

5.14	36,43
5.14-15	730

I PETRI

2.5	*555,603*
2.5,9	462-465
2.9	484,485, *505,510,* 531, *542,558,607*
4.8	*556*
5.1,2,5	36
5.1 sqq.	54, 55

II IOANNIS

1.1	54

III IOANNIS

1.1	54

APOCALYPSIS

1.6	462,453,465,510,607
5.6	465
5.10	462,*463*,465,607
20.4-6	*560*
20.6	462,465, 607
21.22	*465*

INDEX EXEGETICUS

(Textus citantur iuxta ordinem quo occurrunt in hoc volumine)

DIVINA INSTITUTIO EPISCOPATUS.

Adumbratio in A.T. seu in duplici gradu sacerdotii levitici (p. 32).

Suggestio duplex in N.T.

Primo, in ipsa distinctione duodecim apostolorum et septuaginta discipulorum a Christo electorum (pp. 32-35). Apostoli: Luc. 9. 1; Mat. 10. 2-4; Mare. 3. 16-19; Luc. 6. 14-16; Act. 1. 13; Mat. 28. 19-20; Mare. 3. 14; 6. 7-13; 16. 15; Luc. 9. 2; Mare. 16. 16; Io. 3. 22–26; 4. 1–2; Mare. 3. 15; 6. 7-13; Mat. 10. 1; Luc. 9. 2. Discipuli: Luc. 10. 1, 17; 6. 13; Io. 6. 1, 67; Act. 1. 15, 21; 1 Cor. 15. 6. Plures Patres et exegetae vident in his discipulis praedecessores presbyterorum.

Secundo, in eo quod Christus pedetemptim ac veluti per frusta instituit vel significavit varia munera sacerdotii novae legis: Mat. 18. 18; Io. 20. 21-23; Mat. 28. 18-19.

Factum institutionis apparet ex Actis Apostolorum et Epistolis (pp. 35-37): Distinctio apostolorum et presbyterorum in ecclesia hierosolymitana: Act. 11. 30; 15. 2, 4, 6, 22, 23, 41; distincta classis presbyterorum in ecclesiis paulinis, sive sub nomine presbyterorum: Act. 14. 23; 1 Tim. 4. 14; 5. 17, 19; Tit. 1. 5; sive sub nomine episcoporum: Phil. 1. 1; 1 Tim. 3. 2; Tit. 1. 7, sive sub utroque nomine: Act. 20. 17, 28, necnon in epistolis catholicis: 1 Petr. 5. 1, 2, 5; Iac. 5. 14. Peculiaris eminentia delegatorum S. Pauli: 1 Tim. 5. 22; Tit. 1. 7; 1 Tim. 3. 2; 3. 5, 17.

Argumentum scripturisticum in Catechismo Cone. Trid. et Cone. Vaticano (pp. 96-98).

SACRAMENTALITAS EPISCOPATUS deduci nequit ex Scriptura, seu ex 1 Tim. 4. 14 et 2 Tim. 1. 6, nec id innuit Cone. Trid., cum invocat 2 Tim. 1. 6-7 pro sacramentalitate Ordinis (pp. 244-246; 234).

ORDINES MINORES quidam Patres ostendunt praefiguratos fuisse in A.T. et exercitos ab ipso Christo in sua vita terrestri (pp. 380-384).

UNIVERSALE FIDELIUM SACERDOTIUM affirmatur tum in A.T. tum ac praecipue in N.T. (signanter in textu petrino de "regali sacerdotio"), sed accipitur in solo sensu interno ac morali, non vero in sensu externo ac rituali, et multo minus eucharistico (pp. 462-469): 1 Petr. 2. 5, 9; Apoc. 1. 6; 5. 10; 20. 6; Exod. 19. 6; 2 Mach. 2. 17; Exod. 23. 22; Is. 61. 6; 43. 20-21; Apoc. 17. 14; 22. 3, 5; 4. 4; 7. 9-10; 21. 22; Hebr. 10. 19-25; Eph. 2. 19-20; 1 Cor. 3. 9-17; 6. 19; 2 Cor. 6. 16; Rom. 12. 1; Phil. 2. 17; 3. 3; 4. 18; Io. 4. 23-24; Mare. 14. 57-58 (cf. Mat. 26. 61; Io. 2. 19).

Hoc spirituale sacerdotium consistit in variis actibus virtutum (pp. 555-560), seu, ut ait S. Petrus, in "oblatione spiritualium hostiarum": 1 Petr. 2. 5; in actu contritionis seu spiritu contribulato: Psal. 50. 19; in actu charitatis sive misericordiae: Eccli. 35. 4; Hebr. 13. 16; 1 Petr. 4. 8; Phil. 4. 18; in fide seu rationabili obsequio Deo exhibito: Phil. 2. 17; Rom. 15. 16; in oratione: Psal. 140. 2; Os. 14. 3; Psal. 49. 14; Hebr. 13. 15; in bonis seu iustis operibus: Psal. 4. 6; in mortificatione corporis: Rom. 12. 1; cf. 6. 12-13; 1 Cor. 3. 16-17; 6. 15, 19; peculiariter in martyrio: Phil. 2. 17; 2 Tim. 4. 6; Apoc. 20.4-6.

MATERIA ET FORMA SACRAMENTI ORDINIS.

In A.T. (pp. 624-627) impositio manuum refertur in sensu electionis losue in locum Moysis et septuaginta virorum in auxilium Moysis: Num. 27. 18-23; Deut. 34. 9; Exod. 18. 25-26; Num. 11. 16, 25; praeterea in ordinatione levitarum refertur impositio manuum, facta ab ipso populo: Num. 8. 10-11; ipsa tamen ordinatio levitarum consistit in quodam ritu purificationis: Num. 8. 5; Lev. 7. 25; 8. 12; Exod. 29. 21, 29. Semikah seu institutio rabbinorum per manuum impositionem, connectitur verisimiliter cum praefata mosayca caeremonia sed nequit assumi ut origo ritus impositionis manuum in ordinatione ministrorum N.T.

In N.T. (pp. 627-629, 691, 832, 834, 844, 845). Sacramentalem valorem non habet sive traditio panis et calicis apostolis in Ultima Coena (Luc. 22. 17-20; 1 Cor. 11. 24-25), sive modus quo Christus in die resurrectionis contulit apostolis potestatem remittendi aut retinendi peccata (Io. 20. 22-23). Constans praxis apostolorum in institutione ministrorum N.T. fuit sola manuum impositio: 1 Tim. 4. 14; 2 Tim. 1. 6-7; Act. 20. 28.

Argumentum scripturisticum in Cone. Trid. et Catechismo Cone. Trid. (pp. 729-737).

INDEX THOMISTICUS

(Numeris paginarum ordinariis indicatur simplex mentio, italicis vero explicita citatio, crassioribus tandem aliquid notabilius)

(Vide: **INDEX ANALYTICUS: Thomas Aquinas)**

25. 66. 67. 12 L, 129–147, 148, 151, 152, 157, 160, 161, 172 173, 174, 175-180, 184, 214, 218, 227, 228, 231, 236, 240, 247, 252, 253, 286, 287. 297. 301. 304. 310, 318, 325, 386-9RB- 401. 405. 407. 424. 433, 444, 445, 460 sn.. 484. 486-503, >11. 512, 520, 535, 538, 540. 541 543. 550-553, 567, 572, 576, *579*. 581. 586-590. 602, 607, 608, 717, 720, 727, 777, 778 783-793, 802, 803-808, 827, 829, 834, 835, 846

SUMMA THEOLOGICA

Secunda Secundae **(2-2)**

q. 39	a.3		*144 sq.*
q*81	a. 7		551
		ad 2	551
q. 83	a. 12		502
q. 85,,	prologus		550
	a 1		550
		adi	551
		ad 3	551
	a. 2		550
	a.3,	ob.l	550,551
		ad 2	550
		ad 3	*550 sq.*
	a. 4		*550,551*
		ad3	*551*
q. 94,	a. 2		551
H. 99.	a. 1,	ad 2	486
q. 184	a. 5		*145,790*
	a. 6,	ad 1	1,28
			67

Tertia Pars **(3 p.)**

q. 22,	a. 1		*548*
	a. 2		*551,555*
	a. 4		*548 sq.*
	a. 5		*549,805*
q. 60,	a. 5,	ad 1	*805*
	a. 7,	Sed contra	806,807
q. 62,	a. S		291, 523
q. 63,	a. 1		143,291,489
	a. 1,	ad 1	523
	a. 2		143,445,*488, 489,490,492,*
			499
	a.3		145,445,488,
			*489,*490
		ad 3	489, 523
	a. 4		143,489,490
		ad 3	*489*
	a. 5		143,144,445, 488,*489*
		ad 1	*490*
		ad 2	*490*
	a. 6		*143,144,* 291, 292,445,488, 489,492,494, 496,*500*
		ad 3	144
q. 64,	a. 2,	ad 1	*804*
		ad 2	*805 sq.*
	a.3		278
	a. 4		278
q. 65,	a. 1		*142 sq.,* 291,*588*
		ad 3	*143*,489,490, *498*
	a. 2,	ad 2	*143*
	a.3		*144,292,500*
		ad 1	*143,144*
		ad 2	292,*500*
		ad 4	*500*
	a. 4		*143*
	a. 6		490,*491*
		ad 1	*490*
q. 66,	a. 6		*805*
		ad 1	*805 sq.*
q. 72,	a. 1		*587*
		ad 2	*587*
	a. 2		*588*
	a. 4,	ad 1	804, *806*
	a. 5,	ob. 2	490
	a. 5		445,*489,491 sq.,* 493,496,497, 499, *500,587, 589,* 590
		ad 2	*445,489,492,* 493,497,499, 500,577,581, *590*
	a. 11		500
		ad 1	*254,312*
q. 73,	a.3		*144*
q· 74,	a.3		806
	a. 5		806
q. 75,	a. 5		*498,*500
		ad 2	500
q. 78,	a. 1		610,*788 sq.,* 806
	a. 2		806
	a.3		806
q. 80,	a. 12,	ad 3	*503*
q. 82,	a. 1		502
		ad 2	445,*486,487,*

502,565
ad 4 135,136,142
a. 4 551
a. 5 502
a. 6 502
a. 7, ad 3 502,596,598
a. 8 135
ad 2 135,142
q. 83, a.l, ad 3 502
a. 4 503
ad 6 502
q. 84, a. 3, adi 793,807
a. 4 145,610,789, 791,792
ad 1 789, 791
a. 5, ad 3 278
a. 7, ad 4 278
q. 90, a. 2 785

Supplementum Tertiae Partis

q. 29, a. 7, adi 804,807
q. 30, a. 3 488
ad 1 498
q. 31, a.l 488,489,490, 492,496,498
q. 34, a. 2 786, 792
ad 2 489,490,786, 792
ad 3 490,499,604
a. 3, ad 1 786, 792
a 4 610, 786,792, 859
ad 1 859
a 5 610,784 sq., 786, 789, 791, 792, 859
ad 3 785
a. 6 859
q.35, a. 1 387
ad 1 387
ad 2 387
a. 2 313,384,395, 405,437
ad 2 437
a. 4 500
adi 500
q.36, a. 3, adi 445,486,487, 565
q.37, a. 2 114,129,818, 320,823,370, 384
ad 1 131,283,385, 387
ad 2 352 sq., 385,414, 804,808
ad 3 130,141
ad 5 370
a. 3 327
a. 4, ob. 2 503
a. 4 114,130,141
adi 130,141,307
a. 5 610,773,783, 785-787, 788, 789, 791, 792
ad 1 789
ad 2 689,787,807
q. 38, a. 1 114,132,789
adi 610,787 sq.,791, 792
ad 3 133,254,312
ad 4 132 sq.
a. 2 114
ad 2 131 sq., 136,303
q.40, a. 1 373
ad 2 486
a. 2 373
a. 3 373
a. 4 114,130,132, 141
ad 3 132,298,308
a. 5, Sed contra 300
a. 5 114,131,136, 138,181,182
ad 2 131,182,183
ad 3 131,136
a. 6 114
ad 3 133,136,312

COMMENTARIUS IN 4 LIBROS SENTENTIARUM

In 4 Sent.:

dist.l, q. 1, a. 4, q. 1 786 sq., 792
dist. 2, q. l,a. 2, ad 9 146,793
dist. 3, q. 1, a. 2, q. 2 806
q. 1, a. 2,q. 2, ad 3 806
dist. 4, q. 1, a. 1 488,489,490, 498 sq.
a. 2, q. 1, ad 2 488,498,499
a. 2, q. 1, ad 5 498
a. 4, q.3 488,489,490, 493,496,574
dist. 5, q. l,a. 1 278
a.3,q. 2 278
dist. 7, q. 2, a. 1, q. 1 445,490,492, 493,496,499, 574,590
ob.3 490
ad 3 490,492
496,577 sq., 590
q.3, a. 1, q.3 135,254,312
dist. 13, q. 1, a. 1, q. 1, ad 1 445,486,487, 565
dist. 38, q. 1, a. 5, ad 2 146
dist. 49, q. 1, a. 2, q. 5, ad 3 486
q. 4, a. 3, ad 4 598

SUMMA CONTRA GENTILES

3.120 551
4.60 588
4.73 598
4.74 114,129,133 sq., 139 sq., 140 sq., 141,142,144,146, 290,292,307,610,

	788
4.75	114,129,134
4.76	114,129,734,136, 142,145,303,*308, 311*

OPUSCULA

Contra impugnantes Dei cultum et religionem c. 4	135
Contra pestiferam doctrinam retrahentium homines a religionis ingressu	313,*385,387 sq.*
De articulis fidei et Ecclesiae sacramentis	114,129, *134 sq.*, 313, 387, 610, 696, *697,716*, 722, 724, 725, *784*, 791
De perfectione vitae spiritualis	*139*
c. 23	*135*
c.25	*l,33sq.*
c.26	114,129,*135*, 136
De regimine principum 1.14	486
Apocryphum: De officio sacerdotis	323

COMMENTARII IN S. SCRIPTURAM

In Is., cap. 28	486
In ler., cap. 33.5	486
In Psal., 26.1	486
44. 5 sq.	486
In I Cor., cap. 11, lect. 2	502
In II Cor., cap. 1, lect. 5	486
In I Tim., cap. 3, lect. 2	313,*385*
4.14	*145, 790*
5.22	*790*
In II Tim., 1.6	*145,790*
In Hebr., cap. 1, lect. 4	486
In Hebr., cap. 5, lect. 1	*549*
In Hebr., cap. 6, lect. 1	*790*, 791
Apocrypha:	
In I Petr., cap. 2	487
In Apoc., cap. 1 et 5	487

INDEX ONOMASTICUS

(Numeris paginarum ordinariis indicatur simplex mentio, italicis vero explicita citatio, crassioribus tandem aliquid notabilius)

(Quoad nomina stellulis signata vide: INDEX ANALYTICUS)

ABÄRZUZA, 28, 186, 390, 700, 702, 796, 815
ACTA PETRI, *629,* **630, 665**
ADAM (K.), 446, 541, 543
AÈRIUS, 3 sq., 9, 42, 46, 64, 83, 84, 91, 248
ALANUS DE INSULIS, *483 sq.,* **485**
ALASTRUEY (G.), 446, 534, 543
ALBERTUS MAGNUS, 25, 121, *127 sq.,* **146,** *176, 177,* **263, 318, 320, 384,** *484,* **485, 777**
ALCUINUS, 54, *641 sq.*
ALCUINUS (Pseudo), *321,* **349, 355**
ALÈS (A. D'), 260, 339, 579, 610, 695, 702, 709-711, 714-718, 723, 772, 775, 800, 808, 814, 817, *839, 842, 846,* **856, 859**
ALEXANDER II, *327,* **328, 329**
ALEXANDER HALENSIS, 25,121,*126 sq.,* **384, 484,** *688 sq.*
ALEXANDER HALENSIS (Pseudo), 263, 384, 485
ALEXANDER (Natalis), 186, 223, 512, 775, 814
ALEXANDRINUM COPTORUM CONC. (a. 1898), *331 sq.*
ALGERUS LEODIENSIS, 319, 320, 349
ALONSO LOBO (A.), 446, 534
ALPHONSUS (Liguori), 186, *204,* **405, 411, 714,** *719, 721,* **775**
AMALARIUS METENSIS, 45, 51, 54, 321, *323sq.,* **349, 355, 370, 375, 380,** *382, 404,* **642 sq.,** *663,* **664, 668, 671, 682**
AMBRIÈRES (J. M. D'), 446, 541, 542, 543
AMBROSIASTER, 4, 25, *50, 51, 52, 56,* **59, 60, 79, 80,** *247,* **248,** *344,* **355, 404,** *637,* **659, 665,** *666,* **845**
AMBROSIUS, 33, *42,* **44, 248, 287,** *344,* **355, 358, 359, 368, 370,** *381,* **472,** *557, 637,* **645,** *665,* **666**
AMICUS (Fr.), 389, 699, 798, 814
AMMONIUS ALEXANDRINUS, *638,* **664,** *665,* **666**
ANACLETUS, R. P. (Pseudo), *643sq., 672*
ANCYRANUM CONC. (a. 314), *645,* **664**
ANDRIEU (M.), *147,* **287, 313, 317, 324, 326, 334, 350, 357, 359, 360, 361, 365, 369, 375, 376, 438, 610,** *633,* **654, 655, 669, 672, 673, 674, 680, 687**
ANGELUS (a Clavasio), 323, 726
ANGER (J.), 446, 541, 543
ANGLES (loseph), 185, 410, *699,* **779**
ANGLICANI, 6, 10, 15-18, 63, 98, 112, 235, 236, *460,* **739 sq., 741-743. Vide:** *Gore, Talland, Protestantes*
ANTIOCHENUM CONC. (a. 341), *341,* **343, 354, 362, 363, 366, 371,** *645 sq.,* **664**
ANTONINUS (S.), 388, 726, 778
ANTONIUS DE BUTRIO, 185, 222, 794
APHRAATES, *633,* **669**
APOCRYPHA, N. T., 629, 630, 665
APOPHTHEGMATA PATRUM, *81,* **84**
ARCUDIUS, 364, 621, 771, 775, 781, 814
ARMENI, 330, *333,* **364, 368, 429, 619, 620, 680, 693, 695, 696, 697 sq., 703,** *720, 724,* **725**
ARMENORUM CONC., (a. 1911), 330, 111
ASCENSIO ISAIAE, *626*
ATHANASIUS, *78 sq.,* **81,** *88, 341,* **354, 362, 363, 472**
AUDET (L.), 313, 391, *399,* **401, 446, 484, 520, 534,** *535 sq.,* **542, 543, 576, 577**
AUGUSTINUS, 32, 43, 56, 356, 460, 478 sq., 482, 502, 503, 538, 549-551, 559, 592, 607, 645, 665, 666, 855

Textus:

Confessiones
6.21 **345**
10.43.69 *548*
Contra Cresconinum
3.22.25 *638*
Contra epistolam Parmeniani
2.28 *283*
De baptismo
4.24 *776,833*
20 *638*
De beata vita
3.18 *345*
De civitate Dei
10.5 549–551
10.6 **479,555,556,557**
10. 20 *479*
17.5 *474,475,478*
20.10 **474,***475*
De consensu evangelistarum
1.10 *345*
De haeresibus
53 **3**
Enarrationes in Psalmos
26.2,2 *473,474*
44.32 73

117.1 557
130.4 548
138.1 345
Epistolae
61.2 638
64.3 345
78.3 638
82.4,32 58
194.1 345
209.3 345,358
Gesta cum Emerito
11 638
In Ioannis euangelium
51.12 472
80.3 575
Quaestiones euangeliorum
2.40 473,414
Sermo ad Caesariensis ecclesiae plebem
2 283,638
Sermones
12.1 345
32.23 345
46.13 345
67.1 345
94 559
235.1 345
351.4,7 471
352.1 345
AUREOLUS (Petrus), 121, *147,* 177, 263, *264,* 384

BAETS (M. de), 610, 800
BAISI (C.), 18, 26, *27,* 100, 109, 114, *174,* 175, *185,* 186, *206 sq., 222,* 226 sq., 229, *230,* 231, *236, 239,* 242, *245,* 251, *252 sq., 256,* 262–264, 272, *274, 285,* 310, 412, *413 sq., 422, 424, 444,* 610, 702, 708, *761, 165,* 767, 779, *780 sq.,* 783, 815
BALLERINI-PALMIERI, 267, 411, *798, 812*
BANDINUS, 121, *124sq., 116,* 319, 320, 349, 383, 681, *769*
BAR SALIBI (Dionysius), 333, 383, 415
BARONIUS, 66, *73 sq., 362*
BASILIUS, 33, 337, *341 sq.,* 363, *474,* 623, 631, *634 sq.,* 645, *663, 664*
BATIFFOL (P.), 10, 12-15, *62,* 63, 64, *65,* 78, 82, 85, 87, 110-112, 175, 610, 627, 669, 677
BÄUERLE A NEUKIRCH (M.), 314, 391, *394 sq.,* 403, 435, 613, *621, 628, 102,* 779, 781 sq., 802, 803
BEAUCOURT (Ch. de), 313, 391, *399,* 401
BEDA, 33, 34, 478, 482, 485, *487, 543, 559, 641,* 664
BEHM (J.), 610, *625, 626*
BELETH (Ioannes), 121, *125,* 176, 319, 320, 349, 380
BELLACASA (Puig de la), *174, 186,* 229, 245, 260, 412, 721, 775
BELLARMINUS, *25, 26, 28, 66,* 148, 185, 199sq., *223, 225,* 229, 245, 256, 257-259, 270, 271, *212, 214, 281, 282, 283, 290, 294,* 300, 301, *303,* 319, *389, 437,* 505, 512, 729, 731, 794, 795, *802*
BENEDICTUS XII, *330*
BENEDICTUS XIV, 30, 186, 203 sq., 230, 237, 313, 328, *386 sq.,* 405, *411,* 618, 673, *719,* 738
BENEDICTUS XV, *316,* 602
BENEVENTANUM CONC. (a. 1091), 121, *123, 327, 405*
BERNALDUS (Constantiensis), *379*
BERNARDINUS SENENSIS, *558*
BERTI (L.), 186, 796
BEYER (J.), *99,* 101, 114, 117, *120,* 123, 170-172, 183, *243 sq.,* 253, *280, 285 sq.,* 289, *299,* 446, 455, '457
BIEL (Gabriel), 25, 185, 194, 222, *290,* 294, 303, 319, 388, 507, 512, 543, 726, 778
BILLOT (L.), 28, 66, 122, *160,* 179, 180, *181, 250,* 257, 260, *391 sq.,* 400, 401, 433, 441, 572, *699, 700,* 702, 712, 718, *796,* 797, 812 sq., 814, *817, 842,* 843
BILLUART, 26, 28, 66, 67, *68 sq., 122-159 sq.,* 175, 179, 180, 256, 257, 259, 290, 291, 300, 318, 390, 437, 493, 504, 512, *551,* 693, 784, *795,* 814, *817*
BLONDEL (D.), 63, 610, 618, 660
BONAVENTURA, 25, 121, *128, 176, 177,* 318, *320,* 327, 384, *385,* 484, *485, 773, 774* sq., 777, 781, 793, 802, 803, 804, 835
BONIFATIUS IX, 17, 45, 117, 162, 252, 443
BONETTI (I.), 114, 122, 172-174, 183, *237 sq., 243 sq., 253*
BORGMANN (K.), 446, 531, 594
BOSSUET, 506, *507*
BOTTE (B.), 114, 446, 447, 469, *485sq.,* 534, 542, 563
BOUDINHON (A.), 114, 175, 181, 186, *205 sq., 225, 252, 212, 401,* 412, 610, 741
BOUESSE' (H.), 18, 22, 26, 101, 112, 114, 117, *119 sq.,* 123, 136, *137,* 142, 143, 145, *169 sq.,* 182, *183,* 186, 218-220, 224, 225, 226 sq., 234, *239,* 242, *246,* 253, 256, *265 sq.,* 275, 276, *282, 285, 288, 295,* 301, 310, 447, 541, 542, 592, 610, 800, 815, 820-822, *846, 848 sq., 859*
BOUIX (D.), 186, *230, 234, 246,* 282, 411
BOULANGER, 256, *265, 215, 216*
BOULARAND (E.), *23,* 62, 85, 87, 100, 111, 115,*119, 120, 175,* 186, 215-217, 225, 229, 235, *239,* 243, 245, *250, 256,* 267 sq., *216, 277 sq,,* 279, 281, 283, *284, 285,* 287, 290, *294 sq., 296 sq., 299, 303,* 446, 447, 518, 520, 541, 548, 576, *577*
BOURDALOUE, 506, *507, 558*
BOYER (C.), 447, 455, 547
BOZZOLA, 186, 229, 253, 412, 808
BRINKTRINE (J.), 115, 122, 271, 273, 446, 447, 534, 594, 610, 746
BROGLIE (G. de), 447, 534, 550, 594
BROSNAN (T. B.), 115, 123, 183, 447, 541
BRU BORRAS (A.), 447, 469, 479
BUCCERONI, 391, *392,* 400, 401

CABROL (F.), 62, 78, 83, 84, 87, 611
CAELESTINUS, R. P., *638,* 645, 665, 666
◀CAIETANUS, 185, *194,* 222, 223, 403, 405, 406, 425, *440,* 441, 445, 493, 504, 512, 553, 554, 561, *578,* 587, 589, *698 sq.,* 726, 778
◀CALVINUS, 4, 6-8, 63, 416-418, 421, 430
CAMPO (P.), 391, 611, 796, 800, 827-829, 859
CANO (Melchior), *388,* 445
CANONES APOSTOLORUM, *343,* 363, 371
◀CANONES HIPPOLYTI, *47 sq., 251,* 284, *346,* 363, 371, 561-564, 623, *649 sq., 663,* 666, 667, 668, 691
CAPELLE (B.), 446, 447, *460 sq.,* 462, *469,* 534, 542, 594, 598
CAPISUCCHI (R.), *223,* 779
CAPPELLO (F. M.), 115, *138, 174,* 186, 225, 229, 245, 260, *290,* 301, 313, 332, 377, 386, 412, 423, 611, 743, 744, 767, 775, 799, 815
CAPREOLUS, 25, 121, 148, 151-154, 155, 156, 158, *177 sq.,* 179, 182, 183, 192, 278, 279, 286, 287, 290, *312,* 388, *593, 777,* 778
CARON (A.), 446, 447, 520, 534, *536-538,* 542
CARPENTIER (R.), *183 sq.,* 457
CARPINO (F.), 447, 611, 746, 808
CARTHAGINIENSE CONC. (a. 397), *345,* 355, 368, 370, 646
CASTRO (Alphonsus de), 25, 26, 505
◀CATECHISMUS CONC. TRID., *96 sq.,* 122, *156 sq., 236,* 250, *291, 318,* 325, 368, *421, 430,* 504, *505 sq.,* 512, *548,* 572, 622, *736 sq.,* 777, 783, 837, 840
CERFAUX (L.), 446, 447, 462, 463, 466, *469, 534 sq.,* 542, 602
CHALCEDONENSE CONC., 373, *379, 646,* 664
CHARDON (C.), 186, 225, 390, 611, 775
CHARLIER (P.), 446, 447, 469, 542
CHRONICON PALATINUM, 355, 359, 372, *382,* 433
CHRYSOSTOMUS, *39,* 42, *47, 57, 60, 80, 248,* 282, 342, 363, *471,* 472, 473, 474, *475, 477,* 480, 487, 565, *636,* 645, *663, 664, 665, 666*
CIVILTÀ (La) CATTOLICA, 610, 695, 702, *707,* 708, *714,* 724, 796, 797, 812
CLAEYS-BOUUAERT, 28, 29, *31*
CLEMENS VI, 275, 429
CLEMENS ALEX., 371, 472, *550, 630,631,* 632
CLEMENS ROMANUS, 12, 14, *32,* 34, 44, *61,* 292, 429, 432, 472, 629
CLEMENS ROMANUS (Pseudo), 32, *335,* 445
CLERCQ (C. De), 28, 29, *30sq.,* 180, 229, 377, 564, 611, 623, *648,* 660, 775, 815
◀CODEX IURIS CANONICI, 29, 96, 98-100, 110, 111, 112, 237 sq., 324, 368, 373, 431, 457, 744, 750, 762
Can. 2 362
Can. 9 754
Can. 32, § 1 754
Can. 34, § 3, nn. 1-2 754
Can. 107 *423 sq.*
Can. 108 21
Can. 108, § 3 32,98-100,108,*422, 423 sq.*
Can. 239, S 20 *237*
Can. 323, § *2* *237*
Can. 329, §1 31,98
Can. 731, § 1 99
Can. 732, § 1 *237*
Can. 759 754
Can. 760 754
Can. 782, § 2 *273,275*
Can. 782, § 3 *273*
Can. 785, § 3 *273*
Can. 802 *600*
Can. 947 754
Can. 948 427
Can. 949 17, 238,318,325, 427
Can. 950 238,*318,427*
Can. 951 *17,237*
Can. 957,5 1 *237*
Can. 957, § 2 *237*
Can. 958,5 4 *237*
Can. 966, 5 2 *237*
Can. 1002 *745*
Can. 1007 *745,* 754
Can. 1147, n.4 *362*
Can. 1147,5 1 *237*
Can. 1151 361
COLONIENSE CONC. (a. 1536), *728*
◀CONGAR (Y. M.-J.), 18-20, 23, 26, *86 sq.,* 101, *113 sq.,* 115, 118, 122, 138, 168 sq., 183, *247, 254,* 256, 257, 267, 269 sq., 276, 277, 278, 279, *299,* 303, *312,* 313, 412, *414 sq.,* 445, 447, 456, *457,* 458, 460, 462, 470, *475, 479, 495 sq.,* 502, 514 sq., 516, *517, 518,* 519, 520, *521,* 522-524, *527–530,* 531, 541, 542, 543, 544, 546, 548, 549, *550,* 555, 558, 559, 566, 567, *570,* 571, 578, *591,* 593, 594, 596, *606,* 765, 815
◀CONGREGATIONES ROMANAE, 743-746, 751, 841,
Concilii, 256
Rituum, 241, 431, 738, 755
5. *Officii,* 694
CONNELL (F. J.), 115, 122, 183
CONSTANTINOPOLITANUM CONC. IV, *349 sq.,* 363, 364, 365, 367
◀CONSTITUTIONES APOSTOLORUM, *41,* 42, 44, 46, *48, 49, 61, 95,* 284, *336,* 338, *342 sq.,* 363, 365, 366, 367, 371, 383, 438, *439,* 473, *477,* 480, 562 sq., *647 sq.,* 650, *663, 665,* 666, 667, 668, 691, 692, 832
CONTARINI (Caspar), 185, *194 sq.,* 223, 226, 256, 263, 264, 294, 388, 505

CONTE A CORONATA (M.), *322,* 412
CONTENSON, *138,* 185, *202 sq.,* 223
COPPENS (J.), 564, 611, 625
◀CORNELIUS, R. P., 337, 338 sq., 347, 354, 356, 359, 360, 432, *631*
CORRÀ (S.), *240, 422,* 611, 746, 755, *765,* 767
CRESCONIUS, *640,* 664
CROSIGNANI (J.), 115, 260, *422,* 611, 746, 754, *758,* 800
◀CYPRIANUS, *95,* 355, 359, 360, *630*

Textus:

Epistolae (juxta ordinem Migne):

2 (Presbyterii romani), 1	339
3.1 sq.	339
16	*339*
24	339,*340*
28.3	339
29	339
30 (Presbyterii romani), 1	339
32	339
33	339,*340,358,564*
34	339,*340,* 564
36	339
43	339
49.1	339
55.1	339
55.9	339
55.14	*313*
58	*39,42*
68	*39,44*
69	*39*
73.21	*579*
75 (Firmiliani)	*339,631*
76.15	*339*
77.2	373
78.3	339,373
79.1	339
80	339

CYRILLUS ALEX., 33, 371, 665
CYRILLUS HIER., *341,* 363

◀DABIN (P.), 445, 448, *454,* 455, 458, 460, 462, *466,* 467, 469, 470, 503, 508, 512, 518, 519, 520, *521,* 541, 542, 545, 548, 556, 558, 560, 577
◀DAFFARA (M.), 28, 122, *167,* 179, *180 sq.,* 181, *182,* 257, 260, 300, 391, *399,* 400, 401, *494,* 520, 721, 775, 808, 827, 829, 859
DAMASUS (Pseudo), 33, *53, 61*
DAMEN (C.), 611, 746, *765 sq.*
DANDER (F.), 186, 229, *230, 236,* 237, *239,* 245, 265, 285, 302, 412, 767, 775
DANIÉLOU (J.), 336, *337,* 588
D'ANNIBALE, 256, 697, *720,* 775
DAVIS (H. F.), 446, 448, 520, 541, 542, 543
DE AMBROGGI (P.), 448, 462, 542
DE AUGUSTINIS, 186, 225, 283, 313, 390, 401, 433, 720, 775, 808
DENIS (L.), 186, 234, *246,* 282, 391, *399,* 401, 770, 776, 796
DENZINGER (H. J.), 330, 618, 695, *720*
DIDACHE, 12, 14, 293, 432, *629,* 630, 632
◀DIDASCALIA APOSTOLORUM, 18, *44,* 247, 337 sq., 354, 362, 363, 374, *477,* 480, 631, *632*
DIEKAMP (Fr.), 28, 122, 179, *180,* 181, *182,* 256, 257, *260,* 300, 412, *413, 424,* 534, 542, 721, 731, 739, *745,* 775, 808
◀DIONYSIUS AREOP. (Pseudo), 33, *39, 49,* 95, 135, 144, *145, 283, 346 sq.,* 363, 385, 639, *663,* 664, *665,* 666, 668
DIX (G.), 251, *335 sq.,* 336, *561,* 564, 627, 741
DOLAN (G. E.), 115, 122, 179, 183
DÖLGER (F. J.), 115, 256, 262, 263, 267, 272, 273, 310, 448
DONDAINE (H.), 611, *846*
DUCHESNE (L.), 313, 334, 346, *348,* 352, 356, 359, 369, 372, 374, 376, *562,* 611, 623, 654, 670
◀DURANDUS (a S. Porciano), 25, 28, 63, 64, 185, 187, *192,* 197, 222, 226, 278, 279, 290, 294, 303, 384, 388, 403, 405, 406, 407, 408, 440, 441, 683, 699, 777
◀DURST (B.), 446, 448, 494, 514, 520, 527 sq., 543, 576, *579, 581, 593 sq.,* 594

ECKIUS (I.), 25, 185, 323, 377, 388, 505, 512
EINIG, 186, 389, *391,* 401, 402, 720, 775
ELLARD (G.), 611, 669, 670, 672
EPHRAEM, 32, 341, 363, 371, 382, *633 sq.,* 645, *664,* 669
◀EPIPHANIUS, *3,* 32, *42, 46, 80, 88,* 91, *248, 342,* 363, 371, 372, *404, 636, 663, 664*
EPITOME LIBRI Vili CONST. APOST., 284, 563, *649,* 665, *666*
ESTIUS, 66, 67, 185, 225, 319, *321 sq.,* 389, *410, 420,* 505, 512, 803
◀EUCHOLOGIUM, 284, *331,* 351, 363, 364, 365, 371, 377, 378, 618, *660-662,* 663, 667, 668, 691
EUGENIUS IV, 695, 697, 720
EUGENIUS (episc. Toletanus), *641,* 645, 666
EUSEBIUS CAESARIENSIS, 33, *88, 338 sq., 340 sq.,* 363, 366, 472, *631, 634,* 645, 664
◀EUTYCHIÜS ALEXANDRINUS, 78, 81 sq.

FABIANUS, R. P., 355, 372, 634
FAGNANUS, 185, *377,* 389, 693, 694, 779, 802, 803
FAIVRE (J.), 62, 78, 83, 84, 85, 87
FANFANI (L. I.), *182,* 412
FARNESE (G. B. da), 25, 100, 101, 115, 314, *322,* 449, 505, 611, 726, 732, 769, 772, 778, *779,* 782, 800, 814, 815

FEGHALI (J.), 300, 314, 332
FENTON (J. C.), 448, 541
FERLAND (A.), 122, *166,* 179, 391, *399,* 400, 448, 455, 543, 702, 708, 779, *780,* 783 815
FERNANDEZ (D.), 115, 186, *253.*
FÉROTIN (M.), 350, *658*
FERRANDUS DIACONUS, *640*
◀FERRARIENSIS, 122, 154 sq., 156, 158, 178, 183, 286, 290
FIRMILIANUS, *339,* 363, 366, *631*
◀FLORENTINUM CONC., 231, *275,* 317, 318, 401, 413, 419 sq., 424-426, 695-728, 756, 760, 775, 777, 778, 779, 783, 796, 803, 830, 835, 836, 837, 838 sq., 840
FLORUS LUGDUNENSIS, 474, *475,* 481, *482,* 485, 511, 607
FOFI (F.), 115, 122, 162, 252
FORGET (J.), 28, 62, *63,* 66, 67, 80, *85, M,* 314, 389, 391, *392*
FRANQUESA (A. M.), 611, 623, 746, *758 sq.,*
FRANZELIN, *411,* 775, 808
FRASSEN, 66, 148, 186, 192, 226, 290, 294, 390, 433, 794
FUMUS (Bartholomaeus), *727*

GAIUS, R. P. (Pseudo), 348, 355, 356, 357, 359, 360, 372
◀GALTIER, 314, 391, *392 sq., 420, 430,* 612, 695, *702 sq., 705 sq.,* 708, *711,* 714, 719, 723, 725, 730, *731 sq.,* 738, 739, *740,* 779, *783,* 796, 815
GAMACHEUS (Ph.), 185, 226, 811
GANDULPHUS BONONIENSIS, 121, *125,* 319, 320, 349, 380, 383
◀GARCÍA GARCÉS (N.), 449, 534, *538 sq.,* 606
GARRIGOU LAGRANGE (R.), 122, 179, 449, 534, 594
◀GASPARRI (P.), 28, *29,* 100, *174,* 186, *204 sq., 224,* 225, 229, 260, *400 sq.,* 411, 622, 697, *720,* 724, 741, 750, 762 sq., 775, 808
GELASIUS I, *347,* 355, 356, 359, 360, 372, 373 *379*
GERLAUD, M. J., 18, 20 sq., 26, 115, 122, *165 sq., 182,* 183, *252,* 314, 391, *395-397,* 401, 402, *420,* 433, 612, 702, 708, *713 sq.,* 723, 779, 815, *842*
GHELLINCK (J. de), 314, 319, 334, 380
GIBEAULT (O.), 612, 702, 708, 723, 779, *780,* 783, 815
GIGON (A.-C.), 28, 122, 179, 256, 257, 259, *261, 312,* 391, *399,* 401, *700,* 702, *707,* 770, 776, 784, *798,* 815, 859
GIHR (N.), 411, 509, 512, 721, 775
GILDAS, *670,* 672, 676
GILLMANN (F.), 115, 188, 612
GLORIEUX (P.), 449, 523, 543, 566
GOAR (J.), 314, 331, 334, 351, *364sq.,* 366, 377, 409, *410,* 415, 618, 621, 660, 669, 771, 775
GOBILLOT (Ph.), 314, 334, 373
◀GONET, 26, 122, 157-159, 175, *179,* 300, 318, 390, 433, 437, 445, 493, 504, 512, 577, 628, 694, 779, 783, 814, *816*
GONZALEZ RIVAS (S.), 612, 721, 746, *756, 759,* 775, 808, *810*
GORE (Ch.), *16,* 33, 62, 78, 83, 84, 85, 87
GOTTI, *390,* 512, 784, 797, 814
GRAECI, 331, 332, 333, 364, 368, 618, 696, 697, 698, 701, 704, 760, 781, 782, 802, 803, 830, 831, 832, 837
◀GRATIANUS, 54, 184, *187,* 222, 250, 319, 322, 323, *327,* 385, *405, 768 sq.*
GRAVINA (D.), 612, 621, 779, 802, 803
GREGORIUS I, 275, 287, *325,* 348 sq., *349,* 355, 359, *374, 375, 640, 664, 670,* 671, 672
GREGORIUS VII, *379*
GREGORIUS IX, *693*
GREGORIUS NAZIANZENUS, *39, 95,* 282, 342, 363, *635 sq.,* 645, *663,* 669
GREGORIUS NYSSENUS, *282 sq., 636,* 645, 666
GREGORIUS THAUMATURGUS, 636, 645
GREGORIUS TURONENSIS, *640, 666*
GROEBER (episc. Friburgi i. Br.), 449, 531 sq., 534, 535
GROSCHE (R.), 449, 542, 555, 558
◀GUIBERT (J. de), 63, 64, 262, 612, 695, 697, *702 sq., 705,* 708, 709, *712 sq.,* 719, 720, *722,* 723, *724,* 725, 726, *727,* 772, *773 sq.,* 779, 794, 796, 812, *842*
GUIBERTUS TORNACENSIS, *689 sq.,* 777
GUIDO DE ORCHELLIS, 185, *188,* 222, 225, 250, 323, 380
GUILELMUS ALTISSIODORENSIS, 185, *188,* 192, 222, 323, 773
GUILELMUS ALVERNIENSIS, 121, *125 sq., 176,* 222, *320,* 384, *682,* 773
GUILELMUS DURANDUS, 121,*147, 769,* 770
GUILELMUS PARISIENSIS (OP.), 185, 503
GUTBERLET (C.), 612, 801, 812, 854
GY (P.-M.), 29, *32,* 98, 115, 182, *183,* 186, *220 sq.,* 224, 225, *239,* 260, *296,* 412, *415,* 449, 541, 542, 543, 612, 775, 808, *810*

HABERT (L.), 186, 411, 621, 775
HALLIER, 148, 185, *200 sq.,* 229, 230, 364, 389, 612, 621, 624, 669, 670, 709, 794
HANSSENS (J. M.), 612, 618, 622, 643, 660
HARENT (S.), 612, 740, 801, 814, *817*
HARNACK (A.), 13, 314, 334, 352, 629
HARVENGT (Philippus de), *329*
HATCH (E.), 13, 630, 632, *648*
HECHT (F. X.), 612, 743, 744
HENRIQUEZ, 389, 802, 803
HENRY (A.-M.), 115, 122, *169,* 183, *299,* 391, *400,* 401, 449, 541, 542, 543

HERBIGNY (D'), 22, *26,* 29, 30, 62, 66, 67, *70 sq.,* 78, 85, 87, 101, 108
HÉRIS (Ch.-V.), 115, 122, *163 sq.,* 186, 217 sq., 224, *299,* 446, 449, 494, 541, *576 sq.,* 577, 578, 580-586
HERMANNUS (Magister), *483*
HERMAS, *335*
HERVÉ (J. M.), 28, 66, 75, 186, 245, 260, 290, 301, 739, 764, 767, 775, 796, 797, 799, 815
HESBURGH (T. M.), 446, 449, 455, 520, 541, 542, 576, 578, 591
HIERONYMUS, 4, 7, 25, *33,* 34, *43, 44, 47,* 49, *50, 51, 52,* 53-55, 56, 58, 59, 60, 62-93, 110, 175, *247, 248, 293, 344,* 355, 359, 368, 370, 372, *374,* 470, *471, 638,* 659, 663, *664, 665,* 666
HIERONYMUS (Pseudo), 4, 25, *47, 50, 51, 52,* 53, *56, 57, 244, 293,* 355, 356, 359, 360, *372,* 380, *381,* 433, 659
HILARIUS PICTAVIENSIS, 79, 472
HILDEBERTUS A LAVARDINO, *768*
HINCMARUS RHEMENSIS, *644,* 645, 664, 668
HIPPOLYTOS ROMANUS. Vide: *Traditio Apostolica*
HISPALENSE CONC. (a. 619), 47, *52, 61 sq.,* 373, *646,* 658, 664
HOCEDEZ (E.), 115, 122, *162, 252*
HOFMANN (G.), 612, 695, 696, 698, 701, 721, 724, 725
HOLBÖCK (F.), 449, 470, 485
HOLSTEIN (H.), 446, 449, 541, 542, 543
HOLTUM (G.), 115, 122, *160 sq.,* 179, *182,* 290
HOLZMEISTER (U.), 449, 462, 542
HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, *681, 688, 769*
HORMISDAS, R. P., *639, 666*
HOSIUS (S.), 388, 505, *769 sq.*
HUARTE, 66, *174,* 186, 225, 229, *386,* 405, 412, 425, 703, 720, 721, 726, 775, 808
HUGO A S. VICTORE, 33, 45, 53, 121, *123 sq., 176,* 319, 320, 327, 329, 349, 380, *382,* 383, 405, 680, *685,* 777, 835
HUGON (E.), *26,* 28, 122, *163,* 175, 179, 181, 256, 257, 259, *261,* 272, 310, 314, 391, *393,* 400, 401, *402, 420, 428 sq.,* 433, 434, 435, *445, 494, 520, S34,* 612, 702, 704, *706 sq.,* 708, 711, 739, 779, 783
HUGUCCIO, 185, *187 sq.,* 222
HUGUENY (E.), 391, 612, 801, 815, *843*
HURTER, 28, 66, 101, 186, 225, 267, 319, 389, *390,* 391
HÜRTH (F.), 186, 229, 422, *423,* 612, 745, 746, 749, 753, 754, 762, 765, 775, 801, *826,* 856
HYQUAEUS, 185, 192, 389

IBN SABBA, 333, 383, 415
IGNATIUS ANTIOCHENUS, 34, *38, 249, 293,* 335, 432, 472, *560,* 629, 636, 645
IGNATIUS ANTIOCHENUS (PSEUDO), *343,* 363, 371, 429, 445
INNOCENTIUS I, *42 sq., 55,* 249, *326, 345,* 355, 359, *637, 664*
INNOCENTIUS III, *319,* 328 sq., 360, 370, *377,* 685, *686 sq., 693,* 777, 835
INNOCENTIUS IV, *364,* 368, *694*
INNOCENTIUS Vili, 17, 45, 117, 252, 443
IOANNES XXII, *4sq., 96*
IOANNES A S. THOMA, 23, 389, 493, 504, 512, *552 sq.,* 553, 554, 573, 577, 582-586, 589, 593, 794, *802,* 819, 847, 848
IOANNES DE IMOLA, 185, 187, *193,* 222
IOANNES DIACONUS, 44, *46 sq., 52, 61, 73, 347 sq.,* 355, 358, 360, *639,* 666
IORIO (T. A.), 423, 612, 746, 754
IRENAEUS, 33, *38, 41, 471,* 472, 565
ISAMBERTUS, 185, 389, 814
ISIDORUS HISPALENSIS, 43, 45, 47, *48,* 51, *52,* 321, *323, 325,* 349, 355, 370, *373 sq.,* 375, *380,* 381, *474,* 478, *479 sq.,* 482, *640 sq.,* 658, 659, 660, 664, 665, 845
ISIDORUS MERCATOR, *53, 643 sq.*
ISIDORUS PELUSIOTA, *471 sq., 477 sq., 549, 557 sq.*
IUDAEI, *460,* 623, 625-627
IUSTINIANUS (Imperator), *348,* 363, 365, 366, 371
IUSTINUS, 293, *335, 476*
IVO CARNOTENSIS, *33,* 45, 47, *48, 53, 319,* 320, *326,* 349, 380, *382,* 383, *680,* 681, *685,* 692, *768,* 777, 835

JALLAND (T. G.), *17 sq.,* 62, 63, 87, 115, 247 sq.
JOMBART (E.), *401,* 412, *415*
JOURNET (Ch.), *27,* 29, *31,* 63, 64, 98, 100, 101, 109, 116, 117, 119, *136 sq.,* 140, 141, 143, 182, *183,* 186, *212 sq.,* 224, 225, *226,* 227, 231, *239,* 256, *260,* 271, 277, 296, 310, 314, 391, *400,* 401, 449, 460, 495, 541, 543, 573, 577, 593, *603 sq.,* 613, 702, 708, *711 sq., 761,* 779, 802, 815
JUGIE (M.), *89,* 260, 314, *322,* 334, 365, 378, 383, *415,* 416, 613, 622, 660

KALMAR (S.), 93, 100, *101*
KAVANAGH (W. A.), 446, 449, 462, 470, 541
KIRK (K. E.), *16 sq.,* 362
KRUEGER (A. F.), 450, 474, 479, *502,* 541, 543, 547, 594

LAHITTON (J.), 122, *166,* 183, 391, *397,* 442, *700,* 702, 770, 776, 779, *780,* 783, 815
LANGONIO (Pius A), 116, 122, *161 sq.,* 183, 252, 256
LAODICENUM CONC. (a. 343/381), *341,* 343, 354, 362, 363, 364, 366, 371, *646*
LARNICOL, 28, 29, 186, 225, 229, 412, 721 775 808
LA TAILLE (M. de), 450, 508, 509-511, 512, 513, 524, 526, 527, 543, *561,* 594

LAURENTIN (R.), 445, 450, *456,* 461, 515 sq., 518, 520, *521 sq.,* 539, *542,* 543, *544 sq., 546,* 549, 567, *572, 577,* 591, *599,* 605, 606
LAYNEZ, 3, 25, *105,* 106, 107
LECLERCQ (H.), 314, 334, *335,* 371, 450, 456, 457, 613, 654, 669, 671
LÉCUYER (J.), 62, 63, 64, *65 sq.,* 76, 85, 87, 116, 117, *118,* 136, *137 sq., 139,* 175, 186, 213-215, 226, 229, 248, *284,* 450, *468,* 469, 470, 518, 542, 548, 555, 576, *599,* 660
LEDESMA (Martinus et Petrus), 25, 66, 388 505 779
LEHMKUHL (A.), 116, 256, 266sq., 275, 276, 310, 411, 775
LENNERZ (H.), 18, 21, 26, *36,* 63, 64, *65, 94, 95, 98,* 100, *101,* 109, 116, 186, *207 sq.,* 229, 230, *245, 250, 274,* 281, 285, 290, *295,* 296, *297,* 314, *401,* 412, *413, 424, 425, 441,* 450, 534, 542, 613, *721 sq., 732,* 739, *772,* 775, *776,* 799, 801, *808 sq.,* 815, 820, 856
LEO I, 47, 287, *325,* 328, *345 sq.,* 355, 360, *472 sq.,* 473, *638 sq., 666, 670,* 672
LEO XIII, *98, 228,* 230, 235, 236 sq., *280,* 454, 673, 738-743, 831, 839
LÉPICIER (A. H.-M.), 28, 66, 75, 116, 122, *164,* 179, *181,* 257, 260, *263 sq.,* 273, 391, *393,* 400, 401, *402,* 621, 628, 702, 770, 776, 779, 781 sq., 783, 802, 803
LERCHER (-UMBERG), 66, 186, 229, *236, 239,* 245, 265, 273» 283, 285, *290,* 301, 302, 314, 412, 613, 702, 703, 765, 767, 775, 779, *780,* 783, 796, 801, 808, 811
LESSIUS, 185, 410, 512, 794, 802
LIBANENSE MARONITARUM CONC., *332, 367*
LIBER DIURNUS, 654, 668
LIBER ORDINUM, 350, *658-660, 665,* 667, 668, 679
LIBER PONTIFICALIS, *338, 348,* 355, 357, 360, 361, *369,* 372, *374,* 375, *376*
LIBERIUS, R. P,, 287, 341, 355, 358
LIBERIUS A IESU, 621, 796, 802, 803
LIGHTFOOT (J.-B.), 62, *79,* 85
LIPOMANNUS (A.), 25, *727*
LONG-HASSELMANS (G.), 446, 450, 531-533, 593
LOTTINI (J.), 122, 391, 784, 795
LUGO, 572, 797, 814, *816*
LUTHERUS, 6sq., 430

MABILLONIUS, 326, 350, 357, 359, 673
McCarthy (J.), 423, 6I3, 746, *764*
MacGUINNESS, 186, *401*
MAIOR (Ioannes), 25, 185, 323, 377, 388, 693, 778
MALDONATUS, *34,* 185, *196,* 225, 250, *321,* 512
MALVY (A.), 613, 620, 678 sq., 815
MANCINI (A.), 28, 116, *174,* 186, 237, 242, 290, 391, 412
MANY (L.), 28, *29,* 186, 230, 314, 377, 412, *415,* 622, 721, 775, 808
MARCHAL (L.), 18, 21 sq., 26, 29, 101, 108, 613, 741, 815
MARONITAE, 330, 368, 371, 378, 619, 620
MARSILIUS PATAVINUS, 4sq., *96*
MARTÈNE (E.), 314, 326, 329, 334, 365, 613, 618, 623, 669, 673, 675, 771, 775
MARTIMORT (A.-C.), 116, *118,* 285
MARTINUS V, 45, 117, 252, 443
MARTYRIUM S. POLYCARPI, *560*
MASTRIUS, 185, 192, *202,* 225, 296, *389,* 794
MASURE (E.), 116, 186, *208-210,* 225, *296 sq., 298,* 450, *461,* 518, 519 sq., 523, 541, 548, 566, 594
MAURUS (Silvester), 389, 781, 794, 802, 803
MAXIMUS TAURINENSIS, *473*
MAYRON (Franciscus), 628, 777, 783
MAZZELLA (C.), 186, 512
MAZZELLA (H.), *2sq.,* 28, 186, 229, 411
MEDINA (Michael), 63, *64sq.,* 185, *195 sq.,* 203, 223, 225, 229, 230, *323,* 409, *410,* 794
MEESTER (Pl. de), 314, 613, 618, 622, 660
MELCHIADES, R. P. (Pseudo), 587 sq.
MELDENSE CONC. (a. 845), *375, 647,* 664
MENARDUS, 350, 654, 656, 657, 669, 719, 741, 775
MERKELBACH, 122, 179, 391, *397,* 400, *420,* 702, 784, *785,* 796, 797, *798,* 815
MERSCH (E.), 450, 456, 541, 542, 594
MICHEL (A.), 18, 22-24, 26, *27,* 100, 101, 109, 116, 186, 217, 225, *229,* 231, *239,* 256, 262, 267, 272, 276, 277, 278 sq., 315, 365, 412, *423,* 564, 613, 623, 660, 695, 702, 708, *709,* 746, *759,* 764, 767, 775, 799, 801, 802, 815, 818-820
MICHIELS (A.), 62, *63,* 66, 67, *70,* 78, 85, 87, 90,*110,* 111
MINGES, 192, 391, 401, 433, 775
MISSALE BOBBIENSE, 359, *381,* 655
MISSALE FRANCORUM, 350, 655, *656 sq.,* 668, 671,692
MOEHLER (J.-A.), 508 sq., 512, 530
MOGHILA (Petrus), *332, 416, 620,* 621
MOGUNTINUM CONC. (a. 1549), *728*
MONOPHYSITAE, 331, 333, 383
MONSEGÚ (B.), 116, 446, 451, 520, 534, *539–541,* 542, 568
MONTEFORTINO (Hieronymus de), 186, 226, 290, 294, 390, 433, 437
MOPSUESTENUS (Theodorus), 42, 248, *342,* 352, 363, 371, 382, *404,* 478, 481
MORINUS (Ioannes), *35sq.,* 62, 66, 67, *69 sq.,* 89, 181, 185, 201 sq., 223, 226, *227 sq., 247,* 315, *322,* 326, 331, 334, 350, *365 sq.,* 372, 373, 377, 378, *404,* 405, 409,

410, 411, 475, 613, 618, 621, 623, 625, 626, 627, *669,* 670, 673, 680, 684, *699,* 718, 771, 775
MORS, *764,* 767
MÖRSDORF (K.), 116, 256, 264, 273
MOSTAZA RODRIGUEZ (A.), 116, 262
MURA (E.), 313, 451, 456, 541, 543

NAVARRUS, 185, *196 sq.,* 225, 230, 409, 410, 779
NEOCAESARIENSE CONC. (a. 314/325), 33, *645,* 664
NESTORIANI, 330, 332, 383, 619, 620
NEWMAN (Rabbi J.), 10, 613, 625, 626
NICAENUM CONC. I, 88, *645*
NICAENUM CONC. II, *377*
NICOLAUS I, *672,* 676
NOLDIN, 267, 412, 796, 797
NOVATIANUS, 338, 631
NUGNUS, 122, 779, 802, 803

ONCLIN (W.), 116, 260
OPPENHEIM (Ph.), 315, 334, 356, 360, 362, 412, *414,* 613, 622, 623
OPTATUS MILEVITANUS, *343 sq., 352,* 355, *637,* 645
ORDINES ROMANI, 350, 355, 356, 360, 369, 370, 376, 651-655, 662, 673 sq.
Ordo XXXIV, 326, 350, *351,* 355, 356, 357, 358, 359, 360, 376, *438,* 622, 623, 651, *652 sq.,* 665, 666, 668, 671, 673, 679
Ordo XXXV, 326, 350 sq., 355, 356, 359, 376, 623
Ordo XXXVI, 350, 351, 651, *653 sq., 666,* 668, 671, 673
Ordo XXXIX, 651, *654*
Ordo XL, 651, *655*
ORDOÑEZ (V.), 451, 462
ORIGENES, *38,* 44, 83, 84, 371, *472, 473, 476 sq., 550, 558, 560 sq.,* 630, 631, 634, 645, 664
OTT (L.), 186, 767, 808, *810*
OTTEN (B. J.), 186, 245, 283, *322, 386,* 405, 412, 425, 534, 702, 703, 775, 808

PALMER (F.), 446, 451, 502, *526 sq.,* 543, 547, 606
PALMIERI (D.), 186, 775, 808
PALUDANUS, 25, 121, 148-150, 151, 152, 153, 155, 156, 158, 177, 178, 179, 182, 192, 226, 290, 291, 388, *777 sq.,* 794, 835
PANORMITANUS, 185, 187, *193,* 222
PANQUERA (A.), 123, 139, 183
PAQUET (A.-A.), 28, 122, *161,* 179, 391, 401, 451, 720
PÈGUES, 122, *163,* 183, 391, *395,* 401
PELAGIUS, *50, 56,* 57, 247
PELAGIUS I, *348,* 355, 356, 358, 359, 374
PELLAND (L.), 446, 451, 520, 534, *538,* 542, 543
PÉRINELLE (J.), 28, 29, *31,* 116, 122, *164 sq.,* 183, 210, 315, 391, *393 sq.,* 401, 614, 702, *707,* 708, *711, 779,* 803, 804, 815
PERRELLA (G. M.), 315, *401,* 412, 614, 695, 721, 730, *731, 739, 740,* 775, 801, 808, *809 sq., 852 sq.*
PERRONE (I.), 66, 67, 75, 186, *224,* 225, 229, 260, 411, 720, 775
PERSICH (N. C.), 451, 520, 534, 543
PESCH (Ch.), *23,* 28, 66, 186, 225, *229,* 230, 245, 267, *386,* 405, 411, 425, *441,* 534, 720, *772, 775,* 808
PETAVIUS (D.), *62 sq.,* 66, 67, *71 sq.,* 111, 185, *200,* 223, 225, 775
PETRUS CANTOR, 327, 329, *681*
PETRUS DAMLANUS, 33, *39 sq.,* 45, *50, 56,* 57, 58, 59, 95, 121, *123, 176, 293,* 318, *319,* 320, *379 sq., 482 sq.,* 485, 503
PETRUS DE AQUILA, 185, *192 sq.*
PETRUS DE PALUDE. Vide: *Paludanus*
PETRUS DE TARENTASIA (INNOCENTIUS V), 121, *773,* 777, 793, 835
PETRUS LOMBARDUS, 25, 33, *40, 50, 56,* 57, 58, 59, 121, *124, 176,* 187, 192, 222, 318, 319, 320, 323, *327,* 329, 349, 370, 380, *382 sq.,* 385, 680, *685 sq.,* 777, 835
PHILIPON (M. M.), 122, *167*
PHILIPPEAU (H. R.), 315, 362
PHILIPS (G.), 451, *455sq., 458, 459sq., 461* 541 542 545
PIAULT (B.)/116, 117, *119,* 186, *210-212,* 225, 296, *297,* 298, *299,* 518, 548, 566
PIGHIUS (A.), 25, 63, 505, *769*
PIOLANTI (A.), 28, 186, 260, 446, 451, 494, 541, 542, 543, 594, 721, 726, 731, 750 775 ROR *Rln*
PISTORIENSE CONC., 4, 9, 97, *418 sq.,* 422, 532
PIUS VI, 4, *9, 97, 418 sq., 422,* 431
PIUS XI, 455, 457, 532, 602
PIUS XII
"Sacramentum Ordinis," 22, 100, 116, *183,* 184, 211, 217, 220, 224, 229, 230, 235 sq., 238-244, 250, 285, 304, *318, 325,* 391, 400, 422 sq., 426, 431, *616 sq.,* 621, 651, 712, 746-768, 770, 781, 799, 802, 818, 826, 827, 830 sq., 832, 833, 834, 837, 839, 840, 845
"Mediator Dei," 455, 508, 525, 530, 548, *553,* 595, 596-603
Alia, 239, 451, 456, 457, 539, 559, *598,* 601
POHLE, 186, 411, 775
POLLET (V. M.), 451, 591
PONTIFICALIA, 34, 41, 44, 48, 351, 355, 357, 360, 376, 648, 666, 668, 673 sq., 690, 692
Pontificale Romanum hodiernum, *34,* 41, 44, 47, *237 sq., 241, 317 sq.,* 319, 323, 324, 325, *360,* 368, 374, *421 sq.,* 431, *441, 651 sq.,* 673, 674, *678,* 737 sq., 777, 783, 837, 840

Pontificale Romano-Germanicum, 47, 351, 672, 673, 674, 677, 678, 680, *684,* 687, 692
Pontificale Romanum saec. XII, 34, 47, 317, 351, 370, 376, 616, 677, 678, 680, 684, 687
Pontificale Curiae Romanae (saec. XIII), 674, 677, 678, 684
Pontificale Guilelmi Durandi, 317, 319, 324, 327, 351, 370, 376, 622, 673, 674, *677,* 678, 684, *687,* 690, 794
POURRAT (P.), 10-12, 110, 402, 815
POYER (A.), 614, 801, 802, 814, *848*
PRAT (F.), 32, 62, 66, 67, *68, 85,* 87
PRAXMARER (I.), 116, 262, 263, 267
PRESBYTERIANI, 6, 7, 9, 15, 17, 64, 85, 742; vide: *Protestantes*
PROSPER AQUITANUS, *474 sq.*
PROTESTANTES, 6-9, 63, 85, *102,* 106, 416-418, 420 sq., 430, 453, 455, 459 sq., 616, 629, 630, 632, 769; vide: *Anglicani, Calvinus, Lutherus, Presbyteriani*
PUJOLRAS (H.), 423, 614, 746
PUNIET (P. de), 315, 334, 412, 563, 614, 669, 670

QUERA (M.), 315, 412, 426, 614, 695, *721,* 723, 726, *731, 739, 740 sq.,* 775, 801, 808, 829

RABANUS MAURUS, 45, 47, *48, 52, 321, 326,* 349, 355, 370, 375, 380, *487,* 543, 642, 664
RAHMANI (I. E.), 346, 371, 562
RAHNER (K.), 452, 455
RAMBALDI (G.), 452, 534, 542
RATRAMNUS, *48,* 49
REA (J. E.), 446, 452, 474, 502, 520, 526, 542, 543, 547, 578, 606
RICHARDUS ARMACHANUS, 121, *150,* 222
RICHARDUS DE MEDIAVILLA, 121, 384, *777, 783,* 802, 803
RIGHETTI (M.), 315, 334, 614, 622, 623
RITUALE FRANCORUM, 369, 370
ROBERKOF (S.), 315, 391, *392, 402, 435*
ROBERTUS PAULULUS, *483,* 485
ROBEYNS (A.), 446, 452, 469, 470, 508, 542
ROCHOLL (N.), 452, 523, 543, 560, 566
ROGUET (P.), 452, 541, 588, 594
ROLANDUS CREMONENSIS, 121, *126,* 323
RUDOLFUS (Monachus), *689*
RUMP (V.), 452, 462, 542
RUPERTUS TUITIENSIS, *483, 485*
RUTHENI, 331, 618, 620, 621, 680, 693

SACRAMENTARIA, 48, 350, 355, 357, 360, 370, 374, 651 sq., 655 sq., 668, 671, 691
Sacr. Serapionis, 41, 95, 284, *342,* 363, 367, *647,* 666, 667, 691
Sacr. Leonianum, 47, 284, *350, 651 sq.,* 655, 671
Sacr. Gelasianum, 323 sq., 326, 328, 350, 357, 359, 369, 370, 374, 376, 623, 651, 655 sq., *657,* 668, 671, 692
Sacr. Gregorianum, 47, 284, *326, 350,* 370, 374, 376, *651 sq.,* 655, 656, *657 sq.,* 671, 672, 679
SALMANTICENSES (Dogmatici), 260, *494,* 504, 512, 573, 621, 814, *816*
SALMANTICENSES (Morales), 122, *159,* 179, 390, 794
SANCHEZ (Thomas), 185, 409, 410
SARDICENSE CONC. (a. 343), 79, 341, 363
SASSE (I. B.), 186, 267, 390, 775, 808
SAURAS (F. E.), 446, 452, 456, 494, 514, 516 sq., 520, 525 sq., 527, 538, 542, 543, *545,* 547, 549, 567
SCHEEBEN (M.),411, 452, *509,* 512, 524
SCHISMATICI ORIENTALES, 330 sq., 459sq.; vide: *Armeni, Graeci, Monophysitae, Nestoriani, Rutheni*
SCHMID (F.), 614, 801, 812
SCIARFENSE CONC. SYRORUM (a. 1888), *331, 367*
SCOTUS, 25, 63, 187, 188-192, 222, *264,* 319, *321,* 384, *385 sq.,* 405, 433, 437, *794,* 795
SEVERIANUS (Gabalitanus), *381,* 383
SEVERUS (Gabriel), 332, 621
SEVERUS ANTIOCHENUS, 78, 81 sqq.
SICARDUS CREMONENSIS, 121, *125, 176,* 222, 622, *681 sq.,* 685, *686, 769,* 770, 777, 835
SILVESTER, R. P., *348,* 356, 372
SILVESTER PRIERIAS, 122, 388, 778
SILVIUS (Fr.), 148, 185, 389, 506, 814
SIMEON THESSALONICENSIS, 383, 415, 621
SIMON (Magister), 184,*186sq.,* 192, 222, 319, *320,* 349, 380, *382,* 681, *769*
SIRICIUS, R. P., *325, 345,* 355, 356, 357, *358,* 359, 360, 374, 433
SISENSE CONC. (a. 1345), *720*
SMET (A. de), 14, 262, 268, 279, 812
SMITH (G. D.), 446, 452, 534
SOLÀ (Fr. de P.), 186, 229, *245,* 260, 301, 412, 534, 542, 614, 721, 726, 731, 730, 767, *775*
SOTO (Dominicus), 25, *28,* 63, *64,* 122, 155sq.r 157, 158, 178, 180, 286, 290, 405, 407 sq., 409, 444, 445, *494, 504,* 511, 513, 628, 693, *778,* 783, 802, 803, 832
SOTO (Petrus), 25, 66, 185, *196,* 203, 223, 228, 229, 230, 388, 505, 814, *815 sq.*
SPĂCIL (Th.), 614, 801, 815
SPIAZZI (R. M.), 452, 455, 457
STATUTA ECCLESIAE ANTIQUA, 284, 321, *324,* 347, 350, 357, 359, 360, 368, 369, 438, 622, 623, *650 sq., 666,* 668, 674
STEPHANUS AUGUSTODUNENSIS, *383, 475, 483, 681,* 685, *686, 769,* 777, 835

STRAUB (A.), 256, 265, 274, 614, 702, 70S, 775, 808
SUAREZ, 122, *157,* 256, 257 sq., 263, 270, 271, 272, 274, *389,* 572, 581, *699*
SYMMACHIANA (Apocrypha), *348,* 355, 356, 357, 358, 359, 360, 374
SYRI, 330, 332, 371, 378, 619

TAIO (episc. Caesar.), *641,* 664
TANNER (A.), 185, 226, 699, 794, 802, 803
TANQUEREY (A. -A.), 28, 186, *228 sq.,* 267, 391, *392,* 400, 401, 509, 720, 796, 797, 808
TAPPER (Ruardus), 388, 505, 512, 628, 693, *699,* 726 sq., *727,* 778, 814, *815*
TEIXIDOR (A.), 614, 791, 792
TELFER, 62, 78, *85*
TEPE (G. B.), 186, 411, 775
♦TERTULLIANUS, 33, 334, 354, 470, 481, 530

Textus:
Apologeticum 39, *61*
De baptismo 7, 17, 55, *60, 61,* 472, 473, 474
De cultu feminarum 2-8, 374
De exhortatione castitatis 7, 61, 476
De praescriptione haereticorum 41, 6-8, 334
De pudicitia, 22, *564*

♦TESTAMENTUM D.N.I.C., *41,* 44, 48, 284, *346,* 363, *367,* 371, 438, 561-564, 649, 650, *663, 666,* 668, 691
THEODORETUS, 42, *637,* 645, 664, *666*
THEODULPHUS AURELIANENSIS, *671*
THEOPHILUS ALEXANDRINUS, *637*
THILS (G.), 446, 453, 541, 542, *543*
THOMAS (J.), 117, 122, *167,* 315, 391, *399 sq.,* 401
THOMAS AQUINAS. Vide: INDEX THOMISTICUS
THOMAS ARGENTINENSIS, 121, 794
♦THOMASSINUS, 185, *203,* 223, 225, *296, 389 sq.,* 391, *567*
TIXERONT (J.), 28, 29, *30,*63,64,*110sq.,* 315, 365, *401, 412 sq.,* 453, 509, 512, 564, 614, 623, 775, 808
TOLETANUM CONC. (a. 400 et 633), *345, 355,* 356, 359, 373, *375,* 433, *646 sq.*
TOLETUS, 122, 264, 512, 794, 802
TOURNELY, 26, 28, 186, 225, 230, 245, 282, 290, 294, 411, 719, 775
♦TRADITIO APOSTOLICA, 18, *40, 44, 46, 48, 79,* 247, *248 sq.,* 251, *283 sq.,* 335 sq., 337, 354, 360, 362, 367, 438, 561-564, 622, 623, 631, *632,* 633, 648, 650, 666, 667, 668, 691
TREMBLAY (R.), 123, 139, 183, 614, 747
♦TRIDENTINUM CONC., *3,* 17, 19, 21, *23, 25,* 26, 28, 29, 31, 93, 96, 98, 99, 100-110, 113, 230, 231-236, 242, 245, 249, 250, 278, *312,* 368, 388 sq., 401, 408 sq., 413, 420 sq., 426-430, 434, 505, 532, 627, 725, 727 sq., 728-736, 750, 756, 770, 831, 839

Textus:
Sessio 7, de sacramentis in genere
can. 1 99
Sessio 13, de Eucharistia
cap. 2 99
cap. 3 *855*
Sessio 14, de Poenitentia
cap. *2* *855*
can. 1 99
Sessio 14, de Extrema Unctione
cap. 3 *729 sq.*
can. 1 99
Sessio 22, de Sacrificio Missae
cap. 1 *553*
cap. 6 597
can. 2 99
Sessio 23, de Ordine
cap. 1 *291,548*
cap. 2 233 sq., 291,*317,320, 325,328,416,426,*427, *729*
cap. 3 291,420,426,725
cap. 4 22, 26,101,107,234 sq., *273,317,*428
can. 2 *416,*420,426
can. 3 99,420,426,428
can. 4 235,729,795
can. 5 *429,*430,*729*
can. 6 21,26,27,29,30,31,32, 100-110,229,421,426, 430
can. 7 26,27,29,30,101,107, *273*
can. 8 101,*107*
decretum de reformatione 360,420
Sessio 24, de Matrimonio
can. 1 99

TROMP (S.), 453, 455, 456, 470, 529, 541, 594
TRULLANUM CONC. II, 329, *349,* 363, 364, 365, 366
TUDESCHIS (N. de). Vide: *Panormitanus*
TURRECREMATA (Io.), 28, 121, 222
TYMCZAK (A.), 186, *229,* 315, 334, 352, 353, 391, *397 sq.,* 401, 403, 435, 436, 438, 441, 615, 702, 709, *714,* 723, 771, 783, 784, 796, 797, 801, *803,* 812 sq., 854

UMBERG (I. B.), 186, 229, 231, 265, 273, *295,* 453, 615, 702, 708, 720, 801, 811, 846, 858, 859
URBANUS II, *327,* 328, 329, 360, 383, *405,* 768

VALENTIA (Gregorius de), 185, *197sq.,* *223,* 226, *228,* 230, 389, 512, 628, 779, 803, 832

VALTON, 28, *29 sq.*
VAN DER MEERSCH (J.), 453, 534, 594
VAN NOORT-VERHARR, 28, 29, 186, 231, 245, 267, 290, 301, 391, 400, 401, 702, 770, 776, 796, 797, 815
VAN ROSSUM (G. M.), 615, 622, 623, 660, 694, 695, *696, 702,* 703-707, 710, 712, 714, 717, 718, 723, 725, *726,* 730, *731,* 732, *738,* 739, 745, 760, 762, 763 sq., 770, 771, 775, *776,* 796, 799, 801, *808,* 818, *832,* 835
VANNESTE (A), 117, 258, 260, *268,* 279
VASQUEZ, 63, 64, 148, 185, 198 sq., 201, 203, *223,* 226, 227, 245, 264, 409, 410, 512, 795, 803
VATICANUM CONC., *97, SOS, 764,* 765
VERBA SENIORUM, *381*
VERHAMME (A.), 117, 186, 225, 315, 412, 615
VERMEER (P.), 117, 123, 183, 253
VICTORIA (Franciscus de), *28,* 405, 406 sq., *440 sq.,* 445, 778
VIGUERIUS (Ioannes), 122, *155, 178,* 388
VILLENEUVE (Card. R.), 453, 594
VILLIEN (A.), 315, 615, 623
VONIER (A.), 453, 594

WALDENSIS (Thomas), *6,* 513
WALTER (E.), 453, 531, 543, 594
WERNZ, 186, 411, 775
WICLEFF, 5 sq., *418*
WILMART (A.), 315, 334, 348, 380, 381, 383
WIRCEBURGENSES (Holtzdau), 28, 66, 186, 225, 390, 437, 795
WITASSE (C.), 411, 697, 775

ZAPELENA, T., 62, *63,* 64, 66, 67, *71,* 73
ZÄHRINGER (D.), 453, 470, 474, 534, 542, 543
ZELLIER (J.), 62, 78, 85, 87
ZOSIMUS, R. P., *47, 249, 326, 345,* 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, *373,* 374, 433
ZUBIZARRETA, 28, *138,* 139, *182 sq.,* 186, 226, 245, 260, 301, 391, *398,* 400, 702, 784, 796, 815

INDEX ANALYTICUS

(Quoad nomina stellulis signata vide: INDEX ONOMASTICUS)

ACOLYTHATUS.
Historia, 359 sq.
Est ordo typice latinus, imo romanus; ignotus in liturgia orientali, vix notus in gallicana, 359
Ritus, 622 sq.

ACTIO CATHOLICA (apostolatus), quatenus connectitur cum universali fidelium sacerdotio, 455, 458, 591-593

AERIUS primus explicite impugnavit divinam institutionem distinctionis episcopatus a presbyteratu, 3 sq., 46

ALBERTUS MAGNUS.
Immediata divina institutio episcopatus, 25
In aliquo textu videtur episcopatum reducere ad meram iurisdictionem, quamvis reapse neget tantum eius sacramentalitatem, 127 sq., 176
Docet sacramentalitatem ordinum minorum, 384 sq.
Materia Ordinis est sola traditio instrumentorum, 777

ALES (D').
Decretum pro Armenis est doctrinale ac decisivum, 702
Decretum proponit materiam Ordinis materialiter intellectam non vero formaliter intellectam. Ambiguitas huiusmodi explicationis, 709-711, 714-718
Non apparet utrum doceat genericam an specificam institutionem sacramenti Ordinis per Christum, 709, 808, 814, 817

ALEXANDRINA PRAXIS de electione et ordinatione episcopi per presbyteros.
Expositio, opiniones, solutio, 78-92, 113, 633
Ipsa nequit assumi ut argumentum primitivae identitatis episcopi et presbyteri, 78-90, 113

ALPHONSUS (Liguori).
Sequitur communiorem, ut ait, opinionem de sacramentalitate episcopatus, 186, 204
Negat sacramentalitatem ordinum minorum, 411
Docet Decretum Florentinum non esse doctrinale sed practicum, 719, 721

AMBROSIASTER.
Ambigua opinio qua videtur negare divinam distinctionem episcopatus a presbyteratu, 4, 49-61, 404
De praxi alexandrina presbyterorum confirmantium vel ordinantium, 79 sq.
De ritu ordinationis, 637

ANALOGIA.
Divisio et sensus analogiae explicatur, 553-555
Eius momentum in quaestione de universali fidelium sacerdotio urgent plures istius defensores quin tamen diligenter exploraverint captiosum analogiae campum, 544-547, 605 sq.
Quo modo conceptus sacerdotii conveniat analogice (analogia tum attributionis tum proportionalitatis impropriae) universali fidelium sacerdotio, 566-570, 603-606

ANGLICANI.
Defendunt contra Presbyterianos divinan originem episcopatus, 6, 15
Sed nonnisi mediatam quandam divinam originem statuunt, 15-18, 112
Jalland latinam traditionem de unitate episcopatus et presbyteratus in eodem sacerdotio incusat ut deviationem a sensu antiquioris Traditionis, 247-249
De ordinationibus anglicanis; historia et declaratio Leonis XIII de earum invaliditate, 741-743

ARMENI.
Omnes ordines minores iuxta latinam praxim adoptarunt, 368
Adoptarunt pariter latinam traditionem instrumentorum, ultimam manuum impositionem in ordinatione presbyteri et unctionem in utraque ordinatione presbyteri et episcopi, 619 sq.
Acta Cone. Sisensis (circa a. 1345), 720
Acta Armenorum in Cone. Florentino, 696, 698, 701, 724, 725 sq.
Decretum pro Armenis. Vide: *Florentinum Cone.*

AUDET (L.), apte reagens contra quorundam modernorum excessus, docet universalem fidelium sacerdotium esse improprie dictum, 534, 535 sq.

AUGUSTINUS.
Impugnat Aërium negantem distinctionem episcopatus a presbyteratu, 3
Nequit invocari in favorem sacramentalitatis episcopatus, 283
Refert probabiliter omnes ordines diaconatu inferiores, 344 sq., 356
De universali fidelium sacerdotio, 460, 472, 473, 474, 475, 478 sq.
Praecipuus influxus S. Doctoris in eo est quod connectât huiusmodi sacerdotium cum Eucharistia, sub sola tamen directa ratione Communionis, 478 sq., 480
Varii modi interioris sacrificii, 555, 556, 557
Natura sacerdotii et sacrificii, 548, 549 sq., 555
De ritu ordinationis, 638

BAISI.
Negat immediatam divinam originem distinctionis inter episcopatum et presbyteratum, 18, 27
Defendit sacramentalitatem episcopatus, sed tamen episcopatum reducit ad meram iurisdictionem, 186, 206 sq., 226 sq., 239, 245, 252 sq., 262-264, 285
Exinde logice descendit ad explicationem ministri extraordinarii in presbytero, 262-264, 272
Negat, sed valde moderate, sacramentalitatem ordinum minorum, 412, 413 sq., 422
Decretum pro Armenis est doctrinale et decisivum, 702
Hoc decretum proponit integram materiam Ordinis, 708
Constitutio Pii XII de sacramento Ordinis non est definitio ex cathedra, nec ideo est in se et directe infallibilis, 765 .
Materia Ordinis ante hanc Constitutionem fuit sola traditio instrumentorum, 779, 780 sq., 783
Christus instituit sacramentum Ordinis tantum generice, 815

BAPTISMUS.
Quidam moderni, ad corroborandam suam theoriam de universali sacerdotio, etiam characterem Baptismi concipiunt ut potentiam activam vel mixtam, 494 sq., 520-522
Administratio Baptismi a laico, quatenus pertinet ad universale fidelium sacerdotium, 593
Ipsa non constituit laicum verum ac proprie dictum ministrum, 593

BATIFFOL.
Negat immediatam divinam institutionem episcopatus, huiusque originis peregrinam affert explicationem, 10, 12-15
Refutatur haec sententia, 110-112

BELLARMINUS.
Immediata divina institutio episcopatus est de fide, 26, 28
Docet sacramentalitatem episcopatus tanquam certissimam, 185, 199 sq., 223, 300, 301, 303
Immo habet episcopatum ut sacramentum adaequate distinctum a presbyteratu, 200, 225
Urget pro sacramentalitate episcopatus argumentum Scripturae et Traditionis, 245, 281, 282, 283
Docet non solum presbyteratum sed etiam episcopatum ordinari directe ad Eucharistiam, 290, 294
Quo modo explicet rationem extraordinarii ministri in presbytero, 257-259
Ipse Christus instituit traditionem instrumentorum ut materiam Ordinis, 802
Materia Ordinis est tum traditio instrumentorum tum ultima impositio manuum, 794, 795

BENEDICTUS XIV.
Videtur favere sacramentalitati episcopatus, etsi ambigue loquatur, 186, 203 sq., 230
Declarat controversiam de episcopatu libere agitari, 230
Dubitat tantum (nec directe negat) de sacramentalitate ordinum minorum, 411

BEYER.
Peregrine negat Codicem I. C. proponere ipsam immediatam divinam institutionem episcopatus, 99 sq.
Episcopatus non est sacramentum, 123, 170-172, 183 sq., 285 sq.
Apte ostendit Constitutionem Pii XII non confirmare sententiam de sacramentalitate episcopatus, 243 sq.
Peregrine negat etiam sacramentalitatem diaconatus, docens totum sacramentum Ordinis reduci ad presbyteratum, 171 sq.
Videtur etiam reducere episcopatum ad meram iurisdictionem, 172
Peregrine docet quod, quamvis consecratio, episcopalis non sit de se sacramentalis, tamen etiam collata simplici presbytero, est sacramentalis ratione presbyteratus quem ambit, 172
Inepte explicat ordinationem per saltum, 289
Inepte minuit valorem expressionis "Plenitudo sacerdotii," dictae de episcopo,

BIBLIOGRAPHIA.
De sententia Hieronymi circa divinam originem distinctionis episcopatus a presbyteratu, 62
De tridentina definitione divinae originis hierarchiae, 100
De quaestione circa sacramentalitatem episcopatus, 114-117
De ordinibus diaconatu inferioribus, 313-315
De universali fidelium sacerdotio, 445-453
De biblicis textibus circa huiusmodi sacerdotium, 462
De Traditionis doctrina circa idem, 469 sq.
De materia et forma Ordinis, 610-615
De ordinationibus anglicanis, 741
De Constitutione Pii XII "Sacramentum Ordinis," 746 sq.
De specifica aut generica institutione sacramentorum per Christum, 800 sq.

BIEL.
Immediata divina institutio episcopatus, 25
Episcopatus est sacramentum, 185, 194, 222, 303
Non solum presbyteratus sed etiam episcopatus ordinatur directe et essentialiter ad Eucharistiam, 290

BILLOT.
Episcopatus non est sacramentum, 122, 160, 179
Ordines minores sunt sacramentales, 391 sq.
Decretum pro Armenis est doctrinale ac definitivum, sed exhibet tantum inadaequatam materiam Ordinis, 699, 700
Materia Ordinis est tum traditio instrumentorum tum prima manuum impositio, 796
Christus instituit sacramentum Ordinis tantum generice, 796, 812, 814, 817
Christus instituit impositionem manuum ut materiam Ordinis, ita tamen ut Ecclesia possit eam per alium ritum determinare, 812 sq.

BONAVENTURA.
Episcopatus est immediatae divinae institutionis, 25
Non est tamen sacramentum, 128
Ordines vero minores sunt sacramentum, 384 sq.
In quaestione de materia Ordinis, S. Doctor concipit ipsam impositionem manuum ut quandam traditionem instrumenti, cum manus sit organum organorum, 773-775, 783, 794
Ipse Christus instituit traditionem instrumentorum ut materiam Ordinis, 802, 803

BONETTI.
Apte exponit sententiam S. Thomae de non sacramentalitate episcopatus, 172-174, 183
Apte interpretatur sensum Constitutionis Pii XII, quatenus non confirmat sententiam de sacramentalitate episcopatus, 242 sq.

BOUfiSSE.
Negat immediatam divinam originem distinctionis inter episcopatum et presbyteratum, 18, 22
Post Constitutionem Pii XII ipse mutavit sententiam, docens sacramentalitatem episcopatus, 169 sq., 182, 183, 186, 21&-22O, 224, 239, 282, 285, 301
Tamen retinuit aliquid de priori sua neganti sententia et adhuc differt ab aliis, quatenus negat episcopatum producere characterem, ita assumens mediam quandam ac peregrinam positionem, 218-220, 226 sq.
Peregrine etiam putat S. Thomam in posterioribus operibus docere sacramentalitatem episcopatus, etsi neget illum imprimere characterem, 136, 137, 142, 143
Episcopatus inadaequate distinguitur a presbyteratu, 225, 226 sq.
Quo modo explicanda sit ratio ministri extraordinarii in presbytero, 265 sq., 275
Christus instituit sacramentum Ordinis tantummodo generice, 815, 820-822

BOULARAND.
Episcopatus est sacramentum, 186, 215-217, 229, 239, 250, 253, 256, 281, 284, 285, 303
Ad hanc thesim sustinendam negat valorem argumenti S. Thomae quod sacramentum Ordinis ordinetur directe et essentialiter ad Eucharistiam, 294, 295, 296
Rationem extraordinarii ministri in presbytero explicat per quandam potestatem excellentiae, quam possideret Ecclesia quaeque medio modo se habeat inter potestatem iurisdictionis et potestatem Ordinis, 216, 268, 276, 277 sq.
Peregrine explicat celebrem praxim alexandrinam, scilicet quod potuerint presbyteri ordinare episcopum, 85 sq.
De proprio munere characteris Confirmationis, 577

CAIETANUS.
Docet sacramentalitatem episcopatus,

quamvis satis ambigue loquatur, 185, 194, 222 sq.
Negat sacramentalitatem omnium ordinum infra presbyteratum, 405 sq., 440, 445
Apte loquitur de proprio munere characteris Confirmationis, 578 sq., 589
Decretum pro Armenis est infallibile, 698, 726 sq.
Materia Ordinis est sola traditio instrumentorum, 778

CALVINUS.
Negat divinam originem episcopatus, 6-9
Agit peculiariter contra ordines minores, 416-418

CANONES HIPPOLYTI.
De ritu ordinationis, 649 sq.
Peregrine significare videntur in ordinatione presbyteri eundem prorsus ritum esse adhibendum ac in ordinatione episcopi, 251
Confessores fidei non sunt ordinandi presbyteri aut diaconi quia fidei confessio est ipsis pro ordinatione, 561-564

CANTORATUS.
Historia, 368-371
Eius momentum in ritu orientali, 370 sq.

CAPREOLUS, quamvis neget sacramentalitatem episcopatus, tamen aliquam mitigationem introduxit in hanc sententiam S. Thomae, admittens episcopatum conferre gratiam ex opere operato, 151-154, 178, 182, 183

CARON (A.), apte reagens contra quorundam modernorum excessus, docet universale fidelium sacerdotium esse improprie dictum, 534, 536-538

CATECHISMUS CONC. TRID.
Episcopatus est immediatae institutionis divinae, 96 sq.
Episcopatus non est sacramentum, 156 sq., 236
Directa ordinatio sacramenti Ordinis ad Eucharistiam, 291
Septenarius numerus ordinum revocatur ad ecclesiasticam traditionem, 250
Divisio ordinum in maiores et minores, 325
De sacramentalitate ordinum minorum, 421, 430 sq.
De universali fidelium sacerdotio, 504, 505 sq.
Sola traditio instrumentorum proponitur ut materia Ordinis, 737
Quo sensu hic Catechismus fuerit saepius a S. Sede commendatus, 722

CHARACTER.
Est participatio sacredotii Christi, 487 sq., 489
Est potentia ordinata ad ipsum ac proprie dictum cultum, 488 sq., 684 sq.
Solus character Ordinis est potentia activa, character vero tum Baptismi tum etiam Confirmationis est essentialiter potentia passiva, 490-501
Inepte quidam moderni, ad corroborandam suam theoriam de universali fidelium sacerdotio, etiam characterem Baptismi concipiunt ut quandam potentiam activam vel mixtam, 494 sq., 520-522, 572
Etiam character Confirmationis est essentialiter potentia passiva, quidquid in contrarium sentiant plures moderni, tribuentes huic characteri varias activitates concomitantes vel subsequentes, 492-501, 590
Exponitur ac resolvitur sic dictum enigma Confirmationis, seu in quo Confirmatio distinguatur a Baptismo quod attinet ad characterem seu potentiam cultualem, 576-590
Character est potentia Instrumentalis, 490
Non solum character Ordinis, sed etiam character Baptismi et Confirmationis (quamvis sit potentia passiva), est potentia Instrumentalis. Explicatur difficilis hic conceptus potentiae passivae Instrumentalis, 572-575
Character Baptismi et Confirmationis est rituale fundamentum universalis fidelium sacerdotii, 571 sq.
Contra impressionem characteris in diaconatu, aut forte in inferioribus ordinibus, nequit argui ex ratione quia per hos ordines nulla datur potestas ad aliquid quod etiam a non ordinato non possit exequi, 440-442
Character non imprimitur per episcopatum, 131, 143 sq., 163 sq., 218
Initerabilitas alicuius ritus (puta consecrationis episcopalis) non probat ipsum imprimere characterem, 131, 139, 439

CHRYSOSTOMUS.
Potestas ordinandi est propria episcopi,

S. Doctor nequit invocari pro sacramentalitate episcopatus, 282
De ritu ordinationis, 636

CODEX I. C.
Immediata divina institutio episcopatus, 21, 29, 98-100, 108, 111, 112
Anglicanus Jalland praetendit Codicem favere Presbyterianis, 17 sq.
Ex eo quod loquatur de "charactere

episcopali," Codex nequit invocari in favorem sententiae de sacramentalitate episcopatus, cum ea expressio sit potius abstractiva aut perfunctoria, 237 sq.
Codex praebet fundamentum iuridicae novenariae numerationis ordinum (inclusis nempe episcopatu et tonsura), 318
Divisio ordinum in maiores et minores, 325
De ordinibus minoribus, 361 sq.
De benedictionibus quas lector potest conferre, 362
Quoad sacramentalitatem ordinum minorum, 422, 423 sq., 431
De corrigendis defectibus in ordinatione, 744 sq., 754
De materia et forma Ordinis in Codice nonnisi indeterminate sermo est, 745

CONFIRMATIO.
Character Confirmationis est essentialiter potentia passiva, ac inde resolvi debet sic dictum enigma Confirmationis. Vide: *Character*.
Propria natura ac indoles Confirmationis dimetienda est essentialiter ex hoc quod Confirmatio est veluti quaedam continuatio ac complementum Baptismi, sive ex parte gratiae sive ex parte characteris, 579, 585, 586, 587
Conceptus militiae Christianae, applicatus Confirmationi, non est nisi fructus posterioris latinae traditionis, descendentis ab apocrypha epistola Melchiadis Papae, 587 sq.
Quo sensu Confirmatio ordinetur ad professionem fidei, 588-590
Quo modo explicari possit ratio ministri extraordinarii Confirmationis in presbytero. Difficultas et variae solutiones, 251-279

CONGAR.
Negat immediatam divinam originem distinctionis inter episcopatum et presbyteratum, 18-20, 113 sq., 269, 277
Rationem ministri extraordinarii in presbytero peregrine et ambigue explicat per quandam liturgicam potestatem R. Pontificis, cuius indoles et limites vix intelligi possunt, 269 sq., 276 sq.
Ambigue loquitur in quaestione de sacramentalitate episcopatus, 168 sq., 183, 247, 303
Scripsit notabile opus de theologia laicatus, 458
Urget quammaxime doctrinam de universali sacerdotio, 479
Inepte invocat et exaggerat augustinianam definitionem sacrificii, iuxta quam verum sacrificium est internum sacrificium, 549 sq.
Fluctuanter et incerte loquitur de proprietate universalis sacerdotii, 545 sq.
Inepte ut antiquatam seponit classicam distinctionem characteris in potentiam activam et passivam, 495 sq., 521, 591
Dolet de insufficientia doctrinae S. Thomae circa universale sacerdotium, 502
Admittit possibilitatem ut diaconus (imo et laicus) obtineat facultatem ministrandi Confirmationem, 276 sq., 570
De proprio munere characteris Confirmationis, 578
Pervertit proprium ac traditionalem conceptum sacerdotii, illum extendens ad sacerdotium internum sive morale, necnon ad munera propheticum et regale, 514 sq., 517 sq., 518 sq.
Conatur minuere momentum sacrificii eucharistici in linea sacerdotalitatis, 522-526, 566 sq.
Ultra modum urgent activum concursum fidelium in oblatione eucharistici sacrificii, 527-530

CONGREGATIONES ROMANAE.
Variae decisiones de reparandis defectibus occurrentibus in ordinatione, 743-746
S. C. Rituum correxit Pontificale Romanum ad normam Constitutionis Pii XII "Sacramentum Ordinis," 755

CONSTITUTIONES APOSTOLORUM.
Immediata divina institutio episcopatus, 41, 42, 44, 95
Potestas ordinandi est propria episcopi, ad exclusionem presbyteri, 48, 49
De ordinibus minoribus eorumque apostolica origine, 366 sq., 383 sq.
Referunt omnes ordines diacono inferiores, excepto acolythatu, 342 sq.
De ritu ordinationis, 647-649, 663

CORNELIUS, R. P.
Commemorat ritum impositionis manuum in ordinatione, 631
Praebet primum testimonium quinque simul ordinum diaconatu inferiorum, 338 sq., 354 sq.

CYPRIANUS.
De divina institutione episcopatus, 39, 42, 44, 95
De ordinibus minoribus et subdiaconatu, 339 sq., 355, 358, 359, 360
De ritu ordinationis, 630 sq.
Papatus est "cathedra sacerdotalis," 313
Christiani "sacramento utroque nascuntur [i.e. Bapt. et Confirm.]," 579

DABIN.
Peculiare opus exaravit de regali fidelium sacerdotio, 458

Aliquatenus exaggerat in biblica expositione huiusmodi sacerdotii, 466
Urget et exponit argumentum Traditionis, 470
Fluctuanter et incerte loquitur de proprietate universalis sacerdotii, 545
Inepte extendit proprium conceptum sacerdotii ad munera propheticum et regale, 518 sq.
De proprio munere characteris Confirmationis, 577

DAFFARA.
Ambigue loquitur de sacramentalitate episcopatus, 167, 180, 181, 182
Docet ipsum Christum instituisse impositionem manuum, eamque solam, ut materiam Ordinis, 808
Nihilominus addit ut probabilem peregrinam explicationem cuiusdam genericae institutionis sacramenti Ordinis, 829

DIACONATUS.
Quo modo per eius veluti fractionem originem habuerint ordines inferiores, 351-354, 385 sq.
Quo sensu huiusmodi fractio admitti non possit, 433-437

DIDASCALIA APOSTOLORUM.
Divina institutio episcopatus, 44
De ordinibus minoribus, 362
Ritus impositionis manuum in ordinatione, 632

DIONYSIUS AREOPAGITA (Pseudo).
Immediata divina institutio episcopatus, 39, 95
Potestas ordinandi est propria episcopi, ad exclusionem presbyteri, 49, 95
Hic scriptor nequit invocari pro sacramentalitate episcopatus, 283
De ordinibus minoribus eorumque sacramentalitate, 346 sq., 385
De ritu ordinationis, 639

DOCUMENTA ECCLESIAE.
De divina ac immediata institutione episcopatus, 96-110
De sacramentalitate, vel secus, episcopatus, 228-244
De sacramentalitate, vel secus, ordinum inferiorum diaconatu, 419-431
De materia et forma ordinationis, 693-768

DURANDUS (a S. Porciano).
Defendit sacramentalitatem episcopatus, addens episcopatum et presbyteratum constituere unum sacramentum, sicut perfectum et imperfectum in eodem genere, 185, 192, 222, 226, 303
Sustinet etiam episcopatum ordinari essentialiter ac directe ad Eucharistiam, 290
Primus fuit qui, saltem explicite, negavit sacramentalitatem ordinum diaconatu inferiorum, 378, 384, 403, 405, 440
Testatur traditionem evangeliorum in ordinatione diaconi nondum fuisse universaliter observatam sua aetate, 683
Materia Ordinis est sola traditio instrumentorum, 777 sq.

DURST.
Inepte concipit sacerdotium internum sive morale ut proprie dictum sacerdotium, 514
Definit omnem characterem, etiam Baptismi et Confirmationis, ut potentiam ordinatam ad oblationem cultus, praecipue eucharistici, 527, 528

ECCLESIA.
Non habet potestatem in substantiam sacramenti, 434, 755-757, 763
Huiusmodi potestatem supponeret vera scissio diaconatus in ordines inferiores tanquam in vera sacramenta, 434
Nec potest in hoc casu applicari sententia de potestate Ecclesiae in materiam et formam sacramentorum, 434 sq.
Plures moderni theologi docent Ecclesiam habuisse potestatem scindendi in duos gradus episcopatus et presbyteratus sacerdotium, modo generali ac globali a Christo institutum, 9-24
Refutatur haec sententia, peculiariter quia huiusmodi potestas implicaret potestatem in substantiam sacramenti, 112-114
Ecclesia non habet potestatem conferendi sacramenti effectum absque sacramento, 253, 270, 274, 278
Boularand inepte huiusmodi potestatem excellentiae tribuit Ecclesiae, 268, 277 sq. Aliquid simile proposuerunt etiam Michel et Congar. Vide: *has voces.*
Ecclesia probabilius non habet potestatem determinandi materiam et formam sacramentorum, 845-856
Huiusmodi potestatem asserunt quotquot docent solam genericam institutionem Ordinis, vel alius sacramenti, per Christum, 402, 723, 811-829
Nihilominus Ecclesia habet potestatem in his quae spectant validitatem quorundam sacramentorum, ut Poenitentiae et Matrimonii; nec videtur omnino improbabile ut id dici possit etiam de Ordine, 856-859
Utrum in aliquo Ecclesiae documento non infallibili possit obrepere error, 703-707, 723

EPIPHANIUS.
Impugnat Aerium negantem distinctionem episcopatus a presbyteratu, 3, 46
Divina origo episcopatus, 42
De praxi alexandrina, 80
Refert pro Oriente omnes ordines diacono inferiores, excepto acolythatu, 342

EPISCOPATUS.
Dupliciter considerari potest, prout nempe includit presbyteratum et prout ab eo distinguitur, 1
De biblicis episcopis et presbyteris, quod non fuerint omnes episcopi aut omnes presbyteri, 22, 36, 112, 244
In disputando de divina origine episcopatus, oportet sedulo distinguere inter potestatem Ordinis et iurisdictionis, et in hac altera inter episcopum monarchicum simpliciter et episcopatum monarchicum absolutum seu secundum modum historicum quem de facto obtinuit, 71, 92 sq.
Episcopatus est immediatae divinae institutionis, 33-114
Triplex indultum ordinandi, quod dicitur concessum a Bonifatio IX, Martino V et Innocentio VIII, inaniter invocatur contra immediatam divinam institutionem episcopatus, 17, 45, 113
Celebris latina traditio (incoepta a Hieronymo, Pseudo-Hieronymo et Ambrosiastro) de substantiali identitate episcopatus et presbyteratus, quae prima fronte videtur implicare negationem divinae originis episcopatus. Difficultas et solutio, 49-93
Traditio constanter reservavit episcopo potestatem ordinandi et in hac praecipue constituit discrimen inter episcopatum et presbyteratum, 46-49, 95
De celebri ac discussa praxi alexandrina, qua videntur olim presbyteri ordinasse episcopum, 78-90, 113, 633
Quaestionis de sacramentalitate episcopatus actualitas et acuitas, 114-121
Triplex indultum quo dicitur concessa presbytero potestas episcopalis ordinandi diaconum et presbyterum: eius influxus in modernam controversiam de sacramentalitate episcopatus, 117, 119, 120, 162, 214, 216, 218 sq.
Pariter in eam influxum habuit Constitutio Pii XII "Sacramentum Ordinis," 116, 119, 206, 216, 224, 230, 304
Post Conc. Trid. communior evasit sententia de sacramentalitate episcopatus, 184-227
Antiquior tamen ac probabilior sententia hanc sacramentalitatem negat; 121-184; eamque adhuc saec. xx sequuntur circiter triginta auctores, quorum aliqui scripserunt post ipsam Constitutionem Pii XII, 122 sq., 174 sq., 183 sq.
Probatur haec sententia tanquam probabilior, 228-313
Praecipua ratio theologica contra sacramentalitatem episcopatus est essentialis ac directa ordinatio sacramenti Ordinis ad Eucharistiam, qua caret episcopatus. Quae ratio leviter impugnatur a defensoribus sacramentalitatis episcopatus, 289–299
Aliae secundariae rationes, 300 sq.
Exaggeratio quorundam theologorum censurantium hanc sententiam de non sacramentalitate episcopatus, 224, 228-231, 239
Inaniter invocatur ipsa Constitutio Pii XII ad probandam sacramentalitatem episcopatus, 238-244
Inclusio episcopatus inter ordines (in documentis Ecclesiae) non necessario arguit ipsum esse sacramentum, 234, 235
Sacramentalitas episcopatus non probatur ex sic dicta ordinatione per saltum, 287-289
Episcopatus non imprimit characterem, quamvis conferat indelebilem sive inamissibilem potestatem, 131, 143 sq., 163 sq.,218
Potestas episcopalis non est stricte ac directe sacramentalis ac sacerdotalis, sed tamen est potentia altioris generis, seu hierarchici ministerii, 132 sq., 134, 136, 140, 141, 142, 143, 144 sq., 163 sq., 172, 179 sq., 254, 255, 269, 281, 303, 311, 859
Quo sensu dicit possit in consecratione episcopali conferri gratiam, etiam si ipsa non est sacramentum, 145-147, 286 sq.
Quo sensu episcopatus, etsi non sit sacramentum, pertineat vere, quamvis extensive tantum nec homogenee, ad sacramentum Ordinis, 308-311
Unitas episcopatus et presbyteratus in eodem sacerdotio, iuxta Traditionem, 247-250
Episcopatus est quaedam extensio presbyteratus, 55-61
Quo sensu episcopatus sit plenitudo sacerdotii ac compleat presbyteratum, 279-281, 300, 302, 308-310
Quo sensu episcopatus dependeat essentialiter a presbyteratu, 300 sq.
Episcopatus continet presbyteratum non ut causa aequivoca sed univoca, 302
Potestas sacerdotalis derivatur a potestate episcopi, 142, 859
Summa de dignitate ac potestate episcopi, 308-311

EUCHARISTIA.
Sacramentum Ordinis ordinatur essentialiter ad Eucharistiam, 129 sq., 133 sq., 140 sq., 143, 144, 289, 291-299
Huic thomistico ac traditionali principio leviter valedixerunt plures moderni, 208-212
Defensores sacramentalitatis episcopatus hoc sacerdotale momentum Eucharistiae vario modo negare vel minuere conantur, 295-299, 522-526
Corpus Christi eucharisticum excellit corpus eius mysticum, cum sit substantialiter unitum Divinitati, 298 sq.
Cetera sacramenta referuntur ad sacramentum Ordinis seu sacerdotium mediante ipsa Eucharistia, 306-308
Confectio mysterii eucharistici, reservata sacerdotio hierarchico, obstitit in antiqua Traditione quominus conceptus universalis sacerdotii evolveretur in ipsa linea exteriori ac cultuali, 481, 486 sq.
De oblatione eucharistici sacrificii prout indebite assumitur a quibusdam ut praecipuum munus proprie dicti sacerdotii fidelium, 594–603
Doctrina Pii XII in Encyclica "Mediator Dei," 595-602
Sensus expressionis "Sacerdos offert in persona Christi, Ecclesiae, fidelium" vel similis, 598
Concursus fidelium consistit in oblatione ipsius interni ac spiritualis sacrificii prout coniungitur rituali sacrificio quod solus sacerdos hierarchicus offert, 599-602

EUCHOLOGIUM.
De ordinibus minoribus, 351, 364, 367
Ritus ordinationis, 660, 662
Vide: *Orientales*.

EUTYCHIUS ALEXANDRINUS de celebri ac controversa praxi alexandrina, 81-90

EXORCISTATUS.
Historia, 357 sq.
Circa finem saec. iv declinare coepit donec iterum in tardiori aetate revixerit, 357 sq.
Ritus, 623

FERRARIENSIS, quamvis neget sacramentalitatem episcopatus, aliquam mitigationem introducit in hanc sententiam S. Thomae, docens per episcopatum gratiam conferri, 154 sq., 178, 183

FLORENTINUM CONC.
Septenarius numerus Ordinum, 317
Concilium favet sententiae de non sacramentalitate episcopatus, 231
Quamvis prima fronte videatur favere sententiae de sacramentalitate ordinum minorum, tamen non praebet convincens argumentum, 401, 419 sq., 424-426
De materia et forma ordinationis in Decreto pro Armenis, 695-728
Historicae circumstantiae huius Decreti, 696
Theologica difficultas proveniens ex eo quod sola traditio instrumentorum proponatur ut materia Ordinis, 695 sq.
Variae theologorum solutiones de sensu et valore Decreti, 698-722, 727 sq.
Theologi moderni moraliter omnes concedunt Decretum non esse infallibile, 702
Congrua solutio est quod Decretum sit quidem doctrinale, sed tamen non auctoritativum sed mere exposiLorium, referens scilicet communem tunc in Ecclesia doctorum sententiam de materia Ordinis, 720-728
Doctrina Pii XII ("Sacramentum Ordinis") de propositione Cone. Flor, circa materiam Ordinis, 760

GALTIER.
Ordines minores sunt sacramentales, 391, 392 sq.
Decretum pro Armenis est doctrinale ac decisivum, 702 sq.
Decretum proponit integram materiam Ordinis, 708, 711
Christus instituit sacramentum Ordinis tantummodo generice, 711, 815
Materia Ordinis fuit sola traditio instrumentorum, 779, 783
Galtier inepte videt in Cone. Trid. confirmationem suae opinionis de traditione instrumentorum ut materia Ordinis, 731 sq.
Recte observat ex doctrina Leonis XIII de ordinationibus anglicanis nihil concludi posse pro sententia de impositione manuum ut sola materia Ordinis, 740

GARCIA GARCfiS, apte reagens contra quorundam modernorum excessus, docet universale fidelium sacerdotium esse improprie dictum, 534, 538 sq.

GASPARRI,
Decisive defendit sacramentalitatem episcopatus, 186, 204 sq., 224, 229
Sustinet praeterea adaequatam distinctionem episcopatus a presbyteratu, 225
Peregrine putat Decretum pro Armenis non esse documentum conciliare, sed mere papale, seu privatum documentum Eugenii IV, 697

Decretum illud non est doctrinale, sed mere practicum, 720
Remotus Gasparri influxus in Constitutionem Pii XII "Sacramentum Ordinis" 750, 762 sq.
Docet materiam Ordinis esse solam manuum impositionem, hancque esse ab ipso Christo institutam, 808

GERLAUD.
Negat immediatam divinam originem distinctionis episcopatus a presbyteratu, 18, 20 sq.
Ambigue loquitur de sacramentalitate episcopatus, 122, 165 sq., 182
Ordines minores sunt sacramentales, 391, 395-397, 402
Decretum pro Armenis est doctrinale ac decisivum, 702, ac proponit integram materiam Ordinis, 708, 713 sq.
Materia Ordinis est sola traditio instrumentorum, 779
Christus instituit sacramentum Ordinis tantummodo in genere, 815

GONET.
Quamvis neget sacramentalitatem episcopatus, aliquam mitigationem introducit in hanc sententiam S. Thomae, docens per episcopatum extendi, et quidem ab intrinseco ac physice, characterem presbyteratus ac conferri aliquam gratiam, 157-159, 179
Christus instituit sacramentum Ordinis tantummodo generice, 814, 816 sq.
Materia Ordinis est sola traditio instrumentorum, 779, 783

GRATIA, quo sensu dici possit conferri in consecratione episcopali, quamvis haec non sit sacramentum, 145-147, 286 sq.

GRATIANUS.
Numeravit novem ordines, includens episcopatum et psalmistatum, 187, 221, 250
Originem dedit sententiae canonistarum de sacramentalitate episcopatus, 184, 187, 221
Videtur proponere unctionem ut essentialem ritum in ordinatione, 768 sq.

GUIBERT (De).
De ratione ministri extraordinarii in presbytero, 262
Decretum pro Armenis est doctrinale ac decisivum, 702, 705, 727
Decretum non proponit integram materiam Ordinis sed tantum principalem, 708, 712 sq., 722, 723, 724
Materia Ordinis est tum manuum impositio tum traditio instrumentorum, 773 sq., 779, 796, 812
Christus instituit impositionem manuum ut materiam Ordinis, ita tamen ut Ecclesia habeat potestatem eam per alium ritum determinandi, 812

HERIS.
Post Constitutionem Pii XII putavit mutandam esse sententiam thomisticam de non sacramentalitate episcopatus, quam prius sustinuerat, 163 sq., 186, 217 sq., 224
Cum loanne a S. Thoma peculiarem affert explicationem de propria indole characteris Confirmationis, 576, 577, 581, 582 sq.

HIERARCHIA.
Comparatio et assimilatio ecclesiasticae hierarchiae cum hierarchia mosaica, 43–45, 95
De hierarchia in primitiva ecclesia, iuxta quosdam modernos theologos, ut Pourrat et Batiffol, 10-24

HIERONYMUS.
Presbyteri sunt successores septuaginta discipulorum, 33
Divina origo episcopatus, 43, 44, 47, 72-76
Ambigua ac difficilis sententia Hieronymi de divina an humana origine episcopatus, 4, 49-93, 95
Ambiguae eius expressiones in hac re, 49-55
Variae doctorum interpretationes, 62-72
Solutio huius difficultatis, 72-78, 92 sq.
Peculiaris difficultas circa id quod Hieronymus dicit de praxi alexandrina, 78-90
Solutio huius particularis difficultatis, 90-92
Sententia Hieronymi de aequalitate episcopatus et presbyteratus videtur originem dedisse posteriorum theologorum sententiae de non sacramentalitate episcopatus, 175, 247
Hieronymus commemorat omnes quinque ordines diaconatu inferiores, 344, 355
De ritu ordinationis, 638

HIERONYMUS (PSEUDO).
De directa ac essentiali ordinatione sacramenti Ordinis ad Eucharistiam, 293
Soli episcopo competit potestas ordinandi, 47
Ambigua huius scriptoris sententia de aequalitate episcopi et presbyteri, 46-61
Ab ipso trahit originem septenaria numeratio ordinum, 319. Attamen inter septem ordines non refert exorcistatum et acolythatum, 344

IMPOSITIO MANUUM.
Est gestus eminenter iudaicus, 623 sq.
Impositio manuum in A. T. et traditione iudaica (Semikah), 624-626
Apostolica impositio manuum pro ministris Ecclesiae non habet originem ex rabbinico Semikah, 627
De impositione manuum in Evangeliis et Actibus Ap. *vide:* INDEX EXEGETICUS.
De impositione manuum in antiqua Traditione, 662-666, 675
In quibusdam documentis impositio manuum exhibetur ut divinae institutionis, 665, 845
Impositio manuum est per se sufficiens materia Ordinis nec indiget determinari per alium ritum, puta per traditionem instrumentorum, 757
Doctrina Pii XII (Const. "Sacramentum Ordinis") de manuum impositione ut materia Ordinis, 757-759
Haec Constitutio non favet sententiae secundum quam impositio manuum fuerit iugiter materia Ordinis, 758 sq.
Ultima manuum impositio a quibusdam theologis assumpta est inter essentiales ritus ordinationis, 794
Haec impositio est multo recentioris originis nec apparet ante saec. xiii, 687-689
De alia impositione manuum per praesentes sacerdotes, 668
Vide: *Materia et forma. Ordinatio. Traditio Instrumentorum.*

INNOCENTIUS III.
Subdiaconatum simpliciter elevavit ad rationem ordinis maioris, 328 sq., 360
De materia et forma ordinationis, 693

INSTITUTIO.
Divina institutio distinctionis episcopatus a presbyteratu, 32-93
Immediata eiusdem divina institutio, 93-114
Aliud est quando aliquis ordo fuerit institutus et aliud quando fuerit de facto introductus sive applicatus in Ecclesia, 2 sq.
Plures theologi docent solam genericam institutionem sacramenti Ordinis, 811-829
Inter eos, valde peregrina ac recens adest opinio, iuxta quam generica institutio Ordinis (necnon Poenitentiae et Matrimonii) intelligitur omnino aliter ac solet communiter intelligi, 822-829
Alii theologi docent specificam Ordinis institutionem, 801-811; quae est quoque sententia S. Thomae, 803-808
Probatur ut probabilior haec sententia, 844-859
Refutatur peculiariter supradicta peregrina quorundam opinio, 854-856
Ipsa immediata institutio alicuius sacramenti per Christum secum trahit necessario etiam specificam institutionem, nec Christus dici posset proprie immediatus institutor si tantum generice sacramentum instituerit. Unde non datur medium inter immediatam-specificam et mediatam institutionem, 845-853
Ex hac ipsa quaestione de materia Ordinis signanti modo confirmata manet generalis ipsa sententia de specifica institutione omnium sacramentorum per Christum, 856
Non videtur aliunde omnino improbabile ut Ecclesia habeat aliquam potestatem a qua pendeat valor Ordinis, sicut Poenitentiae et Matrimonii, 857-859

IOANNES A S. THOMA.
Proprius conceptus sacrificii, 552 sq.
Peculiaris explicatio de modo quo character Confirmationis ordinatur ad fidem active profitendam. Reicitur, 577, 581, 582, 583-586
Materia Ordinis est tum traditio instrumentorum tum ultima impositio manuum, 794
Ipse Christus instituit traditionem instrumentorum ut materiam Ordinis, 802

ISIDORUS HISPALENSIS.
Fortasse occasio fuit quare apud quosdam doctores mediaevales invaluerit etiam novenaria enumeratio ordinum, 323
De ordinibus minoribus, 349
Christus exercuit in se ipso omnes ordines etiam minores, 381
De ritu ordinationis, 640 sq.

IUDAEI.
Impositio manuum est religiosus gestus eminenter iudaicus, 623
De Semikah, seu institutione rabbinorum per impositionem manuum, 625 sq.
De universali fidelium sacerdotio apud modernos ludaeos, 460

IURISDICTIO.
Papae potestas non est mera iurisdictio sed . etiam potestas episcopalis sive ministerialis altioris ordinis ac gradus. Vide: *Papatus.*
Papa nequit per merum actum potestatis iurisdictionis constituere presbyterum ministrum extraordinarium Confirmationis (et forte Ordinis), 253, 255, 271 sq., 275 sq., 278
Vide: *Potestas.*

JOURNET.
Sustinet sacramentalitatem episcopatus. Inepte tamen putat S. Thomam in posterioribus operibus docuisse sacramentalitatem episcopatus ac impressionem characteris, 136 sq., 140, 141, 143, 182, 183, 186, 212 sq., 224, 296
Sustinet tamen solam inadaequatam distinctionem episcopatus a presbyteratu, 225, 226, 239
De ratione ministri extraordinarii in presbytero, 260, 271
Peregrine docet ordines minores fuisse sacramentales usque ad Constitutionem Pii XII quae illis sacramentalitatem abstulerit, 391, 400
Inepte putat etiam characterem Baptismi et Confirmationis esse potentiam activam, seu potius simul passivam et activam, 495
Materia Ordinis fuit sola traditio instrumentorum, 779
Decretum pro Armenis est doctrinale ac decisivum, 702, 708
Decretum proponit integram materiam Ordinis, 708, 711 sq.
Christus instituit sacramentum Ordinis tantummodo generice, 802, 816

LAICI.
De eorum universali sacerdotio, vide: *Sacerdotium Universale.*
De moderno motu laicorum in Ecclesia, 454–461
De peculiari motu laicologiae et efformatione cuiusdam theologiae de laicatu, 457 sq.
Quo sensu dici possit sacerdotium esse radicaliter laicale seu baptismate, 606
Laicus baptizans vel· contrahens matrimonium non est verus ac proprius minister sacramenti, 593

LANGONIO (PIUS A) de non sacramentalitate episcopatus, 122, 161 sq., 183

LA TAILLE (De).
Theologicum impulsum dedit modernae theoriae de universali sacerdotio, 508, 510 sq., 512
Ultra modum urget distinctionem inter consecrationem et oblationem in eucharistico sacrificio, 510, 524

LAURENTIN.
Docet universale sacerdotium esse sacerdotium proprie dictum, immutans proprium ac traditionalem conceptum sacerdotii ac illum extendens ad sacerdotium internum ac morate, 515 sq., 517 sq.
Urget iura analogiae in quaestione de hoc universali sacerdotio, sed non apparet utrum captiosum campum analogiae bene exploraverit, 544 sq., 546
Reicit propriam sacerdotalem indolem characteris sacramcntalis, 521 sq.
Seponit distinctionem potentiae activae et passivae, agens de charactere Baptismi et Confirmationis, 591
Explicatio proprii muneris characteris Confirmationis, 577
Universale fidelium sacerdotium quomodo connectatur cum sacrificio eucharistico, 567 sq.

LECTORATUS.
Prima certa mentio Lectoratus exhibetur a Tertulliano, secunda in Traditione Apostolica et Didascalia Apostolorum, 334, 335, 337, 354
Historia huius ordinis, 358 sq.
Antiquiorem ac tenaciorem vitam habuit quam alii inferiores ordines, etsi inde a fine saec. iv aliquem occasum cognoverit, 358 sq.
Olim in puerili aetate ad lectoratum quis eligebatur; inde origo vel fortuna scholae cantorum, 358, 369
Ritus lectoratus, 623

LÉCUYER.
Docet sacramentalitatem episcopatus, 186, 213-215, 284
Peregrine putat S. Thomam in posterioribus operibus docuisse sacramentalitatem episcopatus, 136, 137 sq., 139, 175, 214 sq.
Sacramenti Ordinis rationem repetit non ex essentiali ordine ad Eucharistiam sed ex ampliori conceptu apostolatus, 297

LENNERZ.
Negat immediatam divinam originem distinctionis episcopatus a presbyteratu 18, 21, 94, 95, 98
Admittit tamen Codicem I. C. proponere immediatam institutionem, 98
Ait Cone. Trid. omnino abstrahere ab immediata divina institutione episcopatus, 101, 109
Docet sacramentalitatem episcopatus, 186, 207 sq., 245, 250, 281, 285
Negat valorem argumenti contra sacramentalitatem episcopatus petiti ex essentiali ordinatione sacramenti Ordinis ad Eucharistiam, 290, 295, 296
Negat sacramentalitatem ordinum inferiorum, 412, 413, 441
Decretum pro Armenis est quidem doctrinale, sed mere expositorium nec decisivum, 425, 721 sq.
Materia Ordinis est sola manuum impositio, 775, 776
Lennerz admittit Ordinem fuisse a

Christo specifice institutum, quamvis id neget de Confirmatione, 799, 808 sq., 850

LEO XIII (Epist. de ordinationibus anglicanis).
Divina institutio episcopatus, 98
De ordinationibus anglicanis, 741-743
Doctrina Leonis nequit invocari pro aut contra sacramentalitatem episcopatus, 230, 236 sq.
Nec adduci potest in confirmationem sententiae de manuum impositione ut sola materia sacramenti Ordinis, 738-740

LÉPICIER.
Ambigue loquitur de sacramentalitate episcopatus, 122, 164, 181
Peregrine explicat rationem ministri extraordinarii in presbytero, 263 sq., 273
Docet sacramentalitatem ordinum minorum, 391, 393, 402
Inepte conatur invenire aliquam traditionem instrumentorum in ipso ritu orientali, 621, 803
Decretum pro Armenis est doctrinale ac decisivum, 702
Materia Ordinis est traditio instrumentorum, 779, 781 sq., 783
Peregrine addit in omni traditione instrumentorum fieri impositionem manuum et in hoc sensu materiam Ordinis consistere etiam in manuum impositione, 781 sq.
Peregrine praeterea reponit unctionem inter essentiales ritus ordinationis episcopalis, 770
Docet ipsum Christum instituisse traditionem instrumentorum ut materiam Ordinis; quae sententia hodie sustineri non potest, 802

LUGO.
Materia Ordinis est tum traditio instrumentorum tum prima tum ultima manuum impositio, 797
Christus instituit sacramentum Ordinis tantummodo generice, 814, 816

MARTYRIUM.
Est una ac sublimior forma universalis fidelium sacerdotii, 560 sq.
Quo sensu quaedam antiqua documenta (Traditio Ap., Testamentum D. N. I. C. et Canones Hippolyti) dicunt confessores fidei non esse ordinandos presbyteros aut diaconos quia eorum confessio est ipsis pro ordinatione, 561-564, 633

MASURE.
Docet sacramentalitatem episcopatus, 186
Sustinet tamen solam inadaequatam distinctionem episcopatus a presbyteratu, 225
Sacramentum Ordinis repetit non ex essentiali eius relatione ad Eucharistiam, sed ex ampliori conceptu mediationis Christi, 296 sq., 298

MATERIA ET FORMA ORDINIS.
Ritus hodiernus tam latinus quam orientalis, 616-619, 751-753
Hodiernus ritus ordinum infra diaconatum, 622 sq.
Historica evolutio ritus ordinationis, 623-693. Dictorum recapitulatio, 662-672, 691-693
In priori periodo apparent tres typi ritus, unus antiquior (in Traditione Apost.) et duo recentiores, alter latinus (Sacramentaria) et alter graecus (Euchologium), 666 sq. Comparatio horum typorum, 667 sq.
Nunc post Constitutionem Pii XII materia Ordinis (seu triplicis ordinationis diaconalis, presbyteralis et episcopalis) est sola manuum impositio, 746-768, 830 sq.
Probabilius materia Ordinis fuit de facto semper sola manuum impositio, inde ab aevo apostolico ad hodiernum tempus, 831-844
Probabilius impositio manuum est materia Ordinis ex ipsa institutione Christi, ita ut sacramentum Ordinis sit specifice a Christo institutum nec Ecclesia habeat potestatem hanc materiam mutandi aut determinandi, 844-859
Vide: *Impositio Manuum. Ordinatio. Traditio Instrumentorum.*

MATRIMONIUM.
Eius celebratio pertinet ad universale fidelium sacerdotium, 559, 593 sq.
Contrahentes non sunt stricte ac proprie ministri, seu agentes per aliquam potentiam a Deo communicatam, 594

MEDINA (Michael).
Reicit ut haereticam sententiam Hieronymi et aliorum de substantiali identitate episcopatus et presbyteratus, 64 sq.
Docet sacramentalitatem episcopatus, contrariam sententiam appellans periculosissimam, 185, 195 sq., 223, 229, 230
Sustinet praeterea adaequatam distinctionem episcopatus a presbyteratu, 225
Negat sacramentalitatem ordinum minorum, non tamen subdiaconatus, 409, 410
Praefert novenariam numerationem ordinum, 323

Materia Ordinis est tum traditio instrumentorum tum ultima impositio manuum, 794

MICHEL (A.).
Negat immediatam divinam institutionem distinctionis episcopatus a presbyteratu, 18, 22-24, 27
Docet sacramentalitatem episcopatus, 229, 239
Videtur sustinere etiam adaequatam distinctionem episcopatus a presbyteratu, 225
Rationem ministri extraordinarii in presbytero peregrine explicat per potestatem Ecclesiae de genere illius quam dicitur habere in materiam et formam sacramentorum, 262, 267, 276, 278 sq.
Negat sacramentalitatem ordinum minorum, 412. Exaggerat tamen, dicens hanc quaestionem esse diremptam per Constitutionem Pii XII, 412, 423
Materia Ordinis est sola manuum impositio, 775
Decretum pro Armenis est doctrinale ac decisivum, 702. In ampliori eius explicatione approbat quod dicit D'Ales, 709
Constitutio Pii XII de sacramento Ordinis est definitio ex cathedra, 764
Impositio manuum non est a Christo instituta, 799 sq., 802
Christus instituit sacramentum Ordinis tantum generice, 815, 818-820

MINISTER.
Presbyter ut extraordinarius minister sacramentorum proprie episcopalium, ut Confirmationis et fortasse Ordinis. Vide: *Presbyteratus.*
Ecclesia non habet potestatem in determinatione ministri sacramentorum, etiam si habet potestatem (ut quidam sustinent) determinandi materiam et formam; nec datur paritas inter utrumque casum, 279

MISSALE FRANCORUM exhibet primum liturgicum documentum de unctione in ordinatione, 656 sq., 671

MOEHLER (J.-A.) initiavit modernum motum pro theoria de universali fidelium sacerdotio, 508 sq., 512, 530

MONSEGU, apte reagens contra quorundam modernorum excessus, docet universale fidelium sacerdotium esse improprie dictum, 534, 539^-541

MORINUS.
Docet sacramentalitatem episcopatus, sed cum Vasquesio talem mitigationem ih hanc sententiam introducit ut putet se docere ipsam contrariam sententiam S. Thomae, 185, 201 sq., 223, 226, 227, 247
Decisive negat sacramentalitatem inferiorum ordinum, 404, 410, 411
Suggerit octonariam numerationem ordinum, incluso episcopatu, 322
Diserte negat tres reliquos ordines minores unquam extitisse in ecclesia orientali, 365, 366
Decretum pro Armenis est infallibile, 699

ORDINATIO.
Tum impositio evangelii in ordinatione episcopi, tum impositio manuum per praesentes sacerdotes est valde antiqua caeremonia, 668 sq.
Ultima impositio manuum in ordinatione presbyteri est multo recentioris originis nec apparet ante saec. xiii, 687-689
Formula "Accipe Spiritum S." in utraque ordinatione diaconi et episcopi non apparet ante saec. xiii, 689-691
Verba "Accipe Spiritum S." in nulla ordinatione pertinent ad formam; in sola tamen ordinatione diaconi habetur aliquid simile pro forma ("Emitte in eum Spiritum S."), 235 sq.
luxta constantem Traditionem potestas ordinandi est propria episcopi, ad exclusionem presbyteri, 46-49, 95
Parallelismus cum ordinatione presbyterali et diaconali nequit invocari in favorem sacramentalitatis ordinationis episcopalis, 284-287, 301
Ordinatio per saltum non probat sacramentalitatem episcopatus, 287-289
Quomodo huiusmodi ordinatio explicari posset ab his qui eam admittunt etiam in casu episcopi, 288
Inepta explicatio Beyer, 289
De triplici induito quo dicitur concessa presbytero . potestas ordinandi diaconum et presbyterum, vide: *Episcopus.*
Vide: *Impositio Manuum. Materia et Forma. Traditio Instrumentorum.*

ORDINES MINORES ET SUBDIACONATUS.
Historia ac vicissitudines, 334-368
Primus ordo occurrens in antiquis documentis (Tertulliano) est lectoratus, secundus vero subdiaconatus (Traditione Apostolica); iam autem omnes quinque ordines occurrunt in ecclesia romana circa medium saec. iii (Cornelio R. P.), 334-339
Eorum origo explicari potest ex quadam successiva fractione diaconatus, 352-356, 385 sq., 433-437

Fatum ac minor aestimatio quae quatuor minoribus ordinibus contigit in moderniori aetate, 361 sq.
Alia officia vel dignitates, ordinibus accedentia vel eis coniuncta, i.e. cantoratus, catechistatus, diaconissatus, fossariatus, etc., 368-373
Quaedam satis antiqua ac diuturna traditio docet ipsum Christum in se omnes ordines, etiam minores, exercuisse, 380-384
Controversia theologorum de horum ordinum sacramentalitate, 378-415
Sententia affirmans fuit longe communior usque ad Cone. Trid., subinde coepit rarefieri, sed adhuc saec. xx plures (plus quam triginta) numerat defensores, 378, 388, 389, 390, 400
Varias tamen discrepantes explicationes et argumenta isti auctores produnt, 401^03
Sententia negans, quae paucos habuit antiquitus patronos, inde a saec. xvii praevaluit et hucusque primatum servavit, 403 sq., 409, 411
Quidam tamen negationem limitant ad ordines minores, concessa vel data sacramentalitate subdiaconatus, 409
Probabile est hos ordines esse sacramentales, sed probabilius est eos tales non esse, 419-445
Summatim referuntur rationes probabilitatis utriusque opinionis, 443-445
Constitutio Pii XII nequaquam excludit sacramentalitatem horum ordinum, 422, 461
De his ordinibus in ecclesia orientali, vide: *Orientales.*
Vide: *varias voces* uniuscuiusque horum ordinum. *Tonsura.*

ORDINES ROMANI.
De ordinibus minoribus et subdiaconatu, 350 sq., 355, 356, 357, 358, 359, 360
De ritu ordinationis, 652-655
De ritu inferiorum ordinum, 438
De tonsura, 376

ORDO.
Vicissitudo sive varietas numeri ordinum in ecclesia latina, 316-325
Septenaria numeratio, 318-320
Huius numerationis septenariae, quam firmavit Petrus Lombardus, origo videri potest in Pseudo-Hieronymo, 319
Variae rationes, quas theologi assignant huic numerationi, 320
Septenarius ordinum numerus, quatenus invocari possit in favorem sententiae de non sacramentalitatis episcopatus, 231-233, 249 sq., 300
Octonaria enumeratio apud aliquos doctores, 320-322
Novenariae numerationi, quam post Gratianum suggerunt plures doctores, fortasse occasionem praebuit Isidorus Hisp., 322-324
Convenientia retinendi septenariam numerationem, 324 sq.
Divisio in ordines maiores et minores eiusque vicissitudo sive historia, 325-329
Distinctio haec clare enunciari coepit saec. xi, 327
Subdiaconatus nonnisi saec. xii recensus est inter ordines maiores, 328
Ut sacramentum, Ordo ordinatur essentialiter ac directe ad Eucharistiam, 129 sq., 133 sq., 135, 140 sq., 143, 144, 289, 291-299
Huiusmodi eucharistica ordinatio ultra modum negatur vel seponitur a quibusdam modernis, 208-212
S. Thomae momentosa distinctio inter potestatem Ordinis sacramentalem et non sacramentalem, 121, 129-147, 172–174, 291
Vide: *Institutio. Materia et Forma. Minister. Ordinatio. Ordines Minores.*

ORIENTALES.
De quinquenario numero ordinum (tres maiores et duo minores), 329 sq.
Varietas ac fluctuatio quoad ordines minores, 330-333, 363-368
Divisio ordinum in jnaiores et minores; subdiaconatus est ordo minor, 333 sq.
Ordines minores sunt tantum duo: subdiaconatus et lectoratus. Hoc binomium est antiquissimum ac tenacissimum, 362, 363, 364
Didascalia Apost. (saec. iii) exhibet primam ac certam mentionem lectoratus et primam sed incertam mentionem subdiaconatus; huius prima certa mentio occurrit saec. iv apud Athanasium vel Cone. Laodicense, 353, 362
Disputant eruditi num olim etiam in ecclesia orientali extiterint tres reliqui ordines minores, 364-368
Certum est acolythatum nunquam in ea extitisse; quoad ostiariatum vero et exorcistatum, negatio temperanda videtur, 366-368
Ritus ordinationis, 618 sq.
Apud Orientales non habetur traditio instrumentorum, et inepte aliqui theologi conati sunt invenire aliquam huiusmodi traditionem in ritu orientali, 620 sq.
Unctio manuum probabilius nunquam adhibita est in ritu orientali, 669
Disputatur ab eruditis in qua oratione forma sacramenti Ordinis contineatur, 621 sq.
De validitate ordinationum graecarum

iuxta Constitutionem Pii XII, 748, 760, 802 sq., 830 sq.
Acta Orientalium in Cone. Florentino, 696, 698
Vide: *Euchologium. Schismatici Orientales.*

OSTIARIATUS.
Historia, 356 sq.
Circa finem saec. iv declinare coepit donec in tardiori aetate iterum revixerit, 356 sq.
Ritus, 623

PALUDANUS, quamvis negaverit sacramentalitatem episcopatus, primam mitigationem introduxit in hanc S. Thomae doctrinam, docens episcopatum extendere characterem presbyteralem, 148-150, 177, 178, 182

PAPATUS.
Continet triplicem potestatem, sacerdotalem, ordinis hierarchici et iurisdictionis, 311
De habitudine huius potestatis ad potestatem presbyteralem et episcopalem, 311-313
Quomodo Papatus sit potestas sacerdotalis (Cyprianus: "Cathedra sacerdotalis"), 313
Papa habet potestatem pontificalem, sive plenitudinem potestatis episcopalis, 254, 859
Haec potestas est proprie episcopalis, seu potestas altioris generis relate ad potestatem sacerdotalem, seu potestas hierarchici ministerii, excedens potestatem simplicis episcopi non genere sed gradu. Vide: *Episcopatus.*
Etiam secundum hanc potestatem pontificalem, Papatus non est sacramentum, sicut nec episcopatus, 140
Quomodo explicari possit quod Papa possit constituere presbyterum ministrum extraordinarium sacramentorum proprie episcopalium, 252-256
Id nequeunt convenienter explicare illi qui defendunt sacramentalitatem episcopatus, 256-279
Papa nequit id efficere per merum actum jurisdictionis, 253, 255, 271, 272 sq., 275 sq., 278
Utrum id facere possit Papa electus nec adhuc sacerdos et episcopus ordinatus, 275, 311
Non omnino improbabiliter diceretur validitatem ordinationis pendere ab huiusmodi suprema pontificali potestate Papae, 858 sq.

PATRES. Vide: *Traditio.*

PETRUS LOMBARDUS.
Non negat divinam institutionem distinctionis episcopatus a presbyteratu, 25, 40, 50, 57
Negat sacramentalitatem episcopatus, 124
Firmat septenariam numerationem ordinum, 318
Docet Christum exercuisse per seipsum omnes ordines, etiam minores, 382

PIUS XII (Constitutio "Sacramentum Ordinis").
Constitutionis textus, expositio, discussio, sensus, valor, 746-768
Textus Constitutionis, 746-749
Momentum documenti, 749 sq.
Circumstantiae, 750 sq.
Sensus, 752-755
Doctrina proposita, 755-761
Dogmaticus valor, 761-768
Hoc documentum, ut constitutivum, non est directe infallibile, ut declarativum vero, est directe infallibile, importatque infallibilem definitionem circa factum dogmaticum, seu factum verarum conditionum validitatis sacramenti, 766 sq.
De ritu validae ordinationis, 616-618
Non docet directe immediatam divinam institutionem episcopatus, 100
Praebet fundamentum octonariae numerationis ordinum, 318
Non excludit sacramentalitatem ordinum minorum et subdiaconatus, 422 sq.
Influxum habuit in controversiam de sacramentalitate episcopatus, 116, 119, 206, 216, 224, 230, 304
Quaestionem et controversiam de materia et forma Ordinis ex parte simplificavit ac coarctavit, sed essentialiter intactam reliquit, 614 sq.
Quamvis prima fronte videatur non leviter favere sententiae de sacramentalitate episcopatus, tamen attentum eius examen ostendit ipsum abstrahere ab huiusmodi sacramentalitate, 238-244
Quoad doctrinam Pii XII de concursu fidelium in eucharistico sacrificio, quam exponit in alia Encyclica "Mediator Dei," Vide: *Sacerdotium Universale.*

PONTIFICALE ROMANUM.
Presbyteri sunt successores septuaginta discipulorum, 34
Divina institutio episcopatus, 41, 44
Septenarius numerus ordinum, 317
De ordinibus diaconatu inferioribus eorumque officiis, 361 sq.
De tonsura, 376
De ritu ordinationis, 673 sq.
De sacramentalitate ordinum inferiorum, 421 sq., 431

Ante Constitutionem Pii XII videbatur tribuere characterem sacramentalem etiam ordinibus minoribus et conformabatur communiori olim opinioni de traditione instrumentorum ut sola materia ordinationis, 737 sq.
Post hanc vero Constitutionem reformatum est quidquid ab hac dissonare videbatur, 241, 755
Formam presbyteratus et diaconatus appellat "formam sacramentalem" dum formam episcopatus appellat "formam consecrationis episcopalis," 241

POTENTIA — POTESTAS.
De charactere ut potentia, vide: *Character.*
De potestate altioris ordinis quae est in episcopatu et papatu, vide: *has duas voces.*
Quod Ecclesia non habeat potestatem in substantiam sacramentorum, imo nec in materiam et formam eorum, vide: *Ecclesia.*
De potestate iurisdictionis, vide: *Iurisdictio.*
Triplex datur potestas: potestas iurisdictionis, potestas Ordinis non sacramentalis et potestas Ordinis sacramentalis quae sola in charactere consistit, 144 sq., 169, 172, 176, 179, 191, 218
Potestas ordinandi est propria episcopi, ad exclusionem presbyteri, 46-49, 95

POURRAT.
Negat immediatam divinam institutionem episcopatus, immo generaliter docet ipsum sacramentum Ordinis nonnisi implicite fuisse a Christo institutum, 10-12
Refutatur haec sententia, 110

PRESBYTERATUS.
De biblicis presbyteris et episcopis, 36, 112, 244
Distinctio inter presbyteratum et episcopatum est institutionis divinae immediatae, 93-114
Hanc distinctionem negant ac presbyterum episcopo aequalem faciunt, in vario quidem sensu, Aerius, Cathari, Waldenses, Marsilius Patavinus, Wicleff, Protestantes, nominatim Presbyteriani, 3-9, 15
Celebris latina traditio (incoepta a Hieronymo, Pseudo-Hieronymo et Ambrosiastro) de substantiali identitate episcopatus et presbyteratus, quae prima fronte videtur implicare negationem divinae originis episcopatus. Difficultas et solutio, 49-93
Classica distinctio sive nomen "Sacerdos secundi ordinis," 47, 249
Potestas sacerdotalis derivatur a potestate episcopali, 142, 859
Presbyter nequit ordinare, cum id competat soli episcopo, 46-49, 95
De celebri praxi alexandrina qua videntur presbyteri ordinasse episcopum, 78-90, 113, 633
De triplici induito quod dicitur concessum simplici presbytero ordinandi diaconos et presbyteros, vide: *Episcopatus.*
Quo modo presbyter evadit minister extraordinarius Confirmationis (et fortasse Ordinis), 252-256, 302 sq., 310sq.
Ratio ministri extraordinarii luculenter confirmat sententiam de non sacramentalitate episcopatus et inaniter qui hanc sustinent conantur sese extricare ab huiusmodi difficultate, 251-279
luxta documenta Ecclesiae Papa vere confert presbytero potestatem extraordinarii ministri Confirmationis, 273, 275
Quomodo presbyteratus compleatur per episcopatum, 308-310
De habitudine presbyteratus ad episcopatum, vide: *Episcopatus.*
Summa doctrinae de potestate presbyterali, 306 sq.

PROTESTANTES.
Generatim (exceptis Anglicanis) negant divinam originem episcopatus, 6-9. 102, 104, 106. In qua negatione peculiariter insistunt Presbyteriani, 6, 7, 9, 15
Peculiariter invehunt in ordines diaconatu inferiores, reicientes ipsam convenientiam ecclesiasticae institutionis illorum, 416-418, 430
Ritus ordinationis apud Protestantes, 616
De universali fidelium sacerdotio, 453, 504 sq., 507
De ecclesiologico motu laicorum apud Protestantes modernos, 459 sq.

ROMANUS PONTIFEX. Vide: *Papatus. Sacerdotium.*
De eius natura iuxta Traditionem, 548-553
Plures moderni theologi pervertunt vel extendunt proprium ac traditionalem conceptum sacerdotii, ut illum accommodent suae opinioni de proprie dicto fidelium sacerdotio, 514-520
De sacerdotio Christi prout diversimode ac gradatim communicatur in hierarchia Ecclesiae, 304-^306
Vide: *Episcopatus. Ordo. Ordinatio. Presbyteratus. Papatus. Sacerdotium Hierarchicum. Sacerdotium Universale.*

SACERDOTIUM HIERARCHICUM.
Eius implicationes cum sic dicto universali fidelium sacerdotio, 481, 486 sq., 511 sq., 513
Quidam moderni conantur minuere momentum sacerdotii hierarchici eique, quantum possunt, assimilant universale fidelium sacerdotium, 526-533
Inter quos aliqui ad periculosum quemdam excessum pervenerunt, 530-533

SACERDOTIUM UNIVERSALE.
Actualitas huius quaestionis, 454-461
Eius acuitas, 460 sq.
Biblicum eius fundamentum. Vide: INDEX EXEGETICUS.
Eucharisticae implicationes huiusmodi sacerdotii, 481, 486 sq., 511 sq., 522-533, 567 sq.
Initium modernae quaestionis de hoc sacerdotio apud Moehler, Scheeben et De la Taille, 507-511
Varia nomina quae tum apud antiquos tum apud modernos huiusmodi sacerdotio tribuuntur, 514, 524 sq., 606, 609
Hodierna controversia, 513-547
Varii quorundam excessus, 513-533
Sana aliorum reactio, 533-547
Chorus quorundam in medio oscillantium, 541
Captiosa haec controversia ad proprios terminos quaestionis reducenda est ne incassum disputetur, 541-544
Fluctuantes et incertae quorundam expressiones, 544-547
Resolvitur quaestio: Universale fidelium sacerdotium est improprie dictum, quia non est simul rituale et activum: qua enim parte est activum, non est rituale, et qua parte est rituale, non est activum sed passivum, 547-609
Varii actus universalis sacerdotii prout est spirituale sive interius, 555-564
Hoc sacerdotium non fundatur in charactere sed in gratia sanctificante, 565 sq.
Varii aspectus eiusdem sacerdotii prout est externum ac rituale, 570-603
De oblatione eucharistica prout assumitur a quibusdam ut praecipuum munus proprie dicti, ut aiunt, sacerdotii fidelium, 594-603
Breve schema historicae evolutionis doctrinae de universali fidelium sacerdotio, 607-609
Vide: *Laici. Sacerdotium. Sacerdotium Hierarchicum.*

SACRAMENTARIA.
De ordinibus inferioribus, 350
De divisione ordinum in maiores et minores, 326; de tonsura, 376
De ritu ordinationis: Sacramentaria Romana et Gallicana, 651 sq., 655-658; Sacramentaria Mozarabica, 658-660
Vide: *Euchologium.*

SACRAMENTARIUM SERAPIONIS.
Immediata divina institutio episcopatus, 41, 95
De ordinibus minoribus, 367; referuntur subdiaconatus et lector, 342
De ritu ordinationis, 647

SACRAMENTUM.
Nequit effectus sacramenti absque sacramento ab Ecclesia conferri, 253, 270, 274, 278
Ecclesia non habet potestatem neque in substantiam sacramentorum, neque etiam in materiam et formam. Vide: *Ecclesia.*
De formula "Substantia sacramenti" apud theologos, in Cone. Trid. et in Constitutione Pii XII, 755-757, 763, 823, 846, 848, 853
Dubitari potest num potestas remissiva (contenta in Baptismo, Extrema Unctione et proprius in Poenitentia) sit proprie sacramentalis, seu exerceatur per ipsum characterem Ordinis, 307
Sacramentum Ordinis ordinatur essentialiter et directe ad Eucharistiam, nec nisi indirecte ad cetera sacramenta, 129 sq., 133 sq., 135, 140-142, 143, 144
Cetera sacramenta respiciuntur ab Ordine seu sacerdotio mediante ipsa Eucharistia, 306-308
Episcopatus probabilius non est sacramentum, sed tantum extensio sacramenti Ordinis, 132 sq., 134, 136, 140. Vide: *Episcopatus.*
Quomodo episcopatus, etsi non sit sacramentum, pertineat vere, quamvis extensive tantum nec homogenee, ad ipsum sacramentum Ordinis, 308-311
Quo sensu dici possit in consecratione episcopali conferri gratiam, etiam si ipsa non sit sacramentum, 286 sq.
Non omne in quo confertur gratia est sacramentum, sed tantum id quod confert gratiam ex opere operato et ut propria ac directa causa, 286
De non sacramentalitate ordinum minorum et subdiaconatus, vide: *hanc vocem.*
Vide: *Baptismus. Confirmatio. Eucharistia. Matrimonium.*

SAURAS.
Inepte extendit proprium conceptum sacerdotii ultra sacerdotium externum ac rituale, 516 sq.
Incaute et ultra modum urget distinctionem inter consecrationem et oblationem in sacrificio eucharistico, 524-526

Ultra modum urget activum concursum fidelium ad eucharisticam oblationem, 527
Urget iura analogiae in quaestione de universali fidelium sacerdotio, 545, 547

*SCHEEBEN, de universali fidelium sacerdotio, 509, 512

♦SCHISMATICI ORIENTALES.
Theologi orientales videntur generatim negare sacramentalitatem ordinum minorum, 415
De ecclesiologico motu laicorum apud modernos Schismaticos, 459 sq.
Vide: *Euchologium. Orientales.*

♦SCOTUS.
Docet sacramentalitatem episcopatus, quamvis remisse et ambigue, 185, 188-191
Videtur dubitare an confectio Eucharistiae sit actus nobilissimus in dignitate hierarchica, 190 sq., 222
Suggerit etiam octonarium numerum ordinum, ut includat episcopatum, 321
Peregrine explicat rationem ministri extraordinarii in presbytero, 264
Docet sacramentalitatem ordinum minorum, 344 sq.
Materia Ordinis est tum traditio instrumentorum tum ultima impositio manuum, 794, 795

SCRIPTURA. Vide: INDEX EXEGETICUS.

♦SEVERUS ANTIOCHENUS, de celebri ac controversa praxi alexandrina, 81-90

♦ SIMON (MAGISTER).
Numerat octo ordines, includens episcopatum, 321
Ait Christum exercuisse per seipsum omnes ordines, etiam minores, 382
Videtur primus inter theologos sustinuisse sacramentalitatem episcopatus, 184, 186 sq., 222
Videtur proponere unctionem inter essentiales ritus ordinationis, 769

♦ SOTO (Dominicus).
Quamvis neget sacramentalitatem episcopatus, aliquam mitigationem introducit in hanc S. Thomae sententiam, docens per episcopatum extendi characterem presbyteralem, 155 sq., 178
Negat sacramentalitatem ordinum minorum et subdiaconatus, 405, 407, 445
De universali fidelium sacerdotio, 504, 511
Materia Ordinis est sola traditio instrumentorum, 778; quae est ab ipso Christo instituta, 802, 803

SUBDIACONATUS.
Historia, 360 sq.
Antiquiorem ac tenaciorem vitam necnon feliciorem fortunam habuit quam ceteri inferiores ordines, transiens in ecclesia latina a gradu ordinis minoris ad dignitatem ordinis maioris, 360
Prima certa mentio exhibetur in Traditione Apostólica et altera apud Cornelium R. P., in priori parte saec. iii, 335 sq., 338 sq., 354
Mentio Didascaliae Apostolorum pro ecclesia orientali non est certa, 337 sq., 354
Nonnisi saec. xii subdiaconatus recensus est inter ordines maiores, 328
Ritus subdiaconatus, 622
Quidam, ut Medina et Vasquez, admittunt sacramentalitatem subdiaconatus, etsi eam denegent ordinibus minoribus, 409
Vide: *Ordines Minores.*

♦TERTULLIANUS.
Connexio huius scriptoris cum sententia Hieronymi et aliorum latinorum de identitate episcopatus et presbyteratus, 55
Divinam originem episcopatus Tertullianus catholicus docuit, haereticus subinde negavit, 61
Iam montañista, invocat universalem fidelium sacerdotium in detrimentum sacerdotii hierarchici, 470
Exhibet primam certam mentionem alicuius ordinis infra diaconatus, seu lectoratus, 334, 354

♦TESTAMENTUM D. N. I. C.
Divina institutio episcopatus, 41
De ordinibus minoribus, 346
De ritu lectoratus et subdiaconatus, 438
De ritu trium maiorum ordinationum, 649
Confessores fidei non sunt ordinandi presbyteri aut diaconi quia fidei confessio est ipsis pro ordinatione, 561-564

THEOLOGI.
Variae opiniones de sensu verborum Cone. Trid. "Hierarchia, divina ordinatione instituta," 18, 19, 21, 22, 24, 25-27, 28-^32
Controversia de immediata divina institutione episcopatus, 9-24, 27-32
Controversia de sacramentalitate episcopatus, 121-227
Opinio negans fuit communis usque ad Cone. Trid., et etiam in praesenti saec. xx habet saltem triginta defensores, quamvis apud plures, tam antiquiores quam modernos, thomisticam

suam puritatem amiserit, 121, 122 sq., 173, 174 sq,, 175-183
Opinio affirmans facta est communior post Cone. Trid., 184-186. Ipsa tamen in quatuor saltem discrepantes explicationes dividitur, 224-227
Exaggeratio eorum qui audent censurare sententiam negantem sacramentalitatem episcopatus, 224, 228-231, 239
Ceterum in hac controversia, a principali quaestione de ipsa sacramentalitate episcopatus theologi deflexerunt in secundariam quaestionem de adaequata distinctione episcopatus a presbyteratu, 173, 179
Controversia de sacramentalitate ordinum minorum et subdiaconatus, 378-415
Controversia et sententiae de materia et forma Ordinis: sex theologorum sententiae, 768-800. Schema sententiarum, 772
Controversia de generica vel specifica institutione sacramenti Ordinis per Christum, 799-829

♦ THOMAS AQUINAS.
Immediata divina institutio distinctionis episcopatus a presbyteratu, 25, 28, 33
Presbyteri sunt successores septuaginta discipulorum, 33 sq.
Hieronymus non negat divinam originem distinctionis ac superioritatis episcopatus erga presbyteratum, 68
S. Doctor negat sacramentalitatem episcopatus, sed explicite admittit episcopatum esse verum Ordinem (scilicet non sacramentalem), nec meram iurisdictionem, 121, 129-147, 790
Frustra quidam moderni conantur eum trahere ad suam sententiam de sacramentalitate episcopatus, 136-147
Fatendum tamen est sententiam S. Thomae mitigationem atque adulterationem subisse apud plures thomistas, dicentes per episcopatum extendi characterem presbyteralem, 173, 175-183
Sacramentum Ordinis ordinatur essentialiter ac directe ad Eucharistiam et ab ea dimetitur,* propterea episcopatus non est sacramentum, 129 sq., 133 sq., 135, 140 sq., 143, 144
Huic S. Thomae principio leviter valedixerunt plures moderni, 208-212
Potestas episcopalis est potestas altioris generis quam potestas sacerdotalis, 303
De plenitudine et indole potestatis papalis prout est episcopalis seu pontificalis ac distinguitur a suprema potestate iurisdictionis, 312
Apte S. Doctor exprimit excellentiam potestatis episcopalis relate ad presbyteralem, 298
Profunda sed aliquatenus obscura S. Doctoris affirmatio quod minister Ordinis est veluti fons ex quo procedit potestas ordinati "sicut potestas imperfecta a perfecta," 142, 859
Quomodo iuxta principia S. Thomae explicari possit habitudo presbyteratus ad episcopatum et aliqualis seu extensiva sacramentalitas episcopatus, 308-311
Invaliditas ordinationis per saltum, 300
De origine ordinum inferiorum per fractionem diaconatus, 352 sq.
S. Thomas docet sacramentalitatem ordinum minorum, 384-388
Inepte aliqui moderni eum ad contrariam sententiam trahere conantur, 386-388
Ambiguitas assertionis S. Doctoris iuxta quam in initio ordines minores existebant implicite in ipso diaconatu, 386, 433
Contra existentiam characteris in diaconatu aut ordinibus inferioribus inepte arguitur ex hoc quod etiam laici possunt exercere actus horum ordinum, 442
Quare S. Doctor minus recte doceat sacramentalitatem ordinum inferiorum diaconatu, 444 sq.
De natura sacerdotii, 548-553
Definitio sacrificii, 555
S. Thomae sententia de universali fidelium sacerdotio. Huic sacerdotio primus ipse subministravit theologicum sive sacramentale fundamentum, concipiens characterem, etiam baptismalem, ut proprie dictam participationem sacerdotii Christi, 460 sq., 486-503
Quomodo ipse perfecerit antiquorum doctrinam de hoc sacerdotio, 501-503
De proprio munere characteris Confirmationis, 577, 581, 585, 586, 587, 588, 589, 590
Quamvis aliqui loci non careant aliqua ambiguitate, satis clarum videtur pro S. Doctore etiam characterem Confirmationis esse potentiam essentialiter passivam, quidquid in contrarium sentiant plures moderni interpretes, etiam thomistae, 492-501, 520 sq.
Materia Ordinis est sola traditio instrumentorum. Inepte quidam conantur S. Thomam ab hac sententia purgare. Exponuntur ac discutiuntur textus S. Doctoris, 777, 783-793
Quo sensu S. Doctor dicat in impositione manuum conferri gratiam, 786 sq., 788, 791, 792 sq.
Ipse Christus instituit traditionem instrumentorum ut materiam Ordinis, adeoque hoc sacramentum (sicut et cetera) est a Christo specifice institutum. Inepte quidam thomistae conan-

tur doctrinam S. Doctoris aliter interpretari, 803-808

THOMASSINUS.
Docet sacramentalitatem episcopatus, in eaque insistit, 185, 203, 296
Sustinet tamen solam inadaequatam distinctionem episcopatus a presbyteratu, docens illum hunc includere, 225

TONSURA.
Numeratur a Codice I. C. inter ordines, in solo sensu iuridico, 316, 318, 373
Historia et vicissitudines, 373-378
Probabiliter hunc ritum induxit ipse occasus vel desuetudo ordinum minorum, peculiariter ostiariatus et exorcistatus, 375
Initio saec. vii, Isidorus Hisp. tonsuram exhibet ut distinctum ritum, 375
In medio aevo indebitam fortunam habuit, quatenus a quibusdam doctoribus numerata fuit inter ordines, imo sacramentalem rationem obtinuit, 323, 376 sq.
E converso in ecclesia orientali parvum obtinuit favorem nec ut distinctum ritum habetur sed commiscetur collationi primi ordinis (lectoratus-contoratus), 377 sq.

TRADITIO.
De divina institutione episcopatus, 37 sqq.
De immediata divina institutione episcopatus, 94-96
Traditio confirmat sententiam de non sacramentalitate episcopatus, 246-250
Nequit ex Traditione tam theoretica quam practica confici decisivum argumentum pro sacramentalitate episcopatus, 279-289
De essentiali ac directa ordinatione sacerdotii et sacramenti Ordinis ad Eucharistiam, 292 sq.
De universali fidelium sacerdotio, 469-486
Tale sacerdotium intelligitur interius ac morale, 472, 480
Ei non tribuitur activus influxus in oblationem eucharisticam, 476-480
Traditio nequit invocari in favorem sacramentalitatis ordinum inferiorum 431 sq.
Favet vero quammaxime contrariae sententiae, 432-437

TRADITIO APOSTOLICA.
Divina institutio episcopatus, 40, 44
In hoc documento, primo significatur distinctionem inter episcopum et presbyterum consistere in potestate ordinandi, episcopo reservata, 46, 48
Exhibetur etiam prima certa mentio subdiaconatus et secunda mentio lectoratus, 335 sq., 354
De ritu lectoratus et subdiaconatus, 438
Nequit invocari pro sacramentalitate episcopatus, 283 sq.
Confessores fidei non sunt ordinandi in presbyteros et diaconos quia ipsa fidei confessio est ipsis pro ordinatione, 561-564
Ritus impositionis manuum in triplici ordinatione episcopali, presbyterali et diaconali, 631 sq.

TRADITIO INSTRUMENTORUM.
Non apparet ante saec. x, 668
Porrectio libri evangeliorum in ordinatione diaconi, 679-683
Quidam antiquiores scriptores hanc in tantam aestimationem habent ut inde incipiat efformari opinio de eius essentialitate, 680-683
Porrectio calicis et patenae in ordinatione presbyteri primo apparet saec. x, 683 sq.
Subinde tam late vulgata ac firmata fuit ut apud scriptores ecclesiasticos efformaretur sententia de eius essentialitate, 684-687
Iuxta Constitutionem Pii XII traditio instrumentorum non fuit a Christo instituta, ut putarunt plures magnique theologi (non excluso S. Thoma), quorum proinde opinio amplius sustineri non potest, 757, 759, 802, 830
Vide: *Impositio Manuum. Ordinatio.*

TRIDENTINUM CONC.
Variae opiniones theologorum de sensu verborum "Hierarchia, divina ordinatione instituta," 18, 19, 21, 22, 24. 25-27, 28-32
Anglicanus Jalland praetendit Concilium suis decisionibus favisse doctrinae Presbyterianorum negantium divinam institutionem episcopatus, 17
Concilium definit hierarchiam esse immediatae divinae institutionis, 24, 93
Discussio et definitio divinae originis hierarchiae, 25, 100-110
Concilium directe definit solam divinam institutionem episcopatus et presbyteratus; sed tamen talem formulam adhibuit quae posset intelligi etiam de immediata institutione, 24, 105-107
Nimis facile quidam moderni sibi persuadent Concilium omnino abstrahere voluisse ab hac immediata institutione, 107-110
Numerat tantum septem ordines, 231, 317, 318
Dividit ordines in maiores et minores, 325
Conatur redintegrare exercitium ordinum minorum, 388 sq.

De sacramentalitate vel secus horum ordinum, 388 sq.
Nequit Concilium invocari neque pro neque contra sacramentalitatem episcopatus, quamvis potius favere videatur sententiae negativae, 230, 231-236
In quodam priori schemate referebat etiam Papatus in ecclesiastica hierarchia ordinum, 232
De directa ordinatione sacramenti Ordinis ad Eucharistiam, 291
Quamvis prima fronte videatur favere sententiae de sacramentalitate ordinum minorum et subdiaconatus, nequit ex eius verbis confici solidum argumentum pro hac sententia, 401, 408 sq., 420 sq., 426-430
De auctoritate Cone. Florentini in Cone. Tridentino, 727 sq.
De materia et forma Ordinis, 728-736, 770
De manuum impositione, 729-732
De unctione in ordinatione, 729
Neque ex littera Concilii neque ex Actis Patrum deduci potest materiam Ordinis esse solam manuum impositionem, 729-736
De formula "Substantia sacramenti" in Cone. Trid., et in Constitutione Pii XII "Sacramentum Ordinis," 755-757, 763, 823

UMBERG singulariter docet ipsum Christum instituisse impositionem manuum ut materiam Ordinis, ita tamen ut daret Ecclesiae potestatem illi apponendi aliquam conditionem valoris, 810 sq.

UNCTIO manuum in ordinatione presbyteri et capitis in ordinatione episcopi.
Hic ritus certe iam adhibetur saec. 7-8 (Missale Francorum), tamen est probabiliter antiquior, 669-672
In ipsa ecclesia romana nondum saec. x adhibitus est, 672
Post saec. ix communiter adhibetur. Aliqua Pontificalia anglicana exhibent quoque unctionem manuum in ordinatione diaconi et unctionem captitis in ordinatione presbyteri, 676
In ordinatione episcopi unctio capitis non uno modo adhibetur, 676-679
Peculiaris est unctio pollicis episcopi, 678 sq.
Plures doctores saec. xii-xiii (inter quos ipse Urbanus II) videntur proponere unctionem ut essentialem ritum ordinationis, 768-770
Eadem opinio adhuc perstitit apud aliquos auctores saec. xvi, 769sq.; imo etiam inter modernos unus vel alter proposuit unctionem inter essentiales ritus in sola ordinatione episcopali, 770

VAN ROSSUM.
Decretum pro Armenis, quamvis non infallibile, est doctrinale ac decisivum, 702
Singulariter putat Decretum pro Armenis continere errorem de materia et forma Ordinis, 696, 703 sq.; quae sententia multorum dissensum ac recriminationem suscitavit, 704-707
Materia Ordinis est ac semper fuit sola manuum impositio, 731, 738, 739, 745, 760, 762 sq., 775, 776
Ordo fuit a Christo specifice institutus, 799, adeoque ipse Christus instituit impositionem manuum eamque solam, ut materiam Ordinis, 808

VASQUEZ.
Docet sacramentalitatem episcopatus, ut aliquid quod sine gravi nota negari non possit, 185, 198 sq.
Magnam tamen mitigationem in hanc sententiam introducit, docens per ordinationem episcopalem characterem presbyteralem nonnisi extrinsece extendi, 199, 223, 226
De sacramentalitate episcopatus quatenus erui possit ex Scriptura et Traditione, 245
De ratione ministri extraordinarii in presbytero, 264
Negat sacramentalitatem ordinum minorum, ea tamen concessa subdiaconatui, 409, 410
Materia Ordinis est tum traditio instrumentorum tum ultima impositio manuum, 794, 795
Ipse Christus instituit traditionem instrumentorum ut materiam Ordinis, 802, 803